Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
A
3
NAPOLI

~~XX A 3~~
XXXVIII A 3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

M. TVLLII
CICERONIS
ORATIONES
duobus Tomis diſtinctæ,

Pari eiuſdem ALEXANDRI SCOT
Scoti ſtudio diſſecta, & illuſtrata:

Eorumdémque D. Lambini & Fuluij Vrſini emendationum rationibus auctæ.

TOMVS PRIMVS,

Qui eſt Operum Ciceronis
TOMVS TRTIVS.

LVGDVNI,
Sumptibus Ioan. Pillehotte, ad inſigne Iesv.
M. DC. X.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III" NAPOLI

Digitized by Google

HASCE ORATIONES
TOMVS PRIMVS
continet.

⁎

Pro P. Quinctio I. 3.
Pro Sex. Roſcio Amerino II. 35
Pro Q. Roſcio Comœdo III. 85.
Accuſationũ in Verrem Orationes ſeu libros VII. 104.
Pro M. Fonteio XI. 519.
Pro Aulo Cæcina XII. 595
Pro lege Manilia ad popul. XIII. 573.
Pro A. Cluentio Habito XIIII. 600.
De lege Agraria contra P. Seruillum Rullum in Senatu XV. 680
De lege Agraria contra P. Seruilium Rullum Trib. Pl. ad populum Romanum XVI. 690.
De lege Agraria ad populum Roman. contra Rullum XVII. 730
Pro C. Rabirio perduellionis reo ad Quirites XVIII. 735.
In L. Catilinam in Senatu inuectiua XIX. 748.
In L. Catilinam ad Quirites inuectiua XX. 762.
In L. Catilinam ad populum ſeu Quirites inuectiua XXI. 773.
In L. Catilinam in Senatu inuectiua XXII. 786.

Digitized by Google

M. TVLLII CICERONIS PRO PVBLIO Quinctio,

ORATIO PRIMA.

Quæſtio eſt, An ſi Sext. Quinctius vadimonium deſeruerit Sexto Næuio ex edicto Prætoris Quinctij bona licuerit poſſidere. ACTOR *Næuius,* PATRONVS *Næuij Hortenſius,* REVS *P. Quinctius.* PATRONVS *Quinctij M. Tullius Cicero.* IVDEX *Aquilius, cui erant adſeſſores L. Lucullus, Quintilius, M. Marcellus. Acta eſt Comitio anno vrbis* DCLXXII. *Cicerone vt putat Gellius vigeſimum ſextum ætatis annum agente.* EVENTVS *viciſſe videtur Cicero.*

1 QVAE RES in ciuitate duę pluri- * EXORDIVM.
mum poſſunt eæ contra nos am-
bæ faciunt in hoc tempore, ſum-
ma gratia, & eloquentia: qua-
rũ alterã, C. Aquilli, vereor, alterã, * L. Hortenſij vid. Vrſ.
metuo. ¹ eloquẽtia Q. Hortẽſij ne me * dicen- * al. in dicẽdo.
do impediat, nonnihil commoueor: gratia Sex.
2 * Næuij ne P. Quinctio noceat, id verò nõ me- * al. Neuij.
diocriter pertimeſco. || Neque hoc tantopere
querendum videretur, hæc ſumma in illis eſ-
ſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. ve-
rùm ita ſe res habet, vt ego, qui neque * vſu * tum agebat 26. annũ ætatis. vide Gell.
ſatis, & ingenio parum poſſum cum patrono
diſertiſſimo comparer: P. Quinctius, cui te-
nues opes, nullæ facultates, exiguæ amico-
3 rum copiæ ſunt, cum aduerſario gratioſiſſi- * al. accidit.
mo contendat. ||² Illud quoque nobis * acce-

dit incommodum, quòd M. Iunius, qui hãc cau-
ſam, Aquilli, aliquoties apud te egit, homo &
in aliis cauſis exercitatus, & in hac multùm, &
ſæpe verſatus, hoc tempore abeſt noua legatio-
ne impeditus: & ad me ventum eſt, qui vt ſum-
ma haberem* cetera, temporis quidem certè vix
ſatis habui, vt rem tantam, tot controuerſiis
implicatam, poſſem cognoſcere. || Ita, quod mi- 4
hi conſueuit in ceteris cauſis eſſe adiumento,[a]
id quoque in hac cauſa deficit. Nã,* quo minus
ingenio poſſum, ſubſidio, mihi diligentiam cõ-
paraui: quæ quanta ſit, niſi tempus, & ſpatiũ da-
tum ſit, intelligi nõ poteſt. Quæ quo plura ſunt,
C. Aquilli, eo te, & hos, qui tibi in *conſilio ad-
ſunt, meliori mente noſtra verba audire opor-
tebit: vt multis incommodis veritas debilitata,
tandem æquitate taliũ virorũ recreetur. || Quòd 5
ſi tu iudex [b] nullo præſidio fuiſſe videbere cõ-
tra vim, & gratiam ſolitudini, atque inopiæ: ſi
apud hoc conſilium ex opibus, non ex veritate
cauſa pendetur: profectò nihil eſt iam ſanctum,
atque ſincerum in ciuitate: nihil quod humili-
tatem cuiuſquam, grauitas, & virtus iudicis cõ-
ſoletur. Certè aut apud te, & eos, qui tibi adsũt,
veritas valebit: aut ex hoc loco repulſa vi &
gratia, locum, vbi conſiſtat, reperire non pote-
rit. *Non eo dico. C Aquilli,[c] quò mihi veniat
in dubiũ tua fides, & conſtantia,[d] aut quò nõ in
iis, quos tibi* aduocaſti viris[e] electiſſimis ciuita
tib. ſpẽ ſummã habere P. Quinctiꝰ debeat. Quid
ergo eſt? || Primùm magnitudo periculi ſummo 6
timore hominem afficit quod vno iudicio de
fortunis omnibus decernit: ídque dum cogitat,
non minus ſæpe ei venit in mentem poteſtatis,
quã æquitatis tuæ: propterea quòd omnes, quo-
rum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud
cogitant, quid poſſit is cuius in ditione, ac po-
teſtate ſunt, quàm quid debeat facere. || Dein- 7
de habet aduerſarium P. Quinctius verbo, Sex.

Næ

* gratiam & eloquentiam, vt ſuprà.
a L. id quoque me in hac c.
* al. quod.
* Conſilio iudicis aderant iuriſperiti.
b L. nulli præſ.
* al. Nec.
c al. quod mihi.
d al. aut quod.
* Iudices dati, in conſilium aduocabant amicos. Gel. l. 14. c. 1.
e L. lectiſſimis.

Digitized by Google

Næuium: re vera,huiuſce ætatis homines diſertiſſimos , fortiſſimos , [f] ornatiſſimos noſtrę ciuitatis : qui communi ſtudio , ſummis opibus Sext.Næuiũ defendunt:ſi id eſt defendere,cupiditati alterius obtemperare,quo is faciliùs,quẽ
8 velit,iniquo iudicio opprimere poſſit.||Nã quid hoc iniquius,aut indignius,C.Aquilli, dici, aut commemorari poteſt,quàm me,qui caput alterius famam,fortunáſque defendam,*priore loco cauſam dicere:cùm præſertim Q.Hortenſius, qui hoc iudicio parteis accuſatoris obtinet,cõtra me ſit dicturus:cui ſummam copiã , facultatémque dicendi natura largita eſt?Ita fit,vt ego qui tela depellere,& vulneribus mederi debeã, tum id facere cogat, cũ etiam telũ aduerſarius nullũ iecerit:illis autẽ id tẽpus impugnãdi detur,cũ & vitandi illorũ impetus poteſtas adẽta nobis erit:[5] &,ſi qua in re,[g] id quod parati ſunt facere, falſum crimen, quaſi venenatũ aliquod telũ,iecerint,medicinæ faciendæ locus nõ erit.

f L. florentiſſimos vet.li.horrentiſſimos Ranconetus potentiſsimos.

* actores priore loco dicere ſolebant.

g L.id quod parati ſunt facere,venenatum aliquod telum iecerint,&c.

9 ||Id accidit *prætoris iniquitate,& iniuria: primùm, ꝙ contra omniũ cõſuetudinem,iudicium priùs de probro,quã de re,maluit fieri : deinde, quòd ita conſtituit idipſum iudiciũ,vt reus, antequã verbum accuſatoris audiſſet, cauſam dicere cogeretur:quod eorum gratia, & potentia factũ eſt,qui quaſi ſua res,aut honos agatur, ita diligenter Sex.Næuij ſtudio,& cupiditati morẽ gerunt:& in eiuſmodi rebus opes ſuas experiũtur,in quibus,quo plus propter virtutẽ, nobilitatẽq; poſſunt,eo minus quantũ poſſint,debent
10 oſtendere.||Cũ tot,tantiſq; difficultatibus affectus,atq; afflictus,in tuã,C.Aquilli,fidẽ, veritatẽ,miſericordiã P.Quĩctius cõfugerit:cũ adhuc ei propter vim aduerſariorũ non ius [h] par,nõ agendi poteſtas eadẽ,nõ magiſtratus æquus reperiri potuerit:cũ ei ſummã per iniuriã omnia inimica,atq; infeſta fuerint: te,C.Aquilli, voſque,qui in cõſilio adeſtis,orat,atque obſecrat,

* Dolabellæ.

h ἴσος.

vt multis iniuriis iactatam, atque agitatam æ-
quitatem,in hoc tandem loco conſiſtere,& cō- 11
firmari patiamini||Id quo faciliùs facere poſſi-
tis,dabo operā,vt à principio, res quemadmo-
dū geſta,& contracta ſit,cognoſcatis.*C.Quin-
ctius fuit P.Quinctij huius frater:[6] ſanè cetera-
rum rerū paterfamiliâs & prudens , & attentus:
vna in re paulò minus conſideratus,[i] qui ſocie-
tatem cū Sex.Næuio fecerit,viro bono,verum-
tamen non ita inſtituto , vt iura ſocietatis , &
officia certi patrisfamiliâs noſſe poſſet: nō quo
ei deeſſet ingenium (nam neque parum façetus
Scurra.Sex.Nęuius, 7 neque*inhumanus præco
eſt vmquam exiſtimatus.) Quid ergo eſt ? Cùm
ei natura nihil melius , quàm vocem, dediſſet,
pater nihil præter libertatem,reliquiſſet:vocem
in quæſtum contulit:libertate vſus eſt,quo im-
puniùs dicax eſſet.||Quare quòd ſocium tibi eū 12
velles adiungere,nihil erat,niſi vt in tua pecu-
nia condiſceret,qui pecunię fructus eſſet,tamen
inductus conſuetudine, ac familiaritate Quin-
ctius fecit,vt dixi,ſocietatem earum rerū , quæ
in Gallia comparabantur. Erat ei pecuaria res
ampla,& ruſtica,ſanè benè culta , & fructuoſa.
Tollitur* ab Atriis Liciniis,atq; à præconum
conſeſſu in Galliā Næuius,& trans Alpeis vſq;
transfertur.Fit magna mutatio loci,*non inge-
nij.Nā,qui ab adoleſcentulo quæſtū ſibi inſti-
tuiſſet ſine impendio , poſteaquam neſcio quid
impendit , & in commune contulit : mediocri
quæſtu cōtentus eſſe non poterat.|| Nec mirū, 13
ſi is,qui vocem venalē habuerat,[k] ea,quæ voce
quæſiuerat,magno ſibi quæſtui fore putabat. I-
taq; hercule haud mediocriter de * communi
quidquid poterat ad ſe in priuatā domum ſeuo-
cabat. Qua in re ita diligens erat,quaſi ij[l], qui
magna fide ſocietatem gererent,[8] [l] arbitriū pro
ſocio cōdemnari ſolerent. Verùm his de rebus
non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quin-
ctius cupit commemorare:[m] tametſi cauſa po-

* NARRATIO.
i al. quod.
* al. inurbanus.
* atria Licinia locus in vrbe vbi præcones verſabátur in palatio locabatur à quibuſdā.
* Sic Aeſchines contra Cteſiphontem. οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον, μετήλλαξεν.
k al. quæſierat.
* ita iure conſulti dotem de cōmuni conſtituere.
l L. arbitrio pro ſocio Ran. ad arbitriū. Man. ad arbitriū Pant. ad vltimum.
m L. nam tametſi.

Digitized by Google

ſtulat:tamen quia poſtulat,non flagitat,præter-
14 ibo.‖Cùm annos iã complureis ſocietas eſſet,&
cùm ſæpo ſuſpectus Quict.Næuius fuiſſet,neque
ita commodè poſſet rationẽ reddere earũ rerũ,
quas libidine,non ratione geſſerat : moritur in
Gallia Quinct.cùm adeſſet Næuius : & moritur
repentino.hæredem teſtamento reliquit hunc
P. Quinctiun:vt,ad quem ſummus mǫror mor-
te ſua veniebat ad eũdem ſummus honos quo-
15 que perueniret. ‖ Quo mortuo, nec ita multò
poſt,in Galliam proficiſcitur Quinctius. Ibi cũ
iſto Næuio familiariter viuit annum ferè vnà
ſunt,cùm & de ſocietate inter ſe multa cõmu-
nicarent,& de tota illa ratione,atque re Galli-
cana:neq; interea verbũ vllũ interpoſuit Næ-
uius,aut ſocietatẽ ſibi quippiã debere, aut pri-
uatim Quinctiũ debuiſſe. Cùm æris alieni ali-
quantulũ eſſet relictũ,quib.nominib.pecuniam
Romæ curari oporteret:auctionem in Gallia P.
hic Quinctius Narbone ſe facturũ eſſe proſcri-
16 bit,earũ rerũ,quę ipſius erãt,priuatæ.‖Ibi tũ vir
optimus,Sex.Næuius,hominẽ multis verbis de-
terret,ne auctionetur:eũ non ita cõmodè poſſe
eo tempore,quæ proſcripſiſſet,vendere. Romæ
ſibi nummorũ facultatẽ eſſe,quã ſi ſaperet, cõ-
munem exiſtimaret,pro fraterna illa neceſſitu-
dine, [n]& pro ipſius affinitate.nã P.Quinctij cõ-
ſobrinã habet in matrimonio Næuius, & ex ea
liberos. Quia,quod virũ bonum facere oporte-
bat,id loquebatur Næuius:credidit Quincti⁹ eũ
qui orationẽ bonorũ imitaretur, facta quoque
imitaturũ auctionẽ velle facere deſiſtit : Romã
proficiſcitur: [o]decedit ex Gallia Romam ſimul
17 Næuius.‖Cũ pecuniã C.Quincti⁹ P.Scapulæ*de
buiſſet:per te C.Aquilli,decidit P.Quinct.quod
liberis eius diſſolueret.Hoc eò per te agebatur,
quod propter ærariã rationẽ nõ ſatis erit in ta-
bulis inſpexiſſe,quantum deberetur, 9 [p] niſi à
Quæſtoribus * quæſiſſet, quantum ſolueretur.

n for. & pro ipſorũ affi.
o al. diſcedit.
* gentili ſuo,hoc eſt Quinctiæ gentis Pli. l. 7.c. 53. Dio,13.
p al.niſi ad Caſtoris qu. al.ad Caſtoris tẽplum Hotom.à Quæſtoribus, eóſque intelligit quì vectigaliũ pecuniam in ærarium referebant.
* al.quæſiſſes.

Decidis,ſtatuiſq; tu * propter neceſſitudinem,
quæ tibi cum Scapulis eſt,quid iis ad denarium
ſolueretur.|| Hæc omnia Quinctius agebat au- 18
ctore,& conſuaſore Næuio. nec mirum, ſi eius
vtebatur conſilio, cuius auxiliũ ſibi paratũ pu-
tabat. non modò enim pollicitus erat in Gal-
lia:ſed Romæ quotidie,[10] ſimulatque ſibi hic
[q] annuiſſet,numeraturũ ſe dicebat. Quinctius
porrò iſtum poſſe facere videbat: debere in-
telligebat.mentiri,quia cauſa, cur mentiretur,
non erat,non putabat,quaſi domi nummos ha-
beret,ita conſtituit Scapulis [r] ſe daturum. Næ-
uiũ certiorem facit:rogat,vt curet, quod dixiſ-
ſet.||Tũ iſte vir optimus)vereor ne ſe derideri 19
putet,quòd iterũ iam dico,optimus, qui hũc in
ſummas anguſtias adductũ putaret: vt eum ſuis
conditionib.in ipſo articulo temporis adſtrin-
geret,aſſem ſeſe negat daturũ, niſi priùs de re-
bus,rationibúſq:ſocietatis omnibus decidiſſet:
& ſciſſet,ſibi cum Quinctio controuerſiæ nihil
futurũ.Poſterius,inquit,iſta videbimus, Quin-
ctius,nũc hoc velim cures(ſi tibi videtur) quod
dixiſti.Negat ſe alia ratione facturũ, quod pro-
miſiſſet,[s] non plus ſua referre,[11] quàm ſi, [t] cùm
auctionem venderet,domini iuſſu*quippiã pro-
miſiſſet.||Deſtitutione illa [u] perculſus Quin- 20
ctius,à Scapulis paucos dies aufert: in Galliam
mittit,vt ea quæ proſcripſerat, venirent: dete-
riore tempore abſens auctionatur: Scapulis dif-
ficiliore conditione diſſoluit. tũc appellat vl-
trò Næuiũ,vt quoniam ſuſpicaretur aliqua de
re fore controuerſiam,videret,vt quàm primùm
& quàm minima cum moleſtia tota res tranſi-
geretur. [12]||Dat iſte [x] amicũ M.Trebellium:nos 21
communem neceſſarium, qui iſtius domi erat
educatus,& quo vtebatur iſte plurimùm, pro-
pinquum noſtrum.Sex.Alphenum. Res conue-
nire nullo modo poterat quòd hic mediocrem
iacturam facere cupiebat: iſte mediocri præda
conten

* vide Pl. li.7. c.54.
q L.innuiſſet.
r L.daturũ.
s for. non pluris,
t L.cùm in auctione vend. al.cũ auctione venderet. Turn.hìc putat eſſe auctionem vendere,q̃ dicit Cæſar ſectionem vendere.
* al.cuipiã.
v al.percuſſus.
x al.arbitrum.

22 contentus nõ erat. ||Itaq; ex eo tempore res eſ-
ſe [*] in vadimonium cœpit. Cùm vadimonia ſæ-
pe dilata eſſent,& cùm aliquantum temporis in
ea re eſſet conſumptum,[13] [y] neq; quidquã per-
fectum eſſet:venit ad vadimonium Næuius.Ob-
ſecro C.Aquilli,voſq;, qui adeſtis in conſilio,
vt diligẽter attendatis,vt ſingulare genus frau-
dis,& nouã rationem inſidiarũ cognoſcere poſ-
23 ſitis.||Ait,ſe auctionatũ eſſe in Gallia:quod ſibi
videretur,ſe vendidiſſe:curaſſe,ne quid ſibi ſo-
cietas deberet,ſe iam neq; vadari amplius, neq;
vadimoniũ promittere. ſi quid agere ſecum ve-
lit Quinctius,non recuſare.Hic,cùm rem Galli-
canam cuperet reuiſere [z] in præſentia non va-
datur.ita ſine vadimonio diſceditur.Deinde Ro
mæ dies xxx.ferè Quinctius commoratur. cum
cæteris, [a] quæ habebat,vadimonia differt, vt
expeditus in Galliam proficiſci poſſet.proficiſ
24 citur.[14]||Roma egreditur [b] ante diem IIII.Ka-
lend.Februarij,Scipione & Norbano Cos.Quæ-
ſo,vt eum diem memoriæ mandetis. L. Albius,
Sex. filius,[15] Quirina,vir bonus,& cum primis
honeſtus, vnà profectus eſt. Cùm veniſſent ad
vada Volaterrana quæ nominantur,vident per-
familiarem Næuij, qui ex Gallia pueros vena-
leis iſti adducebat,L. Publicium,qui, vt Romã
venit,narrat Næuio,quo in loco viderit Quin-
ctium.quòd niſi [c] ex Publicio narratum Næuio
eſſet,non tam citò res in contentionem veniſ-
25 ſet.[d]||Tum Næuius ipſe pueros circum amicos
dimittit:ipſe ſuos neceſſarios ab atriis Liciniis,
& à faucib. macelli corrogat, vt [e] ad tabulam
Seſtiã ſibi adſint hora ſecunda poſtridie.veniũt
frequentes. teſtificãtur iſti [f] P.Quinctium non
ſtetiſſe,& ſe ſtetiſſe.tabulæ maximæ ſignis ho-
minum nobiliũ cõſignãtur:diſceditur. poſtulat
à Burrieno prætore Næuius, vt ex edicto bona
poſſidere liceat. Iuſſit bona proſcribi eius,qui-
cum familiaritas fuerat,ſocietas erat, affinitas,

[*] Ita pro lege Manilia in poteſtatem eſſe 7.Verr.in poſſeſſionẽ.
[y] al. neque quidquam profectum eſſet.
[z] al.in præſenti.
[a] al.quæ habebat vadimonia, differt.
[b] Lãb.ante diẽ II.kal.
[c] L.à Publicio n.
[d] Lam. Tũ Næuius pueros.
[e] L.ad tabulam Sextiã. locus vbi ius diceba-tur.
[f] L.P.Quinctium non ſe ſtitiſſe,& ſe ſtitiſſe.

liberis iſtius viuis,diuelli nullo modo poterat.
Qua ex re intelligi facilè potuit,nullũ eſſe of-
ficium tam ſanctum,atq; ſollemne,quod non a-
uaritia comminuere,atque violare ſoleat. Ete-
nim ſi veritate amicitia, fide ſocietas, pietate
propinquitas colitur:neceſſe eſt,iſte,qui amicũ,
ſociũ,affinem,fama ac fortunis ſpoliare cona-
tus eſt,vanum ſe,& perfidioſum, & impium eſſe
fateatur.||Libellos Sex.Alphenus,procurator P. 27
Quinctij familiaris & propinquus Sex. Næuij,
deiicit:ſeruulũ vnũ,quẽ iſte prehenderat,abdu-
cit:denũtiat,ſeſe procuratorẽ eſſe iſtum,æquum
eſſe famæ,fortuniſq; P.Quinctij conſulere, &
aduentũ eius exſpectare.Quod ſi facere nolit.[16]
[g] atque inhibuerit eiuſmodi orationib. illũ ad
ſuas conditiones perducere, ſeſe nihil precari:
&,ſiquid agere velit, iudicio defendere. || Hæc 28
dũ Romæ geruntur.Quinctius interea [17] [h] con-
tra ius,& conſuetudinẽ,edicto prætoris, de ſal-
tu,agroq; communi à ſeruis communib. vi de-
truditur. Exiſtima C.Aquilli, modo & ratione
omnia Romæ Næuiũ feciſſe,ſi hoc,quod per li-
teras iſtius in Gallia geſtũ eſt,rectè atq; ordine
factũ videtur. Expulſus,atque eiectus è prædio
Quinctius accepta inſigni iniuria, confugit ad
C. Flaccum imperatorem,qui tum erat in pro-
uincia:quem,vt ipſius dignitas poſcit, honoris
gratia nomino. Is eam rem quàm vehenter vin-
dicandam putarit,ex decretis eius poteritis co-
gnoſcere.||Alphenus interea Romæ cũ iſto gla- 29
diatore vetulo quotidie pugnabat. vtebatur
populo ſanè ſuo, propterea quòd iſte caput pe-
tere non deſinebat.[18] Iſte * poſtulat,vt procu-
rator iudicatum ſolui ſatiſdaret. negat Alphe-
nus, æquum eſſe procuratorem ſatiſdare,quòd
reus ſatiſdare non deberet, ſi ipſe adeſſet.Ap-
pellantur tribuni: à quibus cùm eſſet certum
auxilium petitum, ita tamen diſceditur, vt
idibus Septembribus P. Quinctiũ ſiſti Sex. Al-
phe-

g L. Atque imbiberit. Pantag. maluerit. al. inſtituerit.

h L. contra ius, conſuetudinem, edicta prætorum de ſaltu.

* al. poſtulabat.

phenus promitteret. [19] Venit Romam Quin-
30 ctius, vadimonium ſiſtit. || Iſte, homo acerrimus,
bonorum poſſeſſor, expulſor, ereptor, annum, &
ſex menſeis nihil petit: quieſcit: conditionibus
hunc, quoad poteſt, producit: à Cn. Dolabella
deniq; prætore poſtulat, vt ſibi quinctius iudica
tũ ſoui ſatiſdet, ex formula, Quod ab eo petat,
CVIVS EX EDICTO PRAETORIS * ROMANI XXX.
POSSESSA SINT. non recuſabat Quinctius, [20]
quin ita ſatiſdare [i] iuberet, ſi bona poſſeſſa eſ-
ſent ex edicto. Decernit: quàm æquum, nihil di-
co. vnum hoc dico, nouũ: & hoc ipſum tacuiſſe
mallem: quoniam vtrumque quiuis intelligere
potuiſſet. [21] [k] iubet P. quinctium ſponſionem
cum Sext. Næuio facere. [22] SI BONA SVA
EX EDICTO P. BVRIENI PRAETORIS DIES
XXX. POSSESSA ESSENT. Recuſabant qui ade-
rant tum quinctio. demonſtrabant, de re indi-
cium fieri oportere, vt aut vterque inter ſe,
aut neuter ſatiſdaret: non neceſſe eſſe famam
31 alterius in iudicium venire. || Clamabat por-
rò ipſe quinctius, ſeſe idcirco nolle ſatiſda-
re, ne videretur iudicaſſe, bona ſua ex edicto
poſſeſſa eſſe, ſponſionem porrò ſi iſtiuſmodi
faceret, ſe (id quod nunc euenit) de capite ſuo
priore loco causã eſſe dicturũ. Dolabella (quẽ-
admodũ ſolent homines nobiles: ſeu rectè, ſeu
perperã facere cœperunt, ita in vtroq; excellũt,
vt nemo noſtro loco natus aſſequi [l] poſſet) in-
iuriam facere fortuniſſimè perſeuerat, aut ſa-
tiſdare, aut ſponſionem iubet facere: & interea
[m] recuſanteis noſtros aduocatos acerrimè ſub-
32 moueri. || Conturbatus ſanè diſcedit Quinctius,
neque mirũ, cui hæc optio tã miſera, támq; ini-
qua daretur, vt aut ipſe ſe capitis dãnaret, ſi ſa-
tiſdediſſet: aut cauſam capitis, ſi ſponſionem
feciſſet, priore loco diceret. Cùm in altera
re cauſæ nihil eſſet, quin ſecus iudicaret ip-
ſe de ſe: quod iudicium grauiſſimum eſt: in
alte-

* vocem Romani delet Vrſinus.

i for. iuberetur.

k L. iubet P. Quinctium aut ſatiſpare, aut ſpõſ. cum Sext. Næuio ſfacere, Ni bona ſua ex ed. P. Burr. pr. dies xxx. poſſeſſa eſſent.

l L. poſsit.

m al. ſummoueri.

altera ſpes eſſet ad talem tamē virum, iudicem, veniendi, vnde eo plus opis auferret, quo minus attuliſſet gratiæ: ſponſionem facere maluit: fecit, te iudicē, C. Aquilli, ſum ſit.* ex ſponſo egit. in hoc ſumma iudicij, cauſáque tota conſiſtit. Iudicium eſſe, C. Aquilli, non de re pecuniaria, ſed de fama, fortuníſque P. Quinctij vides. Cùm maiores ita conſtituerint, vt, qui pro capite diceret, is poſteriore loco diceret: nos inaudita criminatione accuſatorum, priore loco cauſam dicere intelligis: eos porrò, qui defendere conſuerunt: vides accuſare, & ea ingenia conuerti ad perniciem, quæ antea verſabantur in ſalute, [n] atque auxilio ferendo. Illud etiā reſtiterat, quod heſterno die fecerunt, vt te in ius adducerent, vt nobis tempus, quamdiu diceremus, præſtitueres: quam rem facilè à prætore impetraſſent, niſi tu, quod eſſet tuum ius, & of-
ficiū, partéſque docuiſſes.|| Neque nobis adhuc, 34
præter te, quiſquam fuit, vbi noſtrum ius contra illos obtineremus: neq; illis vmquam ſatis fuit illud obtinere, quod probari omnibus poſſet. ita ſine iniuria potentiam leuem, atque inopem eſſe arbitrantur. Verùm quoniā tibi inſtat Hortenſius, vt eas in conſilium: à me poſtulat, ne dicēdo tempus abſumā: quæritur, priore patrono cauſam defendente, numquam perorari potuiſſe: non patiar, iſtam manere ſuſpicionē, nos rem iudicari nolle. nec illud mihi arrogabo, me poſſe cauſam commodius demonſtrare, quàm antea demonſtrata ſit: neque tamen tam multa verba faciam: propterea quòd & * ab illo, qui ante dixit, informata iam cauſa eſt: & à me, qui neque excogitare, neq; pronuntiare multa poſſum, breuitas poſtulatur, quæ mihimet ipſi ami-
ciſſima eſt.|| Faciam, * quod te ſæpe animaduerti 35
facere, Hortenſi: totam cauſæ meæ dictionē certas in [o] parteis diuidā. Tu id ſemper facis, quia ſemper potes. ego in hac cauſa faciā, propterea quòd

* ordo iudicij in hac lite is fuiſſe videtur, Næuius iudicio ſe ſiſti negat. Quinctium ſtetiſſe: edicto bona Quinctij poſsideat impetrat, bona Quinctij proſcribit, Quinctiū abſentem Alphenus procurator defēdit: ſatiſdare Quinctiū ſiſti cogitur, Quinctius præſens, aut ſatiſdare iudicatū ſolui, aut ſpōſionē facere iubetur à Dolabella prætore: ſpōſionem facit, Quinctius C. Aquiliū iudicē ſumit, ex ſpōſo itaq; nunc agit.

n al. atq; in auxilio f.

* M. Iunio de quo ſupra.

* PARTITIO.

o v.c. partis

quòd in hac videor poſſe facere. Quod tibi[p] natura dat, vt ſemper poſſis, id mihi cauſa dat, vt hodie poſſim. Certos mihi fineis terminóſq; conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maximè velim: vt & mihi ſit propoſitum de quo dicam: & Hortenſius habeat expoſita, ad quæ reſpondeat, & tu, C. Aquili, iam antè animo proſpicere poſſis, quibus de rebus auditurus ſis.

p L. natura cedit, vt.

36 ‖ Negamus, te bona P. Quinctij, Sexte Neui, poſſediſſe ex edicto prætoris.[23] [q] In eo ſponſio facta eſt. * Oſtendam primùm, cauſam non fuiſſe, cur à prætore poſtulares, vt bona P. Quinctij poſſideres. deinde ex edicto te poſſidere nō potuiſſe: poſtremò, nō poſſediſſe. Quæſo C. Aquilli, voſque, qui eſtis in conſilio, vt, quid pollicitus ſim, diligenter memoriæ mandetis. etenim rem faciliùs totam accipietis, ſi hæc memineritis: & me facilè veſtra exiſtimatione reuocabitis, ſi extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſe circumdedi. Nego fuiſſe cauſam, cur poſtularet: nego ex edicto poſſidere potuiſſe: nego poſſediſſe. hæc tria cùm docuero, perorabo.

q L. in ea verba ſpōſio f.

*PRIMVM PARTITIONIS MEMBRVM, non fuiſſe cur poſtularet Sext. Næuius vt bona P. Quinctij poſſideret.

37 ‖ Nō fuit cauſa,[r] cur poſtulares. Qui hoc intelligi poteſt? quia Sex. Næuio neque ex ſocietatis ratione, neque priuatim quidquā debuit Quinctius. Quis huic rei teſtis eſt? idē, qui acerrimus aduerſarius. In hac re te, te, inquam, teſtem, Næui, citabo. Annum, & eo diutiùs, poſt mortem C. Quinctij fuit in Gallia. tecū ſimul Quinctius. doce, te petiiſſe ab eo iſtam neſcio quam, innumerabilem pecuniam: doce, aliquando mentionem

r al. cur poſtularet.

38 feciſſe: dixiſſe deberi. debuiſſe concedam. ‖ Moritur C. Quinctius: qui tibi, vt ais,[24] [s] certis nominibus grandem pecuniā debuit. heres eius P. Quinctius in Galliam ad te ipſum venit in agrum communem: eò denique, vbi nō modò res erat, ſed ratio quoque omnis, & omnes literæ. Quis tam diſſolutus in re familiari fuiſſet, quis tā negligens, quis tam tui, Sexte, diſſimilis, qui,

s al. rectis

cùm

Digitized by Google

r L.quicum contr.
v ſort. rationes aff.

cùm res[25] ab eo,[r] qui contraxiſſet,receſſiſſet, & ad hæredẽ perueniſſet,non hęredem,cùm primũ vidiſſet,certiorem faceret?appellaret?[u] rationẽ afferret?ſi quid in controuerſiam veniret, aut intra parietes, aut ſummo iure experiretur.Itáne eſt?[26] Quod viri optimi faciunt,[x] ſi qui ſuos

x L.*& ſi qui.
y L.& claros,& hon.
z L.amittere,vt aliquam part.

propinquos,ac neceſſarios,[y] caros & honeſtos eſſe,atque haberi volunt:id Sext.Næuius nõ faceret,qui vſque eò feruet,fertúrque auaritia, vt de ſuis commodis nolit aliquam partem[z] amittere,nequam partem huic propinquo ſuo vllius ornamenti relinquat?||Et is pecuniam,ſi qua de- 39
beretur,non peteret,qui,quia, quod debitũ nũquam eſt,id datum non eſt,non pecuniã modò, verùm etiam hominis propinqui ſanguinem,vitámque eripere conatur? Huic tu moleſtus eſſe videlicet noluiſti, quem nunc reſpirare liberè non ſinis?quem nunc interficere nefariè cupis, eum tum pudẽter appellare nolebas? Ita credo. hominem propinquum,tui obſeruantem, virum bonum,pudentem,maiorem natu,nolebas, aut non audebas appellare. ſæpe,vt fit,cùm ipſe te confirmaſſes,cùm ſtatuiſſes de pecunia mentionem facere,cùm paratus,meditatúſque veniſſes, homo timidus,virginali verecundia,ſubitò ipſe te retinebas:excidebat repente oratio, cùm cuperes appellare,nõ audebas,ne inuitus audiret. id erat profectò.||Credamus hoc,Sext.Næuium, 40
cuius caput oppugnet,eius auribus peperciſſe. Si debuiſſet,Sexte,petiſſes ſtatim:ſi non ſtatim, paulò quidem pòſt:[27] ſi nõ paulò: [a] at aliquãdo: ſex quidem illis menſibus profectò:anno * vertente ſine cõtrouerſia,anno & ſex menſibus verò,cùm tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi,verbum nullum facis. biennio iam confecto ferè,appellas. Quis tam perditus, ac profuſus *nepos,non adeſa iam,ſed [b] abundanti etiam pecunia,ſic diſſolutus fuiſſet, vt fuit Sex. Nęuius? Cùm hominẽ nomino,ſatis mihi videor dicere,

a L.at aliquanto:ſcilicet, poſt.
* Quid annus vertẽs, vide Cẽſorinũ de die Natali Victru.9.
* vide Feſtum in Nepotes.
b al. abundante.

41 dicere.||Debuit tibi C. Quinctius. numquam petiſti, mortuus eſt ille: res ad heredem venit. cum eum quotidie videres, poſt bienniũ denique appellas. Dubitabitur, vtrum ſit probabilius, Sex. Næuiũ ſtatim, ſi quid deberetur, petiturũ fuiſſe: an, ne appellaturum quidem biennio? Appellandi tempus nõ erat? At tecum anno plus vixit. In Gallia agi nõ potuit? At & in prouincia ius dicebatur, & Romæ iudicia fiebant. Reſtat, vt aut ſumma negligentia tibi obſtiterit, aut vnica liberalitas. Si negligentiã dices: mirabimur. ſi bonitatem: ridebimus. neque præterea quid poſſis dicere, inuenio. Satis eſt argumẽti, nihil eſſe de-

42 bitum Næuio, quòd tãdiu nihil petiuit.||Quid ſi hoc ipſum, quod nunc facit, oſtẽdo teſtimonio eſſe, nihil deberi? quid enim nũc agit Sex. Næuiꝰ? qua de re cõtrouerſia eſt? quod eſt hoc iudiciũ, in quo iam bienniũ verſamur? quid negotij geritur, in quo ille tot, & taleis viros [c] defatigat? Pecuniam petit. Nunc denique? verumtamẽ pe-

43 tit. audiamus.||De rationibus & controuerſiis ſocietatis vult diiudicari. Serò. verùm aliquando tamen: concedamus. Nõ, inquit, id ago, C. Aquilli, [d] neque in eo nunc laboro. pecunia mea tot annos vtitur P. Quinctius. vtatur ſanè: nõ peto. Quid igitur pugnas? an quod ſæpe multis in locis dixiſti, ne in ciuitate ſit? ne locum ſuum quẽ adhuc honeſtiſſimè defẽdit, obtineat? ne numeretur inter viuos? decernat de vita, & ornamẽtis ſuis omnibus? apud iudicẽ causã priore loco dicat: 28 [e] &, eã cùm orarit, tũ denique vocẽ accuſatoris audiat? quid? hoc quò pertinet? vt ocyus ad tuum peruenias? At, ſi id velles, iãpridem actũ

44 eſſe poterat.||Vt honeſtiore iudicio conflictere? At ſine ſummo ſcelere P. Quinctiũ, propinquum tuũ, iugulare nõ potes. Vt facilius iudiciũ ſit? At neque C. Aquillius de capite alterius libẽter iudicat, & Q. Hortẽſiꝰ cõtra caput nõ didicit dicere. quid à nobis autẽ, C. Aquilli refertur? Pecuniã petit,

c al. fatigat.

d al. neque de eo nunc lab.

e L. & eam cùm, perorarit.

f L. Numquid eſt præt.

petit. negamus deberi. iudicium fiat ſtatim: non
recuſamus. [f] Numquid præterea? ſi veretur, vt
res, iudicio facto parata ſit: iudicatum ſolui ſatis
accipiat. quibus à me verbis ſatis accipiet, iiſdẽ
ipſe, quod peto, ſatiſdet. actum iam poteſt eſſe,
C. Aquilli. iã tu potes diſcedere liberatus mo-
leſtia, propè dicam, non minore, quàm Quin-
ctius. Quid agimus, Hortenſi? quid de hac cõ- 45
ditione dicimus? poſſumus aliquando, depoſitis
armis, ſine periculo fortunarum, de re pecunia-
ria diſceptare? poſſumus ita rem noſtrã perſequi
vt hominis propinqui caput incolume eſſe pa-
tiamur? poſſumus petitoris perſonam capere, ac-
cuſatoris deponere? Immò, inquit, abs te ſatis
accipiam, ego autem tibi nõ ſatiſdabo. Quis tã-
dẽ nobis iſta iura tam æquã deſcribit? quis* hoc
ſtatuit, quod æquũ ſit in Quinctium, id iniquum
eſſe in Næuium? Quinctij bona, inquit, ex edicto
prætoris poſſeſſa ſunt. Ergo vt id cõfitear, [g] po-
ſtulas: vt, quod numquam factũ eſſe iudicio de-
fendimus, id, proinde quaſi factum ſit, noſtro iu-
dicio confirmemus. [29] Inueniri ratio, C. Aquil- 46
li, non poteſt, vt ad ſuum quiſque quàm primũ
ſine cuiuſquam dedecore, infamia, perniciéque
perueniat. Profectò, ſiquid deberetur, peteret: nõ
omnia iudicia fieri mallet, quàm vnũ illud, vnde
hæc omnia naſcuntur. Qui inter tot annos ne
appellarit quidem Quinctiũ, cùm poteſtas eſſet
agendi quotidie: qui, quo tẽpore primùm malè
agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus
omne conſumpſerit: [30] [h] qui poſtea quoq; vadi-
monium miſſum fecerit, hunc per inſidias vi de
agro cõmuni deiecerit: qui, cũ de re agẽdi, nullo
recuſante, poteſtas fuiſſet, ſpõſionem de probro
facere maluerit: qui, cùm reuocetur ad id iudi-
ciũ: vnde hæc nata ſunt omnia, cõditionẽ ęquiſ-
ſimam repudiet: [i] fateatur, ſe non pecuniam, ſed
vitam & ſanguinẽ petere: is non hoc palàm di-
cit? mihi ſiquid deberetur, peterem, atque adeò
iam

* adde Titiũ, vt quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, eodem ipſe iure vtatur.

g L. poſtulas: poſtulas, vt, quod n.

h L. qui poſtea quàm vadimoniũ miſſum fecerit: hunc per inſid.

i L. qui fateatur, ſe non p.

Digitized by Google

47 iampridem abſtuliſſem.||Nihil hoc tanto negotio, nihil tam inuidioſo iudicio, nihil tã copioſa aduocatione vteter, ſi petendũ eſſet: extorquendum eſt inuito, atque [k] ingratis, quod non debet: eripiendum, atque exprimendum eſt: de fortunis omnibus P. Quinctius deturbandus eſt: potentes, diſerti, nobiles omnes aduocandi ſunt: adhibenda vis eſt veritati: minæ iactentur: pericula intendantur: formidines opponantur, vt iis rebus aliquando victus, & perterritus ipſe cedat. Quæ mehercule omnia, cùm, qui contrà pugnent video, & cùm illum conſeſſum conſidero adeſſe, atque impendere videntur, neque vitari vllo modo poſſe, cùm autem ad te, C. Aquilli, oculos, animúmque retuli: quo maiore conatu, ſtudióque aguntur, eo leuiora, infirmioráq; exi-
48 ſtimo.||Nihil igitur debuit, vt tu ipſe prædicas. Quid ſi debuiſſet? continuóne cauſa fuiſſet, cur à prætore poſtulares, vt bona poſſideres? non opinor id quidem neque ius eſſe, neque cuiquam expedire. Quid igitur demonſtrat? vadimonium ſibi ait eſſe deſertum. Antequam doceo, id factum non eſſe, libet mihi, C. Aquilli, ex officij ratione, atque ex omnium conſuetudine rem ipſam, & factum ſimul Sex. Næuij cõſiderare. Ad vadimonium non venerat, vt ais, is, quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ, & neceſſitudines veteres intercedebant. illicóne ad prætorem ire conuenit? continuóve verum fuit poſtulare, vt ex edicto bona poſſidere liceret? ad hæc extrema, & inimiciſſima iura tam cupidè decurrebas, vt tibi nihil in poſterum, quod grauius, atque crudelius facere
49 poſſes, reſeruares?|| Nã quid homini poteſt turpius, [l] quid viro miſerius, aut acerbius vſu venire: quod tantum euenire dedecus: quæ tanta calamitas inueniri poteſt? Pecuniam ſi cuipiã fortuna ademit: aut ſi alicuius eripuit iniuria: tamẽ, dum exiſtimatio eſt integra, facile conſola-

k L. ingratiis. ita 6. Verrina.

l L. quid verò miſ.

tur honeſtas egeſtatē. * At non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi conuictus. bonis quidem ſuis vtitur: 31 [m] alterius opes, id quod miſerrimum eſt, non exſpectat, hoc tamen in miſeriis adiumento & ſolatio ſubleuatur. Cuius verò bona venierunt: cuius non modò illæ ampliſſimæ fortunæ, ſed etiam victus, veſtitúſque neceſſarius ſub præcone cum * dedecore ſubiectus eſt: is non modò ex numero viuorum exturbatur: ſed, ſi fieri poteſt, [n] infra etiam mortuos * amandatur. 32 Etenim mors honeſta ſæpe vitam quoque turpem exornat: vita * turpis ne morti quidem honeſtæ locum relinquit. || Ergo hercule, cuius bona ex edicto poſſi- 50
dentur, huius omnis fama, & exiſtimatio cum bonis ſimul poſſidetur, de quo libelli in celeberrimis locis proponũtur, huic ne perire quidem certè tacitè, obſcuréque conceditur. 33 cui magiſtri fiunt, & domini conſtituuntur: qui, qua lege, & qua condicione pereat; pronuntient: de quo homine præconis vox prædicat, & pretium conficit, huic acerbiſſimum viuo, videntíque [o] funus indicitur: ſi funus id habendum ſit, quo non amici conueniunt ad exſequias cohoneſtandas, ſed bonorum emtores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas, & diſtrahendas. || Itaque maiores noſtri rarò id accide- 51
re voluerunt: prætores, vt conſideratè fieret, comparauerunt. Viri boni, cùm palàm fraudantur, cùm experiundi poteſtas non eſt, timidè tamen, & pedetentim iſtuc deſcedunt, vi ac neceſſitate coacti, inuiti, multis vadimoniis deſertis, ſæpe illuſi, ac deſtituti. Conſiderant enim, quid & quãtũ ſit, alterius bona proſcribere. Iugulare ciuem, ne iure quidem quiſquã bonus vult. mauult enim commemorare, ſe, cùm poſſet perdere, peperciſſe, quàm cùm parcere potuerit, perdidiſſe. [p] Hæc in homines alieniſſimos, deniq; inimiciſſimos, viri boni faciunt, & hominum exi-

ſtima

* ac non al.

m al. altiores opes, mendosè. al. at qui miſerrimus eſt alterius opes nõ expetit. hoc tamen in miſeriis adiumento & ſolatio ſubleuatur.

* præcones ex ſuperiore loco auctione vendebãt. Stãtes enim ſuper lapide res venales pronunciabant, hinc in Piſoniana de lapide empti, quaſi corrupti.

n al. etiam infra mort.

* al. mandatur.

* Hotõ. vita hac turpis ne morti quidem obſcuræ locũ relinquit.

o l. funus ducitur. & ita multæ aliæ editiones.

p l. Hæc in homines nulla ſe cũ cognatione, aut affinitate coniunctos, alieniſſ.

ſtimationis,& communis humanitatis cauſa:vt, cùm ipſi nihil alteri ſcientes incommodarint, nihil ipſis iure incõmodi cadere poſſit.|| Ad va-
52 dimoniũ non venit:quis? Propinquus.Si res iſta grauiſſima ſua ſponte videretur,tamẽ eius atrocitas neceſſitudinis nomine leuaretur.Ad vadimonium non venit.quis?Socius.etiã grauius aliquid ei deberes concedere:quicũ te aut volũtas congregaſſet,aut fortuna coniũxiſſet. Ad vadimoniũ non venit.quis?Is,qui tibi præſto ſemper fuit. Ergo in eũ,qui ſemel hoc cõmiſit, vt tibi præſtò non eſſet,oĩa tela conieciſti, quæ parata ſunt in eos,qui permulta malè agẽdi cauſa,fraudãdique [q] fecerunt.34|| [r] Si de prędiis tuis agere-
53 tur,Sex.Næui,ſi in paruula re captionis aliquid vererere,nõ ſtatim ad C.Aquilliũ,aut ad eorum aliquẽ,qui conſuluntur, [s] concurriſſes?Cùm ius amicitiæ,ſocietatis,affinitatis ageretur:cũ officij rationẽ,atque exiſtimationis duci conueniret:eo tẽpore35 [t] tu non modò aut C.Aquilium, aut*L.Lucullũ,*ſed ne ipſe quidẽ te cõſuluiſti: ſed ne ipſe quidem ad te retuliſti:ne hæc quidẽ tecũ locutus es.Horæ duæ fuerũt. Quinctius ad vadimonium non venit.quid ago?Si mehercule hæc tecum duo verba feciſſes, Quid ago?reſpiraſſet cupiditas,atque auaritia paullulũ:aliquid loci rationi & cõſilio dediſſes:tu te collegiſſes: non in eam turpitudinem veniſſes, vt hoc tibi eſſet apud [u] taleis viros confitendum, [x] qua vbi vadimonium non ſit obitum,eadẽ te hora conſilium cepiſſe,hominis propinqui fortunas funditus euertere.36||Ego pro te [y] nũc hoc conſulo
54 poſt tempus in aliena re,quod tu in tua re, cùm tempus erat,conſulere oblitus es.quæro abs te, C.Aquilli *L.Luculle,P.Quinctili,M.Marcelle: vadimoniũ mihi non obiit quidã ſocius,& affinis meus,quicũ mihi neceſſitudo vetus:controuerſia de re pecuniaria recẽs intercedit,poſtulóne à prętore,vt ei9 bona mihi poſſidere liceat?an

q al. fecerunt?
r L. Si dupondius vnus geretur, &c. al. Si dupondius tuus ag. vocat Dupõdium negotium duorum aſſium.
s L.cucurriſſes?
t L. tu non modò C. Aquillium: aut L. Lucullum. q. lib vulg. tu non modò ad C. Aquil. planè mendoſe.
* Man. Lucilium. de quo in Br.
* totum hoc ſed ne ipſe quidẽ te cõſuluiſti, in manuſcr. Manut. deſideratur.
u v.c. taleis.
x L. qua tibi hora vadim.
y L. nunc hos conſulo poſt tẽpus in aliena ne quos tu in t. re,
* aſſeſſores in hac cauſa.

cùm Romæ domus eius, vxor, liberi ſint, domũ potiùs denuntiem? Quid eſt, quòd hac tandem de re vobis poſſit videri? Profectò ſi rectè veſtram bonitatem, atque prudentiã cognoui, non multùm me fallit, ſi conſulamini, quid ſitis reſponſuri: primùm exſpectare: deinde, ſi latitare, ac diutius ludificare videatur, amicos conuenire: quærere, *quis procurator ſit: domum denuntiare. dici vix poteſt, quàm multa ſint, quæ reſpondeatis antè fieri oportere, 37 z quàm ad hãc rationem extremam neceſſariã deuenire. ‖ Quid 55

ad hæc Næuius? ridet ſcilicet noſtram amentiã; a qui in vita ſua rationem ſummi officij deſideremus, & inſtituta bonorum virorum b requiramus. Quid mihi, inquit, cum iſta ſumma ſanctimonia, ac diligentia? viderint, inquit, iſta officia viri boni: de me autẽ *ita conſiderent: non, quid habeam, ſed quibus rebus inuenerim, c quærant: 38 &, quemadmodũ natus, & quo pacto educatus ſim, *memini. vetus eſt, de ſcurra multò faciliùs diuitem, quàm patrẽ familiâs fieri poſſe. ‖ Hæc ille, ſi verbis non audet, re quidem vera 56

palàm loquitur. Etenim ſi vult virorum bonorũ inſtituto viuere, multa oportet diſcat, atque dediſcat: quorum illi ætati vtrũque difficile eſt. nõ dubitaui, inquit, cùm vadimonium deſertum eſſet, bona proſcribere. Improbè: verum, quoniam tu id tibi arrogas, & concedi poſtulas? concedamus. Quid ſi numquam deſeruit? ſi iſta cauſa abs te tota per ſummam fraudem, & malitiam ficta eſt? ſi vadimoniũ omnino tibi cum P. Quinctio nullum fuit? quo te nomine appellemus? improbum? at etiam ſi deſertum vadimonium eſſet, tamẽ in iſta poſtulatione, & proſcriptione bonorum, improbiſſimus d reperiebare. 39 num malitioſum? negas. fraudulentum? iã id quidem arrogas tibi. & pręclarum putas. audacem? cupidum? perfidioſum? vulgaria & obſoleta ſunt: res autẽ noua, & inaudita. ‖ Quid ergo eſt? vereor meher- 57

cule,

* al. ecquis

z L. quàm ad hãc rationem extremam, ac neceſſ. al. extremam nec neceſſariam.

a al. cùm in vita ſua rationum ſummi off. deſideramus, &c.

b al. requirimus.

* hæc duo iſta conſiderent, nõ ſũt in nonnullis libris.

c L. quærant. quẽadmodũ n.

* Vrſ. meminerint.

d L. reperiebare. malitioſũ? non negas.

culè, ne aut grauioribus vtar verbis, quàm natura fert, aut leuioribus, quàm cauſa poſtulat. Ais eſſe vadimonium deſertum. Quæſiuit à te ſtatim vt Romã rediit Quinctius, quo die vadimonium iſtuc factum eſſe diceres, reſpondiſti ſtatim, Nonis Februarij. Diſcedens in memoriã rediit Quinctius, quo die Roma in Galliã profectus ſit. ad ephemeridem reuertitur. inuenitur dies profectionis pridie Kal.[e] Februarij, Nonis[f] Februarij ſi Romæ fuit, cauſæ nihil dicimus,
58 quin tibi vadimonium promiſerit. ¶ Quid? hoc inueniri quî poteſt? profectus eſt vna L. Albius, homo in primis honeſtus. dicet teſtimonium.[g] Profecti ſunt familiares & Albij, & Quinctij. dicent hi quoque teſtimonium. literæ P. Quinctij, teſtes tot, quibus omnibus cauſa iuſtiſſima eſt, cur ſcire potuerint: nulla, cur mentiantur, cum
59 adſtipulatore tuo cõparabũtur. ¶ Et in hac eiuſmodi cauſa P. Quinctius laborabit? & diutius in tanto metu miſer, periculóq; verſabitur, & vehemẽtius eum gratia aduerſarij perterrebit, quàm fides iudicis conſolabitur? Vixit enim ſemper incultè, atque horridè: natura triſti, ac recõdita fuit: non ad *ſolarium, non in cãpo, non in conuiuiis verſatus eſt: id egit, vt amicos obſeruantia, rẽ parſimonia retineret. antiquam officij rationẽ dilexit, cuius ſplendor omnis his moribus obſoleuit. At, ſi in cauſa pari diſcedere inferior videretur, tamẽ eſſet non mediocriter conquerendũ. Nunc in cauſa ſuperiore, ne vt par quidẽ ſit, poſtulat.[h] inferiorẽ eſſe ſe patitur, duntaxat, vſque eò, ne cũ bonis, fama, fortuniſque omnibus Sex. Næuij cupiditati, crudelitati q; dedatur.
60 ¶ Docui, quod primùm pollicitus ſum, C. Aquilli, cauſam omnino, cur poſtularet, non fuiſſe: quòd neq; pecunia[i] debebatur: &, ſi maximè deberetur[k], commiſſum nihil eſſe, quare ad iſtã rationem perueniretur. Attẽde nunc, *ex edicto prætoris, bona P. Quinctij[l] poſſidere nullo mo-

e L. Febr.
f I. Febr.
g L. Profecuti ſunt fam.
* quibuſdã videtur locus fuiſſe ad fauces macelli, vbi otioſi homines animi gratia otiabãtur.
h L. inferiorẽ ſe eſſe P. Vrſ. inferiores eſſe patitur.
i L. deberetur.
k L. cõm. nihil eſſet.
* SECVNDVM PARTITIONIS MEMBRVM, Sex. Næu. ex edicto prætoris bona P. Quinctij nõ potuiſſe poſſidere.
l al. poſſideri.

Digitized by Google

do potuiſſe. Recita edictum: QVI FRAVDATIO-
NIS CAVSA LATITARIT. Non eſt is Quinctius:
niſi latitant, qui ad negotium ſuum, relicto pro-
curatore, proficiſcuntur. CVI HERES NON EX-
STABIT. Ne is quidem. QVI EXSVLII CAVSA SO-
LVM VERTERIT. 40 [m] Quo tempore exiſtimas
oportuiſſe, Næui, abſentē Quinctiū defendi, aut
quomodo? tum, cùm poſtulabas, vt bona poſſi-
deres? nemo affuit. neque enim quiſquā diuina-
re poterat, te poſtulaturū, neque quemquam at-
tinebat id recuſare, 41 [n] quod prætor, ſed ex edi-
cto ſuo iubebat. || Qui locus igitur abſentis de- 61
fendendi procuratori primus datus eſt? Cū pro-
ſcribebas? Ergo affuit: non paſſus eſt: libellos
deiecit Sex. Alphenus, qui primus erat officij
gradus, ſeruatus eſt à procuratore ſumma cū di-
ligentia. Videamus, quæ deinde ſint conſecuta.
Hominē P. quinctij deprehendis in publico: co-
naris abducere. non patitur Alphenus: vi tibi a-
demit: curat, vt domū reducatur ad Quinctiū. Hîc
quoque ſummè conſtat procuratoris diligentis
officium. Debere tibi dicis Quinctium: procura-
tor negat. Vadari vis: promittit. In ius vocas: ſe-
quitur. Iudicium poſtulas: non recuſat. Quid a-
liud ſit abſentem defendi ego non intelligo.
At quis erat procurator? Credo aliquem eiectū 62
hominem, egentem, litigioſum, improbum, qui
poſſet ſcurræ diuitis quotidianū conuicium ſu-
ſtinere Nihil minus. Eques Rom. locuples, ſui
negotii bene gerens: deniq; is, quē quoties Næ-
uius in Galliā profectus eſt, procuratorē Romæ
reliquit, Et audes, Sext. Næui, negare, abſentem
defenſum eſſe quinctium, cùm eum defenderit
idem, qui te ſolebat? &, cùm is iudiciū acceperit
pro quinctio, cui tu & rem, & famam tuā com-
mēdare proficiſcens, & concredere ſolebas: co-
naris hoc dicere, neminem exſtitiſſe, qui Quin-
ctium iudicio defenderet. [p] || Poſtulabā, inquit [q] 63
vt ſatiſdaret. Iniuria poſtulabas, 42 [r] Ita vide-
bare. Recuſabat Alphenus. Ita: verùm prætor

m L. Dici hoc de P. Quinctio non poteſt, Qui abſens iudicio defenſus non fuerit, Ne is quidē. Quo temp.

n L. quod prętor fieri non ex edicto ſuo iubebat. Qui loc. Vet. quod prætor ſed ex edicto ſuo iubebat. al. quod prætor nō modo fieri, ſed ex edicto ſuo fieri iubebat. al. quod prætor fieri, ſed non ex edicto ſuo fieri iubebat. al. quod prætor nō fieri, ſed ex edicto ſuo fieri iubebat.

o L. vi tibi adimit.

p εἶπε.

q L. vt ſatiſdares.

r L. Ita iubebare. Recuſ. al. ita iubebatur.

decernebat. Tribuni igitur appellabantur. Hîc te inquit, reneo. non eſt iſtud iudicium pati, neque iudicio defendere.[43] cũ auxiliũ à * tribunis petas. Hoc ego, cùm attendo, qua prudentia ſit Hortenſius, dicturũ eſſe eum non arbitror. cùm autem antea dixiſſe audio, & cauſã ipſam conſidero, quid aliud dicere poſſit, nõ reperio. fatetur enim libellos Alphenum deieciſſe, vadimonium promiſiſſe, iudicium quin acciperet in ea ipſa verba,[44] quæ Næuius edebat, [s] non recuſaſſe: * * ita tamen, more & inſtituto, per eum magiſtratum, qui auxilij
64 cauſa conſtitutus eſt. || Aut hæc facta non ſint, neceſſe eſt: aut C. Aquilliꝰ, talis vir, iuratus, hoc ius in ciuitate conſtituat,[45] [t] cuius procurator non omnia iudicia acceperit, quæ quiſque in verba poſtularit: cuius procurator à prętore tribunos appellare auſus ſit, eum nõ defendi eius bona rectè poſſideri poſſe: ei miſero, abſenti, [u] ignaro fortunarum ſuarum, omnia vitæ ornamẽta per ſummũ dedecus, & ignominiã diripi cõ-
65 uenire. || Quod ſi probari nemini poteſt: illud certè probari omnibus neceſſe eſt, defenſum eſſe iudicio abſentem Quinctium. Quod cùm ita eſt, ex edicto bona poſſeſſa non ſunt. At enim tribuni pleb. ne audierunt quidem. Fateor, ſi ita eſt, procuratorem decreto prætoris Romani oportuiſſe parere. Quid ſi M. Brutus interceſſurum ſe dixit palàm, niſi quid inter ipſum Alphenum, & Næuium conueniret? videtúrne interceſſiſſe appellatio tribunorum,[46] [x] non moræ, ſed auxilij cauſa?
66 || Quid deinde fit? Alphenus, vt omnes intelligere poſſent, iudicio defendi. Quinctium, nequa ſubeſſe poſſet aliena aut ipſius officio, aut huius exiſtimatione ſuſpicio, viros bonos complureis aduocat. teſtatur, iſto audiente, ſe pro communi neceſſitudine id primùm petere, nequid atrocius in P. Quinctium abſentem

* al. à tribunis petas? per interrogationem.

s L. non recuſaſſe. cũ ſatiſdare à prętore iuberetur, recuſaſſe. ita tamen, &c.

t L. cuius procurator omnia iudicia, &c.

v L. ignaro omnia fortunarum ſ.

* alij, non more. malè.

ſine cauſa facere conetur : ſin autem inimiciſſimè,atque infeſtiſſimè contendere perſeueret,ſe paratum eſſe omni recta, atque honeſta ratione defendere,quod petat non deberi: [47] [y] ſe iudicio id,quod edat,accipere. || Eius rei,conditio- 67
niſque tabellas obſeruauerunt viri boni complures:res in dubium venire non poteſt. fit, rebus omnibus integris , neque proſcriptis , neque poſſeſſis bonis,vt Alphenus promittat Næuio,ſiſti Quinctium. Venit ad vadimoniũ quinctius.iacet res in controuerſiis,iſto [z] calumniãte biennium,vſque dum inueniretur,qua ratione res ab vſitata conſuetudine recederet , & in hoc ſingulare iudicium cauſa omnis concluderetur.||Quod officium,C.Aquilli,commemorari 68
procuratoris poteſt,quod ab Alpheno præteritum eſſe videatur?Quid affertur,quare P.Quinctius abſens negetur eſſe defenſus ? An verò id, quod Hortenſium , quia nuper iniecit , & quia Næuius ſemper id clamitat, dicturum arbitror, non fuiſſe Næuio parem certationem cum Alpheno,illo tempore,illis dominantibus?quod ſi velim confiteri:illud, opinor, concedent , non procuratorem P. quinctij neminem fuiſſe , ſed gratioſum fuiſſe.Mihi autem ad vincendum ſatis eſt,fuiſſe procuratorem, quicũ experiri poſſet.Qualis is fuerit, ſi modo abſentẽ defẽdebat per ius,[a] & magiſtratũ,nihil ad rẽ arbitror pertinere.||* Erat,inquit,illarũ partiũ.Quid ni? qui 69
apud te eſſet educatus:quem tu à puero ſic inſtituiſſes,[48] vt nobili,ne gladiatori quidem* hæreret. ſicut tu ſemper ſummè concupiſti : idem volebat Alphenus, ea re tibi cũ eo par contentio erat.Bruti, inquit, erat familiaris. itaque is intercedebat. Tu contrà Burrieni, qui iniuriam decernebat:omnium denique illorum, qui tum &poterant per vim,&ſcelus plurimum:&,quod poterant, id audebant. [49] An [c] omneis tu iſtos vincere*volebas,qui nunc,tu vt vincas , tantopere laborant?aude id dicere non palàm,ſed his

y l. ſe iudicium in id, quod edat, accipere. al. ſe iudicium quod edat accipere.
z v. c. kalumniare.
* l. & per magiſtr.
a al. Erat enim, inquit, ill.
* al. cederet al. fauerret.
b l. item volebat Alph.
c v. c. omnis.
* al. nolebas.

ipſis , quos aduocaſti. || Tametſi nolo eam rem
70 cõmemorando renouare, cuius omnino rei me-
moriam omnem tolli funditus , ac deleri arbi-
tror oportere. Vnum illud dico : ſi propter par-
tium ſtudium potens erat Alphenus: potentiſſi-
mus Næuius. Si fretus gratia poſtulabat aliquid
iniquius Alphenus, multò iniquiora Nęuius im-
petrabat. [50] Neq;.n.inter ſtudium veſtrum quid-
quam, vt opinor, *interfuit. Ingenio, vetuſtate, * al. aliud
artificio tu facilè viciſti. Vt alia omittam, hoc interfuit.
ſatis eſt. Alphenus cum iis , & propter eos pe-
riit, quos diligebat. tu, poſtquam, qui tibi erant
amici, non poterant vicere: vt amici tibi eſſent
71 qui vincebant , effeciſti. || Quòd ſi tum par tibi
ius cum Alpheno fuiſſe non putas , quia tamen
aliquem contra te aduocare poterat: quia magi-
ſtratus aliquis reperiebatur, apud quem Alphe-
ni cauſa cõſiſteret: quid hoc tempore Quinctio
ſtatuendum eſt ? cui neque magiſtratus adhuc
æquus inuentus eſt, neq; iudicium redditum eſt
vſitatum: non condicio, non ſponſio, non deni-
que vlla vmquam interceſſit poſtulatio , mitto
æqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem
audita. De re pecuniaria cupio contendere. non
licet. At ea cõtrouerſia eſt. Nihil ad me attinet:
cauſam capitis dicas, oportet. Accuſa, vbi ita ne-
ceſſe eſt. Non, inquit, niſi tu antè, nouo modo,
priore loco dixeris. dicendum neceſſario eſt:
*præſtituendæ horę ad arbitrium noſtrum: [51] iu- * al. conſtituendæ.
72 dex ipſe* arceſſetur. || Quid tum ? Tu * aliquem * al. arcebitur. alij arcibitur. al. arcio. quod idem valet quod actio.
patronum inuenies , hominem antiqui officij,
qui ſplendorẽ noſtrum , & gratiam * negligat?
pro me pugnabit* L. Philippus, eloquentia, gra-
uitate, honore florẽtiſſimus ciuitatis: dicet Hor-
tenſius, excellens ingenio, nobilitate, exiſtima- * Pant. neminem.
tione: aderunt autem homines nobiliſſimi , ac
potentiſſimi , quorum frequentiam , & conſeſ- * Pant. negligat.
ſum, non modò P. Quinctius , qui de capite de- * V. Hor. 1. epiſt. 7.
cernit, ſed quiuis , qui extra periculum ſit , per-

horreſcat. || [1] Hæc eſt iniqua certatio, non illa qua tu contra Alphenum * velitabaris, huic ne vbi conſiſteret quidem contra te, locum reliquiſti. Quare, aut doceas oportet. Alphenũ negaſſe ſe procuratorem eſſe, non deieciſſe libellos, iudicium accipere noluiſſe: aut cùm hęc facta ſint, ex edicto te bona P. Quinctij non poſſediſſe concedas. Etenim ſi ex edicto poſſediſti: quæro, cur bona non venierint, cur ceteri ſponſores, & creditores non conuenerint. Nemóne fuit, cui deberet Quinctius? Fuerunt, & complures fuerunt: propterea quòd C. frater aliquantulum ęris alieni requirat. Quid ergo eſt? Homines erant ab hoc omnes alieniſſimi, & iis debebatur: neq; tamẽ quiſquã inuentus eſt tã * inſignitè improb⁹, qui violare P. Quinctij exiſtimationẽ abſẽtis auderet. || Vnus fuit affinis, ſocius, 74
neceſſarius, Sex. Næuius: 52 [c] qui cùm ipſe vltrò deberet, quaſi eximio præmio ſceleris expoſito, cupidiſſimè cõtenderet, vt per ſe afflictum, atq; euerſum propinquum ſuum, non modò honeſtè partis bonis, verùm etiam cõmuni luce priuaret. Vbi erant ceteri creditores? deniq; hoc tempore vbi ſunt? quis eſt, qui fraudationis cauſa * latuiſſe dicat? quis, qui abſentem defenſum neget eſſe Quinctiũ? nemo inuenitur. || At cõtrà omnes, 75
quibuſcũ ratio huic aut eſt, aut fuit, adſunt, defendũt: fides huius multis locis cognita, ne perfidia Sex. Næuij derogetur, laborant. In iſtiuſmodi ſponſionem teſteis dare oportebat ex eo numero, qui hæc dicerent. Vadimonium mihi deſeruit: me fraudauit: à me hominis eius, quod inficiatus eſſet, diem petiuit: ergo experiri non potui: latitauit, procuratorẽ nullũ reliquit. Horum nihil dicitur. Parantur teſtes, qui hæc dicant. Verũ, opinor, viderimus, tũ dixerint, vnum támen hoc cogitẽt, ita ſe [g] graueis eſſe, vt, ſi veritatẽ volent retinere, grauitatem poſſint obtinere: [h] ſi eã negligẽt, ita leues ſint, vt omnes intelli

d L. Hæc eſt iniqua certatio qua tu huic ne vbi con ſiſteret qui dem cõtra te, locum reliquiſti: non illa, qua tu con tra Alphenum velitabaris, Q.

* Pant. velitabas.

* al. inſigniter

e L. qui, cũ ipſi nihil deberetur, vltro, quaſi exim. &c. al. ſic, qui cùm ipſe ei vltro conſulere deberet, quaſi exim. al. qui cùm eũ ipſe vltro defendere deberet.

* al. latitaſſe.

f L. in huiuſmodi.

g v. c. grauis

h L. ſin eam negl.

telligant,non ad obtinendum mendacium , ſed
76 ad verũ probandũ,auctoritatem adiuuare.|| Ego
hęc duo quæro:primùm,qua ratione Nęuius ſu-
ſceptum negotiũ non tranſegerit : hoc eſt, cur
bona,quæ ex edicto poſſidebat,non vendiderit:
deinde,cur ex tot creditoribus aliis ad iſtam ra-
tionem nemo acceſſerit:vt neceſſario confitea-
re, neque eorum tam temerariũ quemquã fuiſ-
ſe,neque te ipſum id , quod turpiſſimè ſuſcepiſ-
ſes,perſeuerare,& tranſigere potuiſſe.Quid ſi tu
ipſe,Sex.Næui,ſtatuiſti,bona P.Quinctij ex edi-
cto poſſeſſa non eſſe?opinor, tuum teſtimoniũ,
quod in aliena re leue eſſet, id in tua, quoniam
cõtra te eſt,grauiſſimũ* debet eſſe. Emiſti bona * debere eſſe.
Sex.Alpheni,L. Sylla dictatore vendente. ſociũ
tibi in huius bonis edidiſti[i] Quinctiũ.Plura nõ i L.P.Quinctium.
dico.Cum eo tu volũtariam ſocietatem coibas,
qui te in hereditaria ſocietate fraudarat?&eum
iudicio tuo comprobabas,quem ſpoliatũ fama,
77 fortuniſque omnib.arbitrabare?||Diffidebã me-
hercule,C.Aquilli,ſatis animo certo, & confir-
mato me poſſe in hac cauſa conſiſtere.ſic cogi-
tabam:cùm contrà dicturus eſſet Hortenſius. &
cùm eſſet attentè auditurus[k] Philippus,fore,vti k L.Philippus.
permultis in rebus timore prolaberer.Dicebam
huic Q.Roſcio,cuius ſoror[l] eſt cũ P.Quinctio, l L. συνοικεῖ.
cùm à me peteret,& ſummè contẽderet,vt pro-
pinquum ſuũ defenderem , mihi perdifficile eſ-
ſe contra taleis oratores non modò tãtam cau-
ſam perorare, ſed omnino verbum facere cona-
ri. Cùm cupidiùs inſtaret: homini pro amicitia
familiarius dixi,mihi videri * ore duriſſimo eſ- * id eſt,impudens.
ſe,qui præſente eo geſtum agere conaretur: qui
verò cum ipſo contenderent , eos, etiam ſiquid
antea recti aut venuſti habere viſi ſunt,id amit-
tere : nequid mihi[m] eiuſmodi accideret , cùm m L.eiuſdemmodi.
contra talem artificem dicturus eſſem,me vere-
78 ri.||Tum mihi Roſcius & alia multa confirman-
di mei cauſa dixit: & mehercule , ſi nihil dice-
ret,

Digitized by Google

ret,tacito ipſo officio,& ſtudio, quod adhibebat erga propinquum ſuum, quemuis commoueret.Etenim,cùm artifex eiuſmodi ſit, vt ſolus dignus videatur eſſe,qui in [n] ſcena ſpectetur: tū vir eiuſmodi eſt, vt ſolus dignus videatur, qui eò non accedat.Verumtamen,quid ſi,inquit,habes eiuſmodi cauſam,vt hoc tibi planum ſit faciendum,neminem eſſe, qui poſſit [o] biduo,ad ſummum triduo, ſeptingenta millia paſſuū ambulare? taménne vereris, vt poſſis hæc contra Hortenſium contendere? minimè, inquam. Sed quid id ad rem?[53] Nimirū,inquit,in eo cauſa cōſiſtit.‖Quo modo? Docet me eiuſmodi rem, & 79
factum ſimul Sex. Næuij, quod ſi ſolum proferretur,ſatis eſſe deberet.Quod abs te,C. Aquilli, & à vobis,qui adeſtis in conſilio,quæſo,vt diligenter attēdatis.profectò intelligetis, illinc ab initio cupiditatem pugnaſſe,& audaciam: hinc veritatem,&pudorē,[p] quoad potuerit,reſtitiſſe. Bona poſtulas,vt ex edicto poſſidere liceat.quo die?te ipſum,Næui,volo audire: volo,inauditū facinus,ipſius, qui id commiſit, voce conuinci. Dic Næui diem.[54] Ante diem v. Kal. intercalareis. Bene agis. quàm longe eſt hinc in ſaltum veſtrum Gallicanum? Næui,te rogo. DCC.millia paſſuum.Optimè. De ſaltu deiicitur Quinctius. quo die?poſſumus hoc quoq; ex te audire?Quid taces?dic,inquā,diem. pudet dicere. Intelligo: verùm & ſerò, & nequidquā pudet. deiicitur de ſaltu,C.Aquilli, [55] pridie Kal. intercalareis biduo pòſt, aut vt ſtatim de iure aliquis cucurrerit,nō toto triduo CCC.millia paſſuū conficiuntur.‖O rē incredibilem?ô cupiditatem inconſideratam!ô nuntium volucrem!Adminiſtri,&ſatellites Sex.Næuij Roma trans Alpeis in [q] Sebuſianos biduo veniunt.O hominem fortunatum, qui eiuſmodi nuntios, ſeu potiùs Pegaſos habeat.Hîc ego ſi Craſſi omnes cum Antoniis exſiſtant,ſi tu,L. Philippe, qui inter illos florebas, [r] hanc cauſam voles cum Hortenſio dicere, 80

n v. c. ſcæna.

o al. biduo, aut ſummum trid.

p al. quoad potuerint.

q Seguſianos.

r L. hanc cauſam velis cū Hortenſio di.

tamen ſuperior ſim neceſſe eſt. Non enim, quẽadmodum putatis, omnia ſunt in eloquentia. eſt quędam tamen iſta perſpicua veritas, vt eam in-
81 firmare nulla res poſſit. || An antequàm poſtulaſti, vt bona poſſideres, miſiſti, qui curarent, vt dominus de ſuo fundo à ſua familia vi deiiceretur? Vtrumlibet elige. alterum incredibile eſt: alterum nefarium: & ante hoc tempus, vtrumq; inauditum. Septingenta millia paſſuum vis eſſe decurſa biduo? dic. negas? antè igitur miſiſti. malo. Si enim illud diceres: improbè mentiri videre. cùm hoc confiteris, id te amiſiſſe concedis, quod ne mendacio quidem tegere poſſis. Hoc conſiliũ Aquillio, & talibus viris, tam cupidum,
82 tam audax, tam temerarium probabitur? || Quid hæc amentia, quid hæc feſtinatio, quid hæc immaturitas tanta ſignificat? nõ vim, nõ ſcelus? nõ latrocinium? non denique omnia potiùs, quàm ius, quàm officium, quã pudorem? Mittis iniuſſu prætoris. quo conſilio? iuſſurum ſciebas? quid? cùm iuſſiſſet, tũ mittere nónne poteras? Poſtulaturus eras. Quando? poſt dies xxx. Nempe ſi te nihil impediret: ſi voluntas eadẽ maneret: ſi valeres: deniq; ſi viueres. Prætor iuſſiſſet. Opinor, ſi vellet, ſi valeret, ſi ius diceret, 56 [s] ſi nemo recuſaret, qui ex ipſius decreto & ſatiſdaret, & iu-
83 dicium accipere vellet. || Nã, per deos immortaleis, ſi Alphenus procurator P. Quinctij, tibi tum [t] ſatiſdaret, & iudicium accipere vellet: deniq; omnia, quæ poſtulares, facere voluiſſet, quid ageres? reuocares eum, quem in Galliam miſeras? At hic quidem iam de fundo expulſus: iã à ſuis diis penatibus præceps eiectus, iam (quod indigniſſimũ eſt) ſuorum ſeruorum manibus, nuntio atq; imperio tuo, violatus eſſet. Corrigeres hęc, ſcilicet, tu poſtea. De cuiuſquam vita dicere audes, qui hoc concedas neceſſe eſt, ita te cæcum cupiditate, & auaritia fuiſſe, 57 vt, cùm [u] poſtea quid futurum eſſet, ignorares: accidere autem

s L. ſi nemo recuſaret, quin ex ipſius decreto & ſatiſdaret, & iudicium acciperet. N.
t L. ſatiſdare.
v for. quid poſtea tu-

mul

multa poſſent: ſpē maleficij præſentis in incerte reliqui temporis euētu [x] collocares? Atq; hęc [y] perinde loquor, quaſi ipſo illo tēpore, cùm te prætor iuſſiſſet ex edicto poſſidere, ſi in poſſeſſione miſiſſes, debueris, aut potueris P. Quinctiū de poſſeſſione deturbare.|| Omnia ſūt, C. Aquil- 84
li, eiuſmodi, quiuis vt perſpicere poſſit, in hac cauſa improbitatem, & veritate contendere. *

* * * * * *

58 Prætor te quemadmodum poſſidere iuſſit? opinor ex edicto. Sponſio quæ in verba facta eſt? NI EX EDICTO PRAETORIS bona P. Quinctij poſſeſsa non ſint. Redeamus ad edictū. Id quēadmodum iubet poſſidere? Num quid eſt cauſæ, C. Aquilli, quin, ſi longè aliter poſsedit, quàm prætor edixit, iſte ex edicto non poſsederit, ego [z] ſpōſione vicerim? Nihil, opinor. cognoſcamus edictum. QVI EX EDICTO MEO IN POSSESSIONEM [a] VENERINT. De te loquitur, Næui, quemadmodū tu putas. ais enim te ex edicto veniſse. tibi, quid facias, definit: te inſtituit, tibi præcepta dat. EOS ITA VIDETVR IN POSSESSIONE ESSE OPORTERE. Quomodo? QVOD IBIDEM RECTE CVSTODIRE POTERVNT, ID IBIDEM CVSTODIANT. QVOD NON POTERVNT, ID AVFERRE, ET ABDVCERE LICEBIT. Quid tum? DOMINVM, inquit, INVITVM DETRVDERE NON PLACET. Eum ipſum, qui fraudandi cauſa latitet: eū ipſum, quem iudicio nemo defendat: eum ipſū qui cum omnibus creditoribus ſuis malè agat, inuitum de prædio detrudi vetat.|| Proficiſcenti 85
tibi in poſſeſſionem prætor ipſe, Sex. Næui, palā dicit: ita poſſideto, vt tecum ſimul poſſideat Quinctius: ita poſſideto, vt Quinctio [b] vis ne afferatur. Quid? tu id quemadmodum obſeruas? mitto illud dicere, eū, qui nō latitarit, cui Romę domus, vxor, liberi, procurator eſset: eū, qui tibi vadimoniū non deſeruiſset: hæc omnia mitto: illud dico, dominum expulſum eſſe de prædio, domi

x L. collocares? Omnia ſunt C. Aq. c. q. vt p. p. in h. c. ſmpr. & gr. c. inop. & veritate cō tendere. Atque hęc pr. loq. loq. q. ipſo illo t. c. te pr. iuſſ. ex ed. p. ſi in p. m. d. aut p. P. Q. de p. deturbare. Prætor te, &c.

y L. proinde loquor, quaſi ſi ipſa illo temp. c. te pr. iuſſ. ex ed. poſſ. in poſ.

* TERTIVM PARTITIONIS MEMBRVM in quo probat bona Sex. Næuij Quinctium non poſſediſſe deſideratur.

* *

z al. ſponſionem vic.

a al. VENERIT.

b al. vis nō afferatur.

Digitized by Google

domi à familia ſua manus allatas eſſe ante ſuos Lareis familiareis.[59] hoc dico.

Deſideratur hic id omne, quod ad tertium partitionis membrum pertinebat, & principium epilogi.

* Næuium[c] ne appellauiſſe quidem Quinctiũ, cũ ſimul eſſet, experiri poſſet quotidie: deinde quòd omnia iudicia difficillima cum ſua ſumma inuidia, maximóque periculo P. Quinctij fieri mallet, quàm illud pecuniarium iudicium, quod vno die tranſigi poſſet: ex quo vno hæc omnia nata, & profecta eſſe concedit. Quo in loco cõditionem tuli, ſi vellet pecuniã petere, P. Quinctium iudicatum ſolui ſatiſdaturum, dum ipſe,

* PERORATIONIS enumeratio.

c L. ne appellaſſe quidam.

d L. cum ſumma ſua.

86 ſiquid peteret, pari conditione vteretur. || Oſtẽdi, quàm multa antè fieri conuenerit, quàm hominis propinqui bona poſſideri poſtularentur: præſertim cùm Romæ domus eius, vxor, liberi eſſent, & procurator æque vtriuſq; neceſſarius. Docui,[60] cùm deſertum eſse dicat vadimoniũ, *omnino vadimonium nullum fuiſse: quo die hunc ſibi promiſiſse dicat: eo die ne Romæ quidem eum fuiſse, id teſtibus me pollicitus ſum planum facturum, qui & ſcire deberent, & cauſam, cur mentirentur, non haberent. Ex edicto *autẽ non potuiſse bona poſſideri, demõſtraui: [61] quod neq; fraudandi cauſa [e] latitaſset, neque

* al. tum omnino vadimonium.

* non potuiſſe poſſidere.

87 exſilij cauſa ſolũ vertiſse diceretur. || Reliquum eſt, vt eũ nemo iudicio defenderit.[62] quod contrà copioſiſſimè defenſum eſse contendi, nõ ab homine alieno, neque ab aliquo[f] calumniatore, atque improbo: ſed ab equite R. propinquo, & neceſſario ſuo, quem ipſe Sex. Næuius procuratorẽ relinquere antea conſueſset: neque eum, ſi tribunos appellarit, idcirco minus iudiciũ pati paratũ fuiſse: neq; potentia procuratoris Nęuio ius ereptum: contra iſtũ potentia ſua tũ tãtummodò ſuperiorem fuiſse, nunc nobis vix reſpi-

e L. latitaſſe

f v.c. Kalũniatore.

88 randi poteſtatem dare. || Quęſiui, quæ cauſa fuiſſet, *cur bona nõ veniſsent, cùm ex edicto poſ-

* Non poſſediſſe.

ſide

ſiderentur. deinde illud quoque requiſiui, qua ratione ex tot creditoribus nemo neq; tum idẽ fecerit, neque nunc contra dicat, omnéſq; pro P. Quinctio pugnent: præſertim cùm in tali iudicio teſtimonia creditorũ exiſtimentur ad rẽ maximè pertinere. Poſtea ſum vſus aduerſarij teſtimonio, qui ſibi eum nuper edidit ſocium, quem, quo modo nunc intendit, ne in viuorum quidem numero tum demonſtrat fuiſſe. Tũ illã incredibilem celeritatem, ſeu potiùs audaciam, protuli: confirmaui neceſſe eſſe aut biduo DCC. millia paſſuũ eſſe decurſa, aut Sex. Næuiũ diebus complurib. antè in poſſeſſionem miſiſſe, quàm poſtularet, [g] vti ei liceret bona poſſidere. || Poſtea recitaui edictum, quod apertè dominũ de prædio [h] detrudi vetaret: in quo conſtitit, Næuium ex edicto non poſſediſſe, cùm [i] cõfiteretur ex prędio vi detruſum eſſe Quinctium. [k] Omnia autẽ bona poſſeſſa nõ eſſe conſtituit: quòd bonorũ poſſeſſio ſpectetur non in aliqua parte, ſed in vniuerſis, quæ teneri ac poſſideri poſſint. Dixi, Romæ domũ fuiſſe, quò iſte ne adſpirarit quidem: ſeruos complureis, ex quibus iſte poſſederit neminem, ne attigerit quidẽ: vnũ fuiſſe, quem attingere conatus ſit: prohibitum fuiſſe: quieuiſſe. || In ipſa Gallia cognoſtis in prædia priuata Quinctij Sext. Næuium nõ veniſſe. Deniq; ex ipſo ſaltu, quem per vim expulſo ſocio, poſſedit, ſeruos priuatos Quinctij nõ omneis eiectos eſſe. Ex quo, & ex ceteris dictis, factis, cogitatiſque Sex. Næuij, quiuis poteſt intelligere, iſtum nihil aliud egiſſe, neque nunc agere, niſi vti per vim, per iniuriam, per iniquitatem iudicij, totum agrum, qui communis eſt, ſuum facere poſſit. || Nunc * cauſa perorata, res ipſa, & periculi magnitudo, C. Aquilli, cogere videtur, vt te, atque eos, qui tibi [l] in conſilio ſunt, obſecret, obteſteturq; P. Quinctius per ſenectutẽ, ac ſolitudinẽ ſuã nihil aliud

89 (beside "quàm poſtularet … bona poſſidere. || Poſtea recitaui")
90 (beside "fuiſſe: quieuiſſe. || In ipſa Gallia")
91 (beside "nis eſt, ſuum facere poſſit. || Nunc * cauſa")

g L. vt lic.
h al. detrudi vetat.
i L. confiteretur Quinctium ex prædio vi detruſum eſſe. Omn.
k L. Omnino autem.
* AMPLIFICATIO PERORATIONIS.
l L. in conſilio adſunt.

aliud, niſi vt veſtræ naturæ, bonitatique obſequamini: vt, cùm veritas cum hoc faciat, plus huius inopia poſſit ad miſericordiam, quàm il-
92 lius opes ad crudelitatem. || Quo die ad te iudicem venimus, eodẽ die illorum minas, quas antè horrebamus, negligere cœpimus. Si cauſa cũ cauſa cõtenderet: nos noſtram perfacilè cuiuis probaturos ſtatuebamus. Quòd vitæ ratio cum ratione vitæ decerneret: idcirco nobis etiã magis te iudice opus eſſe arbitrati ſumus. Ea res enim nunc [m] in diſcrimen verſatur, vtrúmne poſſit ſe contra luxuriam, ac licentiam ruſticana illa, atque inculta parſimonia defendere: an deformata, atq; ornamentis omnibus ſpoliata, nu-
93 da, cupiditati, petulantiæq; addicatur. || Non cõparat ſe tecum gratia P. Quinctius, Sex. Næui: nõ opibus, non facultate contendit. omneis tuas arteis, quibus tu magnus es, tibi concedit. Fatetur, ſe non bellè dicere, 63 non [n] ad voluptatem loqui poſſe: non ab afflicta amicitia transfugere, atque ad florentem aliam deuolare: non profuſis ſumptibus viuere: non ornare magnificè, ſplendidéq; conuiuium: non habere domũ clauſam pudori, & ſanctimoniæ: patentem. atq; adeo expoſitam cupiditati, & voluptatibus: contrà, ſibi officium, fidem, diligentiam, vitam omnino ſemper horridam: atq; aridam cordi fuiſſe, iſta ſuperiora eſſe, ac plurimũ poſſe his morib. ſen-
94 tit. || Quid ergo eſt? Non vſq; eò tamen, vt in capite, fortuníſq; hominum honeſtiſſimorum dominentur ij, qui, relicta bonorũ virorũ diſciplina, & quæſtum, & ſumtũ 64 * Gallonij ſequi maluerunt, atque etiam, quod in illo non fuit, cum audacia, perfidiaq; vixerunt. Si licet viuere eũ, quem Sex. Næuius non vult: ſi eſt homini honeſto locus in ciuitate, inuito Næuio: ſi fas eſt reſpirare P. Quinctium, contra nutum, ditionémque Næuij: ſi, quæ pudore ornamenta [o] ſibi peperit, ea poteſt contra petulantiam, te defen-

[m] l. in diſcrimine verſatur.

[n] fort. ad voluptates

* meminit 3. de Finib.

[o] al. ſibi reperit.

Digitized by Google

dente,obtinere:ſpes eſt & hunc miſerũ,atq; infelicem aliquando tamen poſſe conſiſtere.ſin& poteritNęuius id quod libet,& ei libebit,quod non licet:quid agendum eſt?qui deus appellandus eſt?cuius hominis fides imploranda eſt?qui deniq; quæſtus, qui mæror [p] dignus inueniri in calamitate tanta poteſt?|| Miſerum eſt exturbari 95
fortunis omnibus:miſerius eſt,iniuria.acerbum eſt ab aliquo circumueniri: acerbius, à propinquo. calamitoſum eſt bonis euerti : calamitoſius,cũ dedecore.funeſtum eſt à forti,atq;honeſto viro iugulari:funeſtius, ab eo,cuiꝰ vox præconio quæſtu proſtitit.indignum eſt à pari vinci,aut ſuperiore:indignius, ab inferiore , atque humiliore. luctuoſum eſt tradi alteri cũ bonis: luctuoſius,inimico.horribile eſt cauſam capitis dicere:horribilius,priore loco dicere.|| Omnia 96
circumſpexit Quinctius,omnia periclitatus eſt, C.Aquilli: [q] non prætorem modò,à quo ius impetraret,inuenire non potuit , atq; adeò ne vnde arbitratu quidem ſuo poſtularet:ſed ne amicos quidem Sex. Næuij : quorum ſæpe,& diu ad pedes iacuit ſtratus,obſecrans per deos immortaleis,vt aut ſecum iure contenderent,aut iniuriam ſine ignominia ſibi imponerent.|| Denique 97
ipſius inimici vultum ſuperbiſſimũ ſubiit: ipſius Sex.Næuij lacrymans [r] manũ apprehẽdit,in propinquorũ bonis proſcribendis exercitatã:obſecrauit per fratris ſui mortui cinerẽ , per nomen propinquitatis, per ipſius coniugem & liberos, quib.propior P.Quinctio nemo eſt, [s] vt aliquãdo miſericordiam caperet: aliquam,ſi non propinquitatis,at ætatis ſuæ:ſi non hominis, at humanitatis rationẽ haberet:vt ſecũ aliquid,integra ſua fama,qualibet,dummodo tolerabili,cõditione trãſigeret.||Ab ipſo repudiatus,ab ami- 98
cis eius nõ ſubleuatus,ab omni magiſtratu agitatus,65 atq; perterritus,quem,præter te,appellet,habet neminẽ:tibi ſe,tibi ſuas omneis opes, for-

p L.dignus inueniri calamitat.

q L. non prætorem modò , à quo ius imperraret: atque adeò vnde arbitratu ſuo poſtularet,inuenire non potuit:ſed ne amic.

r L.manũ prehendit.

s L. vt aliquando miſericordia raperetur: aliq.

fortunáſq; commendat: tibi committit exiſtimationem, ac ſpem reliquæ vitæ. multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, ſed miſer confugit, è fundo ornatiſſimo deiectus, ignominiis omnib. appetitus, cùm illũ in ſuis paternis bonis dominari videret, ipſe filiæ nubili dotẽ conſicere nõ poſſet, nihil a-
99 lienũ tamẽ vita ſuperiore commiſit. || Itaque te obſecrat, C. Aquilli, vt, quã exiſtimationẽ, quam honeſtatẽ in iudiciũ tuum propè acta iã ætate, decurſáq; attulit, eã liceat ei ſecum ex hoc loco efferre: ne is, de cuius officio nemo vmquam dubitauit, ſexageſimo denique anno, dedecore, macula turpiſſimáq; ignominia notetur: ne ornamẽtis eius omnib. Sex. Næuius pro ſpoliis abutatur: ne per te ferat, quo minùs, quæ exiſtimatio P. Quinctium vſq; ad ſenectutem perduxit, eandem vſque ad rogum [t] proſequatur.

t al. perſequatur.

PRO SEX. * ROSCIO AMERINO.

ORATIO SECVNDA.

*huius orationis meminit ipſe Cicero 2. Off. §. 51. & de Clar. Orator. Gell. l. 15. c. 28. Plutar. in Cicerone.

QVAESTIO *an patrem ſuum S. Roſcius occiderit, & eo nomine Sexti. Roſcij bona, ab aduerſariis iniſte occupata.* ACCVSAT *Erutius, ſocij Duo Roſcij Capito & Magnus, Chryſogonus Syllæ libertus.* ADSESSORES *P. Scipio & Metellus (vt licet coniicere)* REVS *Sex. Roſcius Amerinus.* PATRONVS *Roſcij M. Tullius Cicero ætatis ſuæ anno 27. Acta in foro anno vrbis 673.* EVENTVS. *viciſſe Ciceronem narrat Plutarchus in Cicerone.*

EXORDIVM.

1 CREDO ego vos, iudices, mirari, quid ſit, quòd cùm * tot ſũmi oratores, hominéſque nobiliſſimi ſedeant, ego potiſſimũ ſurrexerim, is qui neque * ætate, neque ingenio, neque auctoritate ſim [a] cum iis, qui ſedeant, com-

*cauſæ cur ad dicendum aſſurrexerit.

* annum 27. habuiſſe notat Gell. l. 15. c. 28.

a al. cum his quiſ.

comparandus. Omnes enim hi, quos videtis adeſſe in hac cauſa, iniuriam nouo ſcelere conflatam putant oportere defendi: defēdere ipſi propter iniquitatē* temporū nō audēt. ita ſit, vt adſint, propterea quòd officium ſequuntur: taceāt autem idcirco, quia periculum metuunt. || Quid 2
ergo? audaciſſimus ego ex omnibus? minimè. at tanto officioſior, quàm ceteri? ne iſtius quidem laudis ita ſum cupidus, vt aliis eam præreptam velim. Quæ me igitur res præter ceteros impulit, vt cauſam Sex. Roſcij reciperem? quia, ſiquis iſtorum dixiſſet, quos videtis adeſſe, in quibus ſumma auctoritas eſt, atque amplitudo: ſi verbū de rep. feciſſet, id quod in hac cauſa fieri neceſſe eſt: multo plura dixiſſe, quàm dixiſſet, putaretur. || Ego etiam ſi omnia, quæ dicenda ſunt, li- 3
berè dixero, nequaquam tamen ſimiliter oratio mea exire, atque in vulgus emanare poterit. deinde, quod ceterorum neque dictum obſcurum poteſt eſſe, propter nobilitatem, & amplitudinem, neque temere dicto concedi, propter ætatem & prudentiam: ego ſiquid liberiùs dixero, vel occultum eſſe propterea, quòd nondum ad rempub. acceſſi, vel ignoſci adoleſcentiæ meæ poterit: tametſi non modò ignoſcendi ratio, verùm etiam cognoſcendi conſuetudo iam de ciuitate ſublata eſt. || Accedit illa quoque cauſa, 4
quòd à ceteris forſitan ita petitum ſit, vt dicerent, vt vtrumuis ſaluo officio ſe facere poſſe arbitrarentur. à me autem ij contenderunt, qui apud me & amicitia, & beneficiis, & dignitate plurimum poſſunt: quorum ego neque [b] beneuolentiam erga me ignorare, [c] nec auctoritatem aſpernari, nec voluntatem negligere debeam. || His de cauſis ego huic cauſæ patronus exſtiti, 5
non electus vnus, qui maximo ingenio, ſed relictus ex omnibus qui minimo periculo poſſem dicere: neque vti ſatis firmo præſidio defenſus Sext. Roſcius, verùm vti ne omnino deſertus eſſet.

* L. Syllæ potentiam.

b v. c. beniuolentiam.

c al. neque auct. aſp. neque vol.

Digitized by

ſet. Forſitan quæratis, qui iſte terror ſit, & * quæ tanta formido, quæ tot, ac taleis viros impediat, quo minus pro capite, & fortunis alterius, quemadmodum d conſueuerunt, cauſam velint dicere. Quod adhuc vos ignorare non mirum eſt, propterea quòd conſultò ab accuſatoribus, eius rei, quæ conflauit hoc iudicium,
6 mentio facta non eſt. || Quæ res ea eſt? bona patris huiuſce Sex. Roſcij, quæ ſunt * ſexagies: quæ de viro fortiſſimo, & clariſſimo, L. Sylla, quem honoris cauſa nomino, * duobus millibus nummûm ſeſe dicit emiſſe adoleſcens vel potentiſſimus hoc tempore noſtræ ciuitatis, L. Cornelius Chryſogonus. * Is à vobis, iudices, hoc e poſtulat, vt, quoniam, in alienam pecuniam tam plenam, atque præclaram, nullo iure inuaſerit, quoniámque ei pecunię vita Sext. Roſcij obſtare, atque officere videatur, deleatis ex animo ſuo ſuſpicionem omnem, metúmque tollatis. ſeſe, hoc incolumi, non arbitratur huius innocentis patrimonium tam amplum, & copioſum poſſe obtinere: damnato & eiecto ſperat ſe poſſe, quod adeptus eſt per ſcelus, id per luxuriam effundere atque conſumere. Hunc ſibi ex animo ſcrupulum, qui ſe dies, noctéiſque ſtimulat ac pungit, vt euellatis, poſtulat: f vt ad hanc ſuam prædam, tam nefariam, adiutores vos profiteamini. || * Si vobis æqua & honeſta g poſtulatio
7 videtur, iudices: ego contra breuem poſtulationem affero, & (quomodo mihi perſuadeo) aliquanto æquiorem. Primùm à Chryſogono peto, vt pecunia, fortuniſq; noſtris contentus ſit: ſanguinem, & vitam ne petat deinde à vobis iudices, vt audacium ſceleri reſiſtatis: innocentium calamitatem leuetis, & in cauſa Sex. Roſcij, periculum, quod in omneis intenditur, pro-
8 pulſetis. || Quòd ſi aut cauſa criminis, aut facti ſuſpicio, aut quælibet deniq; vel minima res reperietur, h quamobrem videantur illi nonnihil

*Cauſæ cur ceteri formident.

d v. c. conſuerunt.

* id eſt, 160000 aureorum ſeu 150. talentorum.

* id eſt, 60. aureis, Plutar. 2000. drachmarum.

* POSTVLATIO CHRYSOGONI.

e ἀξιοῖ.

f L. & ad hanc.

* POSTVLATIO CICERONIS.

g ἀξίωσις.

h L. quam rem videantur illi tamen in det.

Digitized by Google

tamen in deferendo nomine ſecuti: poſtremò ſi
præter eā prædā,quā dixi,quidquam aliud cauſę
inueneritis:nō recuſamus,quin illorum libidini
Sex. Roſcij vita dedatur. ſin aliud agitur nihil,
niſi,vt iis ne quid deſit,quibus ſatis nihil eſt : ſi
hoc ſolùm hoc tēpore pugnatur,vt ad illā opi-
mam,præclarámq; prædam dānatio Sex.Roſcij,
velut cumulus accedat: nónne cum multa indi-
gna,tū vel hoc indigniſſimum eſt , vos idoneos
habitos,per quorum ſententias,iuſq; iurandum
id aſſequantur , quod antea ipſi ſcelere & ferro
aſſequi[i] conſueuerunt?qui ex ciuitate in ſenatū
propter dignitatem,ex ſenatu in hoc conſilium
[k] delecti eſtis propter ſeueritatē,ab his hoc po-
ſtulare homines ſicarios , atq; gladiatores, non
modò vt ſupplicia vitēt, quæ à vobis pro male-
ficiis ſuis metuere,atq; horrere debēt:verùm e-
tiā vt ſpoliis Sex.Roſcij hoc iudicio ornati,au-
ctíq; diſcedant?|| His de reb.tātis, tamq; atroci- 9
bus neq; ſatis me commodè dicere, neque ſatis
grauiter conqueri,neque ſatis liberè vociferari
poſſe intelligo. Nam cōmoditati ingeniū, gra-
uitati ætas, libertati tempora ſunt impedimen-
to. Huc accedit ſummus timor , quem mihi na-
tura,pudórq; meus attribuit, & veſtra dignitas,
& vis aduerſariorum , & Sex. Roſcij pericula.
Quapropter vos oro,atq;obſecro,iudices,vt at-
tentè, bonáque cum venia verba mea audiatis.
|| Fide,ſapiētiáq; veſtra fretus plus oneris ſuſtu- 10
li , quàm ferre me poſſe intelligo. hoc onus ſi
vos aliqua ex parte alleuabitis , ferā vt potero,
ſtudio & induſtria,iudices.ſin à vobis (id quod
non ſpero) deſerar:tamē animo nō deficiā,&id,
quod ſuſcepi,quoad potero , perferam. quòd ſi
perferre nō potero:opprimi me onere officij ma
lo,quā id,quod mihi cum fide ſemel impoſitum
eſt, aut propter perfidiam abiicere , aut propter
infirmitatem animi deponere.|| Te quoque ma- 11
gnopere,M.Fanni,quæſo,vt, qualem te iam an-
tea

i L.conſueuerunt?

k L. dilecti eſtis pr.

Digitized by Google

tea populo R.præbuiſti,cùm huic[l] idē quæſtioni iudex præeſſes, talem te & nobis & populo Roma.hoc tēpore impertias.Quanta multitudo hominum conuenerit ad hoc iudiciū,vides:quę ſit omnium mortalium exſpectatio,quæ cupiditas,vt acria,ac ſeuera iudicia fiant,intelligis.Lōgo interuallo iudicium inter ſicarios hoc primùm committitur,cùm interea cædes indigniſſimæ,maximæq; factę ſint.Omnes hanc quęſtionē te prætore [m] de manifeſtis maleficiis,quotidianóq; ſanguine * haud remiſſius ſperant futurā.

12 || Qua vociferatione in ceteris iudiciis accuſatores vti conſueuerunt, ea nos hoc tēpore vtimur,qui cauſam dicimus.Petimus abs te, M. Fanni,à vobiſq;,iudices, vt quā acerrimè maleficia vindicetis : vt quàm fortiſſimè hominibus audaciſſimis reſiſtatis : vt hoc cogitetis, niſi in hac cauſa, qui veſter animus ſit,oſtendetis, eò prorūpere hominum cupiditatē,& ſcelus,& audaciam,vt non modò clàm, verùm etiam hic in foro,ante tribunal tuum, M. Fanni, ante pedes veſtros,iudices, inter ipſa ſubſellia cædes futuræ ſint.

13 || Etenim quid aliud hoc iudicio tentatur,niſi vt id fieri liceat?*Accuſāt ij,qui in fortunas huius inuaſerunt:cauſā dicit is, cui, præter calamitatē,nihil reliquerūt.Accuſāt ij, quibus occidi patrē Sext.Roſcij,bono fuit: cauſam dicit is,cui non modò luctū mors patris attulit, verùm etiā egeſtatē. Accuſant ij, qui hūc ipſum iugulare ſummè cupierunt:cauſam dicit is, qui etiā ad hoc ipſum iudicium cū præſidio venit, ne hic ibidē ante oculos veſtros trucidetur.Denique accuſant ij, quos populus poſcit: cauſam dicit is,qui vnus relictus ex illorum nefaria cæde reſtat.

14 ||* Atque vt faciliùs intelligere poſſitis, iudices, ea, quæ facta ſunt, indigniora eſſe, quàm hæc ſunt, quæ dicimus : ab initio, res quemadmodum geſta ſit, vobis exponemus: quo faciliùs & huius hominis innocentiſſi-

[l] L. cùm huic eidē quæſt. & ita Anto. Auguſt.

[m] L. de manifeſtis maleficiis antè admiſſis, quotidianoque ſanguine, ſperant futuram.

* al. aut. al. ante remiſſis.

* σύγκρισις, ſeu Comparatio.

* NARRATIONIS PARS PRIMA.

Digitized by Google

mi miſerias, & illorum audaciam cognoſcere
poſſitis,& reip.calamitatem.|| Sex. Roſcius, pa- 15
ter huiuſce,municeps [n] Amerinus fuit,cùm ge-
nere,& nobilitate,& pecunia nō modò ſui*mu
nicipij, verùm etiam eius vicinitatis facilè pri-
mus,tum gratia atq; hoſpitiis florens hominum
nobiliſſimorū.Nam cum Metellis,Seruiliis, Sci-
pionibus erat ei non modò hoſpitiū,verùm etiā
domeſticus vſus,& cōſuetudo: quas (vt æquum
eſt) familias,honeſtatis,amplitudiniſque gratia
nomino.Itaque ex ſuis omnibus cōmodis [o] hoc
ſolū filio reliquit. nam patrimonium domeſtici
prædones vi ereptum poſſident:fama,& vita in-
nocentis ab hoſpitibus,amiciſq; paternis defē-
ditur.|| Hic cùm omni tempore nobilitatis fau- 16
tor fuiſſet,tū hoc* tumultu proximo, cùm om-
nium nobilium dignitas,&ſalus in diſcrimē ve-
niret, præter ceteros in ea vicinitate eā partem,
cauſámque opera, ſtudio, auctoritate defendit.
Etenim rectum putabat,pro eorum honeſtate ſe
pugnare, propter quos ipſe honeſtiſſimus inter
ſuos numerabatur.Poſteaquàm victoria conſti-
tuta eſt,ab armiſque receſſimus:cùm proſcribe-
rentur homines,atq; ex omni regione caperen-
tur ij,qui aduerſarij fuiſſe putabantur: erat ille
Romæ frequens: atque in foro, & in ore omniū
quotidiè verſabatur: magis vt exſultare victo-
ria nobilitatis videretur, quàm timere, ne quid
ex ea calamitatis ſibi accideret.|| Erant ei vete- 17
res inimicitiæ cum duobus Roſciis Amerinis,
quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſel-
liis video:Alterum tria huiuſce prædia poſſide-
re audio.quas inimicitias ſi tam*cauere potuiſ-
ſet,quàm metuere ſolebat, viueret. Neq; enim,
iudices, iniuria metuebat. nam duo iſti ſunt T.
Roſcij, quorum alteri Capitoni cognomen eſt:
iſte,qui adeſt, Magnus vocatur: homines eiuſ-
modi:alter plurimarum palmarum vetus,ac no-
bilis gladiator habetur: hic autem nuper ſe ad
eum

n L. Amerinus, fuit cùm g.
* municipia vrbes Romanæ ciuitate donatæ primùm ſine iure ſuffragij,poſtea cum ſuffragio.
o al. hoc ſolùm.

* C.Marij filio & Cn. Carbone Coss. quo anno rerum eſt potitus L. Sylla.

* al. prohibere potuiſſet.

Digitized by Google

eum laniſtam contulit, qui cùm ante hanc pu-
gnam tiro eſſet ſcientia, facilè ipſum magiſtrũ
18 ſcelere, audaciáq; ſuperauit. || Nam cùm hic Sex.
Roſcius eſſet Ameriæ, T. autem iſte Roſcius Ro-
mę: cùm hic filius aſſiduus in prædiis eſſet, cúm-
que ſe voluntate patris rei familiari, vitæq; ru-
ſticæ dediſſet: iſte autem frequens Romæ eſſet:
occiditur ad balneas Palatinas rediens à cena
Sex. Roſcius. Spero ex hoc ipſo non eſſe obſcu-
rum, ad quem ſuſpicio maleficij pertineat. Verũ
id, quod adhuc eſt ſuſpicioſum, niſi perſpicuum
res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote.
19 || *Occiſo Sex. Roſcio, primus Ameriam nuntiat
*Mãlius Glaucia quidam, homo tenuis, liberti-
nus, cliens, & familiaris iſtius T. Roſcij: & nun-
tiat domum, non filij, ſed T. Capitonis, inimici:
&, cùm poſt horam primam noctis occiſus eſſet,
primo diluculo nuntius hic Ameriam venit. de-
cem horis nocturnis ſex & quinquaginta millia
paſſuũ *ciſiis peruolauit:[p] non modò vt exopta-
tũ inimico nuntiũ primus afferret, ſed etiã cruo-
rẽ inimici quàm recentiſſimũ: telúmq; paulo an-
20 tè è corpore extractum oſtẽderet. || Quatriduo,
quo hæc geſta ſunt, res ad Chryſogonum in ca
ſtra L. Syllæ Volaterras defertur: magnitudo pe
cuniæ demonſtratur: bonitas prædiorum, (nam
fundos decem, & treis reliquit, qui Tiberim fe-
rè omnes tangunt) huius inopia & ſolitudo cõ-
memoratur. demonſtrant, cùm pater huiuſce,
Sex. Roſcius, homo tam ſplendidus, & gratioſꝰ,
nullo negotio ſit occiſus, perfacilè hunc homi-
nem, incautum, & ruſticum & Romæ ignotum,
de medio tolli poſſe. ad eam rem operam ſuam
pollicentur. Ne diutius vos teneam, iudices, ſo-
21 cietas coitur. || *Cùm iam proſcriptionis mentio
nulla fieret, & cùm etiam qui antea metuerant,
redirent, ac iam defunctos ſeſe[q] periculis arbi-
trarẽtur: hominis ſtudioſiſſimi nobilitatis* mã-
ceps fit Chryſogonus. tria prædia vel nobiliſſi-

*NARRATIONIS pars ſecunda.

* Manut. Mallius ex Meſſeiorũ manuſcr.

* Ciſium vehiculum duabus rotis currentis.

p L. vt non modò ex. opt.

TERTIA PARS.

* 1. Occupatio.

q v. c. periclis

* Manceps qui auctione emit cõducitve. vide Feſtũ in manceps.

Digitized by Google

ma Capitoni[r] propria traduntur, quæ hodie poſſidet: in reliquas omneis fortunas iſte T. Roſci[q], nomine Chryſogoni, quemadmodum ipſe dicit, impetum facit. 3 Hæc bona * ſexagies emuntur duobus millibus nummûm. Hęc omnia, iudices, imprudente L. Sylla facta eſſe certò ſcio.|| Neq; 22
enim mirum, cùm eodem tempore 4 [s] & ea, quæ præterita ſunt, & ea, quæ videntur inſtare, præparet: cùm & pacis conſtituendæ rationem, & belli gerendi poteſtatem ſolus habeat: cùm omnes in vnum ſpectent, vnus omnia gubernet: cùm tot, tantiſque negotiis diſtentus ſit, vt reſpirare liberè nõ poſſit: ſi aliquid non animaduertat: cùm præſertim tã multi occupationẽ ei[9] obſeruent, tẽpúſq; aucupentur, 5 vt, ſimul atque ille deſpexerit, aliquid huiuſcemodi moliantur. Huc accedit, quod quãuis ille[t] felix ſit, ſicut eſt: tamẽ in tãta felicitate nemo poteſt eſſe in magna familia, qui neminẽ neque ſeruũ, neque libertum improbum habeat.||Interea* iſte T. Ro- 23
ſcius, vir optimus, procurator Chryſogoni, Ameriam venit: in prædia huius inuadit: hũc miſerũ, luctu perditũ, qui nondũ* etiã paterno funeri[u] iuſta ſoluiſſet, nudũ eiicit domo, atq; focis patriis, diiſque penatib. præcipitem, iudices, exturbat: ipſe ampliſſimæ pecuniæ fit dominus. Qui in ſua re fuiſſet egẽtiſſimus, erat (vt fit) inſolens in aliena. Multa palàm domum ſuam auferebat: plura clàm de medio remouebat: non pauca ſuis adiutoribus largè, effuséque donabat: reliqua, cõſtituta auctione, vẽdebat.|| Quod 24
Amerinis[x] vſque eò viſum eſt indignum, vt vrbe tota fletus, gemitúſque fieret. Etenim multa ſimul antè oculos verſabantur: mors hominis florentiſſimi, Sex. Roſcij, crudeliſſima: filij autẽ eius egeſtas indigniſſima: cui de tanto patrimonio prædo iſte nefarius * ne iter quidem ad ſepul

r fortè, pro præmio tr.

* al. ſexagies LLS.

s L. & ea, quæ præterita ſunt, reparet. & ea quæ videntur inſtare, præparet: cùm & p.

t L. felix ſit vt eſt: tamen tanta felicitate nemo p.

* L. Sylla nomen felicis ſibi aſciuit. Plutar. in Syll. App. l. 1. de bello ciuili. Plin. l. 7. c. 44.

* 2. Occupatio.

* al. nondũ omnia paterno.

v τὰ νομιζόμενα.

x al. v. quæ adeò.

* leg. 10. ff. de religioſis. l. 72. ff. de contra. emp l. 5. ff. de ſepulchro violato. tantum erat vt ad ſepulchra quæ in fundis iter aditus abitus funeris faciendi cauſa eſſet.

pulchrum patriũ reliquiſſet:6 [y] bonorũ emtio, flagitioſa poſſeſſio,furta,rapinę,donationes.Nemo erat, qui non*ardere omnia mallet, quã videre in Sex.Roſcij,viri optimi,atque honeſtiſſimi,bonis* iactãtem ſe , ac dominantem T. Ro-
25 ſcium.|| Itaque * decurionum decretũ ſtatim fit, vt*decem primi proficiſcantur ad L. Syllã , doceántque eum,qui vir Sext.Roſcius fuerit:conquerantur de iſtorum ſcelere,& iniuriis: orent, vt & illius mortui famã, & filij innocentis fortunas conſeruatas velit. Atque ipſum decretũ, quæſo,cognoſcite. DECRETVM DECVRIONVM. Legati in caſtra veniũt.intelligitur,iudices, id, quod iam antè dixi,imprudẽte L. Sylla, ſcelera hæc,& flagitia fieri,nam ſtatim Chryſogonus& ipſe ad eos accedit,7 [z] &homines nobileis allegat iis,qui peterent,ne ad Syllam adirent, & omnia Chryſogonum,quæ vellent, eſſe facturum
26 pollicerentur.|| Vſque adeò autem ille pertimuerat,vt*mori mallet quàm de his reb9 Syllã doceri.Homines antiqui,qui ex ſua natura ceteros fingerent,cùm ille confirmaret,ſeſe nomen Sex. Roſcij de*tabulis exemturum, prædia vacua filio traditurũ:cúmque id ita futurum T. Roſcius Capito qui in X.legatis erat, adpromitteret,crediderũt:Ameriã re inorata reuerterũt.Ac primò rẽ differre quotidie,ac procraſtinare*iſti cœperũt:deinde aliquãto lẽtiùs,nihil agere, atq; deludere:poſtremò (id quod facilè intellectũ eſt) inſidias vitæ huiuſce Sex.Roſcij parare,neq; ſeſe arbitrari poſſe diuti9 alienã pecuniam domino incolumi obtinere.|| Quod is ſimulatq; ſẽſit, de
27 amicorũ,cognatorũque ſententia*Romã cõfugit,8 & ſeſe ad*Ceciliam,[a] Nepotis filiam, quã honoris cauſa nomino,contulit, qua pater vſus erat plurimũm:in qua muliere,iudices,etiã nũc, id quod omnes ſemper exiſtimauerunt , quaſi exempli cauſa, veſtigia antiqui officij remanent. Ea Sex. Roſcium inopem eiectum domo, atque

y L. bonorũ emtio flagitioſa,flagitioſa poſſeſſ

* al. ardere illa omnia mal.

* L. iactantem ac dominantem T.Roſc.

* QVARTA PARS legatio.

* vide l.1.ff. de albo ſcribendo.

z L & homines nobileis allegat,ab iis qui pet. al. allegabat.

* al.vt omnia mallet.

* proſcriptorum.

* L.illi.

* QVINTA PARS fuga.

* vide Plutar. in Sylla.

a L. Balearici filiam, Nepotis ſororem.

Digitized by Google

atque expulſum ex ſuis bonis,fugientem latro-
num tela,& minas,recepit domum : hoſpitiq́ue
oppreſſo iã, deſperatoq; ab omnibus opitulata
eſt.Eius virtute,fide,dilig̃etia factum eſt, vt hic
potiùs viuus in reos , quàm occiſus in proſcri-
ptos referretur.|| Nam poſtquã iſti intellexerũt, 28
ſumma diligentia vitã Sex.Roſcij cuſtodiri,ne-
que ſibi vllam cædis faciundæ poteſtatem dari:
*conſilium ceperunt plenum ſceleris , & auda-
ciæ,vt nomen eius [b] de parricidio deferrent : vt
ad eam rem aliquem accuſatorem veterem com
pararent, qui de ea re poſſet dicere aliquid , in
qua re nulla ſubeſſet ſuſpicio:denique vt, quo-
niam crimine non poterant,9 tẽpore * ipſo pu-
gnarent.ita loqui homines:quòd iudicia tã diu
facta non eſſent,condemnari eum oportere,qui
primus in iudicium adductus eſſet : huic autem
patronos propter Chryſogoni gratiam defutu-
ros:de bonorum venditione,& de iſta ſocietate
verbum eſſe facturum neminem : ipſo nomine
[c] parricidij , & atrocitate criminis, fore, vt hic
nullo negotio tolleretur, cùm ab nullo defen-
ſus eſſet.||Hoc cõſilio, atque adeò hac amentia 29
impulſi,quem ipſi, cùm cuperent, non potuerũt
occidere, eum iugulandum vobis tradiderunt.
*Quid primũ querar? aut vnde potiſſimũ exor-
diar,iudices? aut quod,aut à quib.auxilium pe-
tam? Deorúmne immortaliũ? populine Romani?
veſtrámne,qui ſummam poteſtatẽ habetis, hoc
tempore fidem implorem? || Pater occiſus nefa- 30
riè,domus obſeſſa,ab inimicis bona*adẽta, poſ
ſeſſa,direpta : 10 [d] filij vita infeſta, ſæpe ferro,
atq; inſidiis appetita. quid ab his tot maleficiis
ſceleris abeſſe videtur? tamen hæc aliis nefariis
cumulant,atque adaugent : crimen incredibile
confingunt:teſteis in hũc, & accuſatores huiu-
ſce pecunia comparãt:hanc conditionem miſe-
ro ferunt,vt optet,vtrum malit,ceruices Roſcio
dare,11 an inſutus in culeum , [e] ſupplicium pa-
trici

* SEXTA PARS.cõſilium.
b L.de patricidio.
* al. ipſum oppugnarent.
c L.patricidij.
* DIGRESSIO
* Pantag. bona empta poſſeſſa Ant. Aug. bona poſſeſſa. Io. Paſſer. bona direpta poſſeſſa.
d al. filij vita in feſta ſæpe ferro atque inſid.
e L.has voces duas, SVPPLICIVM PATRICIDARVM.quæ in omnib. editionib. vulg.reperiuntur, poſt, IN CVLLEVM, delet, vt aduentitias,&alienas.

tricidarum per ſummum dedecus vitam amitte-
re. Patronos huic defuturos putauerunt: deſunt.
qui liberè dicat, qui cũ fide defendat, (id quod
in hac cauſa eſt ſatis,) quoniam quidẽ ſuſcepi,
31 non deeſt profectò, iudices. || Et forſitã in ſuſci-
pienda cauſa temerè impulſus [f] adoleſcentia fe-
cerim: quoniã quidem ſemel ſuſcepi, licet her-
cules vndique [g] omnes terrores periculáq; im-
pendeãt omnia: ſuccurã, atq; ſubibo. Certũ eſt,
deliberatúmq;, quæ ad cauſam pertinere arbi-
tror, omnia non modò dicere, verùm etiã liben-
ter, audacter, libereq; dicere. Nulla res tanta ex-
ſiſtat, iudices, vt poſſit vim mihi maiorẽ adhibe-
32 re metus, quàm fides. || Etenim quis tam diſſolu-
to animo eſt, qui hæc cùm videat, tacere, ac ne-
gligere poſſit? patrem meũ, cùm proſcriptus nõ
eſſet, iugulaſtis: occiſum in proſcriptorum nu-
merũ retuliſtis: me domo mea per vim expuli-
ſtis: patrimoniũ meũ poſſidetis. Quid vultis am-
plius? etiámne ad ſubſellia cum ferro, atque te-
lis veniſtis, vt hîc aut iuguletis, [h] aut condẽne-
33 tis Sex. Roſcium? || Hominẽ longè audaciſſimũ
nuper habuimus in ciuitate * C. Fimbriam, &,
quod inter omneis cõſtat, niſi inter eos, qui ipſi
quoq; inſaniũt, inſaniſſimum. Is cùm curaſſet in
funere C. Marij, vt [i] Q. Scæuola vulneraretur, vir
ſanctiſſimus, atq; ornatiſſimus noſtræ ciuitatis:
(de cuius laude neq; [k] hîc locus eſt, vt multa di
cantur, neq; plura tamen dici poſſunt, quàm po-
pulus Rom. memoria * retinet) diem Scęuolę di-
xit, poſteaquàm comperit, eũ poſſe viuere. cùm
ab eo quæreretur, quid tandẽ accuſaturus eſſęt
eũ, quem pro dignitate ne laudare quidem quiſ
quã ſatis commodè poſſet: aiunt, hominem (vt
erat furioſus) reſpondiſſe, quòd non totũ telum
corpore recepiſſet. Quo populus Rom. nihil vi-
dit indignius, niſi eiuſdem viri mortem: quæ tã-
tùm potuit, vt omneis ciueis ſuos perdiderit, &
afflixerit: * quos quia ſeruare per compoſitio-
nem

f fort. adoleſce[ntia] fec.
g al. omn[es] in me te[r]rores, pe[ricula]
h L. au[t] condem[netis]. nan[i] Sext. R[o]ſcium p[e]tat aſci[...] tiuin.
* vide V[al.] l.9.c.11
i L. Scæ[uo]la.
k al. hic [lo]cus eſt
* al. te[net]
l v.c.o[m]nis eiu[s] ſuos.
* al. q[uos] quo[s] [ſer]uare.

Digitized by Google

nè volebat,ipſe abs iis interemtus eſt.12‖[m] Eſt- 34
ne hoc illi dicto, atque facto Fimbriæ nō ſimil-
mum? accuſatis Sex.Roſcium. quid ita? quia de
manibus veſtris effugit:quia ſe occidi paſſus nō
eſt.Illud quia in Scæuola factum eſt,magis indi-
gnum videtur: 13 hoc, quia fit à Chryſogono,
[n] non eſt ferendum?*Nā per deos immortaleis,
quid eſt in hac cauſa, quod defenſionis indi-
geat? qui locus ingenium patroni requirit, aut
oratoris eloquētiam magnopere deſiderat? To-
tā cauſam,iudices,explicemus, atque ante ocu-
los expoſitam conſideremus. ita facillimè quæ
res totum iudicium contineat, & quibus de re-
bus nos dicere oporteat,& quid vos ſequi con-
ueniat,intelligetis.‖Tres* ſunt res, quantū ego 35
exiſtimare poſſum,[o] quæ obſtēt hoc tēpore Sex.
Roſcio:crimen aduerſariorum,& audacia,& po-
tentia.Criminis confictionem accuſator Eruciꝰ
ſuſcepit:audaciæ parteis Roſcij [p] ſibi popoſce-
rūt.Chryſogonus autē,is, qui plurimùm poteſt,
potentia pugnat.14 De hiſce omnibus reb.*me
dicere oportere intelligo.‖Quid igitur eſt?non 36
eodem modo de omnibus:ideò quòd prima illa
res ad meū officiū pertinet:duas autem reliquas
vobis populus R. impoſuit.ego crimen oportet
diluam:vos & audaciæ reſiſtere,& hominū eiuſ-
modi perniciosam,[q] atque intolerandam potē-
tiam primo quoque tempore exſtinguere,atque
opprimere debetis.‖*Occidiſſe patrem Sex.Ro- 37
ſcius arguitur.Sceleſtū,dij immortales,ac nefa-
rium facinus, atque eiuſmodi, quo vno malefi-
cio ſcelera omnia complexa eſſe videantur. Et-
enim ſi (id quod præclarè à ſapientib. dicitur)
VVLTV SAEPE LAEDITVR PIETAS, quod ſup-
plicium ſatis acre reperietur in eum, qui mortē
obtulerit parenti,pro quo mori ipſum,ſi res po-
ſtularet, iura diuina, atque humana cogebant?
in

m L. Eſtne hoc illi dicto, atq; facto Fimbriano ſimillimum?
n L. num eſt ferendum.
*CONSTITVTIO CAVSAE.
*PARTITIO.
o L. quæ obſtant h.
p fort. ſibi depopoſcerant.
* al. intelligo nō eodem modo de omnib. ideo quod prima illa res ad meū officium pertinet. Duas autē reliquas vobis pop. Rom. impoſuit. Quid igitur eſt crimen ego. ita Ioan. Paſſeratius.
q fort. atque haud tolerandam.
* DE ACCVSATIONE PARRICIDII aduer. C. Erutium hoc, Sex.Roſcium non interemiſſe.

re.n iuū

in hoc tãto, tam atroci, tam ſingulari maleficio,
quod ita raro exititit, vt, ſi quando auditum ſit,
38 portenti, ac prodigij ſimile numeretur.|| Quibus
tandem te, C. Eruci, argumentis accuſatorũ cen-
ſes vti oportere? nónne & audaciam eius, qui in
crimen vocetur, ſingularem oſtendere, & mores
feros, immanemque naturam, & vitam vitiis, fla-
gitiiſque omnibus [r] deditam, denique omnia ad
perniciem profligata, atque perdita? quorum tu
nihil in Sex. Roſcium, ne obiiciendi quidem
39 cauſa, contuliſti.|| Parem occidit Sex. Roſcius.
Qui homo? Adoleſcentulus corruptus, & ab ho
minibus nequam inductus? annos natus magis
quadraginta. vetus videlicet ſicarius, homo au-
dax, & ſæpe in cæde verſatus. at hoc ab accuſa-
tore ne dici quidem audiſtis. Luxuries igitur
hominem nimirum, & æris alieni magnitudo, &
indomitæ animi cupiditates ad hoc ſcelus im-
pulerunt. De luxuria, purgauit Erucius, cùm di-
xit, hunc ne in cõuiuio quidem vllo ferè inter-
fuiſſe. nihil autem vmquam debuit. cupiditates
porrò quæ poſſunt eſſe in eo, qui (vt ipſe accu-
ſator obiecit) [s] ruri ſemper habitarit, & in agro
colendo vixerit? quæ vita maximè * diſiuncta à
40 cupiditate, & cũ officio coniuncta. || Quæ res i-
gitur tãtũ iſtũ furorẽ Sex. Roſcio obiecit? Patri,
inquit, non placebat? Patri nõ placebat? quã ob
cauſam? Neceſſe eſt enim eã quoq; iuſtã, & ma-
gnã, & perſpicuã fuiſſe. Nã, vt illud incredibile
eſt, mortẽ oblatã eſſe patri à filio ſine plurimis
& maximis cauſis: ſic hoc veriſimile nõ eſt, odio
fuiſſe parẽti filiũ ſine cauſis multis, & magnis, &
41 neceſſariis. || Rurſus igitur eodẽ reuertamur, &
quæramus, quæ tanta vitia fuerint 15 in vnico
filio, quare is patri diſpliceret. At perſpicuũ eſt,
nullum fuiſſe. Pater igitur amens, qui odiſſet
eum ſine cauſa, quẽ procrearat. At is quidẽ fuit
omnium conſtantiſſimus. Ergo illud iam per-
ſpicuum profectò eſt, ſi neque amens pater, ne-
que

r li. vulg. deditam, & denique.

s fort. rure ſemper h.

* al. diſiuncta eſt.

Digitized by Google

que perditus filius fuerit:neq; odij cauſam, pa-
tri neq; ſceleris,filio fuiſſe.||Neſcio,inquit, quę 42
cauſa odij fuerit : fuiſſe odium intelligo : quia
antea,cùm duos filios haberet,illum alterũ,qui
mortuus eſt,ſecum omni tempore volebat eſſe:
hunc in prædia ruſtica relegarat. Quod Erucio
accidebat in mala,nugatoriáq; accuſatione,idẽ
mihi vſu venit in cauſa optima. Ille, quomodo
crimen commentitium confirmaret , non inue-
niebat:ego res tam [t] leueis qua ratione infirmẽ
ac diluam,reperire non poſſum. || Quid ais Eru- 43
ci? tot prædia, tam pulchra , tam fructuoſa Sex.
Roſcius filio ſuo,relegationis,ac ſupplicij gra-
tia,colenda,[u] ac tuenda tradiderat? Quid hoc?
*Patresfamiliâs, qui liberos habent, præſertim
homines illius ordinis, * ex municipiis ruſtica-
nis, nónne optatiſſimum ſibi putant eſſe , filios
ſuos rei familiari maxime ſeruire , & in prædiis
colendis operæ plurimùm, ſtudiíque conſume-
re?|| An amandarat hunc ſic,vt eſſet in agro , ac 44
tantummodo aleretur ad villam ? 16 vt * com-
modis omnibus careret ? Quid ſi conſtat, hunc
nõ modò colendis prædiis præfuiſſe , ſed certis
fundis,patre viuo,frui ſolitũ eſſe?taménne hæc
*attenta vita,& ruſticana,relegatio,atq; amen-
datio appellabitur?Vides,Eruci,quantum diſtet
argumentatio tua ab re ipſa , atque à veritate.
Quod conſuetudine patres faciunt,id,quaſi no-
uum,reprehendis:[x] beneuolentia fit,id odio fa-
ctum criminaris:quod honoris cauſa pater filio
ſuo conceſſit, id eũ ſupplicij cauſa feciſſe dicis.
||Neq; hæc tu non intelligis:ſed vſque eò [y] quid 45
arguas,non habes,vt non modò tibi contra nos
dicendum putes,verùm etiam contra rerum na-
turam, [z] contráque conſuetudinem hominum,
contráque opiniones omnium. At enim , cùm
duos filios haberet,alterum à ſe nõ dimittebat,
alterum [a] ruri eſſe patiebatur. Quæſo , Eruci,
vt hoc in bonam partem accipias. non enim

t v.c. lenis.
v al. atque vtenda.
* patresfamiliæ.
* hinc quidam alia fuiſſe vrbana municipia , alia ruſticana colligunt.
* al. vt & com
* al.arta.
x v.c.beniuolentia
y L. quod arguas.
z fort.contra conſuetudinem.
a for.rure.

expro

exprobrandi cauſa,ſed cōmonendi gratia dicā.
46 || Si tibi * fortuna nō dedit,vt patre certo naſ-
cerere,ex quo intelligere poſſes,qui animus pa
trius in liberos eſſet,at natura certè dedit, vt
humanitatis nō parum haberes.Eò acceſsit ſtu-
diū doctrinæ,vt ne à literis quidē alienus eſſes.
Et quid tandem tibi videtur(vt ad fabulas ve-
niamus) ſenex ille Cæcilianus minoris facere
Eutichum,filium ruſticum , quàm illum alterū,
Chęreſtratum?(nam,vt opinor, [b] hoc nomine
eſt)alterum in vrbe ſecum honoris cauſa habe-
re?alterum rus ſupplicij cauſa relegaſſe? Quid
47 ad iſtas ineptias abis?inquies.|| Quaſi verò mihi
difficile ſit,quāuis multos nominatim proferre
(ne longius abeam) vel tribuleis , vel vicinos
meos,qui ſuos liberos,quos plurimi faciunt, a-
gricolas aſsiduos eſſe cupiunt.Verùm homines
notos ſumere,odioſum eſt,cùm & illud incer-
tum ſit,velintne hi ſeſe nominari:& nemo vo-
bis magis notus futurus ſit,quàm eſt hic Euty-
chus:& certè ad rē nihil interſit,vtrùm hunc e-
go comicum adoleſcentem,an aliquē ex agro
Veiente nominē. Etenim hæc cōficta arbitror à
Poetis eſſe,vt effictos noſtros mores in alienis
perſonis,17 expreſſaq; [c] imaginem noſtrā vitæ
48 quotidianæ videremus.||Age nunc,18 refer ani-
mū,ſis,ad veritatē,& cōſidera nō modò in Vm-
bria,atq;in ea vicinitate,ſed in his veterib.mu-
nicipiis,quæ ſtudia à patribusfamilias maximè
laudētur. iam profectò te intelliges inopia cri-
minū ſummā laudē Sex. Roſcio vitio,& culpæ
dediſſe.At nō modò hoc patrū voluntate libe-
ri faciunt:ſed permultos & ego noui,&(niſi me
fallit animus)vnuſquiſque veſtrū,qui & ipſi in-
cenſi ſunt ſtudio,quod ad agrum colendū atti-
net:vitamq; hanc ruſticā,quā tu probro,& cri-
mini putas eſſe oportere: & honeſtiſsimam , &
49 ſuauiſſimam eſſe arbitrantur.|| Quid cenſes hūc
ipſum Sex. Roſcium? quo ſtudio, & qua intel-

* vt ſpuriū & vulgò conceptū Erucium perſtringit. Idem Metellus huic Erutio obient Pl. in Apophe.

b al. hoc nomen ei eſt)

c Lam. imagine noſtrę vitę quoti.

ligẽtia eſſe in ruſticis rebus ? vt ex his propinquis eius,hominibus honeſtiſſimis audio,nõ tu in iſto artificio accuſatorio callidior es , quàm hic in ſuo.Verùm vt opinor, quoniã ita Chryſogono videtur , qui hinc nullum prædiũ reliquit,& artificiũ obliuiſcatur,& ſtudiũ deponat licebit. Quod tametſi miſerum,& indignũ eſt, feret tamen ęquo animo,iudices,ſi per vos vitã, & famã [d] poteſt obtinere. Hoc verò eſt,19 ꝙ [e] ferri non poteſt,ſi & in hanc calamitatẽ venit propter prædiorum bonitatem, [f] & multitudinẽ:& quòd ea ſtudioſè coluit,id erit ei maximè fraudi:vt parum miſeriæ ſit, quod aliis coluit,non ſibi,niſi etiam , quòd omnino coluit, crimini fuerit.‖ [g] Næ tu, Eruci, accuſator eſſes 50
ridiculus,ſi illis temporibus natus eſſes,cùm ab aratro * accerſebantur,qui cõſules fierent. Etenim, qui præeſſe agro colendo flagitium putes,profectò illũ * Atilium,quẽ ſua manu ſpargentẽ ſemen,qui miſſi erant,cõuenerunt:hominẽ turpiſſimũ,atque inhoneſtiſſimum iudicares. At hercule maiores noſtri longè aliter & de illo,& de ceteris talibus viris exiſtimabant.Itaq; ex minima,tenuiſſimáq; [h] rep.maximã, & florẽtiſſimã nobis reliquerunt. Suos enim agros ſtudioſè colebant:nõ alienos cupidè appetebant: quibus rebus,& agris,& vrbib. & nationibus [i] rẽp.atque hoc imperiũ,& populi Ro.nomẽ auxerunt.‖Neq; ego hæc eò profero, [k] quo cõferenda 51
ſint cum hiſce,de quib⁹ nunc quærimus: ſed vt illud intelligatur,cum apud maiores noſtros ſummi viri, clariſſimiq; homines,qui omni tẽpore ad gubernacula reip.ſedere debebãt, tamen in agris quoque colendis aliquãtum operæ,tẽporiſque cõſumpſerint:ignoſci oportere ei homini,qui ſe fateatur eſſe ruſticum , [l] cũ ruri aſſiduus ſemper vixerit,cũ præſertim nihil eſſet quod aut patri gratius,aut ſibi iucundiùs, aut re vera honeſtius facere poſſet.‖Odiũ igitur 52
acerri-

d L.poterit obt-
e for.ferre.
f L.ac multitudinem.
g v.c.Ne tu Eruci,&c. & ita Diomedes li. 1.
* L. arceſſebantur.
* ſic ab aratro Dictatores periti. Pli.de viris illuſt.c. 17. & l.18. c.3. Atilium Calatinum intelligit Val.l.4 c.4
h v.c.r. p.
i v.c.r.p.
k al.quòd conf.
l L.cũ rure al.qui ruri.

Digitized by Google

acerrimū patris filiū ex hoc, opinor, oſtēditur, Eruci, quòd hūc [m] ruri eſſe patiebatur. nūquid eſt aliud? Imm o verò, inquit, eſt. nā iſtum exheredare in animo habebat. Audio: nunc dicis aliquid, quod ad rē pertineat. nā illa opinor, tu quoque concedis leuia eſſe, atque inepta. Conuiuia cū patre non inibat. Quippe qui ne in oppidum quidē, niſi perrarò, veniret. Domum ſuā iſtam nō ferè quiſquam vocabat. Nec mirum, [n] quē neque in vrbe videret, neque rure * vocaturus eſſet. Verùm hæc quoque tu intelligis eſſe nugatoria. Illud, quod cœpimus, videamus: quo certius argumentū odij reperiri nullo mo-

53 do poteſt. || Exheredare pater filium cogitabat. Mitto quærere, qua de cauſa: quæro, qui ſcias: tametſi te dicere, atq; enumerare cauſas omneis oportebat: & id erat certi accuſatoris officium, qui tanti ſceleris argueret, explicare omnia vitia, atq; peccata filij, quibus incēſus [o] parēs potuerit animum inducere, vt naturā ipſam vinceret: vt amorē illū penitus inſitū eiiceret ex animo: vt deniq; [p] partē eſſe ſeſe obliuiſceretur. quę ſine magnis huiuſce peccatis accidere potuiſſe

54 nō arbitror. || Verū cōcedo tibi, vt ea prætereas, quæ cùm taces, nulla eſſe concedis. Illū quidē voluiſſe exheredare certè tu planū facere debes. Quid ergò affers, quare id factum putemus? Verè nihil potes dicere. Finge aliquid ſaltem cōmodè: vt ne planè videaris id facere, quod apertè facis, hui⁹ miſeri fortunis, & horū virorū taliū dignitati illudere. Exheredare filiū voluit. Quā ob cauſā? Neſcio. Exheredauítne? Nō. Quis prohibuit? Cogitabat. Cogitabat? cui dixit? Nemini. Quid eſt aliud, iudicio, ac legibus, ac maieſtate veſtra abuti ad quæſtū, atq; ad libidinē, niſi hoc modo accuſare, atque id obiicere, quod planum facere non modò non poſſis, verùm ne coneris quidem? || Nemo noſtrûm eſt, Eru-

55 ci, quin ſciat, tibi inimicitias cum Sext. Roſcio

m for. rure.

n li. vul. qui neque in vrbe viueret, neque al. qui neque in vrbe viſeret, neq; al. qui neq; in vrbe viueret neq; reuocaturus eſſet.

* al. reuocaturus. al. euocaturus.

o L. pater.

p for. patrē ſe eſſe obl.

Digitized by Google

nullas eſſe. vident omnes, qua de cauſa huic inimicus venias. ſciunt huiuſce pecunia te adductum eſſe. Quid ergo eſt? ita tamen quæſtus te cupidum eſſe oportebat, vt horum exiſtimationem, & legē [q] Memmiā putares aliquid valere oportere. Accuſatores multos eſſe in ciuitate vtile eſt, vt metu contineatur audacia. verumtamen hoc ita eſt vtile, vt ne planè illudamur ab accuſatoribus. Innocens eſt quiſpiam. Veruntamen, quamquā abeſt à culpa, ſuſpicione tamen non caret, tametſi miſerum eſt, tamen ei, qui hūc accuſet, poſſim aliquo modo ignoſcere. cùm enim aliquid habeat, quod poſſit criminosè, ac ſuſpiciosè dicere, apertè ludificari, & [r] calumniari ſciens non videatur. | Quare fa- 56
cilè omnes patimur, eſſe quamplurimos accuſatores, quòd innocēs ſi accuſatus ſit, abſolui poteſt: nocens, * niſi accuſatus fuerit, cōdemnari non poteſt. [s] Vtilius eſt autē abſolui innocētē, quā nocentē causā nō dicere. *Anſeribus cibaria publicè locātur, & canes aluntur in Capitolio, vt ſignificent, ſi fures venerint. At fures internoſcere non poſſunt. ſignificant tamen, ſiqui noctu in Capitoliū venerint: &, quia id eſt ſuſpicioſum, tametſi beſtię ſunt, tamē in eā partem potiùs peccant, quæ eſt cautior. Quòd ſi luce quoque canes latrent, cùm deos ſalutatū aliqui venerint: 20 opinor, [t] iis crura * ſuffringantur, quòd acres ſint etiam tum cum ſuſpitio nulla ſit. | Simillima eſt accuſatorū ratio. Alij veſtrū, 57
anſeres ſunt, qui tantūmodo clamant, [u] nocere non poſſunt: alij canes, qui & latrare & mordere poſſunt. Cibaria vobis [x] præberi videmus: vos autē maximè debetis in eos impetū facere, qui merentur. hoc populo gratiſſimum eſt. deinde ſi voletis

q Anton. Aug. Rēmiā huius legis meminit Iuriſc. l. j ff. ad leg. turp. l. quæſitū ff. de teſtib.

r o.v.c. kalūniari.

* l.6. ff. de cuſtodia reorum.

s for. Vtiliùs eſt tamen abſolui innocētē. &c.

* quorum clangore noctu aſcedentes in Capitolium Galli proditi ſunt nota hiſtoria ex Liuio, Plin. Plut.

t for. ij cruci ſuffigantur.

* Anſerum vigil cura Capitolium ſeruauit, canum verò ſilentium prodidit. Vnde canes quot annis inter ædem Iuuētutis & Summani, vt ait Pl. de fortuna pop. Ro. Sambucea fixi ſupplicia pendebant, anſere in ſtrato & ferculo magnificè ſedente. D. Aug. 2. de Ciuit. Dei. c. XXII. Aelian. 11. cap. 33. Plutar. 29. c 4.

u for. mordere.

x πορίζεσθαι

voletis, etiam tum cùm veriſimile erit aliquem cõmiſiſſe in ſuſpicione latratote. id quoque cõcedi poteſt. Sin autem ſic agetis, vt arguatis aliquẽ patrem occidiſſe, neque dicere poſſitis aut quare, aut quomodo: ac tantũmodo ſine ſuſpicione latrabitis: y crura quidem vobis nemo ſuffringet: ſed ſi ego hos bene noui, literam illã, cui vos * vſque eò inimici eſtis, z ut etiã eas omneis oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea neminẽ alium, niſi fortunas

58 veſtras, accuſare poſſitis. || Quid mihi ad defendendum dediſti, bone accuſator? quid hiſce autẽ ad ſuſpicãdũ? Ne exhæredaretur, verit⁹ eſt. audio: ſed qua de cauſa vereri debuerit, nemo dicit. Habebat pater in animo. Planũ fac. nihil eſt: non quicum deliberarit, quem certiorem fecerit, vnde iſtud vobis ſuſpicari in mentem venerit. Cùm hoc modo accuſas, Eruci, nonne hoc palam dicis? ego, quid acceperim, ſcio: quid dicam, neſcio. vnum illud ſpectaui, quòd Chryſogonus aiebat, neminẽ iſti patronũ futurũ: de bonorum emtione, déque ea ſocietate neminẽ eſſe, qui verbum facere hoc tempore auderet. Hæc te opinio falſa in iſtam fraudem impulit. non mehercule verbum feciſſes, ſi tibi quem-

59 quam reſponſurum putaſſes. || Operę pretiũ erat, ſi animaduertiſtis, iudices, negligentiam eius in accuſando conſiderare. Credo cùm vidiſſet, qui homines in hiſce ſubſelliis ſederent, quæſiſſe, num ille, aut ille defenſurus eſſet: de me ne ſuſpicatum quidẽ, quòd antea cauſam publicã nullam dixerim. poſteaquàm inuenit neminẽ eorũ, qui poſſunt, & ſolent: ita negligens eſſe cœpit, vt cũ in mentẽ veniret ei, reſideret: deinde ſpatiaretur: nonnumquam etiam puerum vocaret, credo cui cenã imperaret: prorſus vt veſtro cõſeſſu, & hoc conuentu pro ſumma ſolitudine a-

60 buteretur. || Perorauit aliquãdo: aſſedit. ſurrexi ego. reſpirare viſus eſt, quòd non alius potius

y for. cruci quidem vos nemo ſuffiget.

* Manut. C. quæ cõdem nationis nota, intelligit. Lamb. (quẽ ego lubentius ſequor) K. quæ calumniam notabat. vide quæ ſcripſimus ab literam K. in Apparatu.

z L. vt etiã alias omneis

Digitized by Google

diceret. cœpi dicere. Vſque eò animaduerti,
iudices,eum iocari,[a] atque alias res agere,ante
quã Chryſogonum nominaui : quẽ ſimul atque
attigi ſtatim homo ſe erexit. mirari viſus eſt.
intellexi 23 quid eum pupugiſſet. Iterũ ac ter-
tiò nominaui. Poſtea homines curſare vltro,&
citrò non deſtiterunt , credo qui Chryſogono
nuntiarent eſſe aliquẽ in ciuitate , qui contra
voluntatẽ eius dicere auderet:aliter cauſã agi,
atque ille exiſtimaret:aperiri bonorum emtio-
nẽ:vexari peſsimè ſocietatẽ:gratiã, potentiãq;
eius negligi:iudices diligenter attendere : po-
pulo rem indignam videri.‖Quæ quoniã te fe- 61
fellerunt,Eruci,quoniámq;vides verſa eſſe om-
nia:cauſam pro Sext. Roſcio,ſi non cõmodè,at
liberè dici , quẽ dedi putabas,defendi intelli-
gis:quos tradituros ſperabas,vides iudicare:re-
ſtitue nobis aliquãdo veterem tuã illã callidi-
tatem,atq; prudentiã:[b] cõfitere huc ea ſpe ve-
niſſe,quòd putares hic latrocinium,nõ iudiciũ
futurum.[c] De patricidio cauſa dicitur:ratio ab
accuſatore reddita non eſt,quã ob cauſam pa-
trem filius occiderit.‖Quod in minimis noxis, 62
& in his leuioribus peccatis,quæ magis crebra,
& iam prope quotidiana ſunt,maximè , & pri-
mùm quæritur,quæ cauſa maleficij fuerit: id E-
rucius in patricidio quæri non putat oportere:
in quo ſcelere,iudices,etiã cũ multæ cauſæ cõ-
ueniſſe vnũ in locũ,atque inter ſe cõgruere vi-
dentur:tamen nõ temerè creditur,neq; leui cõ-
iectura res pẽditur,neq; teſtis incertus auditur,
neq;accuſatoris ingenio res iudicatur.Cũ mul-
ta antea commiſſa maleficia,tum vita hominis
perditiſsima, tũ ſingularis audacia oſtendatur
neceſſe eſt:neq;audacia ſolũ,ſed ſummus furor,
atq; amẽtia.[d] Hæc cùm ſint omnia,tamẽ extent
oportet expreſſa ſceleris veſtigia , vbi qua ra-
tione,per quos,quo tempore maleficiũ ſit ad-
miſſũ.quę niſi multa,& manifeſta ſunt,profectò
res

a for.atq; alias res agere,donec Chryſ. vel ſic, alias res agere, quoad Chryſ.

b L. aut cõfitere te huc ea ſpe ven.

c Li.vulg. De parricidio.

d for.hæc cùm ſunt omnia,tum extent op.

res tã ſceleſta,tã atrox,tã nefaria credi nõ po-
teſt.||Magna eſt enim vis humanitatis : multùm
valet communio ſanguinis : reclamitat iſtiuſ-
modi ſuſpicionibus ipſa natura: portentum,at-
que monſtrum certiſsimũ eſt eſſe aliquẽ huma-
na ſpecie , & figura,qui [e] tantum immanitate
beſtias vicerit,vt [f] propter quos hanc ſuauiſsi-
mam lucem adſpexerit , eos indigniſsimè luce
priuarit,cùm etiã feras inter ſeſe partus , atque
64 educatio,& natura ipſa conciliet.||Nõ ita mul-
tis ante annis aiunt, T.* Clœlium quendam [g]
Terracinenſem, hominem non obſcurum , cùm
ſenatus cubitum in idem * conclaue cum duo-
bus adoleſcentibus filiis iſſet,inuentũ eſſe ma-
nè iugulatum,cùm neque ſeruus quiſquam re-
periretur,neque liber ad quem ea ſuſpicio per-
tineret:id ætatis autẽ duo filij * propter cubã-
tes ne ſenſiſſe quidem ſe dicerent : nomina fi-
liorum [h] de patricidio delata ſunt. * Quid po-
ſtea?erat ſanè ſuſpicioſum. [i] Neutrum ſenſiſſe!
auſum autẽ eſſe quempiã ſe in id conclaue cõ-
mittere,eo potiſsimũ tẽpore,cùm ibidẽ eſſent
duo adoleſcẽtes filij qui & ſentire,&defende-
65 re facilè poſſent ?|| Erat porrò nemo,in quẽ ea
ſuſpicio conueniret. tamen cùm planum iudi-
cibus [k] eſſet factum,aperto hoſtio dormienteis
eos repertos eſſe : iudicio abſoluti adoleſcen-
tes,& ſuſpicione omni liberati ſunt. Nemo e-
nim putabat quemquam eſſe , qui cùm omnia
diuina atque humana iura ſcelere nefario pol-
luiſſet , ſomnum ſtatim capere potuiſſet : pro-
pterea quò qui tantum facinus commiſerunt,
non modo ſine cura quieſcere , ſed ne [l] ſpi-
66 rare quidem ſine metu poſſunt. || Videtiſne,
quos nobis poetæ tradiderunt , patris vlciſ-
cendi cauſa , ſupplicium de matre ſumſiſ-
ſe , cùm præſertim deorum immortalium iuſ-
ſis , atque oraculis id feciſſe dicantur , tamen

e πρῶτον.
f al. per quos, ſed nihil mutádũ ná propter quos, dictũ pro quorum opera & per quos
*Vide Val. li.8 c.1.
g al. Tarracinen. al. Terracenẽſem.
* Vide Feſtum in cõclaue.
* Vide Feſtũ c.4 in propter 557.
h li. vul. de parricidio.
* Quod poterat enim tam ſuſpicioſum eſſe, aut neutrum ſenſiſſe, aut auſu al. quod poterat ſatis eſſe ſuſpicioſum, aut neutrũ al. quid poſtea?erat ſane ſuſpicioſũ neutrũ ſenſiſſe quemquã.
i al. Neutrúmne ſenſiſſe?
k al factum eſſet.
l al. reſpir

Digitized by Google

vt eos * agitent furiæ, 23. neque conſiſtere * vſ-
quã [m] patiantur, quod ne pij quidẽ ſine ſcelere
eſſe potuerunt? Sic ſe res habet, iudices, magnã
vim, magnam neceſſitatem magnã poſſidet re-
ligionem paternus maternúſq; ſanguis: ex quo
ſi qua macula concepta eſt, non modò elui non
poteſt, verùm vſque eò permanat ad animum, vt
ſummus furor, atque amentia cõſequatur. || No- 67
lite enim putare, quemadmodum in fabulis ſæ-
penumero videtis, eos, qui aliquid impiè, ſcele-
ratéque cõmiſerint, agitari, & perterreri furia-
rum tædis ardentibus. Sua quemq; fraus, & ſuus
terror maximè vexat: ſuum quemque ſcelus a-
gitat, amẽtiáque afficit: ſuæ malę cogitationes,
conſcientiæque animi terrent. Hæ ſunt impiis
aſsiduæ, domeſticæque furiæ, quæ dies, noctéſ-
quę parentum pœnas à conſceleratiſsimis fi-
liis repetant. || Hæc magnitudo maleficij fa- 68
cit, vt, niſi pœnè manifeſtum [n] parricidium pro-
feratur, credibile non ſit: niſi turpis adoleſcen-
tia, niſi omnibus flagitiis vita inquinata, niſi
ſumtus effuſi cum probro, atque dedecore, niſi
prorupta audacia, niſi tanta temeritas, vt non
procul abhorreat ab inſania. Accedat huc opor
tet odiũ parentis, animaduerſionis paternæ me-
tus, amici improbi, ſerui conſcij, tẽpus idoneũ,
locus opportunè captus ad eam rẽ: penè dicã,
reſperſas manus ſanguine paterno, iudices, vi-
deant oportet, ſi tantũ facinus, tã immane, tam
acerbũ credituri ſint. || Quare hoc, quominus eſt 69
credibile, niſi oſtenditur: eo magis eſt, ſi cõuin-
citur, vindicandum. Itaque cùm multis ex reb⁹
intelligi poteſt, maiores noſtros non modò ar-
mis plus, quàm ceteras nationes, verùm etiã cõ-
ſilio, ſapientiáque potuiſſe: tum ex hac re vel
maximè, quod * in impios ſingulare ſuppliciũ
inuenerunt. * Qua in re quantũ prudentia præ-
ſtiterit iis, qui apud ceteros ſapientiſſimi fuiſſe
dicũtur cõſiderate. || Prudẽtiſsima ciuitas * Athe 70
nien-

* Beſſus paricida cũ arundinum nidũ euertiſſet, interrogatus cur rem nefandam cõmiſiſſet, ſceleris cõſcientia tactus reſpõdit, tandiu inquit clamant me patrem occidiſſe. Plu. de ſera numinis vindicta.

* al. vnquã

m al. patiãtur? quod ne pij quidem ſine ſcel. eſſe potuerunt.

n Lam. patricidium.

* vide l. 9. ff. ad legẽ Pompeiam de parricidio.

* Oſtius Romæ primus dicitur patrem interemiſſe anno vrbis 600. vide Plut. in Romulo

* Vide I. de Or. pro Põpeio & Thucididem.

nienſium:dum ea rerum potita eſt,fuiſſe tradi-
tur. eius porrò ciuitatis ſapientiſsimum Solo-
nem dicunt fuiſſe,eum qui leges, quibus hodie
quoque vtuntur,ſcripſerit. Is cùm interrogare-
tur,23 cur nullum ſupplicium conſtituiſſet in
eum,qui parentem necaſſet,reſpondit ſe id ne-
minẽ facturũ putaſſe. Sapienter feciſſe dicitur,
cùm de eo nihil ſanxerit,quod anteà commiſ-
ſum nõ erat,ne nõ tã prohibere,quàm admone-
re videretur. Quantò maiores noſtri ſapiẽtiùs?
qui cùm intelligerent, nihil eſſe tam ſanctum,
quod non aliquando violaret audacia, ſuppli-
cium [o] in parricidas ſingulare excogitauerunt:
vt quos natura ipſa retinere in officio non po-
tuiſſet, ij magnitudine pœnæ 24 maleficio *
ſummouerentur. inſui voluerunt in [p] culeum
71 viuos,atque ita in flumen deiici.|| O ſingularem
ſapientia,iudices:nõne videntur * hunc homi-
nẽ ex rerum natura ſuſtuliſſe, [q] & eripuiſſe, cui
repente cælũ,ſolẽ,aquã,terrámq; ademerunt,vt
qui eum necaſſet,vnde ipſe natus eſſet, careret,
iis rebus omnibus,ex quibus omnia nata eſſe di
cuntur? Noluerunt feris corpus obiicere,ne be-
ſtiis quoque quæ tantùm ſcelus attigiſſent,im-
manioribus vteremur:non ſic nudos in flumen
deiicere,ne, cùm delati eſſent in mare, [r] ipſum
polluerent,quo cetera,quæ violata ſunt,expia-
ri putantur. Denique nihil tam vile,neque tam
72 vulgare eſt, [s] cuius partẽ vllam reliquerint. ||E-
tenim quid tam eſt cõmune, quàm ſpiritus vi-
uis,terra mortuis,mare fluctuantibus, litus eie-
ctis? Ita viuunt, dum poſſunt,vt ducere animam
de cœlo nõ queant:ita moriuntur,vt eorum oſ-
ſa [t] terra non tangat:ita iactantur fluctibus, vt
numquam [u] abluantur: ita poſtremò eiiciun-
tur, vt ne ad ſaxa quidem mortui conquieſ-
cant. Tanti maleficij crimen, cui maleficio iam
inſigne ſupplicium eſt conſtitutum,probare te,
Eruci,cenſes poſſe talibus viris, ſi ne cauſam
qui-

o L.am.in parricidas.
* al. maleficio ſummo arcerẽtur.
p L.culleũ.
* Vide de Oratore perfecto.
q L.&.deripuiſſe.
r L.idipsũ pol.
s L.cuius partẽ vllã eis relique rint.Etenim quid eſt tam cõ.
t al.terram nõ tangãt.
v L. alluantur.

quidem maleficij protuleris?Si hunc apud bo-
norú emtores ipſos accuſares,eiq́;iudicio Chry
ſogonus præeſſet:tamen diligentiùs,paratiuſq́;
veniſſes.|| x Vtrùm, quid agatur,non vides? an 73
apud quos agatur?Agitur de patricidio : quod
ſine multis cauſis ſuſcipi non poteſt. Apud ho-
mines autem prudentiſſimos agitur:qui intelli-
gunt,neminem ne minimum quidem maleficiũ
ſine cauſa admittere.Eſto:cauſam proferre non
potes.tametſi ſtatim viciſſe debeo, tamen de
meo iure decedã:& tibi quod in alia cauſa non
concederẽ,in hac concedã,fretus huius inno-
centia.Non quæro abs te,quare Patrẽ Sex Roſ-
cius occiderit:quæro quomodo occiderit.* Ita
quæro abs te,C. Eruci,quomodo : & ſic tecum
agam,vt in eo loco vel reſpondendi, vel inter-
pellãdi tibi poteſtatẽ faciã,vel etiã,ſi quid vo-
les,interrogandi.||Quomodo occidit?ipſe per- 74
cuſſit,an aliis occidẽdũ dedit?Si ipſum arguis,
Romæ non fuit.ſi per alios feciſſe dicis:quæro,
ſeruóſne, an liberos,? quos homines?indidém-
ne Ameria, an hoſce ex vrbe ſicarios? Si Ame-
ria:qui ſunt hi:cur nõ nominantur?ſi Roma:vn-
de eos nouerat Roſcius:qui Romam multis an-
nis non venit,neque vmquã plus triduo fuit?v-
bi eos conuenit?quicum locutus eſt?quomodo
perſuaſit?pretiũ dedit?cui dedit?per quẽ dedit?
vnde,aut quãtũ dedit?nõne his veſtigiis ad ca-
put maleficij perueniri ſolet? Et ſimul tibi in
mentẽ veniat,facito,quemadmodum vitam hu-
iuſce depinxeris:hunc hominẽ ferũ, atq; agre-
ſtẽ fuiſſe:numquã cum homine quoquã collo-
cutũ eſſe:numquam in oppido cõſtitiſſe.|| Qua 75
in re prætereo illud quòd mihi y maximo argu-
mento ad huius innocentiã poterat eſſe in ru-
ſticis moribus,in victu arido,in hac horrida,in-
cultáque vita iſtiuſmodi maleficia gigni non
ſolere vt nõ omnẽ frugẽ,neq; arborem in omni
agro reperire poſſis : ſic non omne facinus in
omni

x T. vtrùm qua de re agatur,&c. vel quo de agatur.

* al. itaque abs te C. Eruci,quæro & ſic tecum agam.

y for. maximo argumento huius innocẽtiæ pot.



omni vita naſcitur.In vrbe luxuries creatur: ex
luxuria exiſtat auaritia neceſſe eſt : ex auaritia
erumpat audacia:inde omnia ſcelera,ac malefi-
cia gignuntur.Vita autem hæc ruſtica, quam tu
76 agreſtem vocas,parſimoniæ,diligentiæ, iuſtitiæ
magiſtra eſt.Veru hæc miſſa facio. || Illud quæ-
ro.is homo,qui vt tute dicis,numquã inter ho-
mines fuerit,per quos homines hoc tantũ faci-
nus,tam occultum,abſens præſertim, conficere
potuerit. multa ſunt falſa, iudices, quæ tamen
argui ſuſpicioſè poſſunt in his rebus ſi ſuſpicio
reperta erit,culpam ineſſe concedã.Romæ Sex.
Roſcius occiditur, cùm in agro Amerino eſſet
filius,literas,credo, miſit alicui ſicario,qui Ro-
mæ nouerat neminẽ.Arceſsiuit aliquẽ. At quã-
do?Nuntium miſit.Quem? aut ad quem?pretio,
gratia,ſpe,promiſsis induxit aliquẽ?Nihil horũ
ne confingi quidẽ poteſt:& tamen cauſa de pa-
tricidio dicitur. Reliquum eſt,vt per ſeruos id
77 admiſerit.||O dij immortales!rẽ miſerã,& cala- * al.nocẽtȧ
mitoſam. 25 quod in tali crimine * innocenti
ſaluti ſolet eſſe,vt ſeruos in quæſtionem polli-
ceatur,id Sex.Roſcio facere non licet. vos, qui
hunc accuſatis [a] omneis eius ſeruos habetis.v- a v.c.omnis.
nus puer victus quotidiani adminiſter, ex tanta
familia Sex Roſcio relictus non eſt.Te nũc ap-
pello,* P. Scipio,te,Metelle vobis aduocatis, * Hi videntur fuiſſe adſeſſores.
vobis agentibus,aliquoties duos ſeruos pater-
nos in quæſtionẽ ab aduerſariis Sex.Roſci⁹ po-
ſtulauit.Meminiſtiſne,T.Roſciũ recuſare?quid?
ij ſerui vbi ſunt?Chryſogonũ,iudices, ſectãtur:
apud eũ ſunt in honore,& in pretio:etiam nũc,
vt ex his quæratur,ego poſtulo:hic orat , atque
78 obſecrat,quid facitis ? cur recuſatis? 26 || *Du- * al.dubitare,etiá nũc iudices poteſtis à quo
bitare etiam nũc iudices,ſi poteſtis , à quo ſit
Sext.Roſcius occiſus : ab eóne, qui propter il-
lius mortem,in egeſtate, & in inſidiis verſatur,
cui ne quærendi quidem de morte patris po-
teſtas permittitur : an ab iis , qui quæſtionem
fugi

Digitized by Google

fugitant,bona poſſident,in cæde, atq; ex cæde
viuunt.Omnia,iudices, in hac cauſa ſunt miſe-
ra atq; indigna:tamen hoc nihil neq; acerbius,
neq; iniquius proferri poteſt.mortis paternę de
ſeruis paternis quæſtionem habere filio non li-
cet 27 ne tamdiu quidē dominus erit in ſuos,
[b]dum ex iis de patris morte quæratur.Veniam,
neque ita multo poſt, ad hunc locum. nam hoc
totū ad Roſcios pertinet: de quorū audacia tū
me dicturum pollicitus ſum,cùm Erucij crimi-
na diluiſſem. || Nunc,Eruci,ad te venio. conue- 79
niat mihi tecum neceſſe eſt, ſi ad hunc malefi-
ciū iſtud pertinet,aut ipſum [c] ſua manu feciſſe,
id quod negas,aut per aliquos liberos aut ſer-
uos.liberóſne? quos neq; vt cōuenire potuerit,
neq; qua ratione inducere, neq; vbi,neque per
quos,neque qua ſpe,aut quo pretio,potes oſten
dere.Ego contrà oſtendo, non modò nihil eo-
rum feciſſe Sex.Roſcium, ſed ne potuiſſe quidē
facere: quòd neque Romæ multis annis fuerit,
neq; de prædiis vmquā [d] temerè diſceſſerit.Re-
ſtare tibi videbatur ſeruorum nomen,quò,qua-
ſi in portum, reiectus à cæteris ſuſpicionibus,
confugere poſſes: vbi ſcopulum offendis eiuſ-
modi,vt non modò ab hoc crimen reſilire vi-
deas, verùm omnem ſuſpicionem in voſmeti-
pſos recidere intelligas. || Quid eſt ergo, quò 80
tandem accuſator,inopia argumentorum, con-
fugerit?Eiuſmodi tempus erat,inquit,vt homi-
nes vulgò impunè occiderentur. quare tu hoc
propter multitudinem ſicariorum, nullo nego-
tio facere potuiſti.Interim mihi videris,Eruci,
vna mercede duas res aſſequi velle: nos iudicio
* perfundere: accuſáre autem eos ipſos, à qui-
bus mercedem accepiſti. 28 [e] Quid ais? vulgò
occidebantur?per quos?& à quibus?nónne co-
gitas,te à ſectoribus huc adductum eſſe? Quid
poſtea?Neſcimus,per iſta tēpora, 29 eoſdē ferè
*ſectores fuiſſe collorū,& bonorū?|| Ij denique, 81
qui

b al.dum ex iis de patris morte quęratur.

c αὐτόχειρα ὑπάρξαι.

d ἀλόγως id eſt, aliqua iudicij moleſtia afficere.

e L. Quid ais? vulg. occidebantur homines? per q.

* vide Gel. lib 20.c.1.

Aſconio ſectores æſtimatores,& redemptores bonorū S.damnati &, proſcripti. Gloſſis Sector, ὠνητὴς, ὁ ἀπὸ δήμου τ̃ ἀγοράζων οὐσίαν.

qui tum armati dies, nocteiſq; cõcurſabant, qui Romæ erant aſſidui, qui omni tẽpore in præda, & ſanguine verſabãtur, Sext. Roſcio tẽporis illius acerbitatem, iniquitatemq; obiicient: & illam ſicariorum multitudinẽ, in qua ipſi duces, ac principes erant, huic crimini putabunt fore? qui non modò Romæ nõ fuit, ſed omnino, quid Romæ ageretur, neſciret, propterea quòd f ruri
82 aſſiduus, quemadmodũ tute cõfiteris, fuit. ‖ Vereor, ne aut moleſtus ſim vobis, iudices, g aut ne ingeniis veſtris videar diffidere, ſi de tã perſpicuis rebus diutius diſſerã. Erucij criminatio tota, vt arbitror, diſſoluta eſt niſi fortè h exſpectatis, vt illa diluam, quæ de peculatu, ac de eiuſmodi rebus commentitiis, inaudita nobis ante hoc tempus, ac noua obiecit. quæ mihi iſte viſus eſt 30 ex * alia oratione declamare, quam in alium reum commẽtaretur: ita neque ad crimen i patricidij, neque ad eum, qui cauſam dicit, pertinebãt. de quibus quoniã verbo arguit, verbo ſatis eſt negare. Si quid eſt, quod ad teſteis reſeruet: ibi nos quoque, vt in ipſa cauſa,
83 paratiores reperiet, quàm putabat. ‖ Venio nunc eò, quò me non cupiditas ducit, ſed fides. Nam ſi mihi libêret accuſare: accuſarẽ alios potiùs, ex quibus poſſem creſcere: quod certum eſt nõ facere, dum vtrumuis licebit. Is enim mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorẽ locum peruênit, non qui adſcẽdit per alterius incommodum, & calamitatẽ. Deſinamus aliquando ea ſcrutari, quæ ſunt inania. quæramus, vbi maleficium & eſt, & inueniri poteſt. Iã intelliges, Eruci, 30 certum crimen quàm multis ſuſpicionibus coarguatur. tametſi neque omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam. neque enim id facerem, niſi neceſſe eſſet. & id erit ſigni me inuitum facere, quod nõ * proſequar longius,
84 quàm ſalus huius, & mea fides poſtulabit. ‖ Cauſam tu nullã reperiebas in Sex. Roſcio. * At ego in

f L. rure.

g L. aut ingeniis.

h al. expectatis, dum illa diluam.

* Paſſer. aliena.

i li. vulg. parricidij.

* L. perſequar.

* SECVNDA PARTITIONIS PARS I. Roſciũ parricidij huiuſce reum eſſe.

Digitized by Google

in T.Roſcio reperio. tecũ enim mihi res eſt. T. Roſci quoniam iſtic ſedes, ac te palàm aduerſarium eſſe profiteris. De Capitone poſt viderimus, ſi, quemadmodum paratũ eſſe audio, teſtis prodiderit, tum alias quoq; ſuas palmas cognoſcet, de quibus me ne audiſſe quidẽ ſuſpicatur L. Caſſius ille, quem pop. Ro. [k] veriſſimũ, & * ſapientiſſimum iudicem putabat, identidẽ in cauſis quærere ſolebat, 31 CVI BONO FVISSET. Sic vita hominum eſt, vt ad maleficiũ nemo conetur ſine ſpe, atq; emolumento accedere. || Hũc 85
quæſitorem, ac iudicem fugiebant, atq; horrebant ij, quibus periculum creabatur: ideò, quòd, tametſi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propenſus ad miſericordiam, 32 quàm implicatus ad ſeueritatem videbatur. Ego, quamquam præeſt huic quæſtioni * & contra audaciã fortiſſimus, & ab innocentia clementiſſimus: tamen facilè me paterer, vel illo ipſo acerrimo iudice quærente, vel apud * Caſſianos iudices, quorum etiam nunc ij, quibus cauſa dicẽda eſt, nomen ipſum reformidant, pro Sex. Roſcio dicere. || In hac enim cauſa cũ viderent, illos am- 86
pliſſimam pecuniam poſſidere, hunc in ſumma mendicitate eſſe. illud quidẽ non quærerẽt, cui bono fuiſſet: 33 [l] ſed eò perſpicuum crimen, & ſuſpicionẽ potiùs ad prædã adiungerent, quàm ad egeſtatem. Quid ſi accedit eòdem, vt tenuis antea fueris? quid ſi, vt auarus? quid ſi, vt audax? quid ſi, vt illius, qui occiſus eſt, inimiciſſimus? num quærenda cauſa, quæ te ad tantum facinus adduxerit? Quid ergo horum negari poteſt? Tenuitas hominis eiuſmodi eſt, vt diſſimulari non queat: atq; eo magis eluceat, quo magis occul-
tatur. 34 || Auaritiã [m] præfers, qui ſocietatẽ coie- 87
ris de municipis, cognatiq; fortunis cum alieniſſimo. Quã ſis audax (vt alia obliuiſcar) hinc omnes intelligere potuerunt, quòd ex tota ſocietate, hoc eſt, ex tot ſicariis, ſolus tu inuentus es

k al. ſeueriſſimum.
* is præfectus iudicio Veſtalium omnes damnauit. Aſcon.
* Lamb. vir & cõtra audaciam.
* id eſt iudices ſeueros.
l L. ſed, eo perſpicuo, ſrimen, & ſuſpic. Paſ. ſed adeo.
m al. præ te fers.

es, qui cum accuſatoribus ſederes, atq; os * tuũ non modo oſtenderes, ſed etiam offerres. Inimicitias tibi fuiſſe cum Sex. Roſcio, & magnas rei familiaris controuerſias, concedas neceſſe

88 eſt. || * Reſtat, iudices, vt hoc dubitemus, vter potiùs Sext. Roſcium occiderit: is; ad quẽ morte eius diuitiæ venerint: an is, ad quem mẽdicitas: is, qui antea tenuis fuerit, an is, qui poſtea factus ſit egẽtiſſimus: is, qui ardens auaritia feratur infeſtus in ſuos, an is, qui ſemper ita vixerit, vt quæſtum noſſet nullũ, fructum autẽ eum ſolum, quem labore peperiſſet: is, qui omnium ſectorum audaciſſimus ſit, an is qui propter fori, iudiciorumq; [n] inſolentiam, non modò ſubſellia, verùm etiam vrbem ipſam reformidat: poſtremò, iudices, id quod ad rem, [o] mea ſententia, maximè pertinet, vtrùm inimicus potiùs, an

89 filius. || Hæc tu, Eruci, tot, & tanta ſi nactus eſſes in reo, quàm diu diceres? quo te modo iactares? tempus, [p] hercule, te citiùs, quàm oratio deficeret. Etenim in ſingulis rebus eiuſmodi materies eſt, vt dies ſingulos poſſis cõſumere. Neque ego non poſſum: nõ enim mihi tantũ derogo, tametſi nihil arrogo, vt te copioſiùs, quàm me, putem poſſe dicere: verùm ego forſitan, propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. te pugna * Cannenſis accuſatorem ſat bonũ [q] facit. Multos cæſos non [r] ad Thraſimenũ la-

90 cum, 35 ſed ad Seruilium vidimus. || *Quis ibi non eſt vulneratus ferro Phrygio?* * non neceſſe eſt omneis commemorare, Curtios, Marios denique *Mamercos, quos iam ætas à præliis auocabat: poſtremò Priamum ipſum, ſenem, Antiſtium: quem non modò ætas, ſed etiam leges * pugnare prohibebant. Iam, quos nemo propter ignobilitatem nominat, ſexcenti ſunt, qui inter ſicarios & de veneficiis accuſabant. qui omnes (quod ad me attinet) vellem viuerent. Nihil enim mali eſt, canes ibi quàm plurimos eſſe, vbi permulti [s] obſeruãdi, multaq; ſeruãda ſunt. || Ve-

* Sic Terẽt. in Andr. os durum pro impudente.

COMPARATIO.

n ἀήθειαν

o al. mea quidẽ ſententia.

p al. meher cule. v. c. mercule.

* Aenigma, id eſt, bella ciuilia, Marij & Scyllæ.

q L. fecit.

r L. ad Traſimenum.

* vide Firmic. I. Matheſeos.

* Vet. Mammios.

* qui iã 46. ætatis annum exceſſiſſet.

s τηρητέος, παραφυλακτέος

Digitized by Google

rum,vt fit,multa ſępe,imprudentibus imperatoribus,vis belli,ac turba molitur.36 dū is * in aliis rebus erat occupatus,37 qui * ſummā rerū administrabat:erāt interea qui ſuis vulneribus mederentur:qui,tanquā ſi effuſa reipublicæ ſempiterna nox eſſet ita ruebāt in tenebris, omniaq; [r] miſcebant.à quibus miror, ne quod iudiciorū eſſet veſtigium, nō ſubſellia quoq; eſſe combuſta. nam & accuſatores, & iudices ſuſtulerunt. Hoc cōmodi eſt,quòd ita vixerunt, vt [u] teſteis omneis,ſi cuperēt,interficere nō poſſent. nam, dū [x] hominū genus erit,qui accuſet eos, nō deerit:dū ciuitas erit,iudicia fient.Verū, vt cœpi dicere,& Erucius,hæc ſi haberet in cauſa,quæ cōmemoraui,poſſet ea quamuis diu dicere:&ego, iudices,poſſum:ſed in animo eſt (quēadmodum ante dixi) [y] leuiter tranſire, ac tātummodo perſtringere vnāquamq; rē,vt omnes intelligāt,me [z] nō ſtudio accuſare,ſed officio defendere.|| Video igitur,cauſas eſſe permultas,quæ iſtum impellerent.Videamus nunc,ecquæ facultas ſuſcipiendi maleficij fuerit.Vbi occiſus eſt Sex.Roſcius? Romæ. Quid? tu, Roſci, vbi tunc eras? Romæ.Verum quid ad rem? & alij multi. Quaſi nunc id agatur, quis ex tāta multitudine occiderit,ac non hoc quæratur,eum,qui Romæ ſit occiſus,vtrū veriſimilius ſit ab eo eſſe occiſum,qui aſſiduus eo tēpore Romæ fuerit, an ab eo,qui multis annis Romā omnino nō acceſſerit.|| Age,nunc cæteras facultates quoque conſideremus. Erat tum multitudo ſicariorum, id quod commemorauit Erucius & homines impunè occidebantur.Quid?ea multitudo quæ erat? opinor,aut eorum, [a] qui in bonis erant occupati:aut eorum, qui ab iis conducebantur, vt aliquem occiderent.Si eos putas,qui alienū appetebant:tu es in eo numero, qui noſtra pecunia diues es. ſin eos, quos, qui leniore nomine appellant,percuſſores vocant:quære, in cuius fide ſint,& clientela:mihi crede,aliquē de ſocietate

91 / 92 / 93

*al. dumtaxat is in rebus.
* al. ſummam remp administrabat
r συν:'χεον
v v.c. teſtis omnis.
x al. humanum genus.
y fort. leuiter tranſigere.
z vix ἐπιτηδες.
a fort. qui in bonis alienis erant occ.

tua reperies:&,quidquid tu cōtrà dixeris, id cū defenſione noſtra contēdito.ita facillimè cauſa
94 Sex.Roſcij cum tua conferetur.|| Dices, [b] Quid poſtea, ſi Romæ aſſiduus fuit? Reſpondebo, At ego omninò non fui. Fateor, me ſectorem eſſe: verùm & alij multi.At ego (vt tute arguis) agricola,& ruſticus.Non continuò,ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. At ego profectò, qui ne noui quidem quemquam ſicarium, longè abſum ab [c] eiuſmodi crimine. Permulta ſunt,quæ dici poſſunt, quare intelligatur, ſummam tibi facultatem fuiſſe maleficij ſuſcipiendi:quæ non modò idcircò prætereo, quò te ipſū non libenter accuſo:verùm eò magis etiā,quòd, ſi de illis cædibus velim commemorare, quæ tū factæ ſunt iſta eadem ratione, qua Sex. Roſcius occiſus eſt,vereor,ne ad plureis oratio mea per-
95 tinere videatur.||Videamus nunc *ſtrictim, ſicut cætera,quæ poſt mortem Sex. Roſcij abs te, T. Roſci facta ſunt:quæ ita aperta,& manifeſta ſūt, vt mediusfidius,iudices, inuitus ea dicā. vereor enim, [d] cuicuimodi es,Roſci,ne ita hunc videar voluiſſe ſeruare, vt tibi omnino non pepercerim.Cū hoc vereor,& cupio tibi aliqua ex parte (quod ſalua fide poſſim) parcere, rurſus immuto voluntatem meam. venit enim mihi in mentem oris tui.Téne,cùm cæteri ſocij tui fugerent, ac ſe occultarent,vt hoc iudicium non de illorum præda,ſed de huius maleficio fieri videretur, potiſſimùm tibi parteis iſtas depopoſciſſe,vt in iudicio verſarere,& ſederes cum accuſatore? qua in re nihil aliud aſſequeris, niſi vt ab omnibus mortalib.audacia tua cognoſcatur,& imprudē-
96 tia. ||Occiſo Sex. Roſcio, qui primus Ameriam nuntiat? [e] Mallius Glaucia, quem iam antea nominaui,tuus cliens,& familiaris.38 [f] Quid attinuit eum potiſſimùm nuntiare, quod, ſi nullum iam antè conſilium de morte, ac de bonis eius inieras, nullámque ſocietatem neque ſceleris,

b al. Quid tum poſtea.

c al. huiuſmodi.

* Vide Nonium II. in ſtrictim.

d L. cuiuſmodi es Roſci. &c. vel cuiuſmodi es, &c.

e al. Manlius.

f L. Quid id attinuit eum id potiſſimùm nuntiare? quòd ſi nullum iam antè conſil. de m. ac de bon. eius iniet. null. q. ſociet. neque ſcel. enim pr. c. h vllo coier. ad re min. omnium pertinebat.

Digitized by Google

neque præmij cum homine vllo coieras, ad te minimè omnium pertinebat? 39 Sua ſponte Mallius nuntiat? quid, quæſo, eius intererat? an, cùm Ameriam non huiuſce rei cauſa veniſſet, caſu accidit, vt id quod Romæ audierat, primus nuntiaret? cuius rei cauſa venerat Ameriam? Non

g al. deducam.

poſſum, inquit, diuinare. Eò rem iam g adducã, vt nihil diuinatione opus ſit. Qua ratione Roſcio Capitoni primùm nuntiauit? Cùm Ameriæ Sex. Roſcij domus, vxor, liberíq; cliẽt: cùm tot propinqui, cognatíq; optimè conueniẽtes: qua ratione factum eſt, vt iſte tunc cliens, ſceleris tui nuntius, T. Roſcio Capitoni potiſſimùm nuntiaret? || Occiſus eſt à cena rediens. nondum lu- 97
cebat, cùm Ameriæ ſcitum eſt. Quid hic incredibilis curſus: quid hæc tanta celeritas, feſtinatióq; ſignificat? nõn quæro, quis percuſſerit. nihil eſt, Glaucia, quòd metuas. non excutio te, ſiquid fortè ferri habuiſti: non ſcrutor: nihil ad me arbitror pertinere. quoniam, cuius conſilio occiſus ſit, inuenio: cuius manu ſit percuſſus, non laboro. Vnum hoc ſumo, quod mihi apertũ tuum ſcelus, réſq; manifeſta dat, Vbi, aut vnde audiuit Glaucia? qui tam citò ſciuit? Fac audiſſe ſtatim. Quæ res eum nocte vna tantum itineris contendere coëgit? quæ neceſſitas eum tanta premebat, vt, ſi ſua ſponte iter Ameriam faceret, id tẽporis Roma proficiſceretur, nullam partem 98
noctis requieſceret? Etiámne in tam perſpicuis rebus argumentatio quęrenda aut cõiectura capienda ſit? || Nónne vobis hæc, quæ audiſtis, cernere oculis videmini, iudices? non illũ miſerũ, ignarũ caſus ſui, redeuntem à cena videtis? non poſitas inſidias? non impetum repentinum? non verſatur ante oculos vobis in cæde Glaucia? nõ adeſt iſte T. Roſcius? non ſuis manibus in curru colloc at h Automedontem illum, ſui ſceleris acerbiſſimi, nefariæq; victoriæ nuntium? nõ orat, vt eã noctẽ peruigilet? vt honoris ſui cauſa laboret?

h τ̃ τῦ ἀχιλλέως ἡνιόχου.

99 boret? vt Capitoni quàm primùm nũtiet? || Quid
erat, quòd Capitonem primùm ſcire voluerit?
Neſcio: niſi hoc video, Capitonem in his bonis
eſſe ſocium. de tribus & decẽ fundis [h] treis no-
biliſſimos fundos eum video poſſidere. Audio
præterea, [i] non hanc ſuſpicionem nunc primùm
in Capitonem cõferri: 40 multas* eſſe infameis
100 palmas. 41 || Hanc primam eſſe tamen* lemniſca-
tam, [k] quæ Romæ deferatur: nullum modum eſ-
ſe hominis occidendi, quo ille non aliquot oc-
ciderit: multos ferro, multos veneno. [l] Habeo
etiam dicere, quem cõtra morem maiorum, mi-
norem annis* LX. de ponte in Tiberim deiecerit.
quæ, ſi prodierit, atque adeò cùm prodierit (ſcio
101 enim proditurum eſſe) audiet. || Veniat modò:
explicet ſuum volumẽ illud, quod ei planum fa-
cere poſſum Erucium conſcripſiſſe: quod aiunt
illum Sex. Roſcio intentaſſe: & minitatũ eſſe, ſe
omnia illa pro teſtimonio eſſe dicturum. O pręclarum teſtem, iudices: ô grauitatem dignã ex-
ſpectatione: ô vitam honeſtam, atque eiuſmodi,
vt libẽtibus animis ad eius teſtimonium, veſtrũ
iuſiurandum accommodetis. Profectò non tam
perſpicuè iſtorum maleficia videmus, niſi ipſos
cęcos redderet cupiditas, & auaritia, & audacia.
102 || Alter ex ipſa cæde volucrem nuntium Ameriã,
ad ſocium atque ad magiſtrum ſuum miſit: vt, ſi
diſſimulare omnes cuperent ſe ſcire, ad quem
maleficium pertineret, tamen ipſe apertũ ſuum
ſcelus ante omnium oculos poneret. Alter (ſi
diis immortalib. placet) teſtimonium etiam in
Sex. Roſcium dicturus eſt. Quaſi verò id nunc
agatur, vtrum id, quod dixerit, credendum:
an quod fecerit, vindicandum ſit. Itaque mo-
re maiorum comparatum eſt, vt in minimis re-
bus homines ampliſſimi teſtimonium de ſua re
103 non dicerent. || Africanus qui ſuo cognomi-
ne declarat, tertiam partem orbis terrarum ſe
ſubegiſſe, tamen, ſi ſua res ageretur, teſtimo-

[h] v. c. tris.

[i] fort. hanc ſuſpicionẽ non nunc primùm.

* al. multas eſſe eius infames palmas.

* id eſt, ceteris nobiliorẽ, propter lemniſcos, id eſt, faſciolos, vt ait Feſtus, è corona dependentes; vide Plin. l. 21. cap. 3. Sueton. in Claudio.

[k] al. quæ Roma deferatur.

[l] ἔχω λέγειν.

* vide Feſtũ in ſexagenarios & Depontani & Manut. in hunc locũ.

nium non diceret. nam illud in talem virum nõ audeo dicere:ſi diceret, non crederetur. Videte nunc,quàm verſa, & mutata in peiorem partem ſint omnia.Cùm de bonis,& de cæde agatur,teſtimonium dicturus eſt is,qui & ſector eſt, & ſicarius:hoc eſt , qui illorum ipſorum bonorum, de quibus agitur,emtor, atque poſſeſſor eſt : & eum hominem occidendum curauit, de cuius morte quæritur.||Quid tu vir optime?ecquid ha- 104
bes,quod dicas?mihi auſculta: vide, ne tibi deſis. tua quoque res permagna agitur. multa ſcelerate,42 [m] multa audacter, multa improbè feciſti:vnũ ſtultiſſimè, profectò tua ſponte, nõ de Erucij ſententia:43 nihil opus fuit [n] te iſti credere.neque enim accuſatore muto , neque teſte quiſquam vtitur eo,qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. Huc accedit, quòd paullo tamen occultior,atque tectior veſtra iſta cupiditas eſſet:nũc quid eſt, quòd quiſquam [o] ex vobis audire deſideret,cùm,quę facitis,eiuſmodi ſint,vt ea dedita opera 44 à vobis contra voſmetipſos facere videamini.||Age nũc,illa videamus,iudices,quæ 105
ſtatim conſecuta ſunt. Ad Volaterras in caſtra L.Syllæ mors Sex.Roſcij,quatriduo, quo is occiſus eſt,Chryſogono nuntiatur. Quæritur etiã nũc,quis eum nuntium [p] miſerit? Nonne perſpicuum eſt,eũdem, qui Ameriam ? Curat Chryſogon⁹,vt eius bona veneant [q] ſtatim: 45 qui non norat hominem,*aut rẽ.* At qui ei venit in mẽtẽ prædia cõcupiſcere hominis ignoti, quẽ omnino nũquam viderat? Soletis, cùm aliquid huiuſcemodi auditis,iudices,continuò dicere:Neceſſe eſt aliquem dixiſſe municipem , aut vicinum.ij plerumq; indicant : per eos pleriq; produntur.||Hîc nihil eſt , quòd ſuſpicionem hanc 106
putetis.Non enim ego ita diſputabo:veriſimile eſt , Roſcios iſtã rẽ ad Chryſogonum detuliſſe, erat enim eis cũ Chryſogono iam antea amicitia.Nam cùm multos veteres à maiorib. Roſcij patro

m L.audacter.

n L.te iſtic ſedere.

o L.ex nobis: alij vulg. à vobis.

p al. miſerit.

q L.ſtatim. Qui non norat hominem,aut rẽ? At qui, &c.

* al. aut rem?

* al. Atqui venit.

patronos,hoſpitéſq; haberent , omneis eos co-
lere,atq; obſeruare deſtiterunt,ac ſe in Chryſo-
107 ni fidem,& clientelam contulerunt.|| Hæc poſsũ
omnia verè dicere : ſed in hac cauſa coniectura
nihil opus eſt. ipſos certè ſcio non negare , ad
hæc bonaChryſogonum acceſsiſſe impulſu ſuo.
Si eum,qui indicij partem acceperit,oculis cer-
netis:poteritíſne dubitare,iudices,[r] qui indica- r al. quis indicarit?
rit?Qui ſunt igitur in iſtis bonis, quibꝰ partem
Chryſogonus dederit?duo Roſcij?[s] Num quiſ- s L. Num
quam præterea?nemo eſt,iudices.Num ergo du- quiſnam
bium eſt,quin ij obtulerint hanc prędamChry- præter ea?
108 ſogono,qui ab eo partem prędę tulerunt?|| Age:
nunc ex ipſius Chryſogoni iudicio Roſciorum
factum conſideremus.Si nihil in iſta pugna,Ro-
ſcij,quod operæ pretium eſſet,fecerant, quã ob
cauſam à Chryſogono tantis præmiis donaban-
tur?Si nihil aliud fecerunt. niſi rem detulerunt,
nónne ſatis fuit his gratias agi?denique,vt per-
liberaliter ageretur , honoris aliquid haberi?
cur tria prædia tantæ pecuniæ ſtatim Capitoni
dantur?cur,quæ reliqua ſunt iſteRoſcius omnia
cum Chryſogono communiter poſsidet? nónne
perſpicuum eſt , iudices, has manubias Roſciis
109 Chryſogonũ,re cognita,conceſsiſſe ? || Venit in
decẽ primis legatꝰ in caſtra Capito.totã vitam,
naturã , moréſq; hominis ex ipſa legatione co-
gnoſcite.Niſi intellexeretis, iudices, nullũ eſſe
officium,nullũ ius tam ſanctum, atq; integrum,
quod non eius ſcelus, atque perfidia violarit,&
110 imminuerit:virũ optimũ eſſe eũ iudicatote.|| Im
pedimẽto eſt,quo minꝰ de his reb.[t] Sylla docea- t al. Sulla.
tur:cæterorũ legatorum conſilia,& voluntatem
Chryſogono enũtiat:monet,vt prouideat,ne pa
làm res [v] agatur:oſtendit, ſi ſublata ſit venditio v fortè.
bonorum,illũ pecuniam grandem amiſſurũ,ſeſe fiat.
capitis periculũ adiuturũ.illum acuere:hos, qui
ſimul erant miſsi,fallere: illum identidem mo-
nere , vt caueret : hiſce inſidioſè ſpem falſam

oſtendere:cum illo contra hos inire cōſilia,ho-
rum conſilia illi enunciare: cum illo partē ſuam
[u] depaciſci:46 [x] hiſce aliqua fretus hora ſemper
[y] omneis aditus,ad Syllam intercludere.Poſtre-
mò iſto hortatore,auctore,interceſſore: ad Syl-
lam legati non adierunt : iſtius fide , ac potiùs
perfidia decepti,id quod ex ipſis cognoſcere po
teritis , ſi accuſator voluerit teſtimoniū eis de-
nuntiare , pro re certa ſpem falſam domum re-
tulerunt.||In priuatis rebus ſiqui rem mandatam 111
non modò malitioſiùs geſſiſſet, ſui quæſtus, aut
commodi cauſa,verùm etiam negligentiùs: [z] tū
maiores ſummū admiſiſſe dedecus exiſtimabāt.
Itaque mandati conſtitutum eſt iudicium,*non
minus turpe,quàm furti.credo propterea quòd,
quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus , in
his operæ noſtræ vicaria fides amicorū , ſuppo-
nitur:quàm qui lædit: [a] oppugnat omniū com-
mune præſidium:&,quantum in ipſo eſt, diſtur-
bat vitę ſocietatem.Non enim poſſumus omnia
per nos agere.alius in alia eſt re magis vtilis.Id-
circo amicitiæ comparantur,vt commune com-
modum mutuis officiis gubernetur.||Quid reci- 112
pis mandatum,ſi aut neglecturus, aut ad tuū cō-
modū conuerſurus es?cur mihi te offers,ac meis
cōmodis,officio ſimulato,officis, & obſtas? [b] re-
cede de medio:per alium tranſigam. Suſcipis o-
nus officij, quod te putas ſuſtinere poſſe : quod
minimè videtur graue iis,qui minimè ipſi leues
ſunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt , quòd
duas res ſanctiſſimas violat,amicitiam,& fidem.
nam neq; mandat quiſquā ferè,niſi amico: neq;
credit,niſi ei quē fidelem putat. Perditiſſimi eſt
igitur hominis,ſimul & amicitiā diſſoluere, [c] &
fallere eum,qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet.
||Itáne eſt?in minimis rebus, qui mandatum ne- 113
glexerit,turpiſſimo iudicio condēnetur, [d] neceſ
ſe eſt.in re tanta,cùm is,cui fama mortui,fortu-
næ viui commendatę ſunt,atque concreditæ,47
igno

v al. depeciſci.
x L. hiſce aliqua ,fretus aura, &c. ita Pantag.
y v.c.omnis.
z fort.eum maiores noſtri ſumm.
* vide l. 1. ff. de his qui notantur infamia.
a for.oppugnat hominum commune pr.
b al. cede de medio.
c fort.& eſt fallere,q.
d al.neceſſe eſt?

ignominia mortuum* affecerit, *
* * *
is inter honeſtos homines, atque adeò inter vi-
uos numerabitur? In minimis, priuatíſque rebus
[e] etiam negligentia 48 in crimen mandati, iudi-
ciúmq; infamia reuocatur, 49 propterea quòd ſi
rectè fiat, illum negligere oporteat, qui manda-
rit, non illum, qui mandatum receperit: in re tã-
ta, quæ publicè geſta, atque commiſſa ſit, qui nõ
negligentia priuatum aliquod commodum læ-
ſerit, ſed perfidia legationis ipſius cæremoniam
polluerit, maculáq; [f] affecerit: qua is tandẽ pœ-
114 na afficietur? aut quo iudicio damnabitur? || Si
hanc ei rem priuatim Sex. Roſcius mandauiſſet,
vt cum Chryſogono tranſigeret, atque decide-
ret, ínque eam rem fidem ſuam, ſiquid opus eſſe
putaret, interponeret: ille, qui ſeſe facturum re-
cepiſſet, nónne ſi ex eo negotio tantulum in rẽ
ſuam conuertiſſet, damnatus per arbitrum, & rẽ
reſtitueret, & honeſtatem omnem amitteret?
115 || Nunc non hanc ei rem Sex. Roſcius mandauit,
ſed, id quod multo grauius eſt, ipſe Sex. Roſcius
cũ fama, vita, boníſq; omnibus à decurionibus
publicè Roſcio mandatus eſt: & ex eo T. Ro-
ſcius non paullum neſcio quid in rem ſuam cõ-
uertit: ſed hũc funditus euertit bonis: ipſe tria
prædia ſibi depactus eſt: voluntatem decurionũ,
ac municipum omnium tantidem, quanti fidem
116 ſuam, fecit. || Videte iam porrò cætera iudices, vt
intelligatis fingi maleficium nullum poſſe, quo
iſte ſeſe non contaminarit. In rebus minoribus
ſocium fallere, turpiſſimum eſt, æquéque turpe,
atque illud, de quo antè dixi: neq; iniuria: pro-
pterea quòd auxilium ſibi ſe putat adiunxiſſe,
qui cum altero rem communicauit. Ad cuius i-
gitur fidem confugiet, 50 [g] cùm per eius fidem
læditur, cui ſe cõmiſerit? Atqui ea ſunt animad-
uertenda peccata maximè, quæ difficillimè
præcauentur, tecti eſſe ad alienos poſſumus:

* al. affecerit, fortunis viuum euerterit is inter, &c. al. ad mendicitatem & egeſtatẽ viuum redegerit.
e L. etiam negligentia mandati, in crimen, iudiciique infamiam vocatur.
f fort. adſperſerit.
g fort. cum per eius perfidiam læd. vel, cùm per eius fraudem læd.

Digitized by Google

intimi multa apertiora videant, neceſſe eſt. ſo-
cium verò cauere qui poſſumus? quem etiam ſi
h fort. maiores noſtri.
metuimus, ius officij lædimus. Rectè igitur[h] ma-
iores eum, qui ſocium fefelliſſet, in virorũ bo-
norum numero non putarunt haberi oportere.
||At verò T. Roſcius non vnũ rei pecuniariæ ſo- 117
cium fefellit (quod tametſi graue eſt, tamen ali-
quo modo poſſe ferri videtur) verùm nouẽ ho-
mines honeſtiſſimos, eiuſdem muneris, legatio-
i fort. mãdatorum ſocios.
nis, officij, [i] mandatorúmq; ſocios induxit, dece-
pit, deſtituit, aduerſariis tradidit, omni fraude &
perfidia fefellit. qui de eius ſcelere ſuſpicari ni-
hil potuerunt: ſocium officij metuere non de-
buerunt: eius malitiam non viderunt: orationi
vanæ crediderunt. Itaque nunc illi homines
honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parũ putãtur
cauti, prouidíq; fuiſſe. Iſte, qui initiò proditor
fuit, deinde perfuga: qui primò ſociorum conſi-
lia aduerſariis enuntiauit: deinde ſocietatẽ cũ
ipſis aduerſariis coiit: terret etiam nos, ac mina-
tur, trib. prædiis, hoc eſt, præmiis ſceleris orna-
tus. In eiuſmodi vita, iudices, in his tot, tantiſq;
flagitiis, hoc quoq; maleficium, de quo iudiciũ
eſt, reperietis. ||Etenim quærere ita debetis: vbi 118
k L. multa audaciter.
multa auarè, [k] multa audacter, multa improbè,
multa perfidiosè facta videtis, ibi ſcelus quoq;
latêre inter illa tot flagitia putatote. Tametſi
hoc quidẽ minimè latet, quod ita promptum, &
propoſitum eſt, vt non ex illis maleficiis, quę in
illo cõnſtat eſſe, hoc intelligatur: verùm ex hoc
l L. dubitabitur.
etiam, ſi quod illorum forte[l] dubitatur, cõuin-
catur. Quid tandem, quęſo, iudices? num aut ille
laniſta omnino iam à gladiis receſſiſſe videtur:
m al. aut hic diſcip.
[m]aut iſte diſcipulus magiſtro tantulum de arte
concedere? Par eſt auaritia, ſimilis improbitas,
* al. germana audacia.
eadem impudentia, * gemina audacia. Etenim,
quoniam fidem magiſtri cognoſtis, cognoſcite
nunc diſcipuli æquitatem. || Dixi iam antea, ſæ- 119
penumero poſtulatos eſſe ab iſtis duos ſeruos
in

in quæſtioné.tu ſemper,T.Roſci,recuſaſti.quæ-
ro abs te,iine,qui poſtulabant, indigni erāt,qui
impetrarent? [n] an iſte nō commouebat,pro quo n fort. an
poſtulabant, an res ipſa tibi iniqua videbatur? is non
poſtulabant homines nobiliſſimi, atq; integer- comm.
rimi noſtræ ciuitatis, quos iā antea* nominaui: * P. Scipio-
qui ita vixerunt, taleſq; à populo Romano pu- nem & Me-
tantur,vt,quidquid dicerent,nemo eſſet,qui nō tellum.
æquum putaret. Poſtulabant autem pro homine
miſerrimo,atq; infeliciſſimo,qui vel ipſe ſeſe in
cruciatum dari cuperet, [o] dum de patris morte o for. dum
quæreretur. Res porrò abs te eiuſmodi poſtula- modò de
batur,vt nihil intereſſet,vtrùm eam rem recuſa- p.
120 res, an de maleficio confiterere. || Quæ cùm ita
ſint,quęro abs te,quā ob cauſam recuſaris.Cùm
occiditur Sex,Roſcius, ibidem fuerunt. Seruos
ipſos,quòd ad me attinet, neque arguo, neque
purgo. quòd à vobis hoc pugnari video, ne in
quæſtionem dentur, ſuſpicioſum eſt. quòd verò
apud vos ipſos in honore tanto ſunt, profectò
neceſſe eſt,ſciant aliquid,quod ſi dixerint, per-
nicioſum vobis futurum ſit. In dominos quæri
de ſeruis iniquū eſt.51 Anne quęritur?Sext.enim
Roſcius reꝰ eſt.52 Neque enim,cùm de hoc quę-
ritur,vos dominos eſſe dicitis. Cū Chryſogono
ſunt.Ita credo:literis eorū, & vrbanitate Chry-
ſogonus ducitur,vt inter ſuos omnium delicia-
rum,atque omnium artium puerulos,ex tot ele-
gantiſſimis familiis lectos,velit hos verſari ho-
mines penè operarios,ex Amerina diſciplina pa p L.nō eſt,
121 trisfamiliæ ruſticani. 53 || Non eſt ita profectò: vt Chryſo- gonus ho-
iudices: [p] non eſt veriſimile, vt Chryſogonus rum lit.
horum literas adamarit,aut humanitatem: non, *III. PAR
vt rei familiaris negotio diligentiam cognorit TITIO-
eorum,& fidem. Eſt quiddam, quod occultatur: NIS MEM
quod quò ſtudioſiùs ab ipſis opprimitur, & ab- BRVM de
122 ſconditur,eò magis eminet,& apparet.||* Quid potentia
igitur? Chryſogonus ſui maleficij occultandi & nimia
cauſa quæſtioné de his haberi nō vult?minimè, gratia Chry ſogoni.

Digitized by Google

q v.c.omnis.

iudices.non in[q] omneis arbitror omnia conuenire. Ego in Chryſogono, quod ad me attinet, nihil eiuſmodi ſuſpicor: neque hoc mihi nunc primùm mẽtem venit dicere. Meminiſtis, me ita diſtribuiſſe initio cauſam, in crimen: cuius tota argumentatio permiſſa[r] Erucio eſt: & in audaciam, cuius partes Roſciis impoſitæ ſunt. quidquid maleficij, ſceleris, cædis erit, proprium id Roſciorum eſſe debebit. nimiam gratiam, potẽtiámque Chryſogoni, dicimus & nobis obſtare, & perferri nullo modo poſſe: & à vobis, quoniã poteſtas data eſt, non modò infirmari, verùm etiam vindicari oportere.|| Ego ſic exiſtimo: qui 23

r Erucio eſt in aud.

quæri velit ex iis, quos conſtat, cùm cædes facta ſit, affuiſſe, eum cupere verum inuenire: qui recuſet, eum profectò, tametſi verbo non audeat, tamẽ re ipſa de maleficio ſuo confiteri. Dixi initio, iudices, nolle me plura de iſtorũ ſcelere dicere, quã cauſa poſtularet, ac neceſſitas ipſa cogeret. Nam & multæ res afferri poſſunt, & vnaquæque earũ multis cũ argumentis dici poteſt. Verùm ego, quod inuitus, ac neceſſariò facio, neq; diu, neq; diligenter facere poſſum. quę prętereiri nullo modo poterant, ea leuiter, iudices, attigi: quæ poſita ſunt in ſuſpicionib. de quib. ſi cœpero dicere, pluribus verbis ſit differendũ, ea veſtris ingeniis, coniecturęq; committo.|| Venio 24

* Emptio bonorum Roſcij facta à Chryſogono.

*nunc ad illud nomen aureum Chryſogoni, ſub quo nomine tota ſocietas ſtatuitur: de quo, iudices, neq; quomodo dicam, neq; quomodo taceam, reperire poſſum. Si enim taceo: vel maximã partem relinquo. ſin autem dico: vereor, ne non ille ſolus (id quod ad me nihil attinet) ſed alij quoque plures læſos ſe eſſe putent. Tametſi ita res ſe habet,[s] vt mihi in cõmunẽ cauſã ſectorum dicendũ nihil magnopere videatur. Hæc enim cauſa noua profectò, & ſingularis eſt. || Bonorũ Sext. Roſcij emtor eſt Chryſogonus. Primùm hoc videamus, eius hominis bona qua ratione 25

s al. vt mihi in communem cauſam ſect. nihil magnopere dicendũ videatur.

Digitized by Google

tione venierunt, aut quomodo venire potuerũt? Atq; hoc non ita quæram, iudices, vt id dicã eſſe indignum, hominis innocentis bona veniſſe. Si enim hæc audientur, ac liberè dicentur: non fuit tantus homo Sex. Roſcius in ciuitate, vt de eo potiſſimùm conqueramur. Verùm ego hoc quæro, qui potuerunt iſta ipſa lege, quæ de proſcriptione eſt, ſiue *Valeria eſt, ſiue Cornelia (nõ enim noui, nec ſcio) verùm iſta ipſa lege, bona
126 Sext. Roſcij venire qui potuerũt? || Scriptũ enim ita dicunt eſſe, vt eorum bona veneant, qui proſcripti ſũt: quo in numero Sex. Roſcius non eſt: aut eorum, qui in aduerſariorum pręſidiis occiſi ſũt. Tũ præſidia vlla fuerunt, in Syllæ præſidiis fuit. poſteaquàm ab armis† receſſerunt: in ſũmo otio rediens à cena, Romæ occiſus eſt. Si lege: bona quoq; lege veniſſe fateor. ſin autem conſtat contra omneis non modò veteres leges, verùm etiã nouas, occiſum eſſe: bona quo iure, aut
127 quomodo, aut qua lege venierint, quæro. || In quẽ hoc dicã, quæris, Eruci? non in eum, quem vis, & putas. Nã Syllam & oratio mea ab initio, & ipſius eximia virtus omni tempore purgauit. Ego hæc omnia Chryſogonum feciſſe dico, vt ementiretur, vt malum ciuem Roſcium fuiſſe fingeret, vt eũ apud aduerſarios occiſum eſſe diceret, vt hiſce de reb. à legatis Amerinorũ doceri L. Syllã paſſus non ſit. Deniq; etiam illud ſuſpicor, omnino hæc bona non veniſſe: id quod poſtea, ſi per vos, iudices, licitum erit, aperietur.
128 || Opinor enim eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones, venditionéſq; fiant: nimirum 54 ad *Kalendas Iunias. Aliquot poſt menſeis & homo occiſus eſt, & bona veniſſe dicuntur. Profectò, aut hæc bona in tabulas publicas 55 ‖ nullas redierunt, nóſque ab iſto nebulone facetiùs ˣ eludimur, quàm putamus: aut, ſi redierunt, tabulæ publicæ corruptæ aliqua ratione ſunt. Nã lege quidem, bona venire non potuiſſe conſtat.

* huius meminit Cicero 3. Agraria. r. & 3. de leg. App. 1. de bello ciuili. Lata eſt à L. Valerio Flacco, vt quidquid L. Sylla feciſſet, id ratum eſſet.

† al. receſſum eſt.

* al. antè Kal.

‖ L. nulla redier.

x L. deludimur.

ſtat. Intelligo, me ante tẽpus, iudices, hæc ſcru-
tari, & propemodum errare, *qui, cùm capiti Sex.*
Roſcij mederi debeam, 56 [y] *reduuiam curem.* nõ enim
laborat de pecunia, non vllius rationem ſui cõ-
modi ducit: facilè egeſtatem ſuam ſe laturum
putat, ſi hac indigna ſuſpicione, & ficto crimine
liberatus ſit. Verùm quæſo à vobis, iudices, vt 129
hæc pauca, quæ reſtãt, ita audiatis, vt partim me
dicere pro me ipſo putetis, partim pro S. Roſcio.
Quæ enim mihi ipſi indigna, & intolerabilia vi-
dentur, quæq; [z] ad omneis, niſi prouidemus, ar-
bitror pertinere: ea pro me ipſo, ex animi mei
ſenſu, ac dolore pronuntio. Quæ ad huius vitæ
caſum, cauſámque pertineant, & quid hic pro ſe
dici velit, & qua conditione contentus ſit, iam
in extrema oratione noſtra, iudices, audietis. E- 130
go hęc à Chryſogono, mea ſponte, remoto Sex.
Roſcio, quæro. Primùm quare ciuis optimi bo-
na venierint: deinde quare hominis eius, qui ne-
que apud * aduerſarios 57 occis⁹, bona venierint,
cùm in eos ſolos lex ſcripta ſit: deinde quare a-
liquanto poſt eam diem venierint, quæ dies in
lege præfinita eſt: deinde cur tantulo venierint.
Quæ omnia ſi, quemadmodũ ſolent liberti ne-
quam, & improbi facere, in patronum ſuum vo-
luerit conferre, nihil egerit. nemo eſt enim, qui
neſciat, propter magnitudinẽ rerũ multa mul-
tos partim conniuente, partim imprudente L.
Sylla cõmiſiſſe. Placet igitur in his reb. aliquid 131
imprudentia præteriri? non placet, iudices: ſed
neceſſe eſt. Etenim ſi Iupiter optimus maximus,
cuius nutu, & arbitrio cælum, terra, mariáq; re-
guntur, ſæpe ventis vehementiorib. aut immo-
deratis tempeſtatib., aut nimio calore, aut in-
tolerabili frigore hominib. nocuit, * vrbeis de-
leuit, fruges perdidit: 58 quorum nihil [a] pernicie
cauſa, diuino conſilio, ſed vi ipſa & magnitudi-
ne rerũ factũ putamus: at contrà, cõmoda, quib⁹
vtimur: lucemque qua fruimur: ſpiritúmq;, quẽ
du

y al. rediuiam. al. reluuium, appellant cũ cutis ſe circa vngues reſoluit. vide Feſt in Rediuiam. z v.c. ad omnis.

* Lamb. & Hoton. neque occiſus, neque proſcriptus eſt.

* vide Pli. l. 2. c. 84. a lib. vul. perniciei. al. pernicies. Lam. pernicij. vt Cariſ. l. 1. vide Gell. l. 1. c. 14.

ducimus,ab eo nobis dari atque impertiri videmus:quid miramur, L. Syllam, cùm ſolus remp. regeret,orbémq; terrarum gubernaret,imperiique maieſtatem,59 b quã armis receperat, legib. cõfirmaret, aliqua animaduertere non potuiſſe? niſi hoc mirum eſt, quod vis diuina aſſequi non
132 poſſit,ſi id mens humana adepta non ſit.|| Verũ, vt hæc miſſa faciam, quæ iam facta ſunt : ex iis, quæ nunc maximè fiunt, nónne quiuis poteſt intelligere, omnium architectũ, & machinatorem vnum eſſe Chryſogonum, qui Sext. Roſcij nomen deferendum c curauit? hoc iudicium, 60 cuius honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius?

DESVNT NON PAVCA.

133 || Aptam,& ratione diſpoſitam ſe habere exiſtimant,qui in Salentinis,aut in Brutiis habent, vnde vix ter in anno audire nuntium poſſunt. Alter tibi diſcendit de palatio, & ædibus ſuis: *habet animi relaxandi cauſa rus amœnum, & ſuburbanum,plura præterea prędia,neque tamẽ vllum,niſi præclarum & propinquũ : domus referta vaſis Corinthiis,& Deliacis : in quibus eſt *authepſa illa,quam tanto pretio nuper mercatus eſt, vt, qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur. Quid præterea cælati argenti? quid ſtragulæ veſtis? quid pictarũ tabularũ. quid ſignorũ? quid marmoris apud illũ putatis eſſe? tantum ſcil.quantè multis ſplẽdidiſq; familiis in turbatũ,& rapi-
134 nis coaceruari vna in domo potuit.|| Familiã verò quãtam,& quàm variis cum artificiis habeat, quid ego dicam? Mitto haſce arteis d vulgareis, e coquos, piſtores,* lecticarios. animi & auriũ cauſa tot homines habet,vt quotidiano cãtu vocum, & neruorum,& tibiarum,nocturniſque conuiuiis tota vicinitas perſonet. In hac vita,

b al. quam armis recuperarat. al. reciperarat.
c L. curauit? qui hoc iudicium conflauit? cuius h. cauſa acc. ſe dixit Erucius? al. deferendam curauit. hoc eius iudicium: Eius honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius.
* Chryſogoni prudentiam repetit, ab enumeratione prædiorum ſupellectilis familiæ, luxus & ſumtus, habitus, conatus.
* vas quod ſua ſponte coquit, poſitis in interiori fundo (duos enim habet) carbonibus.
d v. c. vulgaris.

e al. cocos. *lecticarios vocat lecticarum fabricatores.

Digitized by Google

vita,iudices,quos ſumtus quotidianos, quas ef-
fuſiones fieri putatis?quæ verò conuiuia? hone-
ſta,credo,in eiuſmodi domo : ſi domus hæc ha-
benda eſt potiùs,quàm officina nequitiæ,[f] & di-
uerſorium flagitiorum omnium.||Ipſe verò quē- 135
admodum compoſito ; & delibuto capillo paſ-
ſim per forū volitet cum magna caterua toga-
torum,videtis,iudices : vt omneis deſpiciat , vt
hominem præ ſe neminem putet,vt ſe ſolū bea-
tum,ſolum potentem putet.Quę verò efficiat,&
quæ conetur,ſi velim commorare, vereor, iudi-
ces,nequis imperitior exiſtimet,me cauſam no-
bilitatis,victoriámque voluiſſe lædere : tametſi
meo iure poſſum , ſi quid in hac parte mihi non
placeat,vituperare.Non enim vereor,ne quis a-
lienum me animum habuiſſe à cauſa nobilitatis
exiſtimet.||Sciunt ij,qui me norūt,61 me pro il- 136
la tenui,infirmáque parte,poſteaquàm,id, quod
maximè volui,fieri non potuit, vt componere-
tur:id maximè defendiſſe, vt ij * vincerent, qui
vicerunt.Quis enim erat,qui non videret,* hu-
militatem cum dignitate de amplitudine con-
tendere?Quo in certamine perditi ciuis erat,nō
ſe ad eos iungere,quibus incolumibus,&domi
dignitas,& foris auctoritas retineretur. [h] Quæ
perfecta eſſe,& ſuum cuique honorem,& gradū
redditum,gaudeo,iudices,vehementérq; lætor:
eáq; omnia deorum volūtate,ſtudio populi Ro-
mani,conſilio,& imperio, & felicitate L.Syllę,
geſta eſſe intelligo. || Quòd animaduerſum eſt 137
in eos,qui contra omni ratione pugnarunt:non
debeo reprehendere. quòd viris fortibus , quo-
rum opera eximia in rebus gerendis exſtitit,ho-
nos habitus eſt : laudo. quæ vt fierent , idcirco
pugnatum eſſe arbitror , méq; in eo ſtudio par-
tium fuiſſe confiteor.Sin autem id actum eſt, &
idcirco arma ſumta ſunt , vt homines poſtremi,
pecuniis alienis locupletarentur, & in fortunas
vniuſcuiuſque impetum facerent,& id non mo-
dò

f L. & deuerſorium.

* L.Sylla.

* plebeios aduerſus nobilitatem.

g L.adiungere.

h fort.Quæ perfecta eſſe, hoc eſt, ſuum c. al. Quæ perfecta eſſe, ſuum c.

dò re prohibere non licet,ſed ne verbis quidem vituperare:tum verò in iſto bello nõ recreatus, neque reſtitutus , ſed ſubactus , oppreſſúſq; po-
138 pulus Romanus eſt.||Verũ longè aliter eſt, nihil horum eſt,* iudices,nõ modò non lædetur cauſa nobilitatis,ſi iſtis hominib. reſiſtetis : verùm etiam ornabitur.Etenim qui hæc vituperare volunt,Chryſogonũ tantũ poſſe queruntur: [i] qui laudare volunt, conceſſum ei non eſſe commemorant.Ac iam nihil eſt, quod quiſquam aut tã ſtultus,aut tam improbus ſit,qui dicat , Vellem quidẽ liceret, hoc dixiſſem:Dicas licet.Hoc feciſſem:Facias licet:nemo prohibet. Hoc decreuiſſem: Decerne, modo rectè : omnes approbabunt.Hoc iudicaſſem : Laudabunt omnes, ſi re-
139 ctè & ordine iudicaris.||Dum neceſſe erat, réſq; ipſa cogebat , vnus omnia poterat : qui poſteaquàm magiſtratus creauit, legéſque conſtituit, ſua cuique procuratio , auctoritáſq; eſt reſtituta.Quam ſi retinere volunt ij,[k] qui receperunt: in perpetuum poterũt obtinere. ſin, has cædeis, & rapinas,& hos tãtos,tãq; profuſos ſũtus, aut faciẽt,aut approbabũt:nolo in eos graui⁹ quidquam,[l] ne hominis quidẽ cauſa dicere: vnũ hoc dico:noſtri iſti nobiles:niſi vigilantes, & boni, & fortes , & miſericordes erunt:iis hominibus, in quibus hæc erunt, ornamenta ſua concedant
140 neceſſe eſt.||Quapropter deſinant aliquando dicere,malè aliquem locutum eſſe, ſi quis verè ac liberè locutus ſit:deſinant ſuam cauſam [m] cum Chryſogono cõmunicare: deſinant, ſi ille læſus ſit,de ſe aliquid detractum arbitrari: videant ne turpe,miſerúmq; ſit, eos,qui equeſtrem ſplẽdorem pati non potuerunt, ſerui nequiſſimi dominationem ferre poſſe. Quæ quidem dominatio, iudices , in aliis rebus antea verſabatur : nunc verò 62 * quam viam muniteт , quò iter affectet , videtis , ad fidem , ad iuſiurandum ad iudicia veſtra , ad id quod ſolum propè in ciuita

* L.non habet iudices.

[i] fort. qui laudare, conceſſ.

[k] L.qui recuperarũt. fort. qui reciperarũt.

[l] li. vul. ne hominis quidem c.

[m] al. cum Chryſogoni.

* al. quò viam.

Digitized by Google

uitate ſincerum,ſanctúmque reſtat. || Hícne etiã 141
ſeſe putat aliquid poſſe Chryſogonus? hic etiam potens eſſe vult? ô.rem miſeram,atq; acerbam. Neque mehercules hoc indignè fero, quòd verear, ne quid poſſit: verùm quòd auſus
n v.c. talis viros. eſt, quòd ſperauit, ſeſe apud [n] taleis viros aliquid ad perniciem poſſe innocentis, id ipſum queror. idcircóne experrecta nobilitas, armis,
o al. reciperauit. atque ferro rempublicam [o] recuperauit, vt ad libidinem ſuam liberti, ſeruulique nobilium, bona,fortunas veſtras,noſtráſq;vexare poſſent?
||Si id actum eſt, fateor me erraſſe, qui hoc maluerim: fateor inſaniſſe, qui cum illis ſenſerim. 142
p al. inermus. tametſi [p] inermis,iudices ſenſi.Sin autem victoria nobilium ornamento, atque emolumento reipublicæ,populóque Romano debet eſſe:tum verò optimo, & nobiliſſimo cuique meam orationem gratiſſimam eſſe oportet. Quòd ſi quis eſt,qui & ſe, & cauſam lædi putet, cùm Chryſogonus vituperetur:is cauſam ignorat,ſeipſum propè non nouit.Cauſa enim ſplendidior fiet,ſi nequiſſimo cuique reſiſtetur.Ille improbiſſimus Chryſogoni fautor, qui ſibi cum illo rationem cõmunicatam putat,læditur, cùm ab hoc ſplendore cauſæ ſeparatur.
*PERORATIO. ||Verùm * hæc omnis oratio (vt iam antè dixi) mea eſt: qua me vti reſp. & dolor meus,& iſtorũ iniuria coëgit. Sed Roſcius horum nihil indignum putat: neminem accuſat:nihil de ſuo patrimonio queritur: pu- 143
q al. imperitius rerum. tat homo [q] imperitus morum, agricola & ruſticus,iſta omnia,quę vos per Syllam geſta eſſe dicitis, more, lege, iure gentium facta: culpa liberatus,& crimine nefario ſolutus, cupit à vobis diſcedere.
||Si hac indigna ſuſpicione careat, animo æquo ſe carere ſuis omnibus commodis dicit.rogat,orátque te,Chryſogone, ſi nihil de patris fortunis ampliſſimis in ſuã rẽ cõuertit: ſi 144
r al. annumerauit. nulla in re te fraudauit:ſi tibi optima fide ſua omnia cõceſſit, [r] adnumerauit, appẽdit:ſi veſtitũ,

quo

Digitized by Google

quo ipſe tectus erat; [s] annulúq; dedit, os ſuū tibi tradit: ſi ex omnib. rebus ſeipſū nudū, neq; præterea quidquam excepit: vt ſibi per te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egeſtate
145 degere|| Prædia mea tu poſſides: ego aliena miſericordia viuo: cōcedo: & quòd animus æquus eſt, & quia neceſſe eſt. mea domus tibi patet, mihi clauſa eſt: fero. familia mea maxima vteris, ego ſeruum habeo nullū: patior, & ferendū puto. Quid vis amplius? quid inſequeris? quid oppugnas? qua in re tuā voluntatem lædi à me putas? vbi tuis commodis officio? quid tibi obſto? ſi ſpoliorū cauſa vis hominē occidere, ſpoliaſti. Quid quæris amplius? Si inimicitiarum: quæ ſunt tibi inimicitiæ cū eo, cuius [t] antea prædia poſſediſti, quàm ipſum cognoſti? Sin metuis: ab eóne aliquid metuis, quem vides ipſum ab ſeſe tam atrocem iniuriā propulſare non poſſe? Sin, quòd bona, quæ Roſcij fuerunt, tua facta ſunt, idcirco hunc illius filiū ſtudes perdere: nónne oſtēdis, id te vereri, quod præter ceteros tu metuere nō debeas, nequando liberis proſcriptorū
146 bona patria reddātur? || [u] Facis iniuriam Chryſogone, ſi maiorem ſpem emtionis tuæ in huius exitio ponis, quàm in his rebus, quas L. Sylla geſſit. Quòd ſi tibi cauſa nulla eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis: ſi tibi omnia ſua præter animam, tradidit, nec ſibi quidquam paternum, ne monumenti quidē cauſa reſeruauit: per deos [x] immortaleis, quæ iſta tanta crudelitas eſt? quæ tā fera, immaniſque natura? quis vmquam prædio fuit tam nefarius? quis pirata tam barbarus, vt cùm integram prædā ſine ſanguine habere poſſet, cruenta ſpolia detrahere
147 mallet? || Scis hunc nihil habere, nihil audere, nihil poſſe, nihil vmquam contra rem tuam cogitaſſe: & tamen oppugnas eum, quem neque metuere potes, neque odiſſe debes, [y] neque quidquam habere iam reliqui vides, quod ei

s L. annulúmque de digito ſuū tibi tradidit. al. annulúmque de digito ſuo tibi tradidit. Intelligit annulum ferreū ſeu equeſtrem, non autem aureum & ſenatorium.

t al. ante

v L. Faciſ iniuriā L. Syllæ Chryſogone.

x v.c. immortalis.

y L am. nec quidquā h.

 detra-

Digitized by Google

detrahere poſſis: niſi hoc indignum putas. quod veſtitum ſedere in iudicio vides: quem tu è patrimonio, tanquam è naufragio nudum expuliſti. Quaſi verò neſcias, hũc & ali, & veſtiri à Cæcilia, Balearici filia, Nepotis ſorore, ſpectatiſſima fæmina, quæ cùm patrẽ clariſsimũ, ampliſsimos patruos, ornatiſsimũ, fratrẽ haberet: tamen cùm eſſet mulier, virtute perfecit, 64 vt,[z] quãto honore ex ipſa illorũ dignitate afficeretur, non minora illis ornaméta ex ſua laude redderet. ‖ An quòd diligenter defenditur, id tibi indignum facinus videtur? Mihi crede, ſi pro patris eius hoſpitiis, & gratia vellent omnes huius hoſpites adeſſe, & auderent liberè defendere: ſatis copioſè defenderetur. ſin autẽ pro magnitudine iniuriæ, próq; eo, quòd[a] ſumma reip. in huius periculo tẽtatur, hæc omnes vindicarent: cõſiſtere mehercule vobis iſtò in loco nõ liceret. Nunc ita defenditur,[b] nõ ſanè vt moleſtè ferre aduerſarij debeãt, neque vt ſe potentia ſuperari putent. ‖ Quę domi gerenda ſunt, ea per Cæciliam tranſiguntur. fori, iudiciique rationẽ Meſſala, vt videtis, iudices, ſuſcepit. qui ſi iam ſatis ętatis, atq; roboris haberet, ipſe pro Sex. Roſcio diceret. quoniã ad dicendũ impedimẽto eſt ętas, & pudor, qui ornat ætatẽ: cauſam mihi tradidit, quẽ ſua cauſa cupere, ac debere intelligebat ipſe aſsiduitate, concilio, auctoritate, diligentia perfecit, vt Sex. Roſcij vita, erepta de manibus ſectorum, ſententiis iudicum permitteretur. Nimirũ, iudices, pro hac nobilitate pars maxima ciuitatis in armis fuit: hæc acta res eſt, vt nobiles reſtituerentur in ciuitatem, qui hoc facerent, quod facere Meſſalã videtis: qui caput innocentis defenderent: qui iniuriæ reſiſterent: qui quantũ poſſent, in ſalute alterius, quàm in exitio mallẽt oſtẽdere. Quod ſi omnes, qui eodem loco nati ſunt, facerẽt: & reſpublica ex illis, & ipſi ex inuidia minus laborarent. ‖ Verùm ſi à

[z] L. quantocunq; hon.

[a] L. ſumma reſp.

[b] L. ſanè vt non moleſtè ferre.

Right margin section numbers: 148 (at "ret. ‖ An quòd"), 149 (at "ſuperari putent. ‖"), 150 (at "lis, & ipſi ... Verùm").

Digitized by Google

ſi à Chryſogono, iudices nõ impetramus, vt pe-
cunia noſtra contentus ſit, vitã ne petat: ſi ille
adduci non poteſt, vt cùm ademerit nobis om- c L. quæ
nia, c quæ noſtra erant propria, ne lucem quoq; noſtra erãt
hanc, quæ cõmunis eſt, eripere cupiat: ſi non ſa- propriè.
tis habet auaritiam ſuam pecunia explere, niſi
etiã crudelitate ſanguinis d perlitus ſit: vnum
perfugiũ, iudices, vna ſpes reliqua eſt Sex. Roſ- d al. prædi, tus ſit.
cio, eadem, quæ reip. veſtra priſtina bonitas, &
miſericordia, quæ ſi manet, ſalui etiã nunc eſſe
poſſumus. ſin ea crudelitas, quæ hoc tempore in
rep. *verſata eſt, veſtros quoq; animos (id quod * al. graſſa
fieri profectò non poteſt) duriores, acerbioréſ- ta.
que reddidit: actũ eſt, iudices: inter feras ſatiùs
eſt ætatem degere, quàm in hac tanta immani-
151 tate verſari. || Ad eámne rẽ vos reſeruati eſtis?
ad eámne rẽ e delecti, vt eos cõdẽnaretis, quos e L. dilecti.
ſectores, ac ſicarij iugulare non potuiſſent? So-
lent hoc boni imperatores facere, cùm prœliũ
cõmittunt, vt in eo loco f quo fugã hoſtiũ fo- f for. qua
re arbitrentur, milites collocent: in quos, ſi qui fug.
ex acie fugerint, de improuiſo incidant. Nimirũ
ſimiliter arbitrantur iſti bonorũ emtores, vos
hìc, taleis viros, ſedere, qui excipiatis eos, qui
de ſuis manibus effugerint. Dij prohibeant, iu-
dices, vt hoc, quod g maiores cõſilium publicũ g for. maio
vocari voluerũt, præſidium ſectorum exiſtime- res noſtri
152 tur. || An verò, iudices, vos non intelligitis, nihil conſ.
aliud agi, niſi vt proſcriptorũ liberi quauis ra-
tione tollantur, & eius rei initium in veſtro iu-
reiurando, atque in Sex Roſcij periculo quæri?
Dubiũ eſt: ad quẽ maleficiũ pertineat, cùm vi-
deatis * ex altera parte ſectorẽ, inimicũ, ſicariũ, * L. in alte ra.
eundémque accuſatorem hoc tempore: h ex al- h L. ex alte
tera parte egentem, probatum ſuis filium, in ra egentẽ.
quo non modò culpa nulla, ſed ne ſuſpicio
quidem potuit conſiſtere? Numquid hìc aliud
videtis obſtare Roſcio, niſi quòd patris bona
153 venierunt? || Quòd ſi id vos ſuſcipitis, & eadem

in

Digitized by Google

in re operam veſtram profitemini: ſi idcirco ſe-
detis, vt ad vos adducantur eorum liberi, quorũ
bona venierunt: cauete, per deos immortaleis,
iudices, ne noua, & multò crudelior per vos
proſcriptio inſtaurata eſſe videatur. Illam prio-
rem, quæ facta eſt in eos, qui arma capere po-
tuerunt, tamen ſenatus ſuſcipere noluit, nequid
acrius, quàm more maiorum comparatum eſt;
publico conſilio factum videretur. Hanc verò,
quæ ad eorum liberos, atque infantium puero-
rum incunabula pertinet, niſi hoc iudicio à vo-
bis reiicitis, & aſpernamini, videte, per deos im
mortaleis, quẽ in locum rempu.[i] peruenturam
putetis. || Homines ſapienteis, & iſta auctoritate 154
& poteſtate præditos, qua vos eſtis, ex quibus
reb. maximè reſpub. laborat, iis maximè mederi
cõuenit. Veſtrûm nemo eſt, quin intelligat, po-
pulum R. qui quondam [k] in hoſteis leniſſimus
exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudeli-
tate laborare. Hanc tollite ex ciuitate, iudices,
hanc pati nolite diutius in hac rep. verſari: quę
non modò id habet in ſe mali, quòd tot[l] ciueis
atrociſſimè ſuſtulit, verùm etiam hominibus le-
niſſimis ademit miſericordiam conſuetudinę
incommodorum. Nam cùm omnibus horis ali-
quid atrociter fieri debemus, aut audi-
mus: etiam qui natura mitiſſimi ſumus,
aſſiduitate moleſtiarum ſenſum
omnem humanitatis ex
animis amit-
timus.

*

Nihil videtur deeſſe.

i for. deuenturam.

k v. in hoſtis.

l v. c. ciuis.

PRO Q. ROSCIO COMOEDO.

ORATIO TERTIA.

Quæſtio an Roſcio Fannius aliquid debeat ex ſocietate reſtipulatione Roſcij, repromiſsione Fannij. ACTOR *Fannius.* PATRONVS *Fannij P. Saturius.* REVS *Q. Roſcius Comœdus.* PATRONVS *Roſcij Cicero.* IVDEX *C. Calpurnius Piſo.* ADSESSOR *M. Perpenna. Acta in Comitio. De anno (inquit Paul. Manutius) iure dubitatur. Nam ſi eſt acta poſt Aureliam legẽ, vnus ei eſt aſsignandus ex tribus annis, qui eſt ante Conſulem C. Piſonem, qui hac in cauſa iudex eſt. Anno primo quo lex Aurelia fertur, id eſt, Pompeio & Craſſo* COSS. *acta non videtur. Nam cùm dicat Cicero Flauium iampridem eſſe mortuum, qui cum Fannio litigauerat ad Iudicem Cluuium, & cum Roſcio ad Iudicem Piſonem litigauerit. Sequitur annus Hortenſio & Metello* COSS *quo anno cùm Aedilis Curul. Cicero fuerit, veriſſimile non videtur, priuatam cauſam in illo magiſtratu eum agere voluiſſe. De tertio anno quo Metellus & Rex Conſulatum geſſerunt facilè crediderim. Nam qui poſt hunc ſequitur, eo Conſul fuit C. Piſo huius cauſæ iudex, qui verò poſt hunc ſequitur, eo præturam Cicero geſsit, vt Roſcij cauſam omnino agere non potuerit. Poſt præturam verò ſuam non dixiſſet Cicero:* Magis mea adoleſcentia indiget illorum bona exiſtimatione, quàm illorum ſeuerisſima ſenectus deſiderat meam laudem. *Quæ ſi dicatur L. Metello & Rege* COSS *biennio ante Ciceronẽ prætorem ferri poſſunt: iis enim Conſulibus annum ætatis* XXXIX. *Cicero agebat, qua ætate alios quoque adoleſcentes appellatos eſſe alibi docuimus.* Hæc Paulus Manutius. *Alij anno 31. ætatis, vrbis verò 677. hanc cauſam putant egiſſe.*

Digitized by Google

MVLTA, QVAE DESVNT, QVAERENDA.

*Aug.Natura.Credetur is ſcilicet.
* al. hic.
* al.in
*al.tabulas hominis ſati.al. tabulas hominis aſciti.
m al.nomē perſcriberet?
* Man.& Victor. citi Aug.ſciti:Vrſi.acciti.Pantag. alieni.
n L. quàm huius tabulis credetur
o πεποιθώς.
p L. proferet ſuas.
q L.paulo antè C. Piſo M. Perpenna,P.Satiriū argentarij tabulas poſcebamus.
* al. poſcebamus tuas nūc C.Fāni
* al. decidetur. al.iudicetur.
r L. in codice?
s al.hoc nomen LIS. CCCIↃↃↃ ſunt?al.hoc nomen.

malitiam naturę,*crederetur. 1 * Is ſcilicet vir optimus.& ſingulari fide pręditus,qui ſuo iudicio,*tabulis ſuis,teſtibus vti conatur: Solēt ferè dicere qui per*tabulas hominis honeſti pecuniam expenſam tulerunt.Egóne talem virum corrumpere potui,vt mea cauſa falſum in codicem referret?Exſpecto,quàm mox Chærea hac oratione vtatur:Egóne hanc manū,plenā perfidię,& hos digitos meos impellere potui,vt falſum [m] perſcriberent * nomen?Quòd ſi ille ſuas proferet tabulas:proferet ſuas quoq; Roſcius. erit in illius tabulis hoc nomen:at in huius nō erit.|| Cur potius illius, [n] quàm huius credetur? 2
Scripſiſſet ille,ſi non iuſſu huius expenſum tuliſſet ? non ſcripſiſſet hic, quod ſibi expenſum ferri iuſſiſſet?Nam quemadmodū turpe eſt ſcribere,quod non debeatur:ſic improbum eſt non referre,quod debeas. æquè enim tabulæ condemnantur eius,qui verum non retulit: & eius, qui falſum perſcripſit.Sed ego copia,& facultate cauſæ [o] confiſus,vide quò progrediar. Si tabulas C. Fannius accepti, & expenſi [p] profert ſuas,in ſuam rem,ſuo arbitratu ſcriptas:quo minus ſecundum illum iudicetis,nō recuſo.|| Quis hoc frater fratri, quis parens filio tribuit,vt 3
quodcunque retuliſſet,id ratum haberet?ratum habebit Roſcius,profer. quod tibi fuerit perſuaſum,huic erit perſuaſū,quod tibi fuerit probatum,huic erit probatum. [q] Paulò antè à M. Perperna, P.Saturi,tabulas poſcebamus:* nunc tuas,C. Fanni Chærea,ſolius flagitamus,&,quo minus 3 ſecundum eas lis * detur., non recuſamus.|| Quid ita non profers?non conficit 4
tabulas?Immò diligentiſſimè. Nō refert parua nomina [r] in codices? Immò omneis ſummas. 4
Leue,& tenue [s] hoc nomēIIS.CCCIↃↃↃ.ſunt.quomodo tibi tanta pecunia* extraordinaria iacet?

quomo

quomodo ɪɪs.ccciↄↄↄ.in codice accepti & ex-
pẽſi nõ ſunt? Prò dij immortaleis,eſſẽne quẽquã
tãta audacia præditũ,qui,quod nomẽ referre in
tabulas timeat,id petere audeat? quod in codicẽ
iniuratus referre [t] noluit,id iurare in litẽ non
dubitet: quod ſibi probare nõ poſſit, id perſua-
5 dere alteri conetur? || Nimiùm citò ait me * indi-
gnari de tabulis:nõ habere ſe hoc nomen [u] in
codice accepti, & expenſi relatum confitetur:
ſed in aduerſariis patere contendit. Vſque eó-
ne te diligis,& magnificè circumſpicis, vt pe-
cuniam non * ex tuis tabulis,[x] ſed aduerſariis
petas? ſuum codicem teſtis loco recitare, [y] ar-
rogantiæ eſt. ſuarum perſcriptionum & litura-
6 rum aduerſaria proferre non amẽtia eſt? || Quod
ſi eandem vim, diligentiã,auctoritatémque ha-
bent * aduerſaria,quã tabulæ:quid attinet [z] co-
dicem inſtituere? conſcribere? ordinẽ conſerua-
re? memoriæ tradere literarum vetuſtatem? Sed
ſi, quòd aduerſariis nihil credimus,idcirco co-
dicem ſcribere inſtituimus: quod etiam apud
omneis leue & infirmũ eſt, id apud iudicem,
7 graue,& ſanctum eſſe ducetur? || Quid eſt,quod
negligẽter ſcribamus aduerſaria:quid eſt,quod
diligenter conficiamus tabulas? qua de cauſa?
Quia hæc ſunt menſtrua,illæ ſunt æternæ: hæc
delentur ſtatim,illæ [a] ſeruãtur ſanctè:hæc par-
ui temporis memoriam,illæ perpetuæ exiſtima-
tionis fidem & religionem amplectuntur: hæc
ſunt [b] deiecta,illę in ordinem confectæ. Itaque
taque aduerſariũ iudiciũ protulit nemo:codicẽ
protulit,tabulas recitauit. Tu,C.Piſo, tali fide,
virtute,grauitate auctoritate ornatus ex aduer-
8 ſariis pecuniam petere non auderes. || Ego quæ
clara ſunt conſuetudine, diutius dicere non
debeo: illud verò, quod ad rem vehementer
pertinet, quæro: quàm pridem hoc nomen,
Fanni, in aduerſaria retuliſti? Erubeſcit: quid
reſpondeat, neſcit: quid fingat ex templo,

* pecunia extraordinaria quæ non relata ordine in tabulas vt mos.
t for. nolit.
* al.indagare.
v L. in codicem accepti.&c.
* al. non modo ex tuis tabulis.
x L. ſed ex aduerſariis p.
y arrogantia eſt.
* quod veteres (inquit Manutius) aduerſaria hodie Diarium dicimus,erãt enim carræ in quibus confusè dierum ſingulorum acta ſtatim delẽda ſcribebantur,quibus opponebantur tabulæ & codices diligenter ad memoriam confecti.
z L. codicẽ inſtituere cõſcribere.
a al.ſeruantur ſanctæ. b L. diiiecta,ille in ordinem coniectæ. al.coniecta.

non habet. Sunt duo menſes, iam dices. Tamen [c] in codicem acceptum & expenſum referri debuit. Amplius ſunt ſex mēſes. Cur tamdiu iacet hoc nomen in aduerſariis? Quid ſi tandem amplius triennium eſt? quomodo, cùm omnes, qui tabulas [d] cōficiant menſtruas penè rationes in tabulas transferant, tu hoc nomen triēnium amplius in aduerſariis iacere pateris. || Vtrū cetera nomina [e] in codicē accepti & expēſi digeſta habes, an non? ſi non, quomodo tabulas cōficis, ſi etiam, quamobrem, cùm cetera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduerſariis relinquebas? Nolebas ſciri, debere tibi Roſciū, Cur ſcribebas? Rogatus eras, ne referres. Cur in aduerſariis ſcriptum [f] habebas? Sed hæc quamquā firma eſſe video, tamen ipſe mihi ſatisfacere non poſſum, niſi à C. Fannio ipſo teſtimonium ſumo, hanc pecuniam eis non deberi. Magnum eſt, quod conor: difficile eſt, ꝙ polliceor. niſi eundem & aduerſarium, & teſtē habuerit Roſciꝰ, nolo vincat. || Pecunia tibi debebatur certa, quæ nunc petitur per iudicem: in qua legitimæ partis ſponſio facta eſt. 6 Hic tu * ſi amplius LLS. nummo petiſti, quàm tibi debitum eſt, cauſam perdidiſti: propterea quòd aliud eſt iudicium, aliud eſt arbitrium, Iudicium eſt pecuniæ certæ: arbitrium incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, [g] vt totam litē obtineamus, aut amittamus: ad arbitriū hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantùm poſtulauimus, cōſequamur. | Eius rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt. Quid eſt in iudicio? directum, aſperum, ſimplex. 7 * SI PETERET LLS. Iↄↄↄ, DARI OP. Hic niſi planum facit, LLS. Iↄↄↄ. ad * libellam ſibi deberi, cauſam perdit. Quid eſt in arbitrio? mite, moderatum, [h] QVANTVM AEQVIVS, ET MELIVS, ID DARI. Ille tamen cōfitetur plus ſe petere, quā debeatur: ſed ſatis ſupérque habere dicit, quod ſibi ab arbi-

9 (beside "Vtrū cetera"); 10 (beside "Pecunia tibi"); 11 (beside "Eius rei")

c L. in codicem accepti, & expē ſi ref.
d L. ſi conficiunt.
e al. in codice accep.
f for. habes
* Vide Vitruuium l. c. 4.
g L. vt aut totam litē obt. al. vt totam litē aut obtineamus, aut amittamus
* Lamb. ſi paret al. ſi pareret. hanc formulam dat Prætor iudici.
* ad libellam, i. ad aſſem, i dē. n. valent, materia differunt, quia libella argenteus, as æreus nummus eſt.
h li. vulg. quanto æquius, &c. hanc formulam dat Prætor arbitro.

tro tribuatur. Itaque alter cauſæ confidit: alter
12 diffidit. || Quæ cùm ita ſint quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipſis HS. ccɔɔ. de tuarum tabularum fide * compromiſſum feceris, arbitrium ſumſeris. quantùm æquius & melius ſit, 8 dari repromittive,[i] ſi pateret. Quis in hãc rem fuit arbiter? vtinam is quidẽ Romæ eſſet. Romæ eſt. Iam vtinam adeſſet iudicio. Adeſt. vtinam ſederet in conſilio C. Piſonis. Ipſe C. Piſo eſt. Eundémne tu arbitrum, & iudicem ſumebas? Eidem & infinitam largitionẽ remittebas, & eundem in anguſtiſſimam formulam ſponſionis concludébas? Quis vmquam ad arbitrum, quantum petiit, tantum abſtulit? Nemo. quantum enim æquius eſſet ſibi dari, petiit. Dequo nomine ad arbitrũ adiſti, de eo ad iu-
13 dicem veniſti. || Ceteri cùm ad iudicem cauſam labefactari animaduertunt, ad arbitrum cõfugiunt: hic ab arbitro ad iudicem venire eſt auſus, qui cùm de hac pecunia,[k] de tabularum fide arbitrum ſumſit: 9 [l] iudicauit, ſibi pecuniã non deberi. Iam duæ partes cauſæ ſunt cõfectę: * adnumeraſſe ſeſe negat: [m] expenſum tuliſſe non dicit, cùm tabulas non recitat. Reliquum eſt, vt ſtipulatum ſe eſſe dicat. præterea enim quemadmodum certam pecuniam petere poſſit, non reperio. Stipulatus es? vbi? quo die? quo tempore? quo præſente? quis ſpopondiſſe
14 me dicit? nemo. 14 || Hic ego ſi finem faciã dicendi, ſatis fidei & diligentiæ meæ, ſatis cauſæ & controuerſiæ, ſatis [n] formulis, & ſponſioni, ſatis etiam iudici feciſſe videar, cur ſecundum Roſcium iudicari debeat. Pecunia petita eſt certa: * cũ tertia parte ſpõſio facta eſt. Hæc pecunia neceſſe eſt, aut * data, aut * expẽſa lata, aut ſtipulata ſit, Datam non eſſe Fanuius confitetur. expenſam latam non eſſe codices Fannij confirmant. ſtipulatam non eſſe taciturnitas
15 teſtium concedit. || Quid ergo eſt? * quòd & reus is eſt

* compromiſſum pecunia in arbitriis depoſita: vt in iudiciis ſpõſio.

i al. ſi pareret: al. ſi peteres. Pãta. ſi petieris.

k L. de ſuarum tabularum f.

l L. iudicauit.

* al. adulteraſſe Aug. adnotaſſe Pantag. aduerſariam ſcripſiſſe al. dediſſe.

m for. expẽſum non tuliſſe dicit.

n L. formulæ.

* Vide Paul. Manut. in commentariis.

* alios modos vide apud Gel. l. 14. c. 2.

* al. expẽsè lata.

* L. quod & res eius eſt.

is eſt, cui & pecunia leuiſſima, & exiſtimatio ſanctiſſima fuit sẽper: & iudex eſt is. quẽ nos nõ minus benè de nobis exiſtimare, quã ſecũdũ nos iudicare velimus: & aduocatio ea eſt, quam propter eximium ſplẽdorem, vt iudicem vnum vereri debeamus: [o] perinde ac ſi in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domeſtica concluſa [p] & comprehenſa ſint, [q] perinde dicemus. Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria, hæc erit voluntaria: illa ad iudicẽ, hæc ad C. Piſonem: illa pro reo, hęc pro Roſcio: illa victorię, hęc bonę exiſtimationis cauſa, comparata. Pecuniam petis, 16
Fanni, à Roſcio: quam? dic audacter, & apertè. Vtrùm quæ tibi ex ſocietate debeatur? an, quæ ex liberalitate huius promiſſa ſit & oſtentata? quorum alterum eſt grauius, & odioſius: alterũ leuius & facilius. Quæ ex ſocietate debeatur? Quid ais? Hoc iam [r] neque leuiter ferendũ eſt, neq; negligenter defendendũ. Si qua enim priuata iudicia ſummæ exiſtimationis, & penè dicam capitis, tria hæc ſunt * fiduciæ, tutelæ, ſocietatis. æquè enim perfidioſum & nefariũ eſt, fidẽ frangere, quæ continet vitam: & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit: & ſociũ fallere, qui ſe in negotio coniunxit. Quæ cùm ita 17
ſint, qui ſit, qui ſocium fraudarit, & fefellerit. conſideremus. dabit enim nobis iam tacitè vita acta in alterutrã partem firmũ & graue teſtimonium. Q. Roſcius? Quid ais? nónne, vt ignis in aquam coniectus, continuò reſtinguitur, & refrigeratur: [s] ſic referuens falſum crimen in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit, & extinguitur. Roſcius ſocium fraudauit? Poteſt hoc homini huic hærere peccatum? qui medius fidius (audacter dico) plus fidei, quàm artis, plus veritatis, quàm diſciplinæ poſſidet in ſe: quem populus Romanus meliorem virum, quàm hiſtrionem eſſe arbitratur

o L. proinde aliis de eſt hoc proinde.
p v.c. comprenſa.
q L. proinde.
r al. non leuiter.
* quid ſit fiducia vide Boetium 4 Topi. Cic.
s L. ſic falſum, crimen impuriſſ.

tur:qui ita digniſſimus eſt[t] ſcena propter artifi- t v.c. ſcęna.
cium, vt digniſſimus ſit curia propter abſtinen-
18 tiã.|| Sed quid ego ineptus de Roſcio apud Pi-
ſonem dico? ignotum hominem ſcilicet pluri-
bus verbis cõmendo. éſtne quiſquam omnium
mortalium, de quo meliùs exiſtìmes tu? éſtne
quiſquam, qui tibi purior, prudentior, huma-
nior, officioſior,[u] liberaliorque videatur? Quid v L. liberalior videatur?
tu,* Saturi, qui contra hunc venis exiſtimas a-
liter? nonne quotieſcunque in cauſa in nomen * Fanni patronus.
huius incidiſti, toties hunc & virum bonum eſ-
ſe dixiſti, & honoris cauſa appellaſti? quod nẽ-
mo niſi aut honeſtiſſimo, aut amiciſſimo facere
19 conſueuit.|| Qua in re mihi ridiculè es viſus eſſe
inconſtans, qui eundem & læderes, & laudares: x L. eundẽ & virũ op.
[x] & virum optimum, & hominem improbiſſimũ
eſſe diceres. eundem tu & honoris cauſa appel-
labas, & virum primarium eſſe dicebas, & ſociũ
fraudaſſe arguebas. Sed, vt opinor, laudem veri-
tati tribuebas, crimen gratiæ concedebas: de
hoc, vt exiſtimabas, prædicabas: Chereæ arbi-
tratu cauſam agebas. Fraudauit Roſcius. Eſt
hoc quidem auribus, animiſque hominum ab- * al. clemẽtem.
ſurdum. Quid ſi tandem aliquem timidum,*
dementem, diuitem, inertem nactus eſſet,
qui experiri non poſſet? tamen incredibile
20 eſſet.|| Veruntamẽ quem fraudarit, videamus. C.
Fannium Cheræam Roſcius fraudauit. Oro, at-
que obſecro vos, 10[y] qui noſtis, vitam inter y al. qui vtrumque noſtis.
ſe vtriuſque conferte: qui non noſtis, faciem
vtriuſque conſiderate. nónne ipſum caput, &
ſupercilia illa penitus abraſa, olere malitiam, &
[z] clamitare calliditatem videntur? nónne *ab z βοᾶν.
imis vnguibus vſque ad verticem ſummum*? (ſiquam
coniecturam affert hominibus tacita corpo-
ris figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis con-
ſtare totus videtur? qui idcirco capite, & ſu-
perciliis ſemper eſt raſis, ne vllum pilũ viri bo-
ni habere dicatur. cuius perſonã præclarè Roſ-
cius

Digitized by Google

ſcius a in ſcena tractare conſueuit: neque tamē
pro beneficio ei par gratia refertur. Nam * Bal-
lionem illum, improbiſſimum & periuriſſimum
lenonē cū agit, agit Chæream, perſona illa lu-
tulenta, impura, inuiſa in huius moribus natura,
vitaque eſt expreſſa. Qui quamobrem Roſcium
ſimilem ſui in fraude & malitia exiſtimarit, ni-
hil videtur: niſi fortè, quòd præclarè hunc imi-
tari ſe in perſona lenonis animaduertit. || Quā- 21
obrem etiam atque etiam conſidera, C. Pi-
ſo, quis quē fraudaſſe dicatur. b Roſcius Fan-
nium. Quid eſt hoc? probus improbum, pudens
impudentē, periurum caſtus, callidum imperi-
tus, liberalis auidum. Incredibile eſt. quemad-
modum ſi Fannius Roſciū fraudaſſe diceretur,
vtrumque ex vtriuſque perſona veriſimile vi-
deretur, & Fannium per malitiā feciſſe, & Roſ-
cium per imprudentiam deceptum eſſe: ſic cùm
Roſcius Fannium c fraudaſſe arguatur, vtrum-
que incredibile eſt, & Roſcium ii quidquā per
auaritiam appetiſſe, & Fannium quidquam d per
ſe bonitate amiſiſſe. || Principia ſunt huiuſmodi, 22
ſpectemus reliqua LLS. IↃↃↃ. Qu. Roſcius frau-
dauit Fannium; Qua de cauſa? Subridet Saturius
veterator, vt ſibi videtur. Ait propter ipſa LLS.
IↃↃↃ. Video: ſed tamen cur ipſa LLS. IↃↃↃ. tam
vehementer concupierit, quæro. e Nam tibi, M.
Perperna, C. Piſo, certè tanti non fuiſſet, vt
ſocium fraudaretis. Roſcio cur tāti fuerit, cau-
ſam requiro. Egebat? Immò locuples erat. De-
bebat? Immò in ſuis nummis verſabatur. Aua-
rus erat? Immò etiam antequam locuples, ſem-
per liberaliſſimus munificētiſſimuſq; fuit. || Prò 23
Deûm hominúmque fidem, qui LLS. CCCIↃↃↃ.
CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. quæſtus facere noluit (nā
certè LLS. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. merere
* & potuit, & debuit, ſi poteſt Dionyſia LLS.
CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. merere) is per ſummam frau-
dem, & malitiam, & perfidiam, LLS. IↃↃↃ.
appe-

a v.c. in ſcęna.

* lenonem apud Plautū in Pſeudolo.

b al. Roſcius Fannium?

c al. arguitur.

d l. per ſuā bonitatem amiſiſſe.

e l. nam tibi C. Piſo, M. Perp. certè tanti non fuiſſent, vt ſoc. fr. Roſ. cur fuerint cauſam req.

* de quæſtu Roſcij vide Budæum de aſſe, Macrob. 3. Saturn. Pl. l. 3.

appetiit?Et illa fuit pecunia immanis,hæc par-
uula:illa honeſta,hæc ſordida:illa iucũda, hæc
acerba : illa propria,hæc in cauſa, & in iudicio
collocata.Decem his annis proximis IIS.ſexa-
gies honeſtiſſimè cõſequi potuit:noluit. labo-
rẽ quæſtus recepit:quæſtũ laboris reiecit. pop.
Rom.adhuc ſeruire non deſtitit:ſibi ſeruire iã-
24 pridem deſtitit. ||Hoc tu vmquã,Fanni,faceres?
12 [f] ſed ſi hos quæſtus recipere poſſes,nõ eodẽ
tempore & geſtũ,& animam ageres ? Dic nunc
te ab Roſcio IIS.IↃↃↃ.circumſcriptum eſſe,
qui tantas, & tam infinitas pecunias, non pro-
pter inertiam laboris, ſed propter magnificen-
tiam liberalitatis repudiarit.Quid ego nũc illa
dicam,quæ vobis in mentem venire certò ſcio?
Fraudabat te in ſocietate Roſcius. Sunt iura,
ſunt * formulæ de omnibus rebus cõſtitutæ,ne
quis aut in genere iniuriæ,[g] aut ratione actio-
nis errare poſſit.expreſſæ ſunt enim ex vniuſcu-
iuſque damno,dolore incommodo,calamitate,
iniuria,publicæ à prætore formulæ,ad quas pri-
25 uata lis accommodatur. || Quæ cùm ita ſint, 15
cur non * arbitrum pro ſocio adegeris Q. Ro-
ſcium,quæro.Formulam non noras ? Notiſſima
erat. Iudicio graui experiri nolebas? Quid ita?
propter familiaritatẽ veterem? cur ergo lædis?
Propter integritatem hominis? cur igitur inſi-
mulas?Propter magnitudinem criminis ? Itáne
verò?quem per arbitrum circũuenire non poſ-
ſes,[h] cuius de ea re propriũ nõ erat iudiciũ,nũc
per iudicem cõdemnabis,cuius de ea re nullum
eſt arbitrium?Quin tu hoc crimen aut [i] obiice,
vbi licet agere : aut iácere noli, vbi non opor-
tet.Tametſi iam hoc tuo teſtimonio crimẽ ſub-
latum eſt. Nam, quo tu tẽpore illa formula vti
noluiſti, nihil hunc in ſocietatẽ fraudis feciſſe
oſtẽdiſti.Fecit pactionẽ. 14 [k] Num tabulas ha-
bet,an non?Si nõ habet,quemadmodum pactio
26 eſt?ſi habet,cur nõ nominas?||Dic nunc Roſciũ
abs

f L.&,ſi hos quęſtus reficere p al. & , ſi hos quæſtus facere p.

* formulæ apud veteres vſitatæ, poſtea ſublatæ C. de formulis & impetrationibus actionum ſublatis.

g al.aut in ratione.

* al.non ad arbitrum.

h L. cuius de ea re propriũ nõ erat iudicium,hunc per iud.

i v.c.obice.

k L.in tabulis habet an non?

Digitized by Google

abs te petiſſe, vt familiarem ſuum ſumeres ar-
bitrum. nō petiit. Dic pactionem feciſſe, vt ab-
ſolueretur. non pepigit. Quære, quare ſit abſo-
lutus. quòd erat ſumma innocentia, & integri-
tate. Quid enim factum eſt? veniſti domum vl-
trò Roſcij: ſatis feciſti: quod temerè [l] commi-
ſiſſes, in iudiciū vt denuntiaret, rogaſti, vt igno-
ſceret: te affuturū negaſti: [m] debere tibi ex ſo-
cietate nihil, clamitaſti. iudici hic denuntiauit:
abſolutus eſt. Tamen fraudis, ac furti mentionē
facere audes? Perſtat in impudentia. pactionem
enim, inquit, mecum fecerat. Idcirco videlicet
[n] ne condemnaretur. Quid erat cauſæ, cur me-
tueret, ne condemnaretur? Res erat manifeſta:
furtum erat apertum. || Cuius rei furtum factum 27
erat. * Exorditur magna cum exſpectatione ve-
teris hiſtrionis exponere ſocietatem. Panurgus
inquit, fuit Fannij. is fuit ei cum Roſcio cōmu-
nis. Hic primùm queſtus eſt nō leuiter Saturius,
communem factum eſſe gratis cum Roſcio, qui
pretio proprius fuiſſet Fannij. largitus eſt ſcili-
cet homo liberalis, & diſſolutus, & bonitate af-
fluens Fannius [o] Roſcio? Sic puto || Quoniam 28
ille hic conſtitit pauliſper, mihi quoque neceſ-
ſe eſt paulum commorari. Panurgum tu, Saturi,
proprium Fannij dicis fuiſſe. At ego totum Ro-
ſcij fuiſſe cōtendo. Quid erat enim Fannij? cor-
pus. Quid Roſcij? diſciplina. Facies no erat: ars
erat pretioſa. Ex qua parte erat Fannij, non erat
LLS.IↃↃↃ. ex qua parte erat Roſcij, amplius erat
LLS.CCCIↃↃↃ. Nemo enim illum ex trunco cor-
poris ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtima-
bat. Nam illa membra merere per ſe nō amplius
poterant duodecim æris: diſciplina quæ erat ab
hoc tradita, [p] locabat ſe nō minus LLS.CCCIↃↃↃ.
15. || O ſocietatem [q] captioſam, & indignam: vbi 29
alter, LLS.IↃↃↃ, alter CCCIↃↃↃ. quod ſit, in ſocie-
tatem

l L. commiſiſſes, iudicium vt denuntiares, r. al. cōmiſiſti.
m L. deberi
n L. ne condemnaretur?
* Societas inita erat inter Fannium & Roſcium, vt Panurgum Fannij ſeruū arte hiſtrionica erudiret, vtque ex eo quæſtus cō munis eſſet. Panurgus à Flauio quodā interfectus eſt, Roſcius cum eo iudicio damni conſtituto decidit. conqueritur an pro ſua tantùm parte decidiſſe videatur, vt ſocio Fannij nihil conferat, an verò pro tota ſocietate, vt cōferat? Roſci⁹ pro ſua tantùm parte decidiſſe, idque iure ſibi permiſſum & ſe communicare cogi negat. Quæſtio eſt, an cogi debeat. o L. Roſcio. p L. locabat ſe non mi- ... q L. captioſam, & indignam.

tatem affert: niſi idcirco moleſtè pateris, quòd
LLS. IƆƆƆ. tu ex arca proferebas, LLS. CCCIƆƆƆ.
ex diſciplina, & artificio Roſcius promebat.
16 Quam enim* rem, & exſpectationẽ, quod ſtu-
dium, & quem fauorem ſecum, [r] in ſcenam at-
tulit Panurgus? Quòd Roſcij fuit diſcipulus. qui
diligebant hũc, illi fauebant: qui admirabantur
hunc, illum probabant: qui denique huius no-
men audierant, illum eruditũ, & perfectum exi-
ſtimabant. Sic eſt vulgus: ex veritate pauca, ex
30 opinione multa æſtimat. || Quid ſciret ille, per-
pauci animaduertebant. vbi didiciſſet, omnes
quęrebãt. nihil ab hoc prauũ, & peruerſum pro-
duci poſſe arbitrabantur. Si veniret ab Statilio:
tametſi artificio Roſcium ſuperaret, adſpicere
nemo pôſſet. nemo enim, ſicut ex improbo pa-
tre probũ filium naſci, [s] ſic ex peſſimo hiſtrio-
ne bonũ comœdum fieri poſſe exiſtimaret. Quia
veniebat à Roſcio, plus etiam ſcire, quàm ſcie-
bat, videbatur. Quod itẽ nuper in Erote comœ-
do vſu vênit: qui poſteaquam [t] è ſcena nõ mo-
dò ſibilis, ſed etiam conuicio [u] explodebatur:
ſicut in aram, confûgit in huius domum, diſci-
plinam, patrocinium, nomen. Itaq; perbreui tẽ-
pore, qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrio-
31 nibus, ad primos peruênit comœdos. || Quæ res
extulit eum? Vna commẽdatio huius. qui tamẽ
Panurgum illum, non ſolùm vt Roſcij diſcipu-
lus fuiſſe diceretur, domum recepit: ſed etiam
ſummo* cum labore? ſtomacho, miſeriaq; eru-
diit. [x] Nam, quo quiſq; eſt ſolertior, & ingenio-
ſior, hoc docet iracundiùs, & laborioſiùs. Quod
enim ipſe celeriter arripuit, id cùm tardè perci-
pi videt, diſcruciatur. Paulò lõgiùs oratio mea
prouecta eſt hac de cauſa, vt cõditionẽ ſocieta
32 tis diligenter cognoſceretis. || [y] Quæ deinde cõ-
ſecuta? Panurgũ inquit, hunc ſeruũ cõmunẽ Q.
Flauius Tarquinieſis quidã interfecit. in hãc rẽ
inquit, me cognitorem dediſti lite conteſtata,
iudicio

* al. ſpem.
r v.c in ſcænam.
s al. ſic à peſsimo hiſtr.
t v.c. è ſcæna.
v al. explaudebatur.
* idem Roſcio mos familiaris 1. de orat.
x L. Iam, quoq.
y L. Quæ deinde ſunt conſecuta?

Digitized by Google

iudicio damni iniuria conſtituto, tu ſine me cũ Flauio decidiſti. Vtrùm pro dimidia parte: an pro tota ſocietate? planiùs dicã, vtrum pro me, an pro me, & pro te? 17 Pro me? potui:* exemplo multorum licitum eſt: iure fecerunt multi: nihil * in ea re tibi iniuriæ feci. pete tu tuũ, exige, & aufer quod debetur. ſuã quiſque partem iuris poſſideat, & perſequatur. At enim tuum negotium geſsiſti bene. Gere & tu tuum bene. Magno tuam dimidiam partẽ decidiſti. Magno & tu tuam partẽ decide. LLS. CCCI϶϶϶ tu abſtuliſti. 18. Si * ſit hoc verò: LLS. CCCI϶϶϶. tu quoque aufer. * Sed hanc deciſionem Roſcij, oratione, & opinione augere licet: re, & veritate mediocrem, & tenuem eſſe inuenietis. Accepit enim agrum temporibus iis, cùm * iacerent pretia prædiorũ: qui ager neq; villam habuit: neque ex vlla parte fuit cultus: qui nunc multò pluris eſt, quàm tunc fuit. neque id eſt mirum. tum enim propter reip. calamitates, omniũ poſſeſsiones erant incertæ: nunc, deûm immortalium benignitate, omnium fortunæ ſunt certæ. tum erat ager incultus ſine tecto: nunc eſt cultiſsimus cum optima villa. || Verumtamen, quoniam natura tam maleuolus es, numquam iſta te moleſtia, & cura liberabo. Præclarè ſuũ negotium geſsit Roſcius: fundum fructuoſiſsimũ abſtulit: quid ad te? tuam partẽ dimidiam, quemadmodum vis, decide. Vertit hic rationem: & id, quod probare non poteſt, fingere conatur. De tota re, inquit, decidiſti. Ergo huc vniuerſa cauſa deducitur, vtrùm Roſcius cum Flauio de ſua parte, an de tota ſocietate fecerit pactionem. || Nam ego Roſcium ſi quid communi nomine [a] tetigit, confiteor præſtare debere ſocietati. Societatis, non ſuas liteis redemit, cùm fundum à Flauio accepit. 19. Quid ita? Satis non dedit, [b] AMPLIVS A SE NEMINEM PETITVRVM. Qui de ſua parte decidit, reli-

33 34 35

* al. potui exẽplo multorum licitum eſt: iure fecerunt multi.

* vide l. 16. ff. de reb. cred. l. 68. ff. pro ſocio.

z L. At enim tuum neg.

* al. ſi ſit hoc vero. alij. ſi ſit hoc verum.

* iacere prædiorũ pretia cũ emptorem nõ inueniunt, vel quòd inculta, vel quòd belli tempore venalia ſunt.

a al. pepigit.

b L. amplius ab eo nem. al. amplius neminem. Vide de Cl. E5. 13. Fam. ep. 28.

reliquis integram relinquit actionem, qui pro ſociis tranſigit: ſatiſdat; neminem eorum poſtea petiturum. 20 [c] Quid ita? Flauio ſibi cauere non venit in mentem? neſciebat videlicet Panurgum fuiſſe in ſocietate? Sciebat. Neſciebat, FanniumRoſcio eſſe ſocium? Præclarè. nam iſte cum eo litem conteſtatam habebat. Cur igitur decidit, & non reſtipulatur: NEMINEM AMPLIVS PETITVRVM? cur de fundo decidit, & iudicio non abſoluitur? cur tam imperitè facit, vt nec Roſcium ſtipulatione alliget, neque à Fan-
36 nio iudicio ſe abſoluat? || Eſt hoc primum & ex conditione iuris, & ex conſuetudine cautionis, grauiſſimum, & firmiſſimum argumentum: quod ego pluribus verbis amplecterer, ſi non alia certiora, & clariora teſtimonia in cauſa haberem. Et, ne fortè me hoc fruſtrà pollicitũ eſſe prædices: te, te, inquam, Fanni, ab tuis ſubſelliis con-
37 tra te teſtẽ * ſuſcitabo. || Criminatio tua quæ eſt? Roſcium cũ Flauio pro ſocietate deciſiſſe. Quo tempore? 21 [d] Abhinc annis xv. Defenſio mea quæ eſt? Roſcium pro ſua parte cũ Flauio tranſegiſſe. Repromittis tu abhinc trienniũ Roſcio. Quid? recita iſtam reſtipulationem clariùs. Attende, quæſo, Piſo. Fannium inuitum, & huc atque illuc tergiuerſantem, 22 teſtimonium contra ſe [e] dicere cogo. Quid enim reſtipulatio clamat? QVOD A FLAVIO ABSTVLERO, PARTEM DIMIDIAM INDE ROSCIO ME SOLVTVRVM
38 SPONDEO. Tua vox eſt, Fanni. || Quid tu auferre potes à Flauio, ſi Flauius nihil debet? Quid hic porrò nunc reſtipulatur, quod iampridem ipſe exegit? quid verò Flauius tibi daturus eſt, qui Roſcio omne, quod debuit, diſſoluit? cur in re tam veteri, in negotio tam confecto, in ſocietate diſſoluta, noua hęc reſtipulatio interponitur? Quis eſt huius reſtipulationis ſcriptor? teſtis? arbiter? quis? tu Piſo. Tu enim Q. Roſcium pro opera, pro labore, quòd cognitor fuiſſet, quòd

c al Quid ita Flauio ſibi cauere non venit in mẽtem?

* al. excitabo.

d L. abhinc annos IV. al. abhinc annis IV.

e L. cogo dicere. al. teſtimoniũ dicere contra te rogo.

vadimonia obiſſet, rogaſti, [23] vt Fannio daret

f L.LIS. ccc1ↃↃↃ. 1ↃↃↃ. al. LIS.cc1ↃↃ. 1ↃↃ.id eſt, quindecim milia ſeſtertium,

f LLS.ccc1ↃↃↃ.hac cōditione, vt,ſi quid ille exegiſſet à Flauio,partem eius dimidiam Roſcio diſſolueret. Satíſne iſta reſtipulatio dicere tibi videtur apertè,Roſcium pro ſe decidiſſe?|| At e- 39
nim forſitan hoc tibi veniat in mentem, repromiſiſſe Fannium Roſcio,ſi quid à Flauio exegiſſet,eius partem dimidiam: ſed omnino exegiſſe nihil. g Quid? tu non exitum exactionis,ſed initium repromiſſionis ſpectare debes? neque,ſi ille perſequi noluit,non,quod in ſe fuit, iudicauit, Roſcium ſuas,non ſocietatis liteis h redemiſſe? Quid ſi tandem planum facio, poſt deciſionem veterem Roſcij,poſt repromiſſionē recentē hāc Fannij,LLS.ccc1ↃↃↃ.Fanniū à Q. Flauio, Panurgi nomine,abſtuliſſe? [24] i tamen diutius illudere viri optimi exiſtimationi,* Q.Roſcij,audebit?|| Paulò antè quærebam, id quod vehemēter 40
ad rem pertinebat,qua de cauſa Flauius,cùm de tota lite faceret pactionem:neque ſatis acciperet à Roſcio,neq; iudicio abſolueretur à Fānio. nūc verò (id quod mirum,& incredibile eſt) requiro,quamobrē,cùm de tota re decidiſſet cum Roſcio,LLS.ccc1ↃↃↃ.ſeparatim Fānio k diſſoluit.Hoc loco,Saturi,quid pares reſpōdere, ſcire cupio. vtrùm omnino Fannium à Flauio LLS. ccc1ↃↃↃ.nō abſtuliſſe? an alio nomine,& alia de cauſa abſtuliſſe?|| Si alia de cauſa: quæ ratio 41
tibi cū eo interceſſerat? nulla. Addictus erat tibi? non.fruſtra tēpus cōtero.Omnino,inquit, LLS. ccc1ↃↃↃ.à Flauio nō abſtulit,neq; Panurgi nomine,neq; cuiuſquā.Si planum facio, poſt hanc recentem ſtipulationem Roſcij,LLS.ccc1ↃↃↃ. à Flauio te abſtuliſſe: nūquid cauſæ eſt, quin ab iudicio ab eas turpiſſimè victus?|| Quo teſte igi- 42
tur hoc planū faciā? Venerat,vt opinor, hæc res in iudiciū.Certè.Quis erat petitor? Fānius.Quis reus? Flauius. Quis iudex? Cluuius. Ex his vnus mihi teſtis eſt producendus, qui pecuniam datam dicat.Quis eſt ex his grauiſſimus? l Sine cō-

g L. Quid tum? non exitum ex.

h L. redemiſſe.

i L. tamén- ne diutius ill. viri opt.exiſt. audebit?

* al. hæc duo, Q.Roſcij expungunt.

k L. diſſoluerit.

l ὁμολογουμένως ἀναμφισβητήτως.

trouerſia, qui omniũ iudicio cõprobatus eſt iudex. Quem igitur ex his tribꝰ à me teſtẽ ſpectabis? petitorem? Fannius eſt. contra ſe numquam teſtimonium dicet. Reũ? Flauius eſt. Is iãpridem eſt mortuus. Si viueret, verba eius audiretis. Iudicem? Cluuius eſt. Quid is dicit? LLS. cccIↃↃↃ. Panurgi nomine Flauiũ Fannio diſſoluiſſe, quẽ tu ſi ex * cenſu ſpectas: eques Romanus eſt. ſi ex vita: [25] homo * clariſſimus eſt. ſi ex te: iudicẽ ſuſiſti. ſi ex veritate: id, quod ſcire potuit, & debuit,
43 dixit. ‖ Nega, nega nunc, equiti Romano, homini honeſto, iudici tuo, credi oportere. Circũſpicit, æſtuat, negat nos Clauij teſtimonium recitaturos. recitabimus. erras: inani, & tenui ſpe te conſolaris. Recita teſtimonium T. Manilij, & C. Luſcij * Ocreę, duorum ſenatorum, hominum ornatiſſimorum, qui ex Cluuio audierunt. [m] TESTIMONIVM T. MANILII, ET C. LVSCII OCREAE. Vtrum dicis, Luſcio, & Manilio, an & Cluuio non eſſe credendũ? Planiùs, atq; apertiùs dicã. Vtrũ Luſcius, & Manilius nihil de LLS. cccIↃↃↃ. ex Cluuio audierũt? an Cluuiꝰ falſũ Luſcio, & Manilio dixit? Hoc ego loco, ſoluto & quieto ſũ animo: &, quorſũ recidat reſponſum tuũ, non magnopere laboro. Firmiſſimis enim, & ſanctiſſimis teſtimoniis virorum optimorũ, cauſa Ro-
44 ſcij cõmunita eſt. ‖ Si iã tibi deliberatũ eſt, quib. abroges fidem iuriſiurandi: reſponde. Manilio, & Luſcio negas eſſe credendũ? dic, aude. eſt tuæ cõtumaciæ, arrogantiæ, vitæque vniuerſæ vox. quid exſpectas, quàm mox ego Luſcium, & Manilium dicam, ordine, eſſe ſenatores: ętate, grandeis natu: natura, ſanctos, [n] & religioſos [o]: copiis rei familiaris, locupleteis, & pecunioſos? non faciam: nihil mihi detraham, cùm illis [p] exactæ ætatis ſeueriſſimè fructum, quem meruerunt, retribuam. magis mea adoleſcentia indiget illorum bona exiſtimatione, quàm illorum ſeueriſſima ſenectus deſiderat meã laudem.

* Equites dicebãtur, qui quadringentis millibus cenſerentur. Hor. 1. Ep. 1.

* al. caſtiſſimus

* Ant. Auguſt. Ocriæ.

m lib. vul. hoc totum non habẽt, teſtim. T. MANL. ET C. LV. OCR.

n εὐόρκους.

o L. fortuna, & copiis rei f.

p fort. ætatis ſeueriſſimè exactæ fr.

Digitized by Google

||Tibi verò, Piſo, diu deliberandum, & cõcoquẽ- 45
* Comparatio teſtis iurati in ſua lite, & iniurati in aliena.
dum eſt,* vtrùm potius Chæreæ iniurato in ſua
lite, an Manilio & Luſcio iuratis in alieno iudi-
cio credas. Reliquum eſt, vt Cluuium falſum di-
xiſſe Luſcio, & Manilio cõtendat. quod ſi facit,
qua impudentia eſt? eúmne teſtem improbabit,
quem iudicem probarit? ei negabit credi opor-
tere, cui ipſe crediderit? eius teſtis ad iudicem
fidem infirmabit, cuius propter fidem, & religio-
nem iudicis, teſteis comparabat? quẽ ego ſi fer-
q L. eum tum teſt.?
rem iudicem, refugere non deberet: [q] cùm teſtẽ
producam, reprehendere audebit? || Dixit enim, 46
inquit, iniuratus Luſcio, & Manilio. Si diceret
iuratꝰ, crederes? At quid intereſt inter periurũ,
& mendacem? Qui mentiri ſolet, peierare con-
* ἀπείθειν.
ſueuit. quem ego, vt mentiatur, [r] inducere poſ-
ſum: vt peieret, exorare facilè potero. nam, qui
ſemel à veritate deflexit, hic non maiore reli-
gione ad periurium, quàm ad mendaciũ perduci
conſueuit. Quis enim deprecatione deorum, nõ
conſcientiæ fide commouetur? Propterea quæ
pœna ab diis immortalibus periuro, hæc eadem
* al. peractione.
mendaci conſtituta eſt. Non enim ex * pactione
verborũ, quibus iuſiurandum comprehenditur,
ſed ex perfidia, & malitia, per quam inſidiæ ten-
duntur alicui, dij immortales hominibus iraſci,
s v.c. ſuſcẽſere.
& [s] ſuccenſere conſuerunt. || At ego ex cõtrario 47
contendo. Leuior eſſet auctoritas Cluuij, ſi di-
ceret iuratus, quàm nunc eſt, cùm dicit iniura-
tus. Tum enim forſitan improbis nimis cupidus
videretur, qui, qua de re iudex fuiſſet, teſtis eſſet
nunc omnib. inimicis neceſſe eſt caſtiſſimꝰ, & cõ
ſtãtiſſimus eſſe videatur, qui id, quod ſcit, fami-
liarib. ſuis dicit. || Dic nunc, ſi potes, ſi res, ſi cau- 48
ſa patitur, Cluuium eſſe mentitum. Mentitus eſt
Cluuius? Ipſa mihi veritas manũ iniecit, & pau-
liſper conſiſtere, & commorari cogit. Vnde hoc
totum ductum, & cõflatum mendacium eſt? Ro-
ſcius eſt videlicet homo callidus, & verſutus.

Hoc

Hoc initio cogitare cœpit: Quoniam Fannius à me petit LLS. ıɔɔɔ. petam à C. Cluuio, equitẽ Ro. ornatiſſimo homine, vt mea cauſa mẽtiatur: dicat, deciſionem factam eſſe, quæ facta non eſt. LLS. cccıɔɔɔ. à Flauio data eſſe Fannio, quæ data non ſunt. Eſt hoc principium improbi animi, miſeri ingenij, nullius conſilij.
49 || Quid deinde? poſteaquã ſe præclarè confirmauit, venit ad Cluuiũ: quẽ hominem? leuem? immò grauiſſimũ. mobilẽ? immò conſtantiſſimũ. familiarẽm? immò alieniſſimum. Hunc poſteaquàm ſalutauit, rogare cœpit, blandè, & concinnè, ſcilicet:[t] Mentire mea cauſa: viris optimis, tuis familiarib. præſentibus: dic Flauium cum Fannio de Panurgo decidiſſe, qui nihil tranſegit: dic LLS. cccıɔɔɔ. dediſſe, qui aſſem nullum dedit.[v] Quid ille? Ego verò cupidè, & libenter mentiar tua cauſa, &, ſi quando me vis peierare, vt paululùm tu cõpendij facias: paratum fore ſcito: non fuit cauſa, cur tantũ laborem caperes, & ad me venires: per nũtium hoc, quod erat tam leue, tranſigere potuiſti.
50 || Prò deûm, hominúmque fidem! hoc aut Roſcius vmquam à Cluuio petiiſſet, ſi LLS. millies [x] in iudiciũ haberet? Aut Cluuius Roſcio petẽti conceſſiſſet, ſi vniuerſæ prædæ particeps eſſet? Vix medius fidius, tu Fanni, à Ballione, aut aliquo eius ſimili hoc poſtulare auderes, & impetrare poſſes, quòd cùm eſt veritate falſum, tum ratione quoq; eſt incredibile. Obliuiſcor enim, Roſcium, & Cluuium, viros eſſe primarios: improbos temporis cauſa eſſe fingo.
51 || Falſum ſubornauit teſtem Roſcius Cluuium. cur tam ſero? cur, cùm altera penſio ſoluenda eſſet, non tum, cùm prima? nã iam antea LLS. ıɔɔɔ. diſſoluerat. Deinde, ſi iam perſuasũ erat Cluuio, vt mentiretur: cur potiùs LLS. cccıɔɔɔ. quàm cccıɔɔɔ. cccıɔɔɔ. cccıɔɔɔ. data dixit Fannio à Flauio, cũ ex reſtipulatione pars eius dimidia, Roſcij eſſet? Iã intelligis, C. Piſo, ſibi ſoli, ſocietati nihil

t L. Mentire mea cauſa: viris optimis, t. fam. præſẽtibus, dic Fl.

v L. Quid ille reſpondit? Ego verò cup. & libẽter, inquit, ment. &c. al. Quid ille? ego verò cup. & lib. mẽtiar tuæ.

x al. in iudicio hab.

Roſcium petiſſe. Hoc cùm ſentit Saturius eſſe
y al. & pugnare.
apertum, reſiſtere [y] & repugnare contra veritatẽ
non audet: aliud fraudis, & inſidiarum in eodem
z L. deuerticulum r.
veſtigio [z] diuerticulum reperit. || Petiſſe, inquit, 52
ſuam partem Roſcium à Flauio confiteor: vacuam, & integram reliquiſſe Fãnij concedo: ſed,
quod ſibi exegit, id commune ſocietatis factum
a for. neq; iniquius.
eſſe contẽdo. Quo nihil captioſius, [a] neq; indignius poteſt dici. Quæro. n. potueritne Roſcius
ex ſocietate ſuam partẽ petere, necne. Si nõ potuit: quẽadmodũ abſtulit? ſi potuit: quẽadmodũ
non ſibi egegit, nã quod petitur, certè alteri nõ
exigitur. || An ita eſt? ſi, quod vniuerſæ ſocietatis 53
b L. redactum
fuiſſet, petiſſet: quod tum [b] exactũ eſſet, æqualiter omnes partirentur: nunc, cùm petierit, quod
ſuæ partis eſſet: [26] non, quod abſtulit, ſoli ſibi
exegit? Quid intereſt [27] inter eum, qui per ſe litigat, [c] & qui cognitor eſt datus? Qui per ſe litẽ
c fort. & eum, qui cognit.
conteſtatur, ſibi ſoli petit. alteri nemo poteſt,
niſi qui cognitor eſt factus. Itáne verò? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet iudicio, [d] ferres
d L. ferres tuum: cùm ſuo n. p. q. abſt. tibi, non ſibi exegit?
tuum. [28] ſuo nomine petiit: quod abſtulit, ſibi,
non tibi exegit. || Quòd ſi quiſquam petere po- 54
teſt alteri, qui cognitor non eſt factus: quæro,
quid ita cùm Panurgus eſſet interfectus, & lis
conteſtata cum Flauio damni iniuria eſſet, tu in
eã litem cognitor Roſcij ſis factus: cùm præſertim ex tua oratione, quodcumque tibi peteres:
e al. recideret?
quodcumq; tibi exigeres, id in ſocietatem [e] recideret. Quòd ſi ad Roſcium nihil perueniret,
quod tu à Flauio abſtuliſſes, niſi te in ſuam litẽ
dediſſet cognitorem: ad te peruenire nihil debet, quod Roſcius pro ſua parte exegit: quoniã
tuus cognitor non eſt factus. || Quid enim huic 55
reſpondere poteris, Fanni, cùm de ſua parte Roſcius tranſegit cum Flauio, actionem tibi tuam
reliquit, an non? Si non reliquit, quemadmodum
HS. ccciↃↃↃ. ab eo poſtea exegiſti? ſi reliquit,
quid ab hoc petis, quod per te perſequi, & petere

Digitized by Google

tere debes? Simillima enim, & maximè gemina ſocietas, hereditatis eſt. Quemadmodum ſocius in ſocietate habet partem: ſic hæres in hæreditate habet partem. vt heres ſibi ſoli, non coheredibus petit: ſic ſocius ſibi ſoli, non ſociis petit. & quemadmodum vterque pro ſua parte petit, ſic pro ſua parte diſſoluit: heres ex ſua parte, qua hereditatem adiit: ſocius ex ea, qua ſo-
56 cietatem coiit. || Quemadmodum ſuam partem Roſcius ſuo nomine condonare potuit Flauio, vt eam tu non peteres: ſic, cum exegit ſuam partem, & tibi integram petitionem reliquit: tecũ partiri non debet: niſi forte tu, peruerſo more, quod huius eſt, ab alio extorquere non potes, huic eripere potes. Perſtat in ſententia Saturius: quodcumque ſibi petat ſocius, id ſocietatis fieri. Quod ſi ita eſt: [29] quæ, malum, [f] ſtultitia fuit? Roſcius, qui ex iuriſperitorum conſilio, & auctoritate reſtipularetur à Fannio diligenter, vt, quod is exegiſſet à Flauio, [g] dimidiam partem ſibi diſſolueret: ſiquidem ſine cautione, & repromiſſione nihilominus id Fannius ſocietati, hoc eſt, Roſcio debebat?

[f] L. ſtultitia fuit Roſcij, qui ex iuriſp. al. qua malũ ſtultitia fuit Roſcius.
[g] L. eius dimid.

* * *

Deſiderantur non pauca.

Digitized by Google

M. TVLLII CICERONIS IN Q. CAECILIVM ORATIO, DE ACcuſatore in C. Verrem conſtituendo: quæ diuinatio dicitur. Seu Accuſationis in C. Verrem liber primus.

ORATIO QVARTA.

C. Cornelius Verres per triennium Siciliæ præfuit, vbi cùm crudeliter multa & auarè geßiſſet, à Siculis repetundarum eſt poſtulatus. Aduocatum M. Tullium Ciceronem delegerunt. Sed cùm id ad ſe muneris pertinere Q. Cæcilius Niger Siculus contenderet, orta contentione Cicero hanc orationem habuit quæ diuinatio dicitur, quia remotis tabulis & teſtibus, iudices ſola argumenta ſequuntur, & quaſi diuinant vter debeat accuſare. QVAESTIO *ergo eſt, vtrum Cicero eligendus ſit in accuſatorem, vt C. Cornelium Verrem repetundarum reum accuſet, an verò Q. Cæcilius Niger eiuſdem Verris Quæſtor.* ACCVSATIONIS CANDIDATI, *Cicero & Cæcilius.* PRAETOR *M. Glabrio.* ADSESSORES *multi lectißimi viri. Acta in foro annum agente Cicerone 37. Vrbis verò conditæ 683.* EVENTVS. *Accuſandi munus Ciceroni delatum.*

SI QVIS veſtrûm, iudices, aut eorũ, 1
qui adſunt, fortè [a] miratur, me,
qui tot * annos in cauſis, iudiciiſ-
que publicis ita ſim verſatus, vt
defenderim multos, læſerim nemi-
nem: ſubitò nunc mutata * voluntate [1] ad accu-
ſandum [b] deſcenderim: is ſi mei conſilij cauſam,
rationémque cognouerit, vnà, & id, quod fa-
cio, probabit, & in hac cauſa profectò neminem
præponendum [c] eſſe mihi actorem putabit. || Cũ 2
quæſtor in Sicilia fuiſſem, iudices: itaque ex

a I. miratur me, qui t.
* ſex. Man computat.
* adoleſcentes enim decere accuſationẽ ſcribit idẽ Cicero 2. Off. §. 49.
b I. deſcẽdere. ita Aſcon. nã ex collibus in quibus habitabant ingenui ciues, deſcenſus erat in forum vbi cauſæ agebatur.
c v. c. mihi eſſe.

Digitized by Google

ea prouincia deceſſiſſem,vt Siculis omnibus iu-
cundam , diuturnamq́ue memoriam quæſturæ,
nominiſq́ue mei relinquerem:factum eſt, vti cũ
ſummũ in veteribus*patronis multis, tum non-
nullum etiam in me præſidium ſuis fortunis cõ-
ſtitutum eſſe arbitrarentur. Qui nunc populati
atque vexati , cuncti ad me publicè ſæpe vene-
rũt,vt ſuarum fortunarum omnium cauſam, de-
fenſionémque ſuſciperem : [d] me ſæpe eſſe pol-
licitum , ſæpe * oſtendiſſe dicebant , ſiquod tẽ-
pus accidiſſet,quo tempore aliquid à me requi-
rerent : commodis eorum me non defuturum.
3 ||Veniſſe tempus aiebant, non iam vt commoda
ſua, ſed vt vitam, ſalutemq́ue totius prouinciæ
defenderẽ : ſeſe iam ne deos quidem in ſuis vr-
bibus, ad quos confugerent, habere : quòd eo-
rum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris
religioſiſſimis ſuſtuliſſet.quas res luxuries in fla
gitiis , crudelitas in ſuppliciis, auaritia in rapi-
nis , ſuperbia in contumeliis efficere potuiſſet,
[e] eas omneis ſeſe hoc vno prætore per trienniũ
pertuliſſe:rogare , & orare,ne illos ſupplices a-
ſpernarer,quos, me incolumi, nemini ſupplices
eſſe oporteret. || Tuli grauiter, & acerbè , iudi-
ces,in eum me locum [f] adduci,vt aut eos homi-
nes ſpes fallerer,qui opem à me,atque [2] auxiliũ
[g]expectaſſent : aut ego,qui me ad defendendos
homines ab ineũte adoleſcentia dediſſem, tem-
pore atque officio coactus ad accuſandum tra-
ducerer.Dicebã,[h] eos habere actorem Q.* Cæ-
cilium, qui præſertim quæſtor [i] in eadem pro-
uincia poſt me quæſtorem fuiſſet: Quo ego ad-
iumento ſperabam[k] hanc à me poſſe moleſtiam
dimoueri: [l] idem id mihi erat aduerſarium ma-
ximè.nam illi multo mihi hoc faciliùs remiſiſ-
ſent , ſi iſtum non noſſent , aut ſi iſte apud eos
5 quæſtor non fuiſſet. || Adductus ſum iudices of-
ficio,fide, miſericordia multorum bonorũ exẽ-
plo , veteri conſuetudine , inſtitutóque maio-

*Marcellis maxime ortis ab eo, qui Syracuſas cepit & ſeruauit.
d L.me ſæpe ſibi eſſe poll.
* al.ſæpe etiam oſtẽdiſſe.

e L.eas res omneis.
f L. adductum,vt.
g L.petiſſent. fort. experiſẽt.
h L. habere eos.
*domo Siculum, libertinum, vt ait Plutarc. & Iudaicæ religioni deditum.
i v. c. in ſua prou.
k L. hanc à me moleſtiam poſſe demoueri.
l L.id mihi.

Digitized by Google

rum, vt onus hoc laboris, atque officij, non ex
meo, ſed ex meorum neceſſariorũ tempore, mi-
hi ſuſcipiendum putarem. Quo in negotio ta-
men illa me res, iudices, conſolatur, quòd * res
quæ videtur eſſe accuſatio mea, non potiùs ac-
cuſatio, quàm defenſio eſt exiſtimanda. Defen-
do enim multos mortaleis, multas ciuitates,
prouinciam, Siciliam totã. Quamobrem [m] quia
mihi vnus eſt accuſandus, propemodum mane-
re ; in inſtituto meo [n] video me, & non omni-
no à defendendis hominibus, ſubleuandiſque
diſcedere.|| Quòd ſi hanc cauſam tam idoneam, 6
tam illuſtrem, tam grauem non haberem: ſi aut
hoc à me Siculi non petiſſent, aut mihi cum Si-
culis cauſa tantæ neceſſitudinis non intercede-
ret : & hoc, quod facio, me reip. cauſa facere
profiterer, vt homo ſingulari cupiditate, auda-
cia, ſcelere, præditus, cuius furta, atque flagitia
nõ in Sicilia ſolùm, ſed in Achaia, Aſia, Cilicia,
[o] Pamphilia, Romæ denique ante oculos om-
nium maxima, turpiſſimáq; noſſemus, me agente
in iudicium vocaretur : 4 quis * tandem eſſet,
qui meum factum, aut conſilium poſſet repre-
hendere?|| Quid eſt, prò deûm, hominúmque fi- 7
dem, in quo ego reip. plus hoc tempore pro-
deſſe poſſim? Quid eſt, quod aut populo Ro.
gratius eſſe debet, aut ſociis, exteriſque na-
tionibus optatius eſſe poſſit, aut ſaluti, fortu-
niſque omnium magis accommodatum ſit? Po-
pulatę, vexatæ, funditus euerſæ prouinciæ: ſocij,
*ſtipendiariique populi Rom. afflicti, miſeri, iã
non ſalutis ſpem, [p] ſed ſolatium exitij quæ-
runt. || Qui iudicia manere apud ordinem ſena- 8
torium * volunt, queruntur accuſatores ſe i-
doneos non habere. qui accuſare poſſunt, iu-
diciorum ſeueritatem deſiderant. Populus Ro.
interea, tametſi multis incommodis, difficul-
tatibuſque affectus eſt, tamen nihil æquè in
rep. atque illam veterem iudiciorum vim, gra-
uita

* L. quod hæc quæ.

m L. ſi mihi.

n L. videor, & non.

o L. Pamphylia.

*al. tamen.

*ſtipendiarij erant inter pop. Romani ſocios deterrima conditione, ex populi enim voluntate ſtipendia pendebant.

p L. ſed exilij ſolatiũ.

*iudicia ab equeſtri ordine à Sylla in Senatorium trãſlata, quæ poſtea Aurelia lege tribunis ærariis & equeſtri ordini communicata.

uitatémque requirit. Iudiciorum deſiderio*tribunitia poteſtas efflagitata eſt : iudiciorum leuitate ordo quoque alius ad res iudicandas poſtulatur : iudicum culpa, atque dedecore etiam cenſorium nomen, quod aſperius antea populo uideri ſolebat, id nunc poſcitur : id iam po-
9 pulare, [q] atque plauſibile factum eſt. ‖ In hac libidine hominum nocentiſſimorum, in populi Rom. quotidiana querimonia, iudiciorum infamia, totius ordinis offenſione, cùm hoc vnum his tot incommodis remedium eſſe arbitrarer, vt homines idonei, atque integri cauſam reip. legúmque ſuſciperent : fateor, me ſalutis omnium cauſa, ad eam partem acceſſiſſe
10 reip.*ſubleuãdæ, quæ maximè laboraret. ‖Nũc, quoniam, quibus rebus adductus ad cauſam acceſſerim, demonſtraui, dicendum neceſſariò eſt de contentione noſtra, vt in conſtituendo accuſatore, [r] quid ſequi poſſitis, habeatis. Ego ſic intelligo, iudices : cùm de pecuniis repetundis nomen cuiuſpiam [s] deferatur, ſi certamen inter aliquos ſit, cui potiſſimùm delatio detur, hæc duo in primis ſpectari oportere, quem maximè velint actorem eſſe ij, quibus factæ eſſe dicantur iniuriæ : 4 & quem * maxime velitis, qui eas iniurias feciſſe ar-
11 guatur. ‖In hac cauſa, iudices, tametſi vtrumque eſſe arbitror perſpicuum, tamen de vtroque dicam, & de eo prius, quod apud vos plurimum debet valere, hoc eſt, de voluntate eorum, quibus iniuriæ factæ ſunt : quorum cauſa iudicium de pecuniis repetundis eſt conſtitutum. Siciliam prouinciam, C. Verres 5 per triennium * depopulatus eſſe, Siculorum ciuitates vaſtaſſe, domos exinaniſſe, fana ſpoliaſſe dicitur. [t] Adſunt queruntur Siculi vniuerſi: ad meam fidem, quam habent ſpectatam iam, [u] & cognitam, confugiunt : auxilium ſibi per me à vobis, atque à populi R. legibus petunt: me

*defen

* tribunis pl. licebat magiſtratũ qui accẽpta pecunia iudicaſſet ad iudiciũ populi rapere eique multam dicere, quod à Sylla mutatum à Põpei. & Craſſo Coss. reſtitutum Saluſtius in Ca. Plu. in Pompeio Velleia.

q L. & plauſibile.

* al. ſubleuandam.

r L. quod ſequi p..

s al. defertur.

* al. & quã minimè L. quem maximè nolitis.

* depeculatus.

t L. Aſſunt.

v L. & incognitam.

Digitized by Google

*defenſorem calamitatum ſuarum, me vltorem
iniuriarum. me cognitorem iuris ſui, me acto-
rem cauſæ totius eſſe voluerunt.|| Vtrùm, Q. Cę- 12
cili, hoc [x] dicis, me non Siculorum rogatu ad
cauſam accedere: an optimorũ fideliſſimorúm-
que ſociorum voluntatem apud hos grauem eſ-
ſe non oportere? Si id audebis dicere, quod C.
Verres, cui te inimicũ eſſe ſimulas, maximè exi-
ſtimari vult, Siculos hoc à me non petiſſe: pri-
mùm cauſam inimici tui ſubleuabis, de quo nõ
præiudicium, ſed planè iudicium iam factum pu
tatur, quòd ita [y] percrebruit. Siculos [z] homines
actorem ſuæ cauſæ contra illius iniurias quæſiſ-
ſe. || Hoc ſi tu inimicus eius factũ negabis, quod 13
ipſe, cui maximè hæc res obſtat, negare non au-
det: videto, ne nimiùm familiariter inimicitias
exercere videare. Deinde ſunt teſtes, viri cla-
riſſimi noſtræ ciuitatis, quos [a] homines à me
nominari non eſt neceſſe: eos, qui [b] adſunt, ap-
pellabo: quos, ſi mentirer, teſteis eſſe impuden-
tiæ meæ minimè vellem. Scit is, qui eſt in con-
ſilio, C. Marcellus: ſcit is, quem adeſſe video,
Cn. Lentulus Marcellinus: quorum fide, atque
præſidio Siculi maximè nituntur, quòd omnino
Marcellorum nomini tota illa prouincia adiũ-
cta eſt. || Hi ſciunt, hoc non modò à me peti- 14
tum eſſe, ſed ita ſæpe, & ita vehementer eſſe pe-
titum, vt aut cauſa mihi ſuſcipienda fuerit aut
officium neceſſitudinis repudiandum. Sed quid
ego his teſtib. vtor, quaſi res [d] dubia, aut obſcu-
ra ſit? [e] Adſunt homines ex tota prouincia no-
biliſſimi, qui præſentes vos orant, atque obſe-
crant, iudices, vt in actore cauſæ ſuæ deligendo
veſtrum iudicium [f] à ſuo iudicio ne diſcrepet.
Omnium ciuitatum totius Siciliæ legationes
[g] adſunt præter * duas ciuitates: [h] quarum dua-
rũ, ſi adeſſent, duo crimina vel maxima minue-
rentur, quæ cum his ciuitatib. C. Verri commu-
nicata ſunt. || At enim cur à me potiſſimùm hoc 15
præſi

* defenſor calamitatũ cognitor iuris, actor cauſæ.
x L. dices.
y libri vul. percre-buit.
z v. c. omnis.
a L. omnes al. omneis.
b L. Aſſunt.
c al. Sed quid ego teſtibus vtor? quaſi res dubia, aut obſcura ſit.
d al dubia ſit, aut obſcura.
e L. Aſſunt h.
f L. ab ſuo iud.
g L. aſſunt.
* Mamertinam & Syracuſanam quæ Verris prædarum furtorumque ſociæ, pro eo legationes miſerunt.
h al. quæ duæ ſi adeſſent.

Digitized by Google

præſidium petiuerunt?Si eſſet dubium,petiſſent
à me præſidium, nécne, dicerem , cur petiſſent.
Nunc verò,cùm id ita perſpicuum ſit , vt oculis
iudicare poſſitis:neſcio cur hoc mihi detrimẽto
eſſe debeat,ſi id mihi obiiciatur,[6] me potiſſimũ
16 eſſe[i] dilectum.|| Verùm id mihi non ſumo, iudi-
ces, & hoc non modò in oratione mea non po-
no, ſed ne in opinione quidem cuiuſquã relin-
quo, me omnibus patronis eſſe præpoſitũ. Non
ita eſt:ſed vniuſcuiuſque temporis, [k] valetudi-
nis,facultatis ad agendum, ducta ratio eſt. Mea
fuit ſemper hæc in hac re voluntas,&ſententia,
quemuis vt hoc mallem de iis, qui eſſẽt idonei
ſuſcipere,quàm me : me vt mallem,quàm nemi-
17 nem.||Reliquum eſt iam,vt illud quęramus,cùm
hoc conſtat.Siculos à me[l] petiſſe id:ecquid hãc
rem apud vos,animóſq;veſtros valere oporteat:
ecquid auctoritatis apud vos in ſuo iure repetũ-
do ſocij populi R. ſupplices veſtri , habere de-
beant. De quo quid ego plura commemorem?
quaſi vero dubiũ ſit , quin tota lex de pecuniis
18 repetundis,ſociorũ cauſa cõſtituta ſit.||Nã ciui-
bus cũ ſunt ereptæ pecuniæ, ciuili ferè actione,
& priuato iure repetuntur.Hæc lex, ſocialis eſt:
hoc ius,nationum exterarũ eſt: hanc habent ar-
cem minùs aliquanto* quidem nunc munitã,
quàm antea:verumtamen,ſiqua reliqua ſpes eſt,
quæ ſociorum animos conſolari poſſit , ea tota
in hac lege poſita eſt : cuius legis non modò à
populo R.ſed etiam ab vltimis nationibus iam-
19 pridem ſeueri cuſtodes requirũtur.|| [m] Quis er-
go eſt,qui neget oportere eorum arbitratu lege
agi,quorum cauſa lex ſit conſtituta? Sicilia to-
ta,ſi vna voce loqueretur,hoc diceret:Quod au
ri , quod argenti , quod ornamentorum iu meis
vrbibus,ſedib.[n] delubris:quod in vnaquaque re
beneficio [7] [o] ſenatus,populíque R.iuris habui,
id mihi tu C. Verres, eripuiſti, atque abſtuliſti:
quo nomine abs te ſeſtertiũ millies ex lege
repe

i L. delectum.
k v. c.valitudinis.
l L. petiſſe ecq.for. id petiſſe: ecquid h.
* L.nunc quidem.
m L. Quis igitur eſt.
n L. delubris fuit: quod in v.
o L.ſenati, pop. & ita Cariſ.

repeto. Si vniuerſa, vt dixi, prouincia loqui poſſet, hac voce vteretur. quoniam id non poterat, harum rerum actorem, quē idoneum eſſe arbitraria eſt, [p] ipſa delegit. || In huiuſmodi re quiſ- 20
quam tam impudens reperietur, qui ad alienam cauſam, inuitis iis, quorum negotiū eſt, accedere, aut adſpirare audeat? Si tibi, Q. Cęcili, hoc Siculi dicerent: te non nouimus: neſcimus qui ſis: numquam te antea vidimus: ſine nos per eum noſtras fortunas defendere, cuius fides eſt nobis cognita: nónne id dicerent, quod cuiuis probare deberent? nunc hoc dicunt: vtrumque ſe noſſe: alterum ſe cupere defenſorem eſſe fortunarū ſuarum: alterum planè nolle. || Cur nolint, etiāſi 21
taceant, ſatis dicunt. verùm non tacent. tamen his inuitiſſimis te* offers? tamen in aliena cauſa loquêre? tamen eos defendes, qui ſe ab omnibus deſertos potiùs, quàm abs te defenſos eſſe malunt? tamē his operam tuam polliicebare, qui te [q] neque velle ſua cauſa, nec, ſi cupias, poſſe arbitrantur? Cur eorum ſpem exiguam reliquarū fortunarum, quam habent in legis, [r] & iudicij ſeueritate poſitam, vi extorquere conaris? cur te interponis, [s] inuitiſſimis his, quibus maximè lex conſultum eſſe vult? cur de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euertere? cur [t] iis non modò perſequendi iuris ſui, ſed etiā deplorandæ calamitatis adimis poteſtatem? || Nā, te actore, [u] quē 22
eorum affuturum putas? quos intelligis, non vt per te aliū, ſed vt [x] per alium aliquem, te ipſū vlciſcantur, laborare? [y] At enim ſolum id eſt, vt me Siculi maximè velint: alterum illud, credo, obſcurum eſt, à quo Verres minimè ſe accuſari velit. Eçquis vnquam tam palàm de honore, tā vehementer de ſalute ſua contendit, quàm ille, atque illius [z] amici, vt ne hæc mihi delatio detur? Sunt multa, quæ Verres in me eſſe arbitratur, quæ ſcit in te, Q. Cæcili, non eſſe: quæ cuiuſ

modi

p for. ipſa dilegit.
* L. offeres?
q al. nec velle.
r L. & in iudicij
s L. inuitiſſimis iis, q.
t L. his
v L. quem eorum affuturum putas, quos intell. &c. laborare?
x L. per alíquem aliū, te ip. al. per alium aliquem, te ipſ.
y L. At enim ſolidū id eſt, cur me S. vel ſic, At enim id ſolū perſpicuū eſt, cur me S.
z al. amici, me hæc m.

modi in vtroque noſtrûm*ſint, paulò pòſt com-
23 memorabo.|| Nunc tantum id dicam, quod tacitus tu mihi aſſentiare: nullam rem in me eſſe, quam ille contemnat: nullam in te, quam pertimeſcat. Itaque magnus ille defenſor, & amicus eius [a] tibi ſuffragatur, me oppugnat: apertè ab iudicibus petit, vt tu mihi anteponare: & ait, hoc ſe honeſtè, ſine vlla inuidia, ac ſine vlla offenſione contendere.[b] Nō illud peto, quod ſoleo, cùm vehementiùs contendi, impetrare, reus vt abſoluatur, non peto: ſed [c] vt ab hoc potiùs, quàm ab illo accuſetur, id peto.*Da mihi *hoc: concede, quod facile eſt, quod honeſtum, quod nō inuidioſum. quod cùm dederis, ſine vllo tuo periculo, ſine infamia illud dederis, vt is abſol-
24 uatur, cuius ego cauſa laboro.|| Et ait idem, vt aliquis metus adiunctus ſit ad gratiam: certos eſſe in conſilio, quibus oſtendi tabellas velit. id eſſe perfacile. non enim ſingulos [d] ferre ſententias, ſed vniuerſos conſtituere: ceratam vnicuiq; tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Atque is non tam propter Verrem laborat, quàm quòd eum minimè res tota delectat. videt enim, ſi à pueris*nobilibus, quos adhuc eluſit: ſi à*quadruplatoribus, quos non ſine cauſa contemſit ſemper, ac pro nihilo putauit, accuſādi volūtas ad viros forteis, ſpectatóſq; homines tranſlata ſit, ſe in iudiciis dominari nō poſ-
25 ſe.|| Huic ego homini iam antè denuntio, ſi à me cauſam hanc vos agi volueritis, rationem illi defendendi totam eſſe mutandam, & ita tamen mutandā, vt meliore & honeſtiore conditione ſit, quàm qua ipſe eſſe vult: vt imitetur homines eos, quos ipſe vidit ampliſſimos, L. Craſſum, & M. Antonium: qui nihil ſe arbitrabantur ad iudicia, cauſáſque amicorum, præter fidem, & ingenium, afferre oportere. Nihil erit, quòd, me agente, arbitretur iudicium ſine magno
26 multorum periculo poſſe corrumpi. || Ego in hoc

* al. ſunt.
a L. tibi Hortēſius ſuff.
b L. non enim inquit illud peto.
c L. vt potius ab hoc, quàm
* Hortenſium inducit iudicia corrumpētem.
* vt Cæcilius Verrē accuſet.
d L. ferre ſententiā.
* Appio Claudio C. Cæſare Scauro.
* Quadruplatores delatores publicorū criminum, quique eo nomine, quartā partem ex eorum quos detulerant opibus pro præmio reportabant, alij quadruplatores vocant delatores eorum qui conuicti, quadrupli condemnari ſolebant, vide quæ dixi ad l. 4. ad Herēn.

Digitized by Google

hoc iudicio mihi Siculorum cauſam receptam,
populi R.ſuſceptam eſſe arbitror: vt mihi nõ v-
nus homo improbus opprimendus ſit, id quod
Siculi petiuerunt: ſed omnino omnis improbi-
tas,id quod populus R. iamdiu flagitat, extin-
guenda, atque delenda ſit. [e] In quo quid eniti,
aut quid efficere poſſim, malo in aliorũ ſpe re-
linquere,quàm in oratione mea ponere.|| Tu ve- 27
rò, Cæcili, quid poteſ? quo tempore,aut qua in
re non modò [f] ceteris ſpecimen aliquod dediſti,
ſed tute tui periculum feciſti? In mentem tibi
non venit, quid negotij ſit cauſam publicam
ſuſtinere? vitam alterius totam explicare, atque
eam non modò in animis iudicum, ſed etiam in
oculis,cõſpectúq; omnium exponere? ſociorum
ſalutem,commoda prouinciarum,vim legũ,gra-
uitatem iudiciorũ defendere? Cognoſce ex me,
quoniã hoc primũ tẽpus diſcendi nactus es, quã
multa eſſe oporteat in eo, qui alterum accuſet:
ex quib. ſi vnũ [g] in te cognoueris: ego iam tibi
ipſe iſtuc,quod expetis, mea voluntate conce-
dam. Primùm integritatem, atque innocentiam
ſingularẽm. nihil eſt enim, quod minùs ferendũ
ſit, quàm rationẽ ab altero vitæ repoſcere eum,
qui nõ poſſit ſuæ reddere. || Hic ego de te plura 28
non dicã: vnũ illud credo omneis animaduerte-
re,te adhuc [h] à nullis,niſi abSiculis,potuiſſe co-
gnoſci: Siculos hoc dicere, cũ eidem ſint irati,
cui tu te inimicũ eſſe dicis,ſeſe tamen, te acto-
re,ad iudicium non affuturos. Quare negent, ex
me non audies. hos patere id ſuſpicari,quod ne-
ceſſe eſt. Illi quidẽ (vt eſt hominum genus nimis
*acutũ,& ſuſpicioſum) non te ex Sicilia literas
in Verrẽ deportare velle arbitrantur: ſed, cùm
iiſdem literis illius prætura, [i] & tua quæſtura
conſignata ſit, aſportare te velle ex Sicilia li-
teras ſuſpicantur. || Deinde accuſatorem, fir- 29
mũ,veríimque eſſe oportet. Eum ego ſi te putem
cupere eſſe, facilè intelligo eſſe non poſſe.
Nec

e L. In quo ego quid eniti.

f L. ſpecimen ceteris aliq.

g L. vnum aliquod. al. in te eſſe cognoueris. al. in te agnoueris.

h L. ab nullis, niſi à Sicul.

* idẽ 2. de Ora. 217. 5. in Ver. 20. & ep. ad Q. fratre. Q. l. 6. c. 4.

i L. & quæſtura tua conſig.

Nec ea dico, quæ ſi dicam tamen infirmare non poſſis: te antequam de Sicilia deceſſeris, in gratiam rediſſe cum Verre:* Potamonem, ſcribam, & familiarem tuum retentũ eſſe à Verre in prouincia, cùm tu decederes: M. Cæcilium, fratrem tuum, lectiſſimũ, atque ornatiſſimum adoleſcentem, non modò non adeſſe, neque tecum tuas iniurias perſequi: ſed eſſe cum Verre [k] & cum illo familiariſſimè, atque amiciſſimè viuere. [l] Sunt & hæc, & alia in te falſi accuſatoris ſigna permulta: quibus ego nunc non vtor. hoc dico, te, ſi maximè cupias, tamen verum accuſatorẽ [m]

30 eſſe non poſſe.|| Video enim permulta, eſſe crimina, quorum tibi ſocietas cum Verre eiuſmodi eſt, vt ea in accuſando attingere nõ audeas. Queritur Sicilia tota, C. Verrem ab aratoribus, cùm frumentum ſibi in cællam imperauiſſet, & cùm eſſet tritici modius * ꝆꝆS. II. pro frumento in modios ſingulos, duodenos ſeſtertios exegiſſe. Magnum crimen, ingens pecunia, furtum impudens, iniuria nõ ferenda. ego hoc vno crimine illũ cõdemnẽ neceſſe eſt.

31 ||Tu Cęcili, quid facies? Vtrùm hoc tantũ crimen prætermittes, an obiicies? ſi obiicies, ídne alteri crimini dabis, quod eodẽ tẽpore, in eadẽ prouincia, tu ipſe feciſti? audebis ita accuſare alterum, vt, quo minus tutè condemnere, recuſare nõ poſſis? Sin * prætermittis: qualis erit [n] iſta tua accuſatio, quæ, domeſtici periculi metu certiſſimi, & maximi criminis nõ modò ſuſpicionẽ, verùm etiã

32 mẽtionem ipſam pertimeſcat?||Emtũ eſt ex S.C. frumentũ ab Siculis, prętore Verre, pro quo frumento pecunia omnis ſoluta non eſt. Graue eſt hoc crimen in Verrẽ: graue, me agente te accuſante, nullũ. eras enim tu quæſtor:* pecuniã publicã tu tractabas: ex qua etiã, ſi cuperet prætor, tamẽ ne qua deductio fieret, magna ex parte tua poteſtas erat. Huius quoq; igitur criminis, te accuſante mẽtio nulla fiet. Silebitur toto iudicio

* Vide 6. Ver.

k L. cum il lo fam.

l L. ſunt hæc.

m v. c. non eſſe poſſe.

* Non. c. 4. in exigere legit ſeſtertiis à duobus, hoc eſt aſſibus octo Alij ſeſtertiũ duobus malè. eſſet enim 60. æris in modium vnũ.

* L. Sin prętermittes.

n L. tua iſta

Quæſtoris munus.

de maximis,& notiſſimis illius furtis, & iniuriis. Mihi crede,Cæcili,non poteſt in accuſando ſocios verè defendere,is, qui cum reo,criminum ſocietate coniunctus eſt.|| Mancipes à 33
ciuitatibus pro frumento pecuniam exegerunt. Quid? Hoc Verre prætore factum eſt ſolùm? nõ: ſed etiam quæſtore Cæcilio. Quid igitur? daturus es huic crimini,quod & potuiſti prohibere ne fieret,& debuiſti? an totũ id relinques? Ergo id omnino Verres in iudicio ſuo non audiet, quod cùm faciebat,quemadmodum defenſurus eſſet, non reperiebat. Atq; ego hæc, quæ in medio poſita ſunt,commemoro. Sunt alia magis occulta furta: quæ ille,vt iſtius,credo,animos, atque impetus retardaret, [o] benigniſſimè cum queſtore ſuo communicauit.||Hęc tu ſcis ad me 34
eſſe delata: quæ ſi velim proferre, facilè omnes intelligent,vobis inter vos non modò volũtatem fuiſſe coniunctam, ſed ne prædam quidem adhuc eſſe diuiſam. Quapropter ſi tibi [p] iudiciũ poſtulas dari, quòd tecum vna fecerit, cõcedo, ſi id lege permittitur. ſin autem de accuſatione dicimus: concedas oportet iis, qui nullo ſuo peccato impediuntur,quo minùs alterius peccata demonſtrare poſſint.||Ac vide,quãtum in- 35
terfuturum ſit [q] inter meam tuãque accuſationẽ. Ego etiã quæ tu ſine Verre cõmiſiſti, Verri crimini daturus ſum,quòd te non prohibuerit, cùm ſummam ipſe haberet poteſtatem: tu contrà; ne quæ ille quidem fecit,obiicies,ne qua ex parte coniunctus cum eo reperiare. [r] Quid illa Cæcili? contemnendáne tibi videntur eſſe,ſine quibus cauſæ ſuſtineri, præſertim tanta, nullo modo poteſt: aliqua facultas agendi? aliqua dicendi conſuetudo? aliqua in foro,iudiciis: legibus,aut ratio,aut exercitatio?||Intelligo, quàm 36
ſcopuloſo,difficilique in loco verſer. nam cùm omnis arrogantia, odioſa eſt,tum illa ingenij, atque eloquẽtiæ,multo moleſtiſſima. Quamobrem

[o] L. cum quæſt. ſuo benigniſſimè comm.

[p] L. iudiciũ.

[q] L. inter meam, atq; tuam ac.

[r] al. Quid? illa, Cæcili, contem.

Digitized by Google

rem. nihil dico de meo ingenio, neq; eſt quod poſſim dicere: neque,ſi eſſet, dicerem. aut enim id mihi ſatis eſt quod eſt de me opinionis,quid quid eſt:aut,ſi id parum eſt:ego maius id com-
37 memorando facere non poſſum.|| De te,Cæcili, iam me hercule hoc extra hanc contentionem, certaménque noſtrum familiariter tecum loquar. Tu ipſe quemadmodū exiſtimes,vide etiā atq; etiā:& tu te collige:& qui ſis,& quid facere poſſis,cōſidera,Putaſne te poſſe de maximis, acerbiſſimiſq; rebus, cùm cauſam ſociorū, fortunaſque prouinciæ,ius populi R.[s] grauitatēq; iudicij legúmque[t] ſuſceperis,tot res,tā graueis, tā varias,voce,memoria,conſilio,ingenio,ſuſti-
38 nere?|| Putaſne,te poſſe,quæ C.Verres * in quæſtura,quæ in legatione,quæ in prætura,quę Romæ,quæ in Italia,quæ in Achaia,Aſia,Pamphyliáque [v] peccarit,ea,quemadmodū locis, temporibuſque diuiſa ſint, ſic criminibus, & oratione diſtinguere? [x] Putaſne poſſe, id quod in eiuſmodi reo maximè neceſſarium eſt, facere, vt,*quæ ille libidinoſè, quæ crudeliter fecerit, ea ęquè acerba& indigna videantur eſſe iis,qui
39 audiēt,atque illis viſa ſunt,qui ſenſerunt?|| Magna ſunt ea,quę dico,mihi crede:noli hæc contemnerę. dicenda,demōſtranda,explicanda sūt omnia:cauſa non ſolùm exponenda, ſed etiam grauiter copioséque agenda eſt: perficiendum eſt,ſi quid agere,[y] aut proficere vis, vt homines te non ſolùm audiant,verumetiam libenter ſtudioséque audiant. In quo ſi te multùm natura adiuuaret:ſi optimis à pueritia diſciplinis, atq; artibus ſtuduiſſes,& in his elaboraſſes:ſi literas Græcas Athenis, * non Lilybæi: Latinas Romæ, non in Sicilia, didiciſſes: tamen eſſet magnum, tantam cauſam, tam exſpectatam & diligentia conſequi, & memoria complecti, * & oratione [z] exprimere, & voce, &
40 viribus ſuſtinere. || Fortaſſe dices, Quid? er-

s L.grauitatē iudicij.
t V.c.ſuſciperes.
* Cùm eſſet quæſtor Carboni,& legatus Dolabellæ.
v L. patrarit.
x L. putaſne te poſſe.
* L.quæ libidinoſè, quę nefariè quæ crudeliter.
y L.aut perficere vis.
* Lelybæi deterius quā in reliqua Sicilia (vbi vtraq; lingua & Græca & Latina vigebat)Græce loquebātur
z L.exponere.

go hęc in te ſunt omnia? vtinã quidẽ eſſent: veruntamen vt eſſe poſſent, magno ſtudio mihi à pueritia eſt elaboratum. Quod ſi ego hæc, propter magnitudinem rerum, ac difficultatem aſſequi non potui, qui in omni vita nihil aliud egi: quàm longè tu te ab his rebus abeſſe arbitrare, quas non modò antea numquã cogitaſti, ſed ne nunc quidem, cùm in eas ingrederis, quæ & quantæ ſint, ſuſpicari potes? || Ego, qui, ſicut 41
omnes ſciunt, in foro iudiciiſq; ita verſer, vt eiuſdem ætatis aut nemo, aut pauci plureis cauſas defenderint, & qui omne tẽpus, quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his ſtudiis, laboribúſque conſumo, quo paratior ad vſum forenſem, promtiorque eſſe poſſim: tamẽ ita deos mihi velim propitios, vt, [a] cùm illius diei mihi venit in mentẽ, quo die, citato reo, mihi dicendum ſit, non ſolùm commoueor animo, ſed etiã toto corpore * perhorreſco. || Iam nũc mente, & 42
cogitatione proſpicio, quæ tum ſtudia hominũ, qui concurſus futuri ſint: quantam exſpectationẽ magnitudo iudicij ſit allatura: quantã auditorum multitudinẽ [b] C. Verris infamia concitatura: quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius [c] factura ſit. Quæ cùm cogito, iam nunc timeo, quidnam pro offenſione hominum, qui illi inimici infenſique ſunt, & exſpectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui poſſim. || Tu horũ nihil metuis: 43
nihil cogitas, nihil laboras: & ſi quid ex vetere aliqua oratione, * IOVEM EGO OPTIMVM MAXIMVM: AVT, VELLEM, SI FIERI POTVISSET, IVDICES: aut aliquid eiuſmodi, ediſcere potueris, præclarè te paratum in iudicium venturum arbitraris. Ac, * ſi nemo tibi reſponſurus eſſet, tamen ipſam cauſam, vt ego arbitror, demonſtrare non poſſes. || Nunc ne illud quidem cogitas, 44
tibi cum homine diſertiſſimo, & ad dicendum paratiſſimo, futurum eſſe certamẽ: quicum modò

[a] al. cùm illius temporis mihi v. & ita q. v. c.
* idẽ Craſſo accidiſſe narrat Cicero 1. de Oratore.
[b] v. c. infamia C. Verris.
[c] L. factura

* Cato Cẽſorius in omnibus orationum procemiis deorum ſolebat mentionem facere.
* L. ſi tibi nemo.

Digitized by Google

dò diſſerendum,modò omni ratione pugnandũ
[d] certandúmque ſit ? Cuius ego ingenium ita
laudo , vt non pertimeſcam : ita probo,* vt ab
eo delectari faciliùs, quàm decipi putem poſſe.
Numquam ille me opprimet conſilio : numquã
vllo artificio [e] peruertet. numquã ingenio me
ſuo labefactare,atque infirmare conabitur. no-
ui omneis hominis petitiones,rationéſque di-
cendi ſæpe in iiſdem,ſæpe in contrariis cauſis
verſati ſumus.Ita contra me ille dicet,quamuis
ſit ingenioſus,vt nonnullum etiam de ſuo in-
45 genio iudicium fieri arbitretur.|| Te verò,Cæci-
li,quemadmodum ſit eluſurus,quàm omni * ra-
tione iactaturus,videre iam videor:quoties ille
tibi poteſtatem optionémque facturus ſit:vt e-
ligas vtrum velis , factũ eſſe,nécne:verum eſſe,
an falſum:vtrum dixeris,id cõtra te futurũ. Qui
tibi æſtus:qui error,quæ tenebræ, dij immorta-
les,erunt,homini minimè malo ? Quid , * cùm
accuſationis tuæ membra diuidere cœperit , &
in digitis ſuis ſingulas parteis cauſæ conſtitue-
re?Quid,cùm [f] vnũquodque tranſigere,expedi-
re,abſoluere?Ipſe profectò metuere incipies,ne
46 innocenti periculum [g] faceſſeris. || Quid cùm
cõmiſerari,conqueri, & ex illius inuidia deo-
nerare aliquid,& in te traiicere cœperit?cõme-
morare quæſtoris cum prætore neceſſitudinem
conſtitutam?* morem maiorum?ſortis religio-
nem?[11] Poteriſne eius orationis ſubire inuidiã?
Vide modò:etiam atque etiam conſidera. mihi
enim videtur periculum fore, ne ille non
modò verbis te obruat, ſed geſtu ipſo , ac
motu corporis [12] [h] perſtringat aciem ingenij
tui,teque ab inſtitutis tuis , cogitationibúſque
47 abducat.|| Atque huiuſce rei iudicium iam con-
tinuò video futurum. Si enim mihi hodie reſ-
pondere ad hæc, quæ dico,potueris : ſi ab iſto
libro [13] quem tibi magiſter ludi , [i] neſcio quis
ex alienis orationibus compoſitum dedit,ver-

d al.certandũque ſit.
* L.vt me ab eo.
e al.præuertet.
* al.oratione.
* Hanc laudem pro Quinctio & de clar. tribuit Hortenſio.
f L. vnumquid.
g for.faceſſieris.
*apud quos prætorẽ accuſare Quæſtori non licebat.
h L.præſtinguat acie ing.
i L. neſcio qui ex al. vide Non. c.4 in componere. 62.

bo vno diſceſſeris: poſſe te & illi quoque iudicio non deeſſe, & cauſæ atque officio tuo ſatisfacere arbitrabor. ſin mecum [14] in hac [k] proluſione nihil fueris quem te in ipſa pugna cum acerrimo aduerſario fore putemus? Eſto: ipſe nihil eſt, nihil poteſt: at venit paratus cum * ſubſcriptoribus exercitatis, & diſertis. Eſt tamen hoc aliquid: tametſi nō eſt ſatis. [l] omnib. enim rebus, qui princeps in agendo eſt, ornatiſsim⁹ & paratiſsimus eſſe debet. Veruntamen L. Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed vſu forenſi, atque exercitatione tyronem. Deinde (vt opinor) habet. 48
[m] Alienū, hunc tamē à ſubſelliis: qui quid in dicēdo poſſet, numquā ſatis attendi. in clamando quidem video eū eſſe bene robuſtū, atque exercitatum. in hoc ſpes tuæ ſunt omnes, hic ſi tu eris actor conſtitutus, * totum ſuſtinebit. Ac ne is quidem tantum contendet in dicendo, quantum poteſt: ſed conſulet laudi, & exiſtimationi tuæ: & ex eo, quod ipſe poteſt in dicendo, aliquantum remittet. vt tu tamen aliquid eſſe videare. Vt in actoribus Græcis fieri videmus ſæpe illum, qui eſt ſecundarum, aut tertiarum partium, cùm poſsit aliquanto clariùs dicere, quā ipſe primarum, multū ſummittere, vt ille princeps quàm maximè excellat: ſic faciet [n] Allienus: tibi ſeruiet, tibi lenocinabitur: minus aliquanto contendet, quàm poteſt. Iam hoc con- 49
ſiderate cuiuſmodi accuſatores in tanto iudicio ſimus habituri, cùm & ipſe [o] Allienus ex ea facultate, ſiquam habet, aliquantum detracturus ſit: & Cæcilius tum denique ſe * aliquid futurum putet, ſi [p] Allienus minus vehemēs fuerit, [q] & ſibi primas in dicendo parteis conceſſerit. Quartum quem ſit habiturus, non video, niſi quem fortè [15] [r] ex illo grege meritorū qui ſubſcriptionem ſibi poſtularūt, cuicumque vos dela-

k al. prælu ſione.
* ſubſcriptores cauſi dici qui ac cuſatorem adiuuabant ſubmiſsiùs autem age bant quàm qui erat princeps in agendo Aſconius. Erāt in hac lite quatuor.
l L. Omnib. enim rebus is qui pr. al. in omnibus enim reb.
m L. Allienum.
* L. totum iudicium ſuſtinebit rectè.
n al. Alienus.
o al. Alienus.
* al. aliquē
p al. Alienus.
q al. & tibi pr. mendo sè.
r L. ex illo grege moratorum, qui al. oratorum al. mercatorū al. meatorū Vet. merenecorum.

50 delationem dediſſetis.|| Ex quibus alieniſsimis
hominibus,ita paratus venis [16] vt * tibi hoſpes
aliquis ſit recipiendus. Quibus ego non ſum tã-
tum honorem habiturus,vt ad ea,quæ dixerint,
certo loco, [s] aut ſingulatim vnicuique reſpon-
deam. Sic breuiter,quoniam non conſulto, ſed
caſu in eorum mentionem incidi, quaſi præte-
riens,ſatisfaciam vniuerſis. Tantáne vobis ino-
pia videor eſſe amicorum,vt mihi non ex his,
quos mecũ adduxerim,ſed de populo ſubſcrip-
tor addatur?vobis autẽ tãta inopia reorum eſt,
vt mihi cauſam præripere conemini potiùs,quã
aliquos à*columna ænea veſtri ordinis reos re-
51 periatis?|| Cuſtodem,inquit,Tullio me apponi-
te. Quid?mihi quã multis cuſtodibus opus erit,
ſi te ſemel ad meas capſas admiſero?qui nõ ſo-
lùm,nequid enũties,ſed etiam nequid auferas,
cuſtodiendus ſis. Sed de iſto cuſtode toto ſic
vobis breuiſsimè reſpondebo : [t] non eſſe hos
taleis viros cõmiſſuros,vt ad cauſam tantam, à
me ſuſceptam,mihi creditam,quiſquã ſubſcri-
ptor,me inuito, adſpirare poſſit. Etenim fides
mea cuſtodem repudiat,diligentia ſpeculatorẽ
52 reformidat.|| Verùm vt ad te,Cæcili,redeã, quã
multa te deficiant,vides:quã multa ſint in te,
quæ reus nocens in accuſatore ſuo cupiat eſſe
profectò iã intelligis. Quid ad hæc dici poteſt?
non enim quæro, [u] quid dicturus ſis. video mi-
hi non te,ſed hunc librum eſſe reſponſurũ, quẽ
monitor tuus hic tenet: [x] qui ſi te rectè mone-
nere volet,ſuadebit tibi,vt hinc diſcedas, neq;
mihi verbum vllum reſpondeas. Quid enim di-
ces?an id quod dictitas,iniuriã tibi feciſſe Ver-
rem? Arbitror. neque enim eſſet veriſimile,
cùm omnibus Siculis faceret iniurias, te illi
53 vnum eximium, cui conſuleret,fuiſſe.|| Sed ce-
teri Siculi vltorem ſuarum iniuriarum inuene-
runt : tu, dum tuas iniurias per te, id quod
non potes, perſequi conaris, id agis, vt cete-

* al.vt ſi ti bi hoſpes.
s L. aut ſingillatim v.
* L.columna Menia. al.ad colũnam Mœniam.al. mæniam. ad hanc (inquit Man.) columnam in foro poſitam infames rei ſortis infimæ & obſcuræ conditionis vt fures & ſerui nequã accuſabantur pro Sextio, qui graui ære alieno premebantur ad hanc columnam ligari ſolitos innuit Cicero: vide Sex. Pompeium Feſtum.
t al.numquam eſſe hos t.
u L.quid tu dicturus ſis
x al.qui ſi rectè te m.

Digitized by Google

rorum quoque iniuriæ ſunt impunitæ,atq;inultæ:& hoc te præterit,non id ſolùm ſpectari ſolere,qui debeat,ſed etiam illud, qui poſsit vlciſci.in quo vtrumque ſit,eum ſuperiorem eſſe, [y] in quo alterum,in eo non quod is velit, ſed quid facere poſſit,quæri ſolere.|| Quòd ſi ei potiſsimum cenſes permitti oportere accuſandi poteſtatem,cui maximam C. Verres iniuriã fecerit:vtrùm tandem cenſes hos iudices grauiùs ferre oportere, [z] te ab illo læſum, an prouinciã Siciliam eſſe vexatam,ac perditam? Opinor, [a] concedes,multo [b] hoc grauius,& eſſe & ab omnibus ferri grauiùs oportere. Concede igitur, vt tibi anteponatur in accuſando prouincia.nã prouincia accuſat,cùm is agit cauſam, quẽ ſibi illa defenſorem ſui iuris, vltorem iniuriarum, actorẽ [c] cauſæ totius adoptauit.|| At eã tibi C. Verres fecit iniuriã,quę ceterorũ quoq;animos poſſet alieno incõmodo cõmouere. Minimè.nã id quoque ad rem pertinere arbitror,qualis iniuria dicatur:quæ cauſa inimicitiarum proferatur. Cognoſcit ex me.nam iſte eã profectò, niſi planè nihil ſapit, numquam proferet. Agonis quædã eſt Lilybætana,* liberta Veneris * Erycinæ,quæ mulier ante hunc quæſtorẽ, copioſa planè, & locuples fuit.Ab hac præfectus Antonij quidam * ſymphoniacos ſeruos abducebat per iniuriã,quib9 ſe in claſſe vti velle dicebat. Tũ illa,vt mos in Sicilia eſt omniũ [d] Venereorũ,& eorũ qui à Venere ſe liberauerunt,vt præfecto illi [e] religionẽ Veneris,nomenq; obiiceret,dixit & ſe omnia ſua Veneris eſſe.|| Vbi*hoc quęſtori Cęcilio,viro optimo,& homini æquiſſimo, nuntiatũ eſt: vocarî ad ſe Agonidẽ iubet:* iudiciũ dat ſtatim,17 [f] ſi pateret,eã,ſe, & ſua Veneris eſſe dixiſſe:iudicant recuperatores id,quod neceſſe erat. neque enim erat cuiquam dubium quin illa dixiſſet. Iſte in poſſeſſorem bonorum

54 (beside "quid facere poſſit…")
55 (beside "actorẽ cauſæ totius…")
56 (beside "ret,dixit & ſe omnia…")

y al.in quo alterutrũ.
z L.te ab illo eſſe læſum.
a L.cõcedis
b L.hoc grauius & eſſe &c.
c L.totius cauſæ.
* Conſiceret quoddam fuiſſe ſeruitutis tempus extra quod ſacerdotes in libertatem vocarẽtur.
* de Erycina vide Seruium 1. Aeneid. Poly. l.1.S. i.6.
* Vide hic Aſconium Pędianum.
d L.Venereorum.id eſt qui Veneri conſecrati erant.
e v.c.religionem Veneris nomine obiiceret,dixit & ſe & ſua Veneris eſſe.
9 al.vbi hoc Q.Cæcilio.

*id eſt,iudiciũ conſtituit,aut præiudicium fert. f L.Si pateret, &c.

bonorum mulieris mittit:ipſam Veneri in ſer-
uitutem adiudicat:deinde bona vendit:pecuniã
redigit.Ita, dum pauca [g] mancipia,Veneris no- g q.v.c.mã
mine,Agonis,ac religione,retinere vult, fortu- cupia.
nas omnes libertatémque ſuã iſtius iniuria per-
didit. Lilybæũ Verres venit poſtea: rẽ cognoſ-
cit: factũ improbat:cogit quæſtorem ſuũ,pecu-
niã,quam ex Agonidis bonis redegiſſet,ea mu-
57 lieri omnem [h] adnumerare & reddere. || Eſt ad- h al. annumerare.
huc,id quod vos omneis admirari video, non
Verres,ſed Q. Mucius.* Quid enim facere po- * Scæuola.
tuit elegantiùs ad hominum exiſtimationem?
æquius ad leuandam mulieris calamitatem?ve-
hementius ad quæſtoris libidinẽ coercẽdã?Sũ-
mè hęc omnia mihi videntur eſſe laudanda.Sed
repentè è veſtigio,ex homine,tamquam aliquo
* Circæo populo factus eſt Verres. redit ad ſe, * Vide Homerum Odyſſ.10.
atque ad mores ſuos.nam ex illa pecunia [18]ma-
gnam partem [i] ad ſe auertit: mulieri reddidit
58 quantulũ viſum eſt.|| Hic tu ſi læſum te à Verre i L.ad ſe vertit.
eſſe dices.patiar,& concedam [k] ſi iniuriã tibi k L.ſin iniuriante.
factã quereris:defendam,& negabo. [l] Denique
de iniuria,quæ tibi facta ſit, neminem noſtrûm l L.deinde.
grauiorem vindicem eſſe oportet,quàm teipsũ,
cui facta dicitur.Si tu cum illo poſtea in gratiã
rediſti:ſi domi illius aliquoties fuiſti: ſi ille a-
pud te poſtea cenauit:vtrùm te perfidioſum, an
præuaricatorem exiſtimari mauis? vidèo eſſe
neceſſe alterutrum. Sed ego tecum in eo nõ pu-
59 gnabo,quo minus vtrum velis eligas.||* quod,ſi * L.Quid ſi &c.non remanet.
iniuriæ quidẽ,quæ tibi ab illo facta ſit,cauſa re-
manet?quid habes,quod poſsis dicere, quam-
obrem non modò mihi,ſed cuiquã anteponare?
niſi fortè illud, quod dicturum te eſſe audio,
quæſtorem illius fuiſſe. Quæ cauſa grauis eſ-
ſet, ſi certares mecum, vter noſtrûm illi ami-
cior eſſe deberet. In contentione ſuſcipienda-
rum inimicitiarum, ridiculũ eſt putare cauſam
neceſsitudinis ad inferendum periculum in-

ſtam videri oportere.|| Etenim,ſi plurimas à tuo 60
prætore iniurias accepiſſes:tamen eas ferendo,
maiorem laudẽ, quàm vlciſcendo mererere. cũ
verò nullum illius in vita rectius factũ ſit, quã
id quod tu iniuriam appellas:hi ſtatuent, hanc
cauſam,quã ne in alio quidem probarent, in te
iuſtam ad neceſſitudinem violandã videri? qui
ſi ſummam iniuriam ab illo accepiſti,tamẽ quo
niam quæſtor eius fuiſti, non potes eum ſine
vlla vituperatione accuſare. ſi verò [m] nulla ti-
bi facta eſt iniuria,ſine ſcelere eum accuſare nõ
potes.Quare cùm incertum ſit de iniuria:quem-
quã horũ eſſe putas,qui nõ malit, te ſine vitu-
peratione,quã cũ ſcelere diſcedere?|| [n] At vide, 61
quid differat inter meã opinionẽ,ac tuam. Tu,
cũomnibus reb.inferior ſis,[o] hac vna in re mihi
anteferri putas oportere, quòd quæſtor illius
fueris. ergo [p] ſi ſuperior omnibus rebus eſſes,[q]
hanc vnam ob cauſam te accuſatorem repudia-
ri putarem oportere.Sic enim à maioribus no-
ſtris accepimus,*prætorem quæſtori ſuo paren-
tis loco eſſe oportere:nullam neque iuſtiorem,
neque grauiorem cauſam neceſſitudinis poſſe
reperiri,quàm coniunctionem ſortis, quàm pro
uinciæ,quàm officij,[r] quàm publici muneris ſo-
cietatem.||Quamobrem ſi iure poſſes eum accu- 62
ſare,tamen,cùm is tibi parentis numero fuiſſet,
id piè facere non poſſes. cùm verò neque iniu-
riam acceperis,& prætori tuo periculum crees:
fatearis neceſſe eſt,te illi iniuſtum,impiúmque
bellum inferre conari. Etenim iſta quæſtura ad
eam rem valet,vt elaborandum tibi in ratione
reddenda ſit,[t] quamobrẽ,qui quæſtor eius fue-
ris,accuſes:non vt ob eam ipſam cauſam poſtu-
landum ſit,vt tibi potiſſimùm accuſatio detur.
Neque ferè vmquam venit in contentionem de
accuſando, qui quæſtor fuiſſet,quin repudiare-
tur.||Itaque neque L. Philoni in C. Seruilium 63
nominis deferendi poteſtas eſt data, neque M.
Aure-

m v.c. non vlla.

n L. At vidi

o L. hac vna re te m.

p L. ſi ſuperior ceteris rebus eſſes.

q v.c. ſi ſuperior om nib. re. eſſ.

q L. te hanc vnam ob cauſ. acc.

* ad de 13. Fam. ep. 10. & 26. & pro Plancio.

r L. quàm publicã muneris ſoc.

s L. poſſis.

t L. quamobrem eũ, cui quæſtor fueris acc. al. quamobrem eum cuius quæſtor fueris, acc.

Aurelio Scauro in L. Flaccũ,neque Cn.Pōpeio in T. Albucium quorũ nemo propter indignitatem repudiatus eſt:ſed ne libido violãdæ neceſsitudinis , auctoritate iudiciũ cōprobaretur. Atq; ille * Cn. Pompeius ita cum C. Iulio cōtendit,vt tu mecum.Quæſtor enim Albucij fuerat,vt tu Verris.Iulius hoc ſecũ auctoritatis ad accuſandum afferebat,quòd vt hoc tēpore nos ab Siculis,ſic tũ ille ab Sardis rogatus , ad cauſam acceſſerat.Semper hæc cauſa plurimùm valuit:ſemper hæc ratio accuſandi fuit honeſtiſſima pro ſociis,pro ſalute prouinciæ, pro exterarũ nationũ cōmodis inimicitias ſuſcipere : ad periculũ accedere.operã,ſtudium,laborē inter-

* quidam hæc duo Cn.Pompeius gloſſema putãt

64 ponere.||Etenim ſi probabilis eſt eorũ cauſa,qui iniurias ſuas perſequi volunt : qua in re dolori ſuo,non reip.cōmodis ſeruiunt : [u] quanto illa cauſa honeſtior eſt,quæ non ſolùm probabilis videri,ſed etiã grata eſſe debet,nulla priuatim accepta iniuria ſociorũ,atque amicorum populi R.dolore atque iniuriis cōmoueri? Nuper cũ in P.Gabinium vir fortiſsimus,& innocentiſsimus L. Piſo delationē nominis poſtularet , & contrà Q.Cæcilius peteret:iſque ſe veteres inimicitias iãdiu ſuſceptas perſequi diceret : cùm auctoritas & dignitas Piſonis valebat plurimũ, tum illa erat cauſa iuſtiſsima,quòd eum ſibi A-

v L.quanto illa cauſa honeſtior cauſa q.

65 chæi patronum adoptarant.||Etenim cũ lex ipſa de pecuniis repetũdis ſociorum [x] atque amicorum populi R. *patrona cōparata ſit:iniquũ eſt, non eum legis,iudiciiq; actorem idoneum maximè putari, quem actorem cauſæ ſuæ ſocij, defenſorēmque fortunarum ſuarũ potiſsimùm eſſe voluerunt.*An quod ad commemorandum eſt honeſtius , id ad probandum non multo videri debet æquiùs? Vtra igitur eſt ſplendidior: vtra illuſtrior commemoratio ? accuſaui [y] eum cui quæſtor fueram:quicum me ſors,conſuetudóque maiorum , quicum me deorum , hominúmque

x L.atque amicorum populi Ro. cauſa parata ſit. al.pòpuli R.cauſa cō parata ſit.

* patrona ſit.

y alij vulg. eum quicũ quæſt.al. quotus quæſtor fuerã.

numque iudicium coniunxerat:an,accuſaui ro-
gatu ſociorum,atque amicorum? delectus[z] ſum
ab vniuerſa prouincia,qui eius iura, fortunáſq;
defenderem?Dubitare quiſquam poteſt, quin
honeſtius ſit,eorum cauſa, apud quos quæſtor
fueris,quàm eum,cuius quæſtor fueris, accuſa 66
re?|| Clariſſimi viri noſtrę ciuitatis,temporibus
optimis,hoc ſibi ampliſſimum,pulcherrimúmq;
ducebant,* ab hoſpitibus, clientibúſque ſuis,
ab exteris nationibus, 20 quæ in amicitiam po-
puli R.[a] ditionémque eſſent,iniurias propulſa-
re eorũque fortunas defendere. M.* Catonẽ il-
lum Sapientẽ clariſſimum virum,& prudentiſſi-
mũ cum multis graueis inimicitias geſſiſſe ac-
cepimus,propter Hiſpanorum,[b] apud quos cõ-
ſul fuerat,iniurias.||Nuper [c] C. Domitium ſci- 67
mus 21 [d] Decimo Silano diem dixiſſe propter
vnius hominis Egritomari,paterni amici,atque
hoſpitis iniurias.Neq; enim magis animos ho-
minum nocentium res vmquam vlla cõmouit,
quàm hæc maiorum conſuetudo, longo inter-
uallo repetita,[e] atq;relata:ſociorũ querimoniæ
delatę ad hominẽ nõ inertiſſimum: ſuſceptæ ab
eo,qui videbatur eorum fortunas fide,diligen-
tiáque ſua poſſe defendere.22 ||Hoc timent ho- 68
mines:hoc laborant:hoc inſtitui,atq; adeo in-
ſtitutum referri,ac renouari moleſtè ferũt. pu-
tant fore,vti,ſi paullatim hæc conſuetudo ſer-
pere,ac prodire cœperit:per homines honeſtiſ-
ſimos,viroſq; fortiſſimos,[f] non imperitos ado-
leſcentulos,aut illiuſmodi quadruplatores, le-
ges,iudiciáq;[g] adminiſtrentur.||Cuius cõſuetu- 69
dinis,atq; inſtituti patres, maioréſque noſtros
non pœnitebat tum cùm P.Lẽtulus,is,qui prin-
ceps ſenatus fuit,accuſabat M.Aquiliũ,ſubſcri-
ptore C.Rutilio Rufo:aut cũ P. Africanus, ho-
mo virtute,fortuna,gloria,rebus geſtis ampliſ-
ſimus,poſtea quàm bis cõſul,& cẽſor fuerat, L.
Cottam in iudicium vocabat.Iure tum florebat
popu

z for. dilectus ſum ab vn.

* vide Gel. li.5.c.13.

a L.for. ditionémque veniſſent al.ditionẽ.

* hic M. Cato accuſauit Sergiũ Galbam & P.Purium iam ſeptuagenarius. Plut.in Catone.

b for. apud quos pro conſul fuerat.

c L.Cn.Domitium.

d L. M.Silano.d.

e L.ac relata.

f for. non per imp.

g L.adminiſtrarentur.

Digitized by Google

populi R.nomen:iure auctoritas huius imperij, ciuitatiſq; maieſtas,grauis habebatur.nemo mirabatur in Africano illo, quod in me nunc,homine paruis opibus,ac facultatibus, prædito ſi-
70 mulant ſeſe mirari,cùm moleſtè ferant. || Quid ſibi iſte vult? accuſatorémne ſe exiſtimari, qui antea defendere [h] cōſueuerat: nunc præſertim, ea iam ætate,cùm ædilitatem petat? Ego verò & ætatis nō modò meæ,ſed multo etiam ſuperioris & honoris ampliſsimi puto eſſe, & accuſare improbos:& miſeros,calamitoſóſque defendere.*Et profectò aut hoc remedium eſt [i] ægrotæ, ac propè deſperatæ reip.iudiciiſque corruptis, ac contaminatis paucorum vitio, ac turpitudine,homines ad legum defenſionē iudiciorúmque auctoritatem,quàm honeſtiſſimos,& integerrimos,diligentiſſimóſque accedere,aut,ſi ne hoc quidē prodeſſe poterit, profectò nulla vnquam medicina his tot incōmodis reperietur.
71 ||Nulla ſalus reipub.maior eſt,quàm eos,qui alterum accuſant,nō minus de laude, de honore, de fama ſua,quàm illos, qui accuſantur, de capite,ac fortunis ſuis pertimeſcere. Itaque ſemper ij diligentiſsimè , laborioſiſsiméque accuſarunt , qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt. Quamobrem hoc ſtatuere,iudices,debetis,Q.Cęciliū,de quo nulla vnquam opinio fuerit,nulláque in hoc ipſo iudicio exſpectatio futura ſit:qui neq;,vt antè collectam famā conſeruet , neque vti reliqui temporis ſpem confirmet, laborat:non nimis hanc cauſam [k] ſeuerè,non nimis accuratè, nō nimis diligēter acturum:habet enim nihil,[23] quod in offenſione deperdat,vt turpiſsimè, flagitioſiſſi-
72 meque diſcedat , nihil de ſuis veteribus ornamentis requiret. || A nobis multos obſides habet [l] pop.R.quos vt incolumeis cōſeruare,tueri,confirmare,ac [m] recuperare poſsimus , omni ratione erit dimicādum.habet honorem, quem

h l.conſueuerat.

* PERORATIO.

i νοσίμη.

k al.ſtudioſè.

l v.c.P.R.

m q.v.c.reciperare.

petimus:

petimus : habet ſpem , quam propoſitam nobis habemus:habet exiſtimationem, multo ſudore, labore, vigiliiſque collectam:vt ſi in hac cauſa noſtrum officium, ac diligētiam probauerimus, hæc, quæ dixi, retinere per pop.Ro. incolumia, ac ſalua poſſimus : ſi tantulum offenſum, titubatúmque ſit : vt ea , quæ [n] ſingulatim , ac diu collecta ſunt, vno tempore vniuerſa perdamus. || Quapropter, iudices, veſtrum eſt deligere, quē 73
exiſtimetis facillimè poſſe magnitudinem cauſæ, ac iudicij ſuſtinere fide, diligentia, conſilio, auctoritate. Vos ſi mihi Q. Cæcilium antepoſueritis, ego me dignitate ſuperatum non arbitrabor: pop.Ro. ne tam honeſtam, tam ſeueram, diligentémque accuſationem neq; vobis placuiſſe, [o] neque ordini noſtro placere arbitretur, prouidete.

n I. ſingillatim.

o I. neque ordini veſtro.

ACCV

ACCVSATIONIS IN C. VERREM LIber ſecundus, ſeu actio prima.

***

ORATIO QVINTA.

Reuerſus è Sicilia M. Tullius, quò poſt victum Cæcilium impetratúmq; à iudicibus accuſandi locum ad colligendas in Verrem literas, denunciandáq; teſtimonia erat profectum, hanc orationem habuit, quæ eſt exhortatio ad iudices, vt ſeuerè iudicent, Iſagoge & quaſi epitome eorum quæ poſt dicenda ſunt à Cicerone.

1 QVOD erat optandum maximè, iudices, &, quod vnũ ad inuidiam [a] veſtri* ordinis, infamiamq; iudiciorum ſedandam, maximè pertinebat: id non humano conſilio, ſed propè diuinitus datum, atque oblatum vobis ſummo reip. tempore videtur. Inueterauit enim iam opinio pernicioſa reip. nobiſque periculoſa: quæ non modò Romæ, ſed & apud exteras nationes, omnium ſermone [b] percrebuit, his iudiciis, [c] quæ nunc ſint, pecunioſum hominem, quamuis ſit nocens, neminem poſſe damnari.
2 || Nunc in ipſo diſcrimine ordinis, [d] iudiciorũ noſtrorum, cùm ſint parati, qui [e] contentionibus & legibus hãc inuidiam ſenatus inflammare conentur, reus in iudicium adductus eſt. C. Verres, homo vita atq; factis, omnium iam opinione damnatus: pecuniæ magnitudine: ſua ſpe
f ac prædicatione, abſolutus. Huic ego cauſę, iudices

EXORDIVM.
a v. c. noſtri.
*Senatorij, ad quę ab equeſtri, decem ante annis tranſlata erant iudicia.
b v. c. percrebuit, & ita L.
c L. quæ nunc ſunt.
d L. iudiciorúmque veſtrorum.
e L. contionibus [vt notat Aſconius.] Quinctium dicit tribunũ pl. qui veneficij reũ Oppianicum Cluentio accuſatore defendens, victus erat illo damnato: legibus, L. Aurelium Cottam ſignificat qui prætor legé promulgarat de reſtituendis iudicis equeſtri ordini.
f v.c. & prædicatione.

Digitized by Google

dices, cum ſumma voluntate, & exſpectatione pop.R.actor acceſsi, non vt augerem inuidiam ordinis,ſed vt infamiæ cōmuni ſuccurrerē. adduxi enim hominem, in quo recōciliare exiſtimationem iudiciorum amiſſam,redire in gratiā cum pop.R.ſatisfacere exteris nationibus poſſetis,depeculatorem ærarij,vexatorem Aſię,atque Pamphiliæ,prædonem iuris,* labem atque perniciē prouinciæ Sicilię.|| De quo ſi vos ſeuerè[g] religioſéque iudicaueritis : auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet,hærebit.ſin iſtius ingentes diuitiæ iudiciorum religionem[h] veritatémq. perfregerint: ego hoc tamen aſſequar, vt iudicium potius reip. quàm aut reus iudicibus,aut accuſator reo defuiſſe videatur.*Equidem,vt de me confitear,iudices,cùm multæ mihi à C.Verre inſidiæ terra,marique factæ[i] ſunt, quas partim mea diligentia deuitarim, partim amicorū ſtudio,officióq; repulerim:nunquā tamen neq; tātum periculū mihi adire viſus ſum, neque tantopere[k] pertimui, vt nunc in ipſo iudicio.|| Neq; tantum me exſpectatio accuſationis meæ,cōcurſuſq; tantæ multitudinis, quibus ego rebus vehemētiſsimè perturbor,cōmouet, quātum iſtius inſidiæ nefariæ, quas vno tēpore mihi,vobis,[l] M.Glabrioni prætori ſociis exteris nationibus,ordini,nomini deniq; ſenatorio facere conatur.qui ita dictitat,iis eſſe metuendū,qui,quod ipſis ſolis ſatis eſſet,ſurripuiſſent, ſe tātum*eripuiſſe,vt id multis ſatis eſſe poſsit. *nihil eſſe tam ſanctū,quod non violari:nihil tam munitum,quod non expugnari pecunia poſſit.* || Quòd ſi, quàm audax eſt ad conandum,tam eſſet obſcurus in agēdo:fortaſſe aliqua in re, nos aliquando fefelliſſet.verùm hoc adhuc percōmode cadit,quōd cum incredibili eius audacia ſingularis ſtultitia cōiuncta eſt.Nā vt apertus in corripiendis pecuniis fuit,ſic in ſpe corrumpēdi iudicij perſpicua ſua cōcilia,[2] *conatuſq; omnibus

Margin notes: * L.iuris vrbani. — g ac religioſèiudic. — h fort.ſeueritatémque perf. — i L. ſint. — CONFIRMATIO. — i L.ſint. — k fort.pertimui : quā nunc in. — l L. M' Glabrioni P.R. ſociis. — * L.rapuiſſe. — * al. conatúque.

Right margin: 3 (at "perniciē prouinciæ Sicilię"), 4 (at "dicio. Neq;"), 5 (at "Quòd ſi").

bus fecit. Semel ait ſe in vita pertimuiſſe: tum,
cùm primùm [m] reus à me factus ſit: quòd cùm è
prouincia recens eſſet, inuidiáque & infamia nõ
recenti, ſed vetere, ac diuturna flagraret, tum ad
iudiciũ corrumpendũ tempus alienũ [n] offende-
6 ret. || Itaque cùm ego diem [o] in Siciliam inqui-
rendi perexiguam * poſtulauiſſem, inuênit iſte
qui ſibi [p] in Achaia biduo breuiorẽ diem poſtu-
laret: non vt is idem conficeret diligentia, & in-
duſtria ſua, quod ego meo labore, & vigiliis cõ-
ſecutus ſum. Etenim ille Achaicus inquiſitor, ne
* Brunduſium quidem peruênit: ego Siciliam to-
tam quinquaginta diebus ſic obij, vt omniũ po-
pulorum, priuatorũq;, literas, iniuriaſq; cogno-
ſcerem: vt perſpicuũ cuiuis eſſe [q] poſſet, hominẽ
ab iſto quæſitum eſſe, non qui reum ſuum addu-
7 ceret, ſed qui meum tempus obſideret. || Nũc ho-
mo audaciſſimus, atque amentiſſimus hoc cogi-
tat. intelligit, me ita paratum, atq; inſtructum in
iudiciũ venire, vt non modò in auribus veſtris,
ſed in oculis omnium, ſua furta, atq; flagitia de-
fixurus ſim. Videt, ſenatores multos eſſe teſteis
audaciæ ſuæ: videt, multos equites Romanos, fre
quẽteis præterea ciueis, atq; ſocios, quibus ipſe
inſigneis iniurias fecerit. videt etiam [r] tot tam
graueis ab amiciſſimis ciuitatibus * legationes
8 cũ publicis auctoritatibus, [s] conueniſſe. || Quæ
cũ ita ſint, vſq; eò de omnibus bonis malè exiſti
mat: vſq; eò ſenatoria iudicia, perdita, profliga-
táq; eſſe arbitratur, vt hoc palàm dictitet, non
ſine cauſa ſe cupidũ pecuniæ fuiſſe, quoniã * pe-
cunia in tantũ præſidium experiatur eſſe: ſeſe (id
quod difficillimum fuerit) tẽpus * ipſum emiſſe
iudicij ſui, quo cetera faciliùs [t] emere poſtea
poſſet: vt, quoniam criminum vim ſubterfugere
nullo modo poterat, * proceilã temporis deui-
9 taret. || Quòd ſi non modò in cauſa, verùm in ali-

m L. à me reus factus eſt v. c. factus ſit.
n for. offenderit.
o fort. in Siciliam, inquirendi cauſa, perex. v. c. inquirendi in Sicilia perex.
* 110. dies petit M. Tullius Rupilius ſiue Oppius C. & VIII. Pædianus.
p L. in Achaiam.
* L. Brundiſium.
q L. poſſit.
r L. tot graueis.
* mos erat legationes à prouincia ea decedẽtibus Romã mitti, eorũ vel cõmẽdãdorum, vel accuſãdorũ cauſa
s al. ac teſtimoniis, cõueniſſe,
* L. tantum in pecunia, præſ.
* dilationẽ in annum
* id eſt, iudicium æquiſſimum Glabrionis prætoris.
t L. emere poſſet.
* ſequentem M. Metelli ſui amantiſſimi.

quo honeſto præſidio, aut in alicuius eloquentia,aut gratia ſpem aliquam collocaſſet: profectò non hæc omnia colligeret, atque aucuparetur:non vſque eò deſpiceret,contemneretq;ordinem ſenatorium,vt arbitratu eius deligeretur ex ſenatu, qui reus fieret:qui,dum hic, quæ op⁹ eſſent,cōpararet,cauſam interea ante eum diceret.|| Quib.ego reb.quid iſte ſperet , & quò ani- 10
mum intēdat, facilè perſpicio. Quamobrē verò ſe confidat[u] aliquid proficere poſſe,[x] hoc prætore , & hoc conſilio , intelligere non poſſum. Vnū illud intelligo,3[y] quod populus Ro.in* reiectione iudicū iudicauit, ea ſpe iſtū fuiſſe præditū,vt omnē rationē ſalutis in pecunia * cōſtituerit hoc erepto præſidio, vt nullam ſibi rē adiumento fore arbitraretur. Etenim quod eſt ingenium tantū:quę tanta facultas,dicendi,&copia,quæ iſtius vitā,4 tot vitiis,[z] flagitiiſq; coniunctā,iampridem omnium voluntate.iudicióq; dānatam,aliqua ex parte poſſit defendere?|| Cu- 11
ius vt adoleſcentiæ maculas,ignominiaſq; pretereā:quæſtura,primus gradus honoris, quid aliud habet in ſe,niſi Cn.Carbonem ſpoliatum à quæſtore ſuo pecunia publica? nudatū, & proditū cōſulē?deſertū exercitū? relictā prouinciā? ſortis neceſſitudinē, religionēq; violatā? Cuius *legatio, exitiū fuit Aſiæ totius, & Pamphyliæ. quib.in prouinciis[a] multas domos, plurimas vrbeis, omnia fana depeculatus eſt , * cùm in Cn. Dolabellam ſuū ſcelus illud priſtinū renouauit, &inſtaurauit quæſtorium:cùm eū,* cui legatus, & pro quæſtore fuiſſet,&in inuidiam ſuis maleficiis adduxit,& in ipſis periculis non ſolùm deſeruit,ſed etiam oppugnauit, ac prodidit.|| Cui⁹ 12
prætura vrbana, ædium ſacrarum fuit, publicorúmq; operum[b] depopulatio:ſimul [c] in iure dicendo,bonorum,poſſeſſionúmq;,contra omniū *inſtituta,addictio,& condonatio. Iam verò omniū vitiorū ſuorū plurima , & maxima conſtituit

u L.aliquid perficere.

x L.hic Glabrione prætore.

y L. quod pr.R. al. quod prætor.

* vtrinque reiici ſolebant iudices

* L.poneret.

z L.flagitiiſque inquinatam,iam pr.al.flagitiiſque conuictam. al. coinquinatam.

* ſub Dolabella proconſule.

a L. plurimas domos, multas vrbeis, omn.

*al.eſt tum cùm.

* al.cui legatus pro Quæſtore fuiſſet.

b al. depeculatio.

c L.in iure dicundo

*decreta & edicta prætorum.

tuit monumenta,& indicia in prouincia Sicilia:
quam iſte per triennium [d] ita vaſtauit, vexauit, d v. c. ita vexauit, ac perdidit, vt, &c.
ac perdidit, vt ea reſtitui in antiquũ ſtatũ nullo
modo poſſit: vix autem per multos annos, inno-
centeiſq; prætores aliqua ex parte recreari ali-
13 quãdo poſſe videatur.|| [e] Hoc prætore Siculi ne- e v. c. Hoc pr. S.
que ſuas leges, neq; noſtra ſenatuſconſulta, ne-
que cõmunia iura tenuerunt. tantũ quiſq; habet
in Sicilia, quantũ hominis auariſſimi, & libidi-
noſiſſimi aut imprudentiam ſubterfugit, aut ſa-
tietati ſuperfuit. Nulla res per trienniũ, niſi ad
nutũ iſtius, iudicata eſt: nulla res tã patria cuiuſ
quã, atq; auita fuit, quæ nõ ab eo, imperio iſtius,
abiudicaretur. Innumerabiles pecuniæ ex arato-
rum bonis nouo nefarióq; inſtituto coactæ: ſo-
cij fideliſſimi in hoſtium numero exiſtimati. ci-
ues R. ſeruilẽ in modũ cruciati, & necati: homi-
nes nocẽtiſſimi propter [f] pecunias iudicio libe- f L. pecuniam.
rati: honeſtiſſimi, atq; integerrimi, * abſentes rei *vt Stenius & Heraclius.
facti, indicta cauſa damnati, & eiecti: portus mu-
nitiſſimi: maximæ, tutiſſimæq; vrbes, piratis, præ-
donibúſq; patefactæ: nautæ, militéſq; Siculorũ,
ſocij noſtri, atq; amici, fame necati: claſſes opti-
mæ, atq; oportuniſſimæ cum magna ignominia
14 [g] populi Romani amiſſæ, & perditæ.|| Idem iſte g v. c. P. R.
prætor monumenta antiquiſſima partim regum
locupletiſſimorum, quæ illi ornamento vrbibus
eſſe voluerunt, partim etiam noſtrorum impe-
ratorum, quæ victores ciuitatib. Siculis, aut de-
derunt, aut reddiderunt, ſpoliauit, nudauitq; o-
mnia. Neque hoc ſolùm in ſtatuis, ornamentiſ-
que publicis fecit: ſed etiam delubra omnia
ſanctiſſimis religionibus conſecrata [h] depopu- h L. depeculatus eſt.
latus eſt: deum denique nullum Siculis, qui
ei paulò magis affabrè, atque antiquo arti-
ficio factus videretur, reliquit. In ſtupris ve-
rò, & flagitiis nefarias eius libidines comme-
morare, [i] pudore deterreor. ſimul illorum i
calamitatem commemorando augere nolo,

quib. liberos, coniugéſq; ſuas, integras ab iſtius petulãtia conſeruare non licitum eſt. 15 At enim hæc ita commiſſa ſunt ab iſto, vt non cognita ſint ab omnibus. Hominem eſſe arbitror neminem, qui nomen iſtius audierit, quid facta quoq; eius nefaria commemorare poſſit: vt mihi magis timendum ſit, ne multa crimina prætermittere, quàm nequa in iſtum fingere exiſtimer. Neque enim mihi videtur hæc multitudo, quæ ad audiendũ conuenit, cognoſcere ex me cauſam voluiſſe: ſed ea, quæ ſcit, mecum recognoſcere. Quæ cùm ita ſint, iſte homo amens, ac perditus alia mecum ratione pugnat. non id agit, vt alicuius eloquentiam mihi opponat: non gratia, non auctoritate cuiuſquam, non potentia nititur. ſimulat his ſe rebus confidere: ſed video, quid agat (neque enim agit occultiſſimè) proponit inania mihi nobilitatis, hoc eſt, hominũ *arrogantium nomina: qui non tam me impediunt, quòd nobiles ſunt, quàm adiuuant, quòd *noti ſunt. ſimulat ſe eorum præſidio confidere, cùm interea aliud quiddam iamdiu machinetur.

16 Quam ſpem nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iam, iudices, [k] vobis exponam, ſed priùs, vt ab initio res ab eo cõſtituta ſit, quæſo, cognoſcite. * Vt primùm è prouincia rediit, redẽtio eſt huius iudicij facta grandi pecunia. [l] manſit in dictione, atque pacto vſque ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt. poſteaquã reiectio iudicũ facta eſt: quòd & in* ſortitione, iſtius ſpem, [m] fortuna populi Romani, & in reiiciendis iudicib. mea diligentia iſtorum impudentiam vicerat: renuntiata eſt [n] tota cõductio.

17 Præclarè ſe res habebat. libelli nominum veſtrorum, conſiliiq; huius in manibus erant omniũ. nulla nota, nullus color, nullæ ſordes videbantur his ſententiis [o] adlini poſſe: cùm iſte repentè ex alacri, atq; læto, ſic erat humilis, atque demiſſus, vt non modò populo Romano, ſed

etiam

* Curionis trium Metellorum, Hortenſij & Scipionis.

* infames.

k L. exponam.

* NARRATIO rerũ geſtarum à Verre.

l L. ea manſit in conditione. & ita Manu.

* E ſenatu iudices conſcribebantur, eorum nominibus in vrnam coniectis Prætor ſortiebatur numerum neceſſariũ. ſortitionẽ reiectio, reiectionẽ ſubſortitio ſequebatur.

m L. fortuna reip.

n L. tota conditio.

o L. allini.

Digitized by Google

etiam ſibi ipſe condemnatus videretur. Ecce autem repentè, his diebus paucis, comitiis* conſularibus factis, eadem illa vetera cōſilia pecunia maiore repetuntur, eædémque veſtræ famæ, fortuníſque omnium inſidiæ per eoſdem homines comparantur. Quæ res primò, iudices, pertenui nobis argumento, indicióque patefacta eſt: pòſt apertò ſuſpicionis introitu ad omnia intima iſtorum conſilia ſine vllo errore peruenimus.

* ſunt & comitia alia Aedilitia, prætoria, tribunitia.

18 Nam vt Hortenſius Cos. deſignatus, domū reducebatur è campo [p] cum maxima frequētia à multitudine: fit obuiam caſu ei multitudini C. Curio: quem ego hominem honoris potiùs, quā contumeliæ cauſa nominatum volo. Etenim ea dicam, quæ ille, ſi commemorari noluiſſet, non tanto in conuentu, tam apertè palámque dixiſſet. quæ tamen à me pedetentim, cautéque dicentur: vt & amicitiæ noſtræ, & dignitatis illius habita ratio eſſe intelligatur.

p L. cum maxima frequentia, ac multit. & ita v. c.

19 Videt ad ipſum fornicem* Fabianum in turba Verrem. appellat hominem, [6] & ei [q] voce maxima gratulatur: ipſi Hortenſio, qui conſul erat factus, propinquis, neceſſariiſque eius, qui tum aderant, verbum nullum facit: cum hoc conſiſtit, hunc amplexatur, hunc iubet ſine cura eſſe. Renuntio, inquit, tibi, te hodiernis comitiis eſſe abſolutum. Quod cùm tam multi homines honeſtiſſimi audiſſet, ſtatim ad me defertur: immò verò, vt quiſque me viderat, narrabat. Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur. ridiculum iis, qui iſtius cauſam in teſtium fide, in criminum ratione, in iudicum poteſtate, non in comitiis conſularibus, poſitam arbitrabantur: indignum iis, qui altiùs perſpiciebant, & hanc gratulationem [r] ad iudicium corrumpendū ſpectare videbant.

* à Fabio Allobrogico conſtructum.

q L. voce maxima victoriam gratulatur.

20 Etenim ſi ratiocinabantur, ſic honeſtiſſimi homines inter ſe, & mecum loquebantur: apertè iam & perſpicuè nulla eſſe iudicia. qui reus pridie iam ipſe ſe condemnatum putabat,

r for. ſpectare ad iudicium corrumpēdum videbant.

is, poſteaquàm defenſor eius conſul eſt factus,
abſoluitur. Quid igitur? quòd tota Sicilia, quòd
omnes Siculi, omnes negotiatores, omnes pu-
blicæ, priuatæq; literæ Romæ ſunt, nihilne id
valebit? Nihil inuito conſule deſignato. Quid
iudices? non crimina, non teſteis, non exiſtima-
tionem populi Romani ſequentur? [s]Non omnia
in vnius poteſtate ac moderatione vertentur?
Verè loquar, iudices. vehementer me hæc res
commouebat. optimus enim quiſque ita loque-
batur. Iſte quidẽ tibi eripietur: ſed nos non* te-
nebimus iudicia diutius. etenim quis poterit,
Verre abſoluto de transferendis iudiciis recu-
ſare? || Erat omnibus moleſtum: neque eos tam i- 21
ſtius[t] hominis perditi ſubita lætitia, quàm ho-
minis ampliſſimi noua gratulatio cõmouebat.
Cupiebam diſſimulare, me id moleſtè ferre. cu-
piebam animi dolorem vultu tegere, & tacitur-
nitate celare. Ecce autẽ[v] illis * ipſis diebus, cùm
prætores deſignati ſortirentur, & M. Metello
obtigiſſet, vt is de pecuniis repetundis quære-
ret: nuntiatur mihi, tantam iſti gratulationem
eſſe factã, vt is domũ quoq; pueros mitteret, qui
vxori ſuæ nuntiarent. || Sanè ne hæc mihi quidẽ 22
res placebat: [u]neq; tamẽ, quid tantoperè in hac
ſorte metuendum mihi eſſet, intelligebam. vnũ
*illud ex hominib. certis, ex quib. omnia cõpe-
ri, reperiebã: * fiſcos plureis cũ pecunia Siciliẽſi
à quodam ſenatore ad equitẽ Romanũ eſſe trãſ-
latos: ex his quaſi x. fiſcos ad* ſenatorem illum
*relictos eſſe, comitiorũ nomine: * diuiſores o-
mniũ tribuũ noctu ad iſtũ vocatos. || Ex quibus 23
quidã, [x] qui ſe omnia mea cauſa debere arbitra-
batur, eadem illa nocte ad me venit. demon-
ſtrat, qua iſta oratione vſus eſſet: commemo-
raſſe iſtum, quàm liberaliter eos tractaſſet et-
iam antea, cùm ipſe præturam petiſſet, & proxi-
mis

s L. Num omnia in vnius poteſtate, ac moderatione vertentur?
* i. auferemus à Senatu.
t al. perditi hominis, ſcilicet Verris.
*Aſcon. his paucis diebus.
v al. neque tantopere quid in hac ſorte.
* L. vnum illum.
* de fiſco vid. Budæũ in annotationibus prioribus ad Pandectas.
*ad, id eſt, apud vide Seru. in illud Aenei. Prima qua Troiã pro charis geſſerat Argis
* al. delatos. al. relatos.
*Diuiſores qui populũ in Tribus, Centurias, & claſſes diuidebant. vide 1. ad Atti. & Pla. in Aul.
x L. qui ſe omnia mea cauſa facere debere arbitr.

Digitized by Google

mis conſularib.prętoriiſq; comitiis; deinde cō-
tinuò eſſe pollicitū,[y] quātā vellēt pecuniā ſi me
ædilitate deieciſſent. Hic alios[z] negaſſe audere:
alios reſpondiſſe,nō putare id perfici poſſe:[a] in-
uentum tamen eſſe fortem amicū, ex eadem fa-
milia Q.Verrem,Romilia, ex optima diuiſorum
diſciplina,patris iſtius diſcipulum , atq; amicū,
qui * quingentis millibus depoſitis, id ſe perfe-
cturum polliceretur:[g] & fuiſſe * tamen nonnul-
los,qui ſe vnà facturos eſſe dicerēt. quæ cùm ita
eſſent, ſanè[b] beneuolo animo me, vt magnope-
24 rè cauerem,præmonebat.|| Sollicitabar reb. ma-
ximis vno,atq; eo perexiguo tempore.vrgebant
comitia : & his ipſis oppugnabar grandi pecu-
nia.inſtabat iudicium:ei quoq; negotio fiſci Si-
cilienſes minabātur. Agere quæ ad iudiciū per-
tinebāt,liberè,comitiorū metu deterrebar: pe-
titioni toto animo ſeruire,[c] non licebat.mina-
ri deniq; diuiſoribus ratio non erat , propterea
quod eos intelligere videbam , me hoc iudicio
25 diſtrictum,atque obligatum futurum.|| Atq; hoc
ipſo tempore Siculis denuntiatum eſſe audio,
primùm ab Hortenſio , domum ad illum vt ve-
nirent : Siculos in eo ſanè liberos fuiſſe , qui
quamobrem[d] arceſſerentur , cùm intelligerent,
[d] non veniſſent.Interea comitia noſtra,quorum
iſte ſe,vt ceterorum hoc anno comitiorum,do-
minū eſſe arbitrabatur, haberi cœpta ſunt. cur-
ſare iſte homo potens,cum filio blando, & gra-
tioſo,circum tribus : paternos amicos, hoc eſt,
diuiſores,appellare omneis,& conuenire.Quod
cùm eſſet intellectū,&animaduerſum:fecit ani-
mo libentiſſimo po.Ro. vt, cuius diuitiæ me de
fide deducere nō potuiſſent,ne eiuſdem[e] pecu-
26 nia de honore deiicerer.|| Poſteaquàm illa peti-
tionis magna cura liberatus ſum , animo cœpi
multo magis vacuo, ac ſoluto, nihil aliud , niſi
de iudicio,agere, & cogitare. Reperio,iudices,
hæc ab iſtis cōſilia inita,& cōſtituta,vt, quacū-

y L. quantum vellēt pecuniæ.
z for.negaſſe ſe aud.
a for.inuentum tādem eſſe.for.
*aureorum quindecim millibus.
*al.tādem.
b v.c.beniuolo.
c Lam. propter iudicium , non licebat.
d li. vulg. accerſerentur.
d al.non veniſſe.
e L.pecuniis.

Digitized by Google

quę opus eſſet ratione,res ita duceretur,vt apud M.Metellũ, prætorem cauſa diceretur in eo eſſe hæc commoda : primùm M.Metellum, amiciſſimum:deinde Hortenſium conſulem non ſolùm, ſed etiã* Q.Metellum:qui quàm iſti ſit amicus, attendite. dedit enim prærogatiuam ſuę voluntatis eiuſmodi,vt iſti pro prærogatiuis f iã reddidiſſe videatur.|| An me taciturũ tãtis de rebus 27
exiſtimauiſti? g & in tanto reip.exiſtimationiſq; meę periculo cuiquam conſulturũ potius,quàm officio,& dignitati meæ? h Arceſſit alter conſul deſignatus Siculos:veniunt nonnulli,propterea quòd i Q.Metellus eſſet prætor in Sicilia.cũ iis ita loquitur;ſe conſulem eſſe: fratrum ſuum alterumSiciliam prouinciam obtinere,alterũ eſſe quæſiturum de pecuniis repetundis : Verri ne noceri poſſit , multis rationibus eſſe prouiſum.
||Quid eſt,quæſo, Metelle, iudicium corrumpe- 28
re,ſi hoc nõ eſt?teſteis,præſertim Siculos, timidos homines,& afflictos,non ſolùm auctoritate deterrere,ſed etiam conſulari metu, & duorum prætorum poteſtate?Quid faceres k pro homine innocẽte,& propinquo, cùm propter hominem perditiſſimum,atque alieniſſimum,de officio,ac dignitate decedis:& committis,vt quod ille dictitat,alicui qui teignorat,verum eſſe videatur?
||Nam hoc Verrem dicere aiebant, ꝰ te non fa- 29
to,vt ceteros ex veſtra familia,ſed opera ſua,cõſulem factum.Duo igitur*Coſs. &* quæſitor erunt ex illius voluntate. Non ſolùm effugiemꝰ, inquit,hominem in quærendo nimiùm diligentem , nimiùm ſeruientem populi exiſtimationi, M.Glabrionem. l accedet nobis etiam illud. iudex eſt M.* Cæſonius, collega noſtri accuſatoris , homo in rebus iudicandis ſpectatus , & cognitus:quem minimè expediat eſſe in eo conſilio, quòd conemur aliqua ratione corrumpere: propterea quòd iã antea,cùm iudex in*Iuniano conſilio fuiſſet,turpiſſimũ illud facinus nõ ſolũ graui

* in Cicilia fuit& auus Conſul alius quæſtor repetũdarum , vt mox ſequitur.
f L. eam reddidiſſe.
g L. & me in t.
h lib. vul. Accerſit.
i al. L.Metellus.
k v.c. pro innocente homine.
*Q.Hortenſius & Q. Metellus.
* M. Metellus repetũdarum.
l al.accedit etiã nobis ill.al.ſed accedet.
* Aedilis cum Cicerone , ideo non iudicaturus, quia vnò tempore ædilis & iudicis partes ſuſtinere non poterat.
*Cum Opianicus iudice quæſtionis Iunio condẽnatus eſt.

Digitized by Google

grauiter tulit, ſed etiam in mediũ protulit. hũc
30 iudicem ex Kal. Ian nõ* habemus. || Q. Manlium, & Q. Cornificiũ, duos ſeueriſſimos, atq; integerrimos iudices, quòd tribuni pleb. tum erunt, iudices non habebimus. P. Sulpicius, iudex triſtis, & integer magiſtratũ[m] ineat oportet, nonis Decembr. M. Crepereius ex acerrima illa equeſtri familia, & diſciplina: L. * Caſſius ex familia, [n] cùm ad ceteras res, tum̃ ad iudicandum ſeueriſſima: Cn. Tremellius, homo ſumma religione, & diligentia: tres hi homines, veteres tribuni *militares ſunt deſignati. ex Kal. Ian. non iudicabunt. Subſortiemur etiam in M. Metelli locũ: quoniã is huic ipſi quæſtioni præfuturus eſt. Ita ſecundum Kalendas Ianuar. & prætore, & propè toto conſilio commutato, magnas accuſatoris minas, magnámque exſpectationem iudicij, ad noſtrum arbitrium, libidinémque eludemus.
31 || Nonæ ſunt hodie Sextiles. [o] hora nona conuenire cœpiſtis. hunc diem iam ne numerant quidem. Decem dies ſunt ante ludos votiuos, quos * Cn. Põpeius facturus eſt. hi ludi dies quindecim auferent. deinde continuò * Romani conſequentur. Ita propè XL. diebus, interpoſitis, tũ denique ſe ad ea, quæ à nobis dicta erunt, reſpõſuros eſſe arbitrantur: deinde ſe ducturos & dicendo, [p] & accuſando, facilè ad ludos Victoriæ. cum his [1] plebeios eſſe coniunctos: ſecundum quos aut nulli, aut pauci dies ad agendum futuri ſunt. Ita defeſſa, ac refrigerata accuſatione, rem integram ad M. Metellum prætorem eſſe venturam. quem ego hominem, ſi eius fidei diffiſus eſſem, iudicem non retinuiſſem.
32 || Nunc tamen [q] eo animo ſum, vt eo iudice, quàm prætore, hanc rem tranſigi malim:

* L. non habebimus neceſſe eſt.
m L. ineat nonis D. & ita. v. c.
* à quo leges Caſſiæ tabellariæ de ſuffragiis ferẽdis. De hoc Caſſio ſupra pro Sex. Roſc. Am.
n L. tum ad cet.
* Tribunorum enim militarium alij in exercitu creati, qui & Rufuli, alij Romæ, qui Comitiati vide Feſtum in Rufuli, & hic Aſcon.
o al. hora octaua.
* Pompeio, ob deuictũ Sartorium
* qui & magni dicti quod in eis impenſa primum 20000. nummorum, vel quòd Romæ diis magnis dati, vide Liu. l. 1. Aſcon hic.
p L. & recuſando, facilè. al. excuſando.
* ob reconciliatam plebem ſenatoribus poſt ſeceſſum in montem Auentinum.
q al. hoc animo ſum.

* Aſcon. Iudices iurati tabellas accipiebát prætor, qui aliis tabellas dabat non iurabat.

& iurato ſuam,* quam iniurato aliorũ tabellas
committere. Nunc ego, iudices iam vos cõſulo,
quid mihi faciendum putetis. id enim conſilij
mihi profectò taciti dabitis, quod egomet mihi
neceſſariò capiendum intelligo. Si vtar ad di-
cendum meo legitimo tempore: mei laboris, in-
duſtriæ, diligentiæque capiam fructũ: & ex ac-
cuſatione perficiam, vt nemo vmquam poſt ho-
minum memoriam paratior, vigilantior, com-
poſitior ad iudiciũ veniſſe videatur. Sed in hac
laude induſtriæ meæ, reus ne elabatur, ſummum
periculum eſt. Quid eſt igitur, quod fieri poſſit?
non obſcurum, opinor, neque abſconditũ. || Fru- 33
ctum iſtũ laudis, qui ex perpetua oratione per-
cipi potuit, in alia tempora reſeruemus: nũc ho-
minem tabulis, teſtibus: priuatis, publicíſq; lite-
ris, auctoritatibuſq; accuſemus. Res omnis mihi
tecum erit, Hortenſi. dicam apertè, ſi te mecum
dicendo, ac diluendis criminibus in hac cauſa
contẽdere putarem: ego quoque in accuſando,
atque in explicandis criminib. operam conſu-
merem. nunc, quoniam pugnare contra me in-
ſtituiſti, non tam ex tua natura, quàm ex iſtius
tempore, & cauſa malitioſè: neceſſe eſt iſtiuſ-
modi rationi aliquo conſilio obſiſtere. || Tua 34
ratio eſt, vt ſecundùm binos ludos mihi reſpon-
dere incipias mea° vt ante * primos libros cõ-
perendinem. Ita fiet vt tua iſta ratio exiſtimetur
aſtuta: meum hoc conſilium, neceſſarium. Ve-
rùm illud, quod inſtituerã dicere, mihi rem te-
cum eſſe, huiuſmodi eſt. Ego, cùm hanc cauſam,
Siculorũ rogatu recepiſſem, idq; mihi amplũ &
præclarum exiſtimaſſent, r eos velle meæ fidei,
diligentiæque periculũ facere, qui innocentiæ,
abſtinentiæque feciſſent: tum, ſuſcepto nego-
tio, maius mihi quiddam propoſui, in quo meã
in rempublicam voluntatem populus Romanus
perſpicere poſſet. || Nam illud mihi nequaquam 35
dignum induſtria, conatúque meo videbatur:

*al. vt antè primos cõperendinẽ. L. ante primos ludos rectè.

r al. eoſdẽ velle m.

iſtum

iſtum à me in iudicium iam omniũ iudicio cõ-
demnatum vocari, niſi iſta tua intolerabilis po-
tentia, & ea cupiditas, qua per hoſce annos in
quibuſdam* iudiciis vſus es,etiam in iſtius ho- * Terentij, Varronis.
minis deſperati cauſa interponeretur. Nunc ve-
rò,quoniam hæc te omnis dominatio, regnúm-
que iudiciorum tantoperè delectat: & ſunt ho-
mines,quos libidinis, infamiæque ſuæ neq; pu-
deat,neque tædeat : qui quaſi de induſtria in o-
diũ,offenſionẽq; populi Romani[s] irruere videã- s al.incurrere.
tur:hoc me profiteor ſuſcepiſſe,magnum fortaſ
ſe onus, & mihi periculoſum : verumtamen di-
gnum,in quo omneis neruos ætatis, induſtriæ-
36 que meæ contenderem. ‖ Quoniam totus ordo,
paucorum improbitate,& audacia premitur, &
vrgetur infamia iudiciorum: profiteor huic ge-
neri hominum me[t] inimicum,accuſatorem o- t Lamb. inimicum odioſum, accuſatorē aſſiduum, acerbum aduerſariũ.
dioſum, aſſiduum, acerbum aduerſarium. Hoc
mihi ſumo : hoc mihi depoſco, quod agam in
magiſtratu, quod agam ex eo loco, ex quo me
populus Romanus ex Kal. Ian. ſecum agere de
republica ac de hominib. improbis voluit. hoc
munus ædilitatis meæ populo Romano ampliſ-
ſimũ,pulcerrimúmq; polliceor,moneo,prędico,
antè denuntio, qui aut deponere, aut accipere,
aut recipere,aut polliceri,aut ſequeſtres,aut in-
terpretes corrumpendi iudicij ſolẽt eſſe,quique
ad hanc rem aut potentiam,aut impudentiã ſuã
profeſſi ſunt, abſtineant in hoc iudicio manus,
37 animóſq; ab hoc ſcelere nefario. ‖ Erit tum cõ-
ſul Hortenſius cũ ſummo imperio, & poteſtate:
ego autem ædilis,hoc eſt,paullo ampliùs,quàm
priuatus, Tamen hæc huiuſcemodi res eſt, quã
me acturũ eſſe polliceor,ita populo R.grata,at-
que iucunda, vt ipſe coſs. in hac cauſa præ me
minus etiam, ſi fieri poſſit, quàm priuatus eſ-
ſe videatur. omnia non modò commemorabũ-
tur, ſed etiam, expoſitis certis rebus, agentur,
[v] quæ intra decem annos, poſteaquàm iudi- v L.quæ inter decē.
cia

Digitized by Google

cia ad ſenatum*tranſlata ſunt,in rebus iudicandis nefariè,flagitioſéque facta ſunt.||Cognoſcet 38
ex me populus R.quid ſit quamobrem, cùm equeſter ordo iudicaret,* annos propè quinquaginta continuos,[12] nullo*iudice equite R.iudicāte,ne tenuiſſima quidem ſuſpicio acceptæ pecuniæ ob rem iudicandam conſtituta ſit: quid ſit, quòd iudiciis ad ſenatorium ordinem tranſlatis, ſublatáque populi R. in vnumquemq; veſtrûm poteſtate, Q. Calidius damnatus dixerit, [13]x minoris LLS.XXX.M. prætoriũ hominem honeſtè non poſſe damnari:quid ſit,quod, P.Septimio ſenatore damnato,Q.Hortenſio prętore de pecuniis repetundis,lis æſtimata ſit eo nomine, quòd ille ob rem iudicandam, pecuniam accepiſſet:||quòd in*C.Herennio,quod in C.Popil- 39
lio,ſenatorib. qui ambo peculatus dānati ſunt: quòd in M. Attilio, qui de maieſtate damnatus eſt,[y] hoc planum factũ eſt, eos pecuniam ob rē iudicandam accepiſſe: quòd inuenti ſunt ſenatores,qui[14] C.Verre præt.vrbano ſortiente,exirent in eum reum,* quem incognita cauſa condemnarent:[z] quòd inuētus eſt ſenator, qui cùm iudex eſſet. [a] in eodem iudicio & ab reo pecuniam acciperet,quam iudicibus diuideret,& ab accuſatore vt reum [b] condemnaret. || Iam verò 40
quomodo ego illam labem, ignominiam,calamitatemque totius ordinis conquerar? hoc factum eſſe in hæc ciuitate, cùm ſenatorius ordo iudicaret, vt diſcoloribus ſignis,iuratorum hominum ſententiæ notarentur?hęc omnia me diligenter,ſeueréque acturum eſſe polliceor.Quo me tandem animo fore [c] putetis, ſiquid in hoc ipſo iudicio intellexero ſimili aliqua ratione eſſe violatum,atque commiſſum?[d] cùm planum facere multis teſtibus poſſim,C.Verrem in Sicilia, multis audientibus ſæpe dixiſſe, ſe habere hominem potentem, cuius fiducia prouinciam

ſpo

* per Syllam.
* tanto enim fere tempore lege Sempronia Equeſter ordo iudicauit.
* al. nulla, al. nulla iudicibus equitib. Ro. iudicantib. al. vel nulla vllo iudice Rom. iudicante,al. nulla equitibus Rom. iudicantib.
x L. minoris LLS. tricies,r.
*repetundarum rei vel exilio, vel pecunia ſimpli, dupli,vel quadrupli damnabantur.
y al. hoc planum factum ſit &c.
*C.Fid. Culanium Falculum intelligit.
z al. quod inuenti ſint ſē.al. quod inuentus ſit ſen.
a al. in eod.iud.ab reo
b L. dānaret. c L.put atis. d al.cũ præſertim planũ facere.

Digitized by Google

ſpoliaret:neque ſibi ſoli pecuniam quærere,ſed ita trienniũ illud, præturæ Sicilienſis diſtributũ habere , vt ſecum præclarè agi diceret, ſi vnius anni quæſtum in rem ſuam conuerteret : alterũ [e] patronis & defenſoribus traderet:tertium illũ vberrimum, quæſtuoſiſſimúmque annum totum
41 iudicibus reſeruaret.|| Ex quo mihi venit in mẽtem illud dicere,quod apud M.Glabrionem nuper cùm in [f] reiiciundis iudicibus commemoraſſem,intellexi vehementer populum R.commoueri:me arbitrari,fore,vti nationes exteræ legatos ad populum Ro. mitterent , vt lex de pecuniis repetundis,iudiciúmque tolleretur. ſi enim iudicia nulla ſint,tantum vnumquemque ablaturum putant,quantum ſibi, ac liberis ſuis ſatis eſſe arbitretur.nũc, quòd eiuſmodi iudicia ſint, tantum vnumquemque auferre quantum ſibi patronis,aduocatis,prætoribus,iudicibus ſatis futurum ſit.Hoc profecto infinitum eſſe.ſe auariſſimi hominis cupiditati ſatisfacere poſſe,nocẽ
42 tiſſimæ victoriæ non poſſe. || O commemoranda iudicia, præclarámque exiſtimationem [g] noſtri ordinis,cùm ſocij populi Rom.iudicia,de pecuniis repetundis fieri nolunt,quę à maiorib.* noſtris ſociorum cauſa cõparata ſunt. An iſte vmquam de ſe bonam ſpem habuiſſet,niſi de vobis malam opinionem animo imbibiſſet? Quo maiore etiam,ſi fieri poteſt, apud vos odio eſſe debet, quàm eſt apud populum Romanum cùm in auaritia,ſcelere,periurio vos ſui ſimileis eſſe [h] ar
43 bitretur.|| Cui loco,per deos immortaleis, iudices,cõſulite,ac prouidete.moneo,prædicóq; id, quod intelligo, [i] tẽpus hoc vobis diuinitus datum eſſe,vt odio, inuidia, infamia, turpitudine totum ordinem liberetis.Nulla in iudiciis * ſeueritas,nulla religio,nulla deniq; iã exiſtimantur eſſe iudicia. Itaque à populo Romano contemnimur,deſpicimur:graui,diuturnáq;iam fla
44 gramus infamia. || Neque enim vllam aliam ob cau

e L.patronis, & defẽſorib. ſuis traderet.

f L.reiiciendis.

g al. veſtri ordinis.

*vnde repetundarum lex dicta eſt lex repetundarum.

h L.arbitratur.

i L.tempus opportuniſſimũm vobis hoc diuinitus d.e.

*corrupte la iudicio.

Digitized by Google

cauſam populus Romanus tribunitiam poteſta-
* per tres annos. tem tanto* ſtudio requiſiuit: quam cùm poſce-
bat, verbo illam poſcere videbatur, re vera iudi-
cia poſcebat. Neque hoc Q. Catulũ hominẽ ſa-
pientiſſimum, atque ampliſſimum fugit, qui, Cn.
Pompeio, viro fortiſſimo, & clariſſimo, de tri-
bunitia poteſtate referente, cùm eſſet ſententiã
rogatus, hoc initio eſt ſumma cum auctoritate
vſus: Patres conſcriptos iudicia malè, & flagi-
tioſè tueri. quòd ſi in rebus iudicandis populi
Romani exiſtimationi ſatisfacere voluiſſent, nõ
tantopere homines fuiſſe tribunitiam poteſta-
tem deſideraturos.|| Ipſe denique Cn. Pompeius, 45
cùm primùm contionem ad vrbem cos. deſigna-
tus habuit: vbi (id quod maximè exſpectari vi-
debatur) oſtendit, ſe tribunitiam poteſtatem re-
ſtituturum: factus eſt in eo ſtrepitus, & grata cõ-
tionis admurmuratio. Item in eadem contione
cũ dixiſſet: populatas, vexatáſq; eſſe prouincias,
iudicia autem turpia, & flagitioſa fieri: ei rei ſe
prouidere, ac conſulere velle: tum verò nõ ſtre-
pitu, ſed maximo clamore ſuam populus Roma-
nus ſignificauit voluntatem.|| Nũc autẽ homines 46
in ſpeculis ſunt: obſeruãt, quemadmodũ ſeſe v-
k L. veſtrûm. nuſquiſq; [k] noſtrûm gerat in retinenda religio-
ne conſeruandiſq; legibus. vidẽt adhuc poſt le-
l L. vnum hominem, vel tenuiſ- gem tribunitiã [l] vnũ ſenatorem vel tenuiſſimũ
eſſe damnatũ. quod tametſi non reprehendunt,
tamen magnopere quod laudent, nõ habẽt. Nul
la eſt enim laus, ibi eſſe integrum vbi nemo eſt,
qui aut poſſit, aut conetur corrumpere.|| Hoc eſt 47
iudicium, in quo vos de reo, populus Romanus
de vobis iudicabit. in hoc homine ſtatuetur, poſ
ſítne, ſenatoribus iudicantibus, homo nocentiſ
ſimus, pecunioſiſſimúſq; damnari. Deinde eſt hu-
iuſmodi reus, in quo homine nihil ſit, prçter ſũ-
ma peccata, maximámque pecuniam: vt, ſi li-
beratus ſit, nulla alia ſuſpicio, niſi ea, quæ tur-
piſſima eſt, reſidere poſſit. non gratia, non co-
gnatio-

gnatione,[15][m] non aliis rectè factis,non denique
[n]alio mediocri vitio tot,tãtáq; eius vitia ſuble
48 uata eſſe[o] videbũtur.|| Poſtremò ego cauſam ſic
agam,iudices:eiuſmodi res, ita notas, ita teſta-
tas,ita magnas, ita manifeſtas proferam , vt ne-
mo à vobis,vt iſtum abſoluatis,per gratiam co-
netur contẽdere.Habeo autem certam viam,at-
que rationem : qua omneis illorum conatus in-
ueſtigare,& conſequi poſſim. Ita res à me age-
tur,vt in eorum conſiliis omnibus nõ modò au-
res hominũ,[p] ſed etiam populi Romani intereſ-
49 ſe videantur. || Vos aliquot iam per annos con-
ceptam huic ordini turpitudinem , atque infa-
miam delere , ac tollere poteſtis. Conſtat inter
omneis,poſt hæc[q] conſtituta iudicia, quib⁹ nũc
vtimur,nullum hoc ſplendore,atq;hac dignita-
te conſiliũ fuiſſe.Hic ſiquid erit offenſum: om-
nes homines nõ iam ex eodem ordine alios ma-
gis idoneos,(quod fieri non poteſt :)ſed alium
omninò ordinem ad res iudicandas quærendum
50 arbitrabuntur. || * Quapropter primùm ab diis
immortalib.quod*ſperare mihi videor,[17][r] hoc
idem iudices opto, vt in hoc iudicio nemo im-
probus,præter eum, qui iampridem inuẽtus eſt,
reperiatur:deinde,ſi plures improbi fuerint,hoc
vobis,hoc populo R. iudices, confirmo , vitam
mehercule mihi prius , quàm vim , perſeueran-
tiámque ad illorum improbitatẽ perſequẽdam
51 defuturã. || Verùm quòd ego laborib. periculis,
inimicitiiſq; meis tũ, cùm admiſſum erit, dede-
cus,ſeuerè me perſecuturũ eſſe polliceor , id ne
accidat,[s] tu tua auctoritate, ſapientia , diligen-
tia,M' Glabrio,potes prouidere.Suſcipe cauſam
iudiciorum:ſuſcipe cauſam ſeueritatis, integri-
tatis, fidei, religionis : ſuſcipe cauſam ſenatus,
vt is hoc iudicio probatus,cum populo R. & in
laude,& in gratia eſſe poſſit. [t] Cogita, quo lo-
co ſis,quid dare populo R. quid reddere maio-
ribus tuis debeas. ſac tibi paternæ legis Aciliæ
veniat

m for. non vllis rectè f.
n L.aliquo
o L. exiſtimabuntur.
p L.ſed etiam oculi P.R.intereſſe videantur.
q al.iudicia conſtituta.
*PERORATIO.
* L. quod ſperare debere mihi videor.
r L.hoc idem, iudices,peto vt in.
s L. tu tua ſapien. auctoritate, dilig.
t L. Cogita,qui ſis quo loco, quid.

veniat in mentem, qua lege populus Rom. de
pecuniis repetundis optimis iudiciis, ſeueriſſi-
miſque iudicibus vſus eſt.|| Circumſtant te ſum- 52
mæ auctoritates, quæ te obliuiſci laudis dome-
ſticæ non ſinant: quæ te [v] nocteis, diéſq; commo-
neant, fortiſſimum tibi patrem ſapientiſſimum
auum, grauiſſimum ſocerum fuiſſe. Quare ſi
Glabrionis patris vim, & acrimoniam cepe-
ris ad reſiſtendum hominibus audaciſſimis: ſi
aui [x] Scæuolæ prudentiam ad proſpiciendas
inſidias, quæ tuæ, atque horum famæ cómpa-
rantur: ſi ſoceri Scauri conſtantiam, vt nequis
te de vera & certa poſſit ſententia [y] dimouere:
intelliget populus Romanus integerrimo, atq;
honeſtiſſimo prętore, [z] delectóq; conſilio, nocẽ-
ti reo magnitudinem pecuniæ plus habuiſſe mo
menti ad ſuſpicionem criminis, quàm ad ratio- 53
nem ſalutis.|| Mihi certum eſt non committere,
vt in hac cauſa prætor nobis, conſiliúmque mu-
tetur, non patiar rem in id tempus adduci, vt Si-
culi, quos adhuc ſerui deſignatorum coss. non
mouerũt, cùm eos nouo exemplo vniuerſos ar-
ceſſerent, eos tum lictores conſulum vocent: vt
homines miſeri, antea ſocij atque amici populi
Romani, nunc ſerui, ac ſupplices, non modò ius
ſuum, fortunáſq; omneis eorum imperio amit-
tant, verùm etiam deplorandi iuris ſui poteſtatẽ 54
non habeãt.|| Non ſinã profectò, cauſa à me per-
orata, XL. diebus interpoſitis, tũ nobis denique
*reſpondere, cùm accuſatio noſtra in obliuionẽ
[a] diuturnitatis adducta ſit: non cõmittã, vt tum
res iudicetur, cùm hæc frequentia totius Italiæ
Roma diſceſſerit: quæ cõuenit vno tempore vn-
diq;, comitiorũ [b] iudiciorũ, cenſendíque cauſa.
Huius iudicij, & laudis fructum, & offenſionis
periculũ, veſtrũ: laborem, ſollicitudinémq;, no-
ſtram: ſcientiam quid agatur, memoriámque
quid à quoq; dictum ſit, omniũ puto eſſe op or-
tere.|| Faciam hoc non nouum, ſed ab iis qui 55
nunc

v L. dies nocteiſque.

x al. Scæuulæ.

y L. demouere.

z for. dilectóque

* L. reſpondeant.

a L. diuturnitate add.

b L. ludorum.

nunc principes noſtræ ciuitatis ſunt,ante factū, vt teſtibus vtar ſtatim. illud à me nouum, iudices,cognoſcetis,quòd ita teſtes conſtituā, [18] [c] vt crimen totum explicē:vbi id interrogando, argumentis,atque oratione firmauero, tum teſteis ad crimen accōmodē. vt nihil inter illam vſitatam accuſationem, atque hanc nouam interſit, niſi quod in illa tunc, cùm omnia dicta ſunt,teſtes dantur:hîc in ſingulas res dabuntur: vt illis quoque eadem interrogādi facultas, argumētandi dicendíque ſit. Si quis erit,qui perpetuam orationē accuſationémque deſideret, altera actione audiet.[19] nunc id,quod facimus, [d] ea ratione facimus,vt malitiæ illorum conſilio noſtro occurramus,neceſſariò fieri intelligat.||

c L. vt crimen totum interrogando explicē vbi id argū. ita Hotom.

d L. ea ratione,vt malitia illorum.

56 Hæc primæ actionis erit accuſatio. Dicimus, C. Verrem, cùm multa libidinosè, multa crudeliter in ciueis Romanos,atque in ſocios, multa in Deos homineſque nefariè fecerit,tum præterea quadringenties ſeſtertium ex Sicilia contra leges abſtuliſſe. Hoc teſtibus,hoc tabulis,priuatis,publicíſque auctoritatibus, ita vobis planum faciemus, vt hoc ſtatuatis, etiamſi ſpatium ad dicēdum noſtro commodo,vacuóſque dies habuiſſemus, tamen oratione longa nihil opus fuiſſe.* Dixi.

* Lā. nō habet,Dixi.

ACCVSATIONIS IN CAIVM VERREM * liber tertius.

* L. actionis ſecundę ſeu accuſationis in C. Verrē,liber primus de vita anteacta,ſeu prætura vrbana. An vero quinque,an ſeptē ſunt accuſationum ſtatuēdi libri, dixi ad l i. de perfecto oratore.

***

ORATIO SEXTA.

De Quæſtura legatione & Prætura vrbana Verris.

EXORDIVM.

1 NEMINEM veſtrûm ignorare arbitror, iudices,hūc per hoſce dies ſermonē vulgi,atq; hāc opinionem pop. R.fuiſſe,C. Verrem altera actione reſponſurum non [e] eſſe,

neque ad iudiciũ aſſuturum. Quæ fama non id-
circo ſolùm emanarat,quòd iſte certè ſtatuerat
ac deliberauerat non adeſſe:verùm etiam quòd
nemo quemquam tam audacem,tam amentem,
tã impudentẽ fore arbitrabatur,qui tã nefariis
criminibus,tam multis teſtibus[f] conuictus,ora
iudicum adſpicere, aut os ſuũ populo Romano
oſtẽdere auderet. || Eſt idem Verres,qui ſem- 2
per fuit,vt ad audendũ proiectus,[g] ſic ad audiẽ-
dum:* præſto eſt:reſpondet:defenditur:ne hoc
quidẽ ſibi reliqui facit,vt in rebus turpiſſimis,
cùm manifeſto teneatur,ſic reticeat,& abſit,ta-
men impudentiæ ſuæ pudentẽ exitũ quæſiſſe vi-
deatur.Patior,iudices, & non moleſtè fero,me
laboris mei vos virtutis veſtræ fructum eſſe la-
turos. Nam ſi iſte id feciſſet,quod [h] prius ſta-
tuerat,vt,non adeſſet:minus aliquanto , quàm
mihi opus eſſet,cognoſceretur,quid ego in hac
accuſatione cõparanda cõſtituendáque elabo-
raſſem : veſtra verò laus tenuis planè atque ob-
ſcura,iudices eſſet.|| [i] Neque enim hoc à vobis 3
populus Rom. exſpectat. neque eo poteſt eſſe
contentus,ſi condemnatus ſit is,qui adeſſe no-
luerit:&ſi fortes fueritis in eo,quẽ nemo ſit au-
ſus defendere:immò verò[k] adſit,reſpõdeat:ſum
mis opibus,ſummo ſtudio potentiſſimorum ho-
minum defendatur:certet mea diligentia cum
illorum omniũ cupiditate:veſtra integritas cũ
iſtius pecunia:teſtium conſtantia cũ [l] illius pa-
tronorum minis, atque potentia. tum demum
illa* omnia victa videbuntur, cũ in contentio-
nem certaménq; venerint.|| Abſens [m] ſi eſſet iſte 4
damnatus,non tam ipſe ſibi conſuluiſſe , quàm
inuidiſſe veſtræ laudi videretur. Neq; enim ſa-
lus vlla reipublicæ,maior hoc tempore reperi-
ri poteſt,quàm populum Romanum intellige-
re,diligenter reiectis ab accuſatore iudicibus,
ſocios, leges, rempublicam ſenatorio conſilio
maximè poſſe defendi.neque tãta fortunis om-
nium

f L. victus

g for. ſic ad audiendum paratus. L. ſic paratus ad audiendum pr.e.

* fingit præſentẽ Verrem cùm non ſit.

h L.primo.

i L.neque enim hoc à vobis pop.

k v.c. aſſit.

l L.iſtius.

* L.non agnoſcit omnia.

m ſi iſte eſſet d.

by Google

nium pernicies [n] poteſt accedere,quàm opinio-
ne populi Ro. rationem veritatis, integritatis,
5 fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari.|| [o] I-
taque mihi videor magnam,& maximè ægram,
& propè depoſitam reipublicæ partē ſuſcepiſ-
ſe : neque in eo magis meæ, quàm veſtræ laudi
exiſtimationique ſeruiſſe. Acceſſi enim ad inui-
diā iudiciorū leuandam , vituperationémque [p]
tollendam: vt,cùm hæc res pro voluntate po-
puli R.eſſet iudicata,aliqua ex parte mea dili-
gentia cōſtituta auctoritas iudiciorum videre-
tur: [q] poſtremò vt eſſet hoc iudicatum , vt finis
aliquando iudiciariæ controuerſiæ conſtituere-
6 tur.||Etenim ſine dubio,iudices,in hac cauſa ea
res in diſcrimē adducitur. [r] Reus eſt enim nocē-
tiſſimus, qui ſi cōdemnatur,deſinent omnes di-
cere,his iudiciis pecuniam plurimùm poſſe. ſin
abſoluitur : deſinemus nos de iudiciis transfe-
rendis recuſare. Tametſi de abſolutione iſtius
neque ipſe iam ſperat,nec populus R.metuit de
impudentia ſingulari,quòd adeſt,quòd reſpon-
det,ſunt qui mirentur: mihi pro cetera eius au-
dacia,atque amentia,ne hoc quidem mirandum
videtur. multa enim & in deos & in homines
impiè,nefarieq; cōmiſit.quorum ſcelerū pœnis
7 agitatur,& à mēte,conſilioq; deducitur.|| Agūt
eum præcipitē pœnæ ciuium Romanorum:quos
partim ſecuri percuſſit,partim [s] in vinculis ne-
cauit,partim implorantеis iura libertatis,& ci-
uitatis in crucem ſuſtulit.Rapiunt eum ad ſup-
pliciū dij patrij [t] quod iſte inuentus eſt , qui è
cōplexu parentum abreptos filios ad necē du-
ceret,& parenteis,pretiū pro ſepultura liberū
poſceret.Religiones verò,* cæremoniáq; om-
niū ſacrorū,fanorúq; violatæ,ſimulacraq; deo-
rū,quæ nō modo ex ſuis tēplis ablata ſunt , ſed
etiā iacent in tenebris,ab iſto retruſa , atq; ab-
dita , conſiſtere eius animum ſine furore atque
amentia non ſinunt. || Neque iſte mihi vide-

n L. poteſt accidere.
o L. itaque mihi videor, iudices,magn.
p L. tollendá,& vt cū h. r.pro vol.p.R.eſſet iud.
q L. poſtremo cùm eſſet hoc iudicatum, vt finis ali. &c. al.poſtremò vt eſſet hoc loco iudicatum.
r al.homo eſt nocentiſſimus,L. reus eſt homo nocentiſſ.
s L.in vincil.
t L.quòd iſte vnus inu.
* Ceremoniæ à Cere oppido ſeſt.

tur ſe ad damnationem ſolùm offerre, neque hoc auaritiæ ſupplicio communi, [u] qui ſe tot ſceleribus obſtrinxerit, contentus eſſe ſingularem quandã pœnam iſtius immanis, atq; importuna natura deſiderat. non id ſolùm quæritur, vt, iſto damnato, bona reſtituantur iis, quibus erepta ſunt: ſed & religiones deorum immortalium expiandæ, & ciuium Romanorũ cruciatus, multorumq; innocentium ſanguis iſtius ſupplicio luendus eſt. ‖ Non enim furem, ſed erepto- 9
rẽ: nõ adulterum, ſed expugnatorẽ pudicitię: nõ ſacrilegum, ſed hoſtẽ ſacrorum, religionũq;: nõ ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificẽ ciuiũ, ſociorumq; in veſtrum iudicium adduximus: vt ego hunc vnum, eiuſmodi reum poſt hominum memoriam fuiſſe arbitrer, [x] cui damnari expediret. Nam quis hoc non intelligit, iſtum abſolutum diis, hominibúſque inuitis, eũ ex manib. pop. Ro. eripi nullo modo poſſe? quis hoc non perſpicit, præclarè nobiſcum actum iri, ſi populus Romanus iſtius vnius ſupplicio contentus [y] fuerit, ac nõ ſic ſtatuerit, nõ iſtũ maius in ſeſe ſcelus concepiſſe. cùm fana ſpoliarit, cùm tot homines innocenteis necarit: cùm ciueis Romanos, morte, cruciatu, cruce affecerit: cũ prædonum duces accepta pecunia, dimiſerit: [z] quã eos ſi qui iſtum tot tantis, tam nefariis ſceleribus coopertum iurati ſententia ſua liberarint?
‖ Nõ eſt in hoc nomine cuiquam peccãdi locus, 10
iudices: non is eſt reus, non id tẽpus, nõ id conſilium (metuo nequid arrogantius apud taleis viros videar dicere) ne actor quidem eſt is, cui reus tam nocens, tam perditus, [a] tam victus, aut occultè ſurripi, aut impunè eripi poſſit. His ego iudicibus non probabo C. Verrem contra leges pecunias cepiſſe? ſuſtinebunt tales viri, * ſe tot ſenatoribus, tot equitib9 Rom. tot ciuitatibus, tot hominibus honeſtiſſimis ex tã illuſtri prouincia, tot populorũ, priuatorũque literis non crediďiſſe

u al. qui tot ſceleribus ſeſe obſtr.

x al. quemdam. alij cui damnato expediret.

* Lamb. tamen ex manib.

y L. erit.

z al. quàm eos, qui iſtum.

a al. tam cõuictus.

* exponit varia Verris crimina.

crediđiſſe? tantæ populi Romani voluntati re-
11 ſtitiſſe? Suſtineant reperiemus, ſi iſtum viuum
ad aliud iudicium perducere poterimus, quibus
probemus iſtū in quęſtura pecuniam publicam,
Cn. Carboni * Cos. datam, auertiſſe, quibus
perſuademus iſtum alieno nomine à quæſtori-
bus vrbanis, quod priore actione didiciſtis, pe-
cuniam abſtuliſſe. Erunt qui & in eo quoque
audaciā eius reprehēdant, quòd aliquot nomi-
nibus de capite, quantum commodum fuerit, *
frumenti decumani detraxerit. Erunt etiā for-
taſſe iudices, qui illum eius peculatū vel acer-
rimè vindicandū putent, quòd iſte M. Marcelli,
& P. Africani monumenta, quæ nomine, illorū:
re vera populi Romani, & erant, & habebātur,
ex fanis religioſiſſimis,[b] & ex vrbibus ſociorū
12 atque amicorum [c] non dubitauerit auferre. Emerſerit ex peculatus etiā iudicio. Meditetur de ducibus hoſtiū, quos accepta pecunia liberauit: videat, quid de illis reſpondeat, quos in eorum locum ſubditos domi ſuæ [d] reſeruauit. quærat non ſolùm quemadmodum * veſtro crimini, verùm etiam quo pacto ſuæ confeſſioni poſſit mederi. meminerit, ſe priore actione, clamore populi Romani infeſto, atq; inimico excitatum, confeſſum eſſe, duces à ſe prædonum ſecuri non eſſe percuſſos: ſe iam tum eſſe veritum, ne ſibi crimini daretur eos ab ſe pecunia liberatos. fateatur id, quod negari non poteſt, ſe priuatum hominē, prædonum duces viuos, atque incolumeis domi ſuæ, poſteaquam Romam redierit, vſque dum per me licuerit, [e] retinuiſſe. hoc, in illo maieſtatis iudicio ſi licuiſſe ſibi
13 oſtenderit, ego oportuiſſe concedam. Ex hoc quoque euaſerit: proficiſcar eò, quò me iāpridē vocat populus Rom. De iure enim libertatis, & ciuitatis ſuū putat eſſe iudicium: & rectè putat. Confringat iſte ſanè vi ſua, conſilia ſenatoria: quæſtiones omniū perrūpat: euolet ex * noſtra ſeue-

* Marij partium.
* de frumēto decumanis promiſſo ad leuandam populi R. annonam.
b L ex vrbibus.
c L. non dubitarit.
d L. reſeruarit.
* L. noſtro.
e L. tenuiſſe
* L. veſtra.

ſeueritate mihi credite, f arctioribus apud populũ Romanum laqueis tenebitur, credet iis equitibus Ro. populus Ro. qui ad vos g antea producti teſteis, ipſis ſpectantibus ab iſto ciuẽ Romanũ, qui * cognitores homines honeſtos daret, ſublatum eſſe in crucem dixerunt. || Cre- 14
dent omnes v. xxx. * tribus homini grauiſſimo, atque ornatiſſimo M. Annio, qui, ſe pręſente, ciuẽ Romanũ ſecuri percuſſum eſſe dixit. audietur à populo R. vir primarius, eques Romanus L. Flauius, qui ſuum familiarem Herenniũ, negotiatorem ex Africa cùm eũ Syracuſis amplius centum ciues Romani cognoſcerent, lacrymãtéſque defenderent, pro teſtimonio dixit ſecuri eſſe percuſſum. Probauit fidem, * & auctoritatem, & religionem ſuam L. h Suecius, homo omnibus ornamẽtis præditus, qui iuratus apud vos dixit, multos ciueis Ro. in latumiis iſtius imperio crudeliſſimè per vim morte eſſe k multatos. Hanc ego cauſam cũ agam beneficio populi R. de loco ſuperiore: non vereor, ne aut iſtũ vis vlla ex populi R. ſuffragiis eripere, aut à me vllũ munus ædilitatis amplius, aut gratius populo R. eſſe poſſit. || Quapropter omnes in hoc 15
iudicio conentur omnia. nihil eſt iam, quod in hac cauſa peccare quiſquam, iudices, niſi veſtro periculo, poſſit. Mea quidẽ ratio, cũ in præteritis l rebus eſt cognita, tũ in reliquis explorata, atq; prouiſa eſt. Ego meum ſtudium in rẽp. * iam illo tempore oſtendi, cùm longo interuallo veterem cõſuetudinẽ retuli, & rogatu ſociorum, atq; amicorũ populi R. meorũ autẽ neceſſariorum, nomen hominis audaciſſimi detuli. Quod meum factũ lectiſſimi viri, atque ornatiſſimi: m quo è numero è vobis complures fuere, ita probarunt, vt ei qui iſtius quæſtor fuiſſet, & ab iſto læſus inimicitias juſtas perſequeretur, nõ modò deferendi nominis, ſed ne ſubſcribẽdi quidem, cũ id poſtularet, facerent poteſtatẽ. || In Siciliã 16
ſum

f v.c. artiorib.
g L. antè pr.
* cognitor eſt cùm de ſtatu alicuius agitur.
* Tribus Romæ 35. vel à tributo dando vel quod tres tátum ab initio Aſcon.
* mos erat iuratos teſtes à cere.
h v.c. Suet.
i L. in latomiis. al. in lautomiis. Carcer erat Syracuſis, & lapicidinæ.
k fort. multatos.
l L. eſt rebus cog.
* al. tátum al. tum illo
m L. quo in numero.

ſum inquirendi cauſa profectus.quo in negotio induſtriam meā celeritas reditionis, diligentiā multitudo literarū,& teſtiū declarauit: pudorē verò ac religionē,quòd,cū veniſſem ſenator ad ſocios pop.R.qui in ea prouincia quæſtor fuiſſē,ad hoſpites meos,ac neceſſarios cauſæ communis defenſor 2 n deuerti potius,quàm ad eos qui à me auxiliū petiuiſsēt.Nemini meus aduētus labori,aut ſumtui neq; publicè,neq; priuatim fuit. Vim in inquirēdo tantā habui,quantā m hi*lex dabat:nō quantā habere poterā o iſto-
17 rū ſtudio,quos iſte vexarat.||Romā vt ex Sicilia redij,cùm iſte,atq; iſtius amici, homines lauti, & vrbani ſermones huiuſcemodi diſſipaſſent, quo animos teſtium retardarent,me magna pecunia à vera accuſatione eſſe deductum,tametſi probabatur nemini,quod& ex Sicilia teſteis erāt ij qui quæſtorē me in prouincia cognouerant, & hinc homines maximè illuſtres,qui vt ipſi noti ſunt,ſic noſtrûm vnūquemq;optimè norunt:tamen vſque eo timui,ne quis de mea fide, atque integritate dubitaret,donec p ad reiiciūdos iudices venimus. Sciebā in reiiciundis iudicibus nōnullos memoria noſtra pactionis ſuſpicionē nō vitaſſe,cū ipſa accuſatione,eorū induſtria,ac
18 diligētiaprobaretur.||Ita reieci iudices,*vt hoc cōſtet,poſt hunc ſtatū reip.quo nunc vtimur,ſimili ſplēdore,& dignitate conſiliū nullū fuiſſe. Quā iſte laudē cōmunē q ſibi ait eſſe mecū, qui cū P.Galbā*iudicē reieciſſet,M. * Lucretiū retinuit:& cùm eius patronus ex eo quæreret,cur ſuos familiariſsimos,Sex.Pæduceū,Q. Cōſidiū, Q. Iuniū reiici paſſus eſſet:reſpōdit,quòd eos in iudicādo nimiū 3 r ſui iuris ſentētiæq; cognoſ-
19 ceret.||Itaq; iudicibus reiectis,ſperabam iā onus meū vobiſcum eſſe cōmune. putabā non ſolùm notis,ſed etiā ignotis probatā meā fidē eſſe & diligentiā quod me non fefellit.Nā comitiis meis. cùm iſte infinita largitione contra me vteretur,

n L. diuerti.

* lex repetundarum poteſtatem dabat inquirendi de pecuniis,quæ ereptæ ſociis,non de aliis flagitiis.

o ſor. eorū ſtudio q.

p v.c.reiiciendos.

* Commendatio huius conſilij.

q L. ait ſibi eſſe m.

* bonum.

* malum.

r αὐτογνώμονας.

populus Ro. iudicauit, iſtius pecuniã, quæ apud me contra fidem meam nihil potuiſſet, apud ſe cõtra honorem meum nihil poſſe debere. Quo quidem die, primùm iudices citati in hunc reũ conſediſtis, 4. quis tam [s] iniquus huic ordini fuit, quis tam nouarum rerum, iudiciorum, iudicúmque cupidus, qui non* adſpectu conceſſuq; veſtro commoueretur? ||

s L. inimicus.
* al. conſpectu.
t L. veſtra mihi dignitas fr.

20 Cùm in eo [t] veſtra dignitas mihi fructum diligentiæ referret: id ſum aſſecutus, vt vna hora, qua cœpi dicere, reo audaci pecunioſo, profuſo, perdito, ſpem iudicij corrumpendi præciderem: vt primo die teſtium tanto numero citato pop. R. iudicaret, ipſo abſoluto remp. ſtare nõ poſſe: vt dies alter amicis iſtius, ac defenſoribus nõ modò ſpem victoriæ, ſed etiam voluntatem defenſionis auferret: vt tertius dies ſic hominem proſterneret, vt morbo ſimulato, non, quid reſponderet, ſed quemadmodum non reſponderet, deliberaret: deinde reliquis diebus, his criminibus, his teſtibus, & vrbanis, & prouincialibus ſic obrutus, atq; oppreſſus eſt, vt his ludorum diebus interpoſitis, nemo iſtum comperendinatũ, ſed condemnatũ iudicaret. ||

21 Quapropter ego, quod ad me attinet iudices, vici. non enim ſpolia C. Verris, ſed exiſtimationem populi R. concupiui. Meũ fuit cũ cauſa accedere ad accuſandũ. Quæ cauſa fuit * honeſtior, quã à tam illuſtri prouincia defenſorem conſtitui, & deligi? [u] reipublicæ conſulere? quid iã reip. honeſtius, quàm in tãta inuidia iudiciorum adducere hominem, cuius damnatione totus ordo cum populo Ro. & in laude, & in gratia poſſit eſſe? oſtendere ac perſuadere, hominẽ nocentẽ [x] adductum eſſe? Quis eſt in populo R. qui hoc non ex priore actione abſtulerit, omniũ ante damnatorũ ſcelera, furta, flagitia, [y] ſi in vnũ locũ cõferantur, vix cum huius parua parte æquari, conferríq; poſſe? ||

* L. iuſtior.
u al. reip. conſulere.
x al. adductum eſſe.
y L. ſi vnũ in locum.

22 Vos, quòd ad veſtram famã, exiſtimationẽ, ſalutémque cõmunem

munẽ pertinet,iudices,proſpicite,atq; cõſulite.
ſplẽdor veſter facit,vt peccare ſine ſummo reip.
detrimento ac periculo non poſſitis. Non enim
poteſt ſperare populus R.eſſe alios in ſenatu,
qui rectè poſſint iudicare,vos ſi non potueritis.
Neceſſe eſt,cũ de toto ordine deſperarit, aliud
genus hominum, atq; aliam rationem iudicio-
rum requirat.Hoc ſi vobis ideò leuius videtur,
quòd putatis onus eſſe graue, & incõmodũ, iu-
dicare:intelligere debetis,primùm intereſſe, v-
trũ id onus voſmet ipſi reieceritis:an quòd pro-
bare populo R. fidem veſtram,& religionẽ non
potueritis,eò vobis iudicandi poteſtas erepta
ſit.deinde etiam illud cogitate,quanto pericu-
lo venturi ſimus ad eos iudices, quos propter
odium veſtri populus R. [z] de nobis voluerit iu-
23 dicare.|| [a] Verùm vobis dicam id quod intelle-
xi,iudices. homines ſcitote eſſe quoſdam,quos
tantũ odiũ [b] noſtri ordinis teneat, vt hoc pa-
làm iam dictitent,ſe iſtum:quem ſciant eſſe ho-
minẽ improbiſſimum,hoc vno nomine abſolui
velle,vt ab ſenatu iudicia per ignominiã, turpi-
tudinẽmq; auferantur. [c] Hæc me res pluribus
verbis,iudices,vobiſcũ agere coegit non timor
meus de veſtra fide,ſed ſpes illorum noua, quæ
cùm Verrẽ à * porta ſubitò ad iudicium retra-
xiſſet,nonnulli ſuſpicati ſunt non ſine cauſa il-
24 lius conſilium tã repente eſſe mutatũ.|| Nunc,ne
nouo querimoniæ genere vti poſſit Hortẽſius,
& ea dicere,opprimi reum,de quo nihil dicat
accuſator:nihil eſſe tam periculoſum fortunis
innocentiũ,quàm tacere aduerſarios:& ne ali-
ter,quàm ego velim,meũ laudet ingeniũ:cũ di-
cat,me,ſi multa dixiſſem,ſubleuaturũ fuiſſe eũ,
quẽ cõtra dicerem:quia nõ dixerim,perdidiſſe:
morem illi gerã:vtar oratione perpetua: [d] non
quoniã hoc ſit neceſſe:verùm vt experiar, vtrũ
ille ferat moleſtiùs, me tunc tacuiſſe, an nunc
25 dicere.|| Hic tu fortaſſe eris diligens,ne quã ego

z L, de vobis.

a L. verum vobis dicã idquod int.

b L.veſtri ord.

c L.hæc me pluribus verbis,iudices,vobiſc. al. Hæc me iudices,plurib.verb. vob.

* cum in exilium proficiſceretur

d al. non quòd hoc ſit is.

horã de meis legitimis horis remittã. niſi omni tẽpore quod mihi lege conceſſum eſt, abuſus ero, quærere: deûm, atque hominum fidẽ implorabis: circumueniri C. Verrem, quòd accuſator nolit tãdiu quamdiu liceat, dicere. Quod mihi lex mea cauſa det, eo mihi non vti licebit? Nam accuſandi mihi tempus mea cauſa datum eſt, vt poſſem oratione mea crimina cauſámq; explicare. hoc ſi non vtor, non tibi iniuriã facio, ſed de meo iure aliquid, & cõmodo detraho. Cauſam enim, inquit, cognoſci oportet. Ea re quidẽ quòd aliter cõdemnari reus, quamuis ſit nocẽs, nõ poteſt. Id igitur tu moleſtè tuliſti, à me aliquid factũ eſſe, quo minus iſte cõdemnari poſſet? Nam cauſa cognita poſſunt multi abſolui: incognita quidem cõdemnari nemo poteſt: || Adimo enim * cõperendinatum: quod habet lex in ſe moleſtiſsimum, bis vt cauſa dicatur. quod aut mea cauſa potius eſt conſtitutũ, quàm tua: aut nihilo tua potiùs quã mea. Nã ſi bis dicere eſt cõmodũ, certè vtriuſque cõmune eſt. Si eum qui poſterius dixit, opus eſt redargui: accuſatoris cauſa, vt bis ageretur cõſtitutum eſt. Verùm, vt opinor, Glaucia * primus tulit, vt cõperendinaretur reus antea vel iudicari primò poterat, vel * amplius pronuntiari. Vtrũ igitur putas legem molliorẽ? opinor illã veterem, qua vel citò abſolui,[5] vel tardè condemnari licebat. Ego tibi illam Aciliam legem reſtituo, qua lege multi ſemel accuſati, ſemel dicta cauſa, ſemel auditis teſtibus,[6] condemnati ſunt, nequaquã tã manifeſtis, neque tantis criminibus, quantis tu cõuinceris. puta te non hac tã atroci, ſed illa lege mitiſſimã cauſam dicere. Accuſabo, reſpõdebis, teſtibus editis, ita mittam in conſiliũ, vt[7] etiãſi lex ampliandi faciat poteſtatem, tamen iſti turpe ſibi exiſtiment,[8] non primò iudicare. || Verũ, ſi cauſam cognoſci opus eſt, parúmne cognita eſt?[9] diſsimulamus Hortenſi, quod ſæpe experti in di-

26 (beside "incognita quidem cõdemnari nemo poteſt: || A-")

27 (beside "pe ſibi exiſtiment, non primò iudicare. || Verũ,")

* comperẽdinatum vocat vt bis de cauſa dicatur vt etiamſi prima actione iudicij liqueat dãnandum eſſe reum, eum tamẽ damnare non liceat. Aſc.

* vide de Clar.

* Vide Aſc. Sene. 7. ep. vl. Q decla. 345. Gel. l. 14. c. 2.

in dicendo ſumus?quis non magnopere attẽdit vnquam in hoc quidem genere cauſarũ,vbi aliquid ereptum,aut ablatũ à quopiã dicitur? nõne aut in tabulis,aut in teſtibus omnis exſpectatio iudicũ eſt?Dixi prima actione, me planũ eſſe facturum,C.Verrẽ LLS.quadringenties*cõtra legẽ abſtuliſſe.Quid?hoc planius egiſſent,ſi ita narraſſem? Dio quidam fuit Haleſinus: qui cùm eius filio,[e] prætore Sacerdote,hereditas à propinquo permagna veniſſet, nihil habuit tũ neque negotij,neque cõtrouerſiæ.Verres, ſimul ac tetigit prouinciã,ſtatim*Meſſanã literas dedit:Dionem euocauit: [f] calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit, qui illam hereditatem [10] Veneri Erycinæ cómmiſſam eſſe dicerent. hac de re oſtendit ſeipſum cogniturum.

28 Poſſum deinceps totã rem explicare:deinde ad extremũ id, quod accidit,dicere:Dionem LLS.decies cẽtena millia numeraſſe,vt cauſam certiſſimam óbtineret: præterea greges equarum eius iſtum abigendos, curaſse argenti,veſtiſque ſtragulæ quod fueri t curaſse offerendũ.Hæc neque cùm ego dicerẽ, neque cùm tu negares magni momenti noſtra eſset oratio. Quo tempore igitur aureis iudex erigeret,animumq;attenderet?cũ Dio ipſe prodiret,cũ ceteri,qui tũ in Sicilia negotiis Dionis interfuiſsent:cùm per eos ipſos dies, per quos causã Dio diceret,reperiretur pecunias ſumſiſſe mutuas,nomina ſua exegiſse, prædia vendidiſse:cũ tabulæ virorũ bonorũ proferentur:cũ, qui pecuniã Dioni dederunt,dicerent ſe iã tum audiſse [g] eos nummos ſumi,vt Verri darentur: cũ amici hoſpites,patroni Dionis,homines ho-neſtiſsimi,hęc eadem ſe audiſse dicerent.

29 Opinor,cùm hæc fierent, tum vos audiretis, ſicut audiſtis [h] tum cauſa agi verè videretur.Sic à me ſunt acta omnia priore actione, vt in * criminibus nullum eſset in quo quiſquam veſtrûm per-

* hoc eſt aureorum decies centena.
e L.C.Sacerdote prætore.
* al.Meſſana.
f al.Kalumniatores.
g L.eò nummos ſumi &c.
h L. tùm cauſa agi videretur.
* L.criminibus omnib.

perpetuam accuſationem requireret. Nego ego eſſe quidquam à teſtibus dictum, quod aut veſtrûm cuipiā eſſet obſcurum, aut cuiuſquam oratoris eloquentiam quæreret. Etenim ſic me ipſum egiſſe memoria tenetis, vt in teſtibus interrogandis omnia crimina proponerem, & explicarem: vt, cùm rem totam in medio [i] poſuiſſem, tum denique teſtem interrogarem. Itaque non modò vos, quibus eſt iudicandum, noſtra crimina tenetis: ſed etiam populus Ro. totā accuſationē, cauſámq; cognouit. tametſi ita de meo facto loquor, quaſi ego illud mea volūtate potiùs quā veſtra iniuria adductus fecerim. ‖ Interpoſuiſtis accuſatorē, qui, cū ego mihi c. & x. dies ſolos in Siciliam poſtulaſſem, c. & VII. ſibi in Achaiam poſtularet. menſeis mihi [k] treis cū eripuiſſetis ad agendū maximè appoſitos, reliquū omne tēpus huius anni me vobis remiſſurū putaſtis: vt cùm horis noſtris nos eſſemus vſi, tu, binis ludis interpoſitis, quadrageſimo poſt die reſpōderes: deinde ita tēpus duceretur, vt à M. Glabrione præt. & à magna parte horū iudicū, ad prætorē aliū iudicéſq; alios veniremus. [l] 30

‖ Hoc ſi ego nō vidiſſem: ſi me non omnes noti, ignotique monuiſſent, id agi, id cogitari, in eo laborari, vt res in * illud tempus reiiceretur: credo, ſi * meis horis in accuſando vti voluiſſē, vererer, ne mihi crimina nō ſuppeterēt: ne oratio deeſſet: [m] ne vox, viréſq; deficerent: ne, quē nemo prima actione defendere auſus eſſet, eum ego [ll] bis accuſare nō poſſē. Ego meū cōſilium [n] tū iudicibus, tū populo R. probaui. Nemo eſt, qui alia ratione iſtorū iniuriæ, atque impudētiæ potuiſſe obſiſti arbitretur. Etenim qua ſtultitia fuiſſem, ſi quā diē, qui iſtū eripiendū redemerūt, in cautione viderūt, cùm ita cauerent, SI POST KALENDAS IAN. IN CONSILIVM IRETVR: in eam diem ego, cùm potuiſſem vitare, incidiſſem? 31

‖ * Nunc mihi temporis eius, quod mihi ad 32

i L. propoſuiſſem.

k v.c.III.

l L. hæc ſi ego.

* al. aliud.

* xx diebus totidē reo ad defendē dum dabantur.

m L. ne me vox viréſq;

n L. cùm iudicibus.

* CONSTITVTIO cauſæ.

ad dicendũ datur:quoniam in animo eſt cauſam omnẽ exponere, habenda ratio eſt diligenter. Itaque primum illum actum iſtius vitæ turpiſſimum,& flagitioſiſſimũ prætermittã. nihil à me de pueritiæ ſuæ flagitiis audiet:[o] nihil ex illa impura adoleſcentia ſua: quæ qualis fuerit,aut meminiſtis,[p] aut ex eo,quẽ ſui ſimillimum produxit,recognoſcere poteſtis.Omnia prętereibo, quæ mihi turpia dictu videbũtur:neque ſolùm, quid iſtum audire,verùm etiam,quid me deceat dicere,conſiderabo.Vos quæſo,date hoc,& cõcedite pudori meo,vt aliquam partem de iſtius

33 impudentia reticere poſſim.‖Omne illud tẽpus, quod fuit antequàm iſte ad magiſtratus , rẽque publicam acceſſit,habeat per me ſolutum,ac liberum. ſileatur de nocturnis eius bacchationibus,ac vigiliis:lenonum,aleatorũ, [q] perdûctorum nulla mẽtio fiat:damna,dedecora, quæ res patris eius,ætas ipſius pertulit,prætereantur:lucretur indicia veteris infamiæ:patiatur eius vita reliqua me hanc tantam iacturam criminum facere. * Quæſtor Cn.Papirio conſul.fuiſti abhinc annos quatuordecim. ex ea die ad hãc diẽ quæ feciſti,in iudicium voco.Hora nulla vacua à furto,ſcelere, crudelitate, flagitio reperietur. Hi ſunt anni conſumti in quæſtura & legatione Aſiatica, & prætura vrbana, & prætura Sicilienſi.Quare hęc eadem erit [r] quadripartita di-

34 ſtributio totius accuſationis meæ.‖Quæſtor*ex S.C.prouinciam ſortitus es.obtigit tibi conſularis,vt cumCos.Cn.Carbone eſſes,eámq; prouinciã obtineres. Erat tum diſſenſio ciuium:de qua nihil ſum dicturus quid ſentire debueris:vnum hoc dico:in eiuſmodi tẽpore,ac ſorte,ſtatuere te debuiſſe,vtrùm malles ſentire,atq; defendere.Carbo grauiter ferebat,ſibi quæſtorem obtigiſſe,hominem ſingulari luxuria,atque inertia.verumtamẽ [s] ornabat eum beneficiis, officiiſq;omnibus.[t] Ne diutius teneã:pecunia attributa.

o L. nihil de illa.

p L. aut ex iſto,q.

q L.productorum.

* PARTITIO.

r al.quadripertita.

* NARRATIO & DE QVAESTVRA Verris,qua oſtendit aduerſa pecunia publica Carbonem deſeruiſſe.

s L. ornabat cũ beneficiis omnib.

t L.Ne diutius vos teneam.

r In ſtipendium militum.

tributa, [r] numerata eſt profectus eſt quæſtor in
prouinciã,venit exſpectatus in Galliã ad exer-
citũ conſularem,cum pecunia.ſimul ac primum
ei occaſio viſa eſt(cognoſcite hominis princi-
pium* magiſtratuum gerendorum,& reip.admi-
niſtrandę)auerſa pecunia publica,quęſtor con-
ſulem,exercitum,ſortẽ, prouinciamq; deſeruit.
||Video quid egerim:erigit ſe:ſperat,ſibi auram 35
poſſe aliquam afflari, in hoc crimine, volunta-
tis,aſſenſioniſq; eorũ,quibus Cn.Carbonis mor
tui nomen odio ſit:quibus illam [u] reiectionem,
proditionemq; conſulis ſui gratam ſperat fore.
Quaſi verò id cupiditate defendendæ nobilita-
tis,aut ſtudio partiũ fecerit: ac non apertiſſimè
cõſulem,exercitum,prouinciamq; cõpilarit, &
propter impudentiſſimum furtum aufugerit.Eſt
enim obſcurum,& eiuſmodi factũ eius,vt poſſit
aliquis ſuſpicari,C.Verrẽ,quòd ferre nouos ho-
mines non potuerit,ad nobilitatem , hoc eſt,ad
ſuos trãſiſſe:nihil feciſſe propter pecuniã. ||Vi- 36
deamus,rationes quemadmodum retulerit. Iam
ipſe oſtendet,quamobrem Cn. Carbonem reli-
querit:iam ſe ipſe indicabit. Primùm breuitatẽ
cognoſcite. [12] Accepi, inquit,VICIES DVCEN-
TA, TRINGINTAQVINQVE MILLIA, QVA-
DRAGINTOS * XVII. NVMMOS : DEDI STI-
PENDIO, FRVMENTO, LEGATIS, [x] PRO
QVAESTORIBVS,COHORTI PRAETORIAE, LLS.
*MILLE SEXCENTA,TRIGINTAQVINQVE MIL-
LIA, QVADRINGENTOS XVII. NVMMOS. RE-
LIQVI ARIMINI LLS. SEXCENTA MILLIA.
Hoc eſt rationes referre?hoc modo aut ego,aut
tu Hortenſi,aut quiſquam hominũ retuliſ?quid
hoc eſt?quę impudẽtia?quę audacia?quod exẽ-
plum ex tot hominum rationibus relatis huiuſ
modi eſt?Illa tamen, LLS. ſexcenta millia, quæ
ne falsò quidẽ potuit,quibus data eſſent, * de-
ſcribere,quæ ſe Arimini ſcribit reliquiſſe, quæ
ipſa LLS.ſexcenta millia,reliqua facta ſunt,ne-
que

* Quæſtura primus gradus honoris.

v L. relictionem.

* aureorũ 67550.

* aureos 12 & $\frac{2}{3}$

x L. Pro quæſtore.

* Ant.Aug. LLS decies cẽtena ſexcenta.

* al proſcribere.

Digitized by Google

que Carbo attigit, neque Sylla vidit, neque in ærarium relata ſunt. Oppidum ſibi elegit Ariminum, quod tum cùm iſte rationes referebat, oppreſſum directumque erat. non ſuſpicabatur id, quod nunc ſentiet, ſatis multos ex illa calamitate Ariminenſium teſteis nobis in hanc rem
37 reliquos eſſe. || Recita denuò P. LENTVLO, L. TRIARIO QVAESTORIBVS VRBANIS, [y] RES RATIONVM RELATARVM. Recita ex s. c. Vt hoc pacto rationem referre liceret, eo Syllanus repentè factus eſt, non vt honos, & dignitas nobilitati reſtitueretur. Quòd ſi illinc inanis profugiſſes, tamen iſta tua fuga nefaria: proditio conſulis tui, [z] conſcelerata iudicaretur. Malus ciuis, improbus conſul, ſeditioſus homo, Cn. Carbo fuit. Fuerit aliis tibi quando eſſe cœpit? poſteaquam tibi pecuniā, rē frumentariam, rationes [a] ſuas omneis exercitúmque cōmiſit. Nā ſi tibi antea diſplicuiſſet: idē feciſſes, quod anno poſt [b] M. Piſo. Quæſtor cùm L. Scipioni cōſuli obtigiſſet, nō attigit pecuniā: non ad exercitum profectus eſt. quod de repub. ſenſit, ita ſenſit, vt nec fidem ſuam, nec morem maiorum,
72 nec neceſſitudinē ſortis læderet. || Etenim ſi hæc perturbare omnia, [c] ac permiſcere volumus: ſi totā vitā periculoſā, [d] inuidioſā, infeſtámq; reddemus, ſi nullam religionē ſors habebit, nullā ſocietatem coniunctio ſecundæ dubiæque fortuna, nullam auctoritatem mores, atque inſtituta maiorum. Omnium eſt communis inimicus, qui fuit hoſtis ſuorum. Nemo vnquam ſapiens proditori credendum putauit. Ipſe Sylla, cui aduentus iſtius gratiſſimus eſſe debuit, ab ſe hominem atque ab exercitu ſuo remouit: Beneuenti eſſe iuſſit apud eos, quos ſuis partibus amiciſſimos eſſe intelligebat: vbi iſte ſummæ rei, cauſæque nocere nihil poſſet. ei poſtea præmia tamen liberaliter tribuit: bona quędam

pro

y L. Verris rationes relatæ.

z L. ſcelerata iud.

a L. omneis ſuas.

b al. M. Piſo queſtor, cùm L. Scipioni conſuli obtigiſſet. nō att.

c L. & perm.

d L. inſidioſam inf.

e Beneuentano dir.

proſcriptorum in agro *Beneuentino diripienda conceſſit:habuit honorem,vt proditori,non vt amico,fidē. || Nunc,quãuis ſint homines, qui 39
mortuum Cn. Carbonem oderint:tamen hi debent,non,quid illi accidere voluerint,ſed quid ipſis in tali re metuendum ſit,cogitare. Cõmune eſt hoc malum,communis metus, commune periculum.nullę ſunt occultiores inſidiæ,quàm eæ,quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. nã eum, qui palàm eſt aduerſarius,facilè cauēdo vitare poſſis. hoc verò occultum,inteſtinum,ac domeſticum malum,non modò nō exſiſtit: verùm etiam opprimit,antequam [f] proſpicere, atq; explorare potueris. || Itáne verò? [g] tū,cùm quæſtor ad exer- 40
citum miſſus ſis,cuſtos non ſolùm pecuniæ, ſed etiam conſulis : particeps omnium rerum,conſiliorumq; fueris:* habitus ſis in liberûm loco, ſicut mos maiorum ferebat: repentè relinquas? deſeras?ad aduerſarios trãſeas? O ſcelus:ô portentum,in vltimas terras exportandum. Non enim poteſt ea natura,quæ tantum facinus commiſerit,hoc vno ſcelere eſſe cõtenta.neceſſe eſt ſemper aliquid eiuſmodi moliatur : neceſſe eſt in ſimili audacia, perfidiaque verſetur. || Itaque 41
*idem iſte,quem Cn.Dolobella poſtea C.Malleolo occiſo pro quęſtore habuit(haud ſcio,an maior etiam hæc neceſſitudo fuerit , quàm illa Carbonis : ac plus iudicium voluntatis valere, quàm ſortis debeat) idem in Cn.Dolabellã,qui in Cn.Carbonem fuit. Nam [h] quæ in ipſum valebant crimina,contulit in illum, cauſamq; illius omnem ad inimicos,accuſatoréſq; detulit: ipſe in eum,cui legatus, cui pro quęſtore fuerat inimiciſſimum , atque improbiſſimum teſtimonium dixit.Ille,miſer cùm eſſetC.Dolabella:tū proditione iſtius nefaria, tū improbo [i] ac falſo eiuſdē teſtimonio , [k] tū multo ex maxima parte, iſtius furtorum,ac flagitioſorum inuidia cōflagra-

f L. perſpicere.

g L. tu, cū q.

* vid. ſupr. lib. I.

* DE LEGATIONE Verris variiſq; in ea commiſſis rapinis & furtis.

h al. quæ in iſtum val.

i L. & falſo

k L. tū multo ex etiã maxima p.

42 flagrauit. || Quid hoc homine faciatis? aut ad quam ſpem tam perfidioſum, tam importunum animal reſeruetis?[l] qui in Cn.Carbone ſortem, in Cn.Dolabella voluntatem neglexerit,ac violarit,[m] eóſque ambos non ſolùm deſeruerit, ſed etiam prodiderit,atque oppugnarit.Nolite, quæſo,iudices, breuitate orationis meæ potiùs, quàm rerum ipſarum magnitudine, crimina põderare. mihi enim properandum neceſſariò eſt, vt omnia vobis,quæ mihi cõſtituta ſunt, poſſim

l v.c. qui in Cn.Carbonem ſortẽ in Cn.Dolabellam, volunt.

m L. eóſq; ambo non modò deſer.

43 exponere.||Quamobrem,quęſtura iſtius demonſtrata,primique magiſtratus & furto, & ſcelere perſpecto,reliqua attendite. in quibus illud tẽpus Syllanarum proſcriptionum ac rapinarum prætermittam: neque ego iſtum ſibi ex communi*calamitate defenſionem vllam ſinã ſumere. ſuis eum certis propriiſque criminibus accuſabo.Quamobrem,hoc omni tempore Syllano ex accuſatione circumſcripto, legationẽ eius præ-

* Syllani temporis.

44 claram cognoſcite. ||Poſteaquàm Cn. Dolabellæ prouincia Cilicia conſtituta eſt:ô dij immortales, quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationẽ expugnauit. id quod Cn. Dolabellæ principium maximæ calamitatis fuit.[n] Nam vt iſte profectus eſt, quacunque iter fecit, eiuſmodi fuit, non vt legatus populi R. ſed vt quædam calamitas peruadere videretur. *In Achaia(prætermittam minora omnia, quorum ſimile forſitã alius quoq; aliquid aliquando fecerit:nihil dicam,niſi ſingulare,niſi quod, ſi in alium reum diceretur, incredibile videretur) magiſtratum Sicyonium nummos popoſcit.Ne ſit hoc crimen in Verrem: fecerunt alij, cùm ille non daret,animaduertit.Improbũ, ſed

n al. Nam vt eſt profectus, quac. & ita v.c.

* EXACTIONES Verris.

45 non inauditum. || Genus animaduerſionis videte.quæretis,[o] ex quo genere hominem iſtum iudicetis.Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco anguſto fieri iuſſit. ibi hominem ingenuum,domi nobilem populi R.ſocium,atque

o al.ex quo genere hominum eſt.

Digitized by Google

amicum, fumo excruciatum, ſemiuiuũ reliquit. *Iã quæ iſte ſigna, quas tabulas pictas, ex Achaia ſuſtulerit, non dicam hoc loco. eſt alius mihi locus [15]ad hanc *eius cupiditatem demonſtrandam[p] ſeparatus. Athenis audiſtis ex æde Mineruę grande auri pondus ablatum. dictum hoc eſt in Cn. Dolabellæ iudicio. dictum? etiam æſtimatũ. Huius conſilij non modò participem C. Verrẽ, ſed principem fuiſſe reperietis. ‖ Delum venit. 46
ibi ex fano Apollinis religioſiſſimo noctu clàm ſuſtulit ſigna pulcherrima, atque antiquiſſima: eáq; in onerariam nauem ſuam coniicienda curauit. Poſtridie cùm fanum ſpoliatum viderent ij, qui Delum incolebant, grauiter ferebant, eſt enim tanta apud eos eius fani religio, atque antiquitas, vt in eo loco ipſum Apollinem natum eſſe arbitrentur. verbum tamen facere non audebant, ne fortè ea res ad Dolabellam ipſum pertineret. Tum ſubitò tempeſtates coortę ſunt maximæ, iudices, vt non modò proficiſci, cùm cuperet, Dolabella non poſſet, ſed vix in oppido[q] conſiſteret: ita magni fluctus eiiciebantur: Hic nauis illa prædonis iſtius, onuſta ſignis religioſis, expulſa atque eiecta fluctu, frangitur. in littore ſigna illa Apollinis reperiuntur: iuſſu Dolabellæ reponuntur: tempeſtas ſedatur: Dolabella Delo proficiſcitur. ‖ Non dubito, quin, 47
tametſi nullus in te ſenſus humanitatis, nulla ratio vnquã fuit religionis, nunc tamen in metu periculóq; tuo, tuorũ tibi ſcelerũ veniat in mẽtẽ. Potéſtne tibi vlla ſpes ſalutis cõmoda oſtendi, cũ recordaris, in deos immortaleis quã impius, quàm ſceleratus, quàm nefarius fueris? Apollinémne tu Delium ſpoliare auſus es? illíne tu tẽplo, tam antiquo, tam ſancto, tam religioſo manus impias ac ſacrilegas afferre conatus es? Sin pueritia non his artibus [r]ac diſciplinis inſtitutus eras, vt ea, quę literis mandata ſunt, diſceres, atque cognoſceres: ne poſtea quidem, cùm in ea ipſa

* FVRTA Verris.
* L. iſtius
p al. reſeruatus. al. ſeruatus.
q al. conſiſtere.
r L. & diſciplinis,

ipſa loca veniſti, potuiſti accipere id, quod eſt
48 proditum memoriæ,ac literis?|| Latonam ex lõ-
go errore,& fuga,grauidam,& iã ad pariendum
vicinam,temporibus exactis, [16 s] fugiſſe Delum, s L. confugiſſe Delũ. & ita v.c.
atque ibi Apollinem, Dianámque peperiſſe:qua
ex opinione hominum, illa inſula eorum deorũ
ſacra putatur: tantáque eius auctoritas religio-
nis & eſt, & ſemper fuit, vt ne Perſæ * quidem, * ſub Dario & Xerxe.
cùm bellum toti Græciæ, diis, hominibuſq; in-
dixiſſent, & mille numero nauium claſſem ad
Delum appuliſſent, quidquam conarentur aut
violare,aut attingere.Hoc tu fanum [t] depopula- t al. depeculari.
ri,homo improbiſſime,atque amentiſſime aude-
bas?fuit [u] illa cupiditas tanta, quæ tantam ex- v al. vlla.
ſtingueret religionem:&, ſi tum hæc non cogi-
tabas, ne nunc quidem recordaris, nullum eſſe
tantum malum, quod non tibi pro ſceleribus
49 tuis iamdiu debeatur?||In Aſiam verò poſtquàm
venit,quid ego aduentus iſtius, prandia, cenas,
equos,muneráque commemorem?nihil cũ Ver-
re de quotidianis criminibus acturus ſum. Chio
per vim ſigna pulcherrima dico abſtuliſſe: item
Erythris,& Halicarnaſſo,Tenedo(prætereo pe-
cuniam,quam eripuit) [17] Tenem ipſum qui apud
*Tenedios ſanctiſſimus Deus habetur, qui vrbẽ * Vide Ser. 2.Aen. ad illa verba, Tenedos notiſſima fama inſula.
illam dicitur condidiſſe:cuius ex nomine Tene-
dus nominatur:hunc ipſum,inquam,Tenem,pul
cherrimè factum, quem quondam in comitio
vidiſtis, abſtulit magno cum gemitu ciuitatis.
50 ||Illa verò expugnatio fani antiquiſſimi, & no-
biliſſimi Iunonis Samiæ, quàm luctuoſa Samiis
fuit?quàm acerba toti Aſiæ? quàm clara [x] apud x L. apud eos. al. apud Deos.
omneis?quàm nemini veſtrûm inaudita?de qua
expugnatione cùm legati ad C. Neronem in A-
ſiam Samo veniſſent: reſponſum tulerunt, eiuſ-
modi quærimonia, quæ ad legatum populi Ro-
mani pertinerent, non ad prætorem, ſed Ro-
mam deferri oportere. Quas iſte tabulas illinc,
quæ ſigna ſuſtulit? quæ cognoui egomet apud

Digitized by Google

iſtum in ædibus nuper, cùm * obſignandi gratia
veniſſem.|| Quæ ſigna nunc, Verres, vbi ſunt? illa 51
quæro, quæ apud te nuper ad omneis columnas,
omnibus etiam intercolumniis, in ſilua deniq;,
diſpoſita[y] ſub dio vidimus. Cur ea, quamdiu aliũ
prætorem cum iis iudicibus, quos in horũ lo-
cum[z] ſortitus eſt, de te in conſilium iturum pu-
taſti, tamdiu domi fuerunt? poſteaquam noſtris
teſtibus nos, quàm horis tuis, vti malle vidiſti:
nullum ſignum domi reliquiſti, præter duo, quæ
in mediis ædibus ſunt: quæ ipſa Samo ſublata
ſunt? non putaſti me tuis familiariſſimis in hanc
rem teſtimonia denuntiaturũ, qui tuæ domi[a] ſę-
pe fuiſſent: ex quibus[b] quęrerem, ſciréntne fuiſ-
ſe, quæ non eſſent?|| Quid tum hos de te iudica- 52
turos arbitratus es, cùm viderent, te iã non cõ-
tra accuſatorẽ tuum, ſed cõtra quæſtorẽ, ſecto-
rémque pugnare? Qua de re Charidemum Chiũ
teſtimoniũ priore actione dicere audiſtis: ſeſe,
cùm eſſet* trierarchus, & Verrem ex Aſia dece-
dentem proſequeretur, iuſſu Dolabellę fuiſſe v-
nà cum iſto Sami: ſeſéque tum ſcire ſpoliatum
eſſe fanum Iunonis, & oppidum Samum. poſteá-
que ſe cauſam apud Chios, ciues ſuos, Samiis ac-
cuſantibus, publicè dixiſſe: eóque ſe eſſe abſo-
lutum, quod planum feciſſet. ea, quæ legati Sa-
miorum dicerent, ad Verrem, non ad ſe, pertine-
re.|| Aſpendum, vetus oppidum, & nobile in Pã- 53
phylia ſcitis eſſe pleniſſimum ſignorum opti-
morum. non dicam illinc hoc ſignum ablatum
eſſe, & illud: hoc dico, nullum te Aſpendi ſignũ,
Verres reliquiſſe: omnia ex fanis, ex locis publi-
cis, palàm, ſpectantib. omnibus, ploſtris euecta,
[c] exportatáque eſſe. Atque etiam illum Aſpen-
dium cithariſtam, de quo ſæpe audiſtis id, quod
eſt Græcis hominib. in prouerbio, quem * *omnia*
intus canere dicebant, ſuſtulit, & in intimis ſuis æ-
dibus poſuit: vt etiam illũ ipſum [d] artificio ſuo
ſuperaſſe videatur.|| Pergæ fanum antiquiſſimũ, 54
&

* moris erat (inquit Pædiá.) vt accuſator obſignaret domum, & omnia eius quem accuſaturus erat, ne qua furtorum iudicia aut in vaſis, aut in ſignis, aut in literis conſtituta, ab eo remouerentur.

y v.c. ſub diuo.

z L. ſubſortiturus eras.

a al. ſemper f.

b L. quęrerem, ſigna ſciréntne f.

* naui trireme præpoſitus.

c I. aſportatáque.

* à Cithariſtis ad fures translatum prouerbiũ. vide hic Aſcon.

d I. ſuo artificio.

& ſanctiſſimum Dianæ ſcimus eſſe. id quoq; à te
nudatum ad ſpoliatum eſſe: ex ipſa Diana, quod
habebat auri, detractum atque ablatum eſſe di-
co. Quæ, malùm, eſt iſta tanta audacia, atq; amē-
tia? quas enim ſociorum, atque amicorū vrbeis
adiſti legationis iure, & nomine: ſi in eas vi cum
exercitu, imperióque inuaſiſſes, tamen, opinor,
quæ ſigna, [e] atque ornamenta ex his vrbibus ſu-
ſtuliſſes, hæc non in tuam domum, neq; in ſub-
urbana amicorum, ſed Romam in publicum de-
55 portaſſes. || Quid ego de M. * Marcello loquar qui
Syracuſas, vrbem ornatiſſimam, cepit? quid de
L. * Scipione, qui bellum in Aſia geſſit, Antio-
chúmque, regem potentiſſimum vicit? [19] [f] quid
de Flaminio, qui regem Philippum, & Macedo
niam ſubegit? quid de L. * Paullo, qui regem
Perſen vi ac virtute ſuperauit? quid de L. * Mū-
mio, qui vrbem pulcherrimam atque ornatiſſi-
mam, Corinthum, pleniſſimam rerum omnium,
ſuſtulit, vrbeiſque Achaiæ, Bœotiæque multas
ſub imperium populi Romani ditionémq; ſub-
iunxit? quorum domus cùm honore, & virtute
florerent, ſignis & tabulis pictis erant vacuæ. At
verò vrbem totam, templa deorum, omneiſque
Italiæ parteis, illorum donis, ac monumentis
56 exornatas videmus. || Vereor, ne hæc fortè cui-
quam nimis [g] antiqua, & iam obſoleta videā-
tur. ita enim tum æquabiliter omnes erant hu-
iuſmodi, vt hæc laus eximiæ virtutis, & inno-
centiæ, non ſolùm hominum, verùm etiam tē-
porum illorum eſſe videatur. P. * Seruilius, [h] vir
clariſſimus, maximis rebus geſtis, [20] adeſt: de te
ſententiam laturus eſt: [i] Olynthum vi, copiis,
conſilio, virtute cepit, vrbem antiquam, & om-
nibus rebus auctam, & ornatam. recens exemplū
fortiſſimi viri profero. nam poſtea Seruilius im-
perator populi R. [k] Olynthum, vrbem ho-
ſtium, cœpit, quàm tu in iiſdem locis legatus
quæſtorius oppida pacata ſociorum, atque ami-

e al. & quæ orn.

* vide Liu. l. 33.

* V. Liu. l. 47.

f L. quid de T. Flaminino. vide Liu. l. 44. & Plutar. in eius vita.

* vide Liu. l. 55. Plin. l. 3. c. 3. Cic. 2. Offic.

* Vide Str. l. 8. Flor. 52. App. de Lybicis Ciceron 2. Offic.

g ἀρχαϊκά.

* cognomēto Iſauricus.

h v. c. C. V.

i al. Olympum.

k al. Olympum.

corum diripienda,ac vexanda curaſti.|| Tu, quæ 57
ex fanis religioſiſſimis per ſcelus, & latrociniū
abſtuliſti,ea nos videre,niſi in tuis amicorūmq;
tuorum tectis, non poſſumus:P. Seruilius, quæ
ſigna atque ornamenta ex vrbe hoſtium, vi, &
virtute capta,belli lege, atque imperatorio iu-
re ſuſtulit, ea populo Romano apportauit, per
*triumphum vexit,[l] in tabulas publicas ad æra-
rium*perſcribenda curauit.Cognoſcite ex lite-
ris publicis hominis ampliſſimi diligentiā. Re-
cita. RATIONES RELATAE P. SERVILII. Non
ſolùm numerum ſignorum, ſed etiam vniuſcu-
iuſque magnitudinem, figuram, ſtatum, literis
definiri. Vides. Certè maior eſt virtutis, victo-
riæq; iucunditas,quàm iſta voluptas quæ perci-
pitur ex libidine, & cupiditate. multo diligen-
tius habere dico Seruilium prædam populi Ro-
mani,quàm te tua furta [21] notata atque [m] per-
ſcripta.||Dices tua quoque ſigna, & tabulas pi- 58
ctas ornamento vrbi, foróque populi R. fuiſſe.
Memini:vidi ſimul cū populo R.forum,[22] [n] co-
mitiúmque adornatum ad ſpeciem magnifico
ornatu:ad ſenſum,cogitationémque acerbo, &
lugubri.vidi collucere omnia furtis tuis, præda
prouinciarū,ſpoliis ſociorum,atque amicorum.
Quo quidem tempore, iudices, iſte ſpem maxi-
mam reliquorum quoque peccatorum nact[9] eſt.
Vidit enim eos,[o] qui iudiciorum ſe dici[p] domi-
nos volebant, harum cupiditatum eſſe ſeruos.
||Socij verò,nationéſq; exteræ ſpem omnium tū 59
primùm[q] abiecere rerum, ac fortunarum ſuarū:
propterea quòd caſu legati ex Aſia,atque Acha-
ia plurimi Romæ tūc fuerunt:qui deorum ſimu-
lacra ex ſuis fanis ſublata, in foro venerabātur:
itémque cetera ſigna,&ornamenta cùm cogno-
ſcerent, alia alio in loco lacrymantes intue-
bantur. quorum omnium hunc ſermonem tum
eſſe audiebamus:nihil eſſe, quod quiſquam du-
bitaret de exitio ſociorum, atque amicorum:
cùm

* ferculis enim ſigna ante triū-phantem vehi per pompam ſolebant. Aſcon.

l al. *in tabulis publicis*.

* Veterum fuit diligē-tia vt quod quiſque de ſubiugata prouincia, per triumphum apportauiſſet, proſcriptum *in tabulis in ærario* reponendis, conſeruaretur. Aſconius.

m al. deſcripta.

n L. comitiúmque ornatu ad ſpeciem magnifico: ad ſenſum, cog.

o L. qui iudiciorum dominos ſe dici vol.

p *κυρίους*

q v.c. abiecerunt.

cùm quidem viderent in foro populi Romani, quo in loco antea, qui ſociis iniurias fecerant, accuſari,& condemnari ſolebant,ibi eſſe palàm poſita ea, quæ ab ſociis per ſcelus ablata, ere-
60 ptáque eſſent.|| Hic ego non arbitror illum negaturum, [q] ſigna ſeſe plurima, tabulas pictas innumerabileis habere: ſed, vt opinor, ſolet hæc,quæ rapuit & furatus eſt, nonnunquam dicere ſe emiſſe: quoniam quidem in Achaiam, Aſiam,Pamphyliam,ſumtu publico, & legationis nomine,[23] cum imperio,& ſecuribus mercator ſignorum, tabularúmq; pictarum miſſus eſt. Habeo & iſtius,& patris eius accepti tabulas omneis: quas diligentiſſimè legi, atque digeſſi: patris, quoad vixit: tuas, quoad ais te confeciſſe. nam in iſto, iudices, hoc nouum reperietis. Audimus, aliquem tabulas numquam confeciſſe: quæ opinio hominum de * Antonio falſa. nam [r] fecit diligentiſſimè. verùm ſit hoc genus aliquod, minimè probandum. Audimus, alium non ab initio feciſſe, ſed ex tempore aliquo confeciſſe. eſt aliqua etiam huiuſce rei ratio.Hoc verò nouum & ridiculum eſt,quod hic nobis reſpondit, cùm ab eo tabulas poſtularemus: vſque ad M.Terentium.& C.Caſſium con-
61 ſules [s] confeciſſe: poſtea deſtitiſſe. || Alio loco,hoc cuiuſmodi ſit,conſiderabimus. nunc nihil ad me attinet, horum enim temporum, in quibus nunc verſor,habeo tabulas & tuas,&patris.Plurima ſigna pulcherrima, plurimas tabulas optimas deportaſſe te, negare nō potes:atq; vtinam neges.vnum oſtende in tabulis aut tuis, aut patris tui emtum eſſe viciſti.ne hæc quidem duo ſigna pulcherrima, quæ nunc ad impluuium tuum ſtant,quæ multos annos [t] ante valuas Iunonis Samiæ ſteterunt, [24] habes quomodo emeris: hæc, inquam, duo, quæ in ædibus tuis ſola iam ſunt, quæ ſectorem exſpe-
62 ctant,reliqua, ac deſtituta à ceteris ſignis. || At,

q L. ſigna ſe plur.

* Hic M. Antonius totius oræ maritimæ diſſolutiſſimus orator Cretæ mortuus,quem ait Saluſtius perdūdæ pecuniæ genitum,& vacuum à curis, niſi inſtantibus.

r al.legit diligentiſſ.

s fort. ſe confeciſſe.

t al.ad valuas, &c.

credo, * in hiſce ſolis rebus indomitas cupiditates, atque effrenatas habebat: ceteræ libidines eius, ratione aliqua, aut modo continebantur. Quàm multis iſtum ingenuis, quàm multis matribus familiâs, in illa tætra, atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? ecquo in oppido pedem poſuit, vbi non plura ſtuprorum, flagitiorúmque ſuorum, quàm aduentus ſui veſtigia reliquerit? Sed ego omnia, quæ negari poterunt, prætermittam: etiam hæc, quæ certiſſima ſunt, & clariſſima, relinquam: vnū aliquod de nefariis iſtius factis eligam. quo faciliùs ad Siciliam poſſim aliquando, quę mihi hoc oneris negotiique impoſuit, peruenire. || Oppidum eſt 63
in Helleſponto Lampſacum, iudices, in primis Aſiæ prouinciæ clarum, & nobile: homines autem ipſi Lampſaceni tum ſummè in omneis ciueis Romanos officioſi, tum præterea maximè ſedati, & quieti, propè præter ceteros ad ſummū Græcorum otium potiùs, quàm ad vllā vim, aut tumultum accommodati. Accidit, cùm iſte à Cn. Dolabella efflagitaſſet, vt ſe ad regem Nicomedem, regémque Sadalam mitteret, cùmque iter hoc ſibi magis ad quæſtum ſuum, quàm ad reipublicæ tempus accommodatum depopoſciſſet: vt illo itinere veniret Lampſacum, cum magna calamitate, & propè pernicie ciuitatis. deducitur iſte ad Ianitorem quendam hoſpitem: comitéſq; eius item apud ceteros hoſpites collocantur, vt mos erat iſtius, atque vt eum ſuæ libidines flagitioſæ facere [u] admonebant, ſtatim negotium dat illis ſuis comitibus, nequiſſimis, turpiſſimiſque hominibus, [x] vt videant, & inueſtigent ecqua virgo ſit, aut mulier digna, quamobrem iſte Lampſaci diutius commoraretur. || Erat comes eius Rubrius quidam, homo fa- 64
ctus ad iſtius libidines: qui miro artificio, quocumque venerat, hæc inueſtigare omnia ſolebat. is ad eum rem iſtam defert. Philodamum

* LIBIDINES Verris.

u al. admonuerant.

x L. vt videant. & ita v. c.

eſſe

Digitized by Google

eſſe quendam genere, honore, copiis, exiſtimatione facilè principem Lãpſacenorum: eius eſſe filiam, quę cum patre habitaret, propterea quòd virum non haberet: mulierem eximia pulchritudine: ſed eam ſumma integritate, pudicitiáq; exiſtimari. homo, vt hæc audiuit, ſic exarſit ad id, quod non modò ipſe numquàm viderat, ſed ne audierat quidem ab eo, qui ipſe vidiſſet, vt ſtatim ad Philodamum migrare ſe diceret velle. Hoſpes Ianitor, qui nihil ſuſpicaretur, veritus,[25] [x] ne quid in ipſo ſe offenderetur: hominem ſumma vi retinere cœpit, iſte, qui hoſpitis relinquendi cauſam reperire non poſſet, alia ſibi ratione viam munire ad ſtuprum cœpit: Rubrium, delicias ſuas, in omnibus eiuſmodi rebus adiutorem ſuum, & conſcium [26] parum lautè [y] diuerſari dicit: ad Philodamum deduci iubet.

65 Quod vbi eſt Philodamo nũtiatum,[27] [z] tametſi non erat ignarus, quantũ ſibi, ac liberis ſuis iam tum mali* conſtitueretur, tamen ad iſtum venit: oſtendit, munus illud ſuum non eſſe: ſe, cùm ſuæ partes* eſſent hoſpitum recipiendorum, tum ipſos tantum prætores, & conſules, non legatorum aſſeclas, recipere ſolere. Iſte, qui vna cupiditate raperetur, totum illius poſtulatum, cauſámque neglexit: per vim ad eum, qui recipere non debebat, Rubrium deduci imperauit. Hic Philodamus, poſteaquàm ius ſuum obtinere nõ potuit: vt humanitatem, conſuetudinémq; ſuam retineret, laborabat. homo, qui ſemper hoſpitaliſſimus, amiciſſimúſque noſtrorum hominum exiſtimatus eſſet, noluit videri ipſum illum Rubrium [b] inuitus in domum ſuam recèpiſſe: magnificè, & ornatè, vt erat in primis inter ſuos copioſus, conuiuium comparat: rogat Rubrium, vt,[28] quos ei commodũ* ſit,* inuitet: locum ſibi ſoli, ſi videatur, [c] relinquat vt etiã filium ſuum, lectiſſimum adoleſcentem, foras ad propinquũ

66 ſuum quendam mitteret ad cenam. Tũ Rubrius

x L. nequid in ſe offẽd. al. nequid in ipſo ſe offenderit.
y L. deuerſari.
z L. tametſi erat ignarus. al. tametſi non erat gnarus.
* vide No. c.4. in conſtituere. 67.
* Hi Xenoparochi & parochi vocabãtur.
a L. tum ipſos tamẽ pr.
b L. inuitus domum ſuam rec.
* al. ſiet.
* Vide No. c.4 in inuitare. 232.
c L. relinquat etiam filij ſ. lect. adol. for. ad prop. ſ. q. mittit ad cenam.
Rubrius iſt.

iſtius comites inuitat : eos omneis Verres cer-
tiores facit.quid opus eſſet,maturè veniunt:di-
ſcumbitur fit ſermo inter eos, & inuitatio, vt
* Græcò more biberetur. hortatur hoſpes: po-
ſcunt maioribus poculis : celebratur omnium
ſermone, lætitiáque conuiuium. Poſteaquàm
ſatis calere res Rubrio viſa eſt : Quæſo, inquit,
Philodame, cur ad nos filiam tuam non intrò
vocari iubes? Homo, qui & ſumma grauitate
& iam id ætatis, & parens eſſet, [d] obſtupuit
hominis improbi dicto. Inſtare Rubrius. [e] Tum,
vt aliquid reſponderet,negauit moris eſſe Græ-
corum, vt in conuiuio virorum accumberent
mulieres. Hìc tum alius ex alia parte: 29 Enim-
uerò ferendum hoc * quidem non eſt : vocetur
mulier, & ſimul ſeruis ſuis Rubrius, vt ianuam
clauderent, & ipſi ad fores aſſiſterent, impe-
rat. || Quod vbi ille intellexit, id agi, atque id 67
parari,vt filiæ ſuæ vis afferretur : ſeruos ſuos ad
ſe vocat:his imperat, vt ſe ipſum negligant : fi-
liam defendant : excurrat aliquis, qui hoc tan-
tum domeſtici mali filio ſuo nuntiet. [f] Clamor
interea fit tota domo inter ſeruos Rubrij, at-
que hoſpitis. Iactatur domi ſuæ [g] vir optimus,&
honeſtiſſimus.pro ſe quiſque manus affert: aqua
denique feruenti à Rubrio ipſo Philodamus
perfunditur.Hæc vbi filio nuntiata ſunt: ſtatim
exanimatus ad ædeis contēdit,vt & vitæ patris,
& pudicitiæ ſororis ſuccurreret.Omnes eodem
animo Lāpſaceni,ſimul vt hoc [h] audierūt,quòd
eos tum Philodami dignitas, tum iniuriæ ma-
gnitudo mouebat, ad ædeis noctu conuene-
runt. Hìc lictor iſtius Cornelius, qui cum eius
ſeruis erat à Rubrio, quaſi in præſidio, ad aufe-
rendam mulierem collocatus, occiditur, ſerui
nonnulli vulnerantur.Ipſe Rubrius in turba ſau-
ciatur. Iſte, qui ſua cupiditate tantos tumultus
concitatos videret, cupere aliquà euolare, ſi
poſſet. || Poſtridie [i] homines manè in contio- 68
nem

*Eſt autem Græcus mos [vt narrat Aſco.] συμπιεῖν κυαθιζομένους cùm merū ciathis libant, ſalutantes primos deos, deinde amicos ſuos nominatim Nā toties bibunt merū quoties deos & caros ſuos nominant.vide Tibull. li.2. eleg.1. ibi,Sed bene Meſſalam,&c.

d q.v.c.obſtipuit.

e L. Tum ille vt aliquid reſp.

* L. ferendū hoc non eſt.

f L.Clamor interea fit tota domo: pugna inter ſeruos P.

g L.vir primarius, & homo hon.

h L.audiuerunt.

i L. manè homines.

Digitized by Google

nem veniunt. quærunt, quid optimum factu ſit. pro ſe quiſque, vt in quoque erat auctoritatis plurimum, ad populum loquebatur. inuentus eſt nemo, cuius non hæc & ſententia eſſet, [k] & oratio. Non eſſe metuendum, ſi iſtius nefarium ſcelus Lampſaceni vlti vi, manuq; eſſent, ne ſenatus, populúſque R. in eam ciuitatem animaduertendum putaret. Quòd ſi hoc iure legati populi Ro. in ſocios, nationéſque exteras vterentur, vt pudicitiam liberorum ſeruare ab eorum libidine tutam non liceret: quiduis eſſe perpeti ſatius, quàm in tanta vi, atque acerbitate

69 verſari. ‖ Hæc cùm omnes ſentirent, & cùm in eam rationem pro ſuo quiſque ſenſu, ac dolore loqueretur: omnes ad eam domum, in qua iſte [l] diuerſabatur, profecti ſunt: cædere ianuam ſaxis, inſtare ferro, ligna, & ſarmenta circundare, [m] ignémque ſubiicere cœperunt. Tum ciues Rom. qui Lampſaci negotiabantur, concurrunt: orant Lampſacenos, vt grauius apud eos nomen legationis, quàm iniuria legati putaretur: ſeſe intelligere hominem illum eſſe impurum, ac nefarium: ſed quoniam [n] nec perfeciſſet quod conatus eſſet, neque futurus eſſet Lãpſaci poſtea: leuius eorum peccatum fore, ſi homini ſcelerato peperciſſent, quàm ſi legato non

70 percepiſſent. ‖ Sic iſte multo ſceleratior, & nequior, quàm ille * Adrianus: aliquanto etiam felicior fuit. ille, quòd eius auaritiã ciues R. ferre non [o] potuerunt, Vticæ domi ſuæ viuus exuſtus eſt: ídque ita illi meritò accidiſſe exiſtimatum eſt, vt lætarentur omnes, neque vlla animaduerſio conſtitueretur: hic ſociorum ambuſtus incẽdio, tamẽ ex illa flamma periculóque euolauit: neq; adhuc cauſam vllam excogitare potuit, quamobrem * commiſerit, aut quid euenerit, vt in tantum periculum veniret. Non enim poteſt dicere, Cùm ſeditionem ſedare vellem, cùm frumentum imperarem, cùm ſtipendium cogerem,

k al. & ratio.

l L. deuerſabatur.

m v.c. ignẽ ſubiicere cœp.

n L. neque perfeciſſ.

* Cinnanis temporib. cum C. Fabius Adrianus vel legatus, vel proprętor, vel prætor, in Africa Vticæ viuus in prætorio ſuo vſtus eſt.

o al. potuerant.

* alij quãobrem euenerit, aut quid commiſerit. al. quid commiſerit, aut quid euenerit quãobrem.

gerem, cùm aliquid denique reip. cauſa gererẽ:
quòd acriùs imperaui, quòd animaduerti, quòd
minatus ſum. Quæ ſi diceret: tamen ignoſci non
oporteret, ſi nimis atrociter imperando ſociis,
in tantum adductus periculum videretur. || Nũc, 71
cùm ipſe cauſam illius tumultus neque veram
dicere, neque falſam confingere audeat: homo
autem ordinis ſui frugaliſſimus,[p] qui tũ * accẽ-
ſus C. Neroni fuit, P. Tettius, hæc eadem ſe Lã-
pſaci cognoſſe dixerit: vir omnibus rebus orna-
tiſſimus C. Varro, qui tum in Aſia tribunus mili-
tum fuit, hæc eadem ipſa ſe ex Philodamo au-
diſſe dicat: poteſtis dubitare, quin iſtum fortu-
na non tam ex illo periculo eripere voluerit,
quàm ad veſtrum iudicium reſeruare? Niſi verò
illud dicet,[q] quod & in teſtimonio Tertij, prio-
re actione interpellauit Hortenſius: quo tempo-
re quidẽ ſigni ſatis dedit, ſi quid eſſet, quod poſ-
ſet dicere, ſe tacere non poſſe:[r] vt, quamdiu ta-
cuit in ceteris teſtibus tacuerit, ſcire omnes poſ
ſemus, nihil habuiſſe[s] quod diceret. hoc tum di-
xit, Philodamũ,[t] & filium eius, à C. Nerone eſſe
damnatos: || De quo[u] ne multũ diſſeram, tantum 72
dico ſecutum id eſſe Neronem, & eius conſiliũ,
quòd Cornelium lictorem occiſum eſſe conſta-
ret: putaſſe non oportere eſſe cuiquam, ne in vl-
ciſcenda quidem iniuria, hominis occidẽdi po-
teſtatem. In quo video, Neronis iudicio non te
abſolutũ eſſe improbitatis: ſed illos dãnatos eſ-
ſe cædis. Verùm iſta damnatio tamen cuiuſmodi
fuit? Audite, quæſo, iudices, & aliquãdo miſere-
mini ſociorũ, & oſtendite, aliquid his in veſtra
fide præſidij eſſe oportere. Quòd toti Aſiæ iure
occiſus videbatur iſtius ille verbo lictor, re ve-
ra miniſter 31 improbiſſimæ[x] cupiditatis: perti-
muit iſte, ne Philodamus Neronis iudicio libe-
raretur. rogat, & orat Dolabellam, vt de ſua pro-
uinciæ decedat: ad Neronẽ proficiſcatur: ſe de-
monſtrat incolumen eſſe non poſſe, ſi Philoda-
mo

p al. qui tunc.
* accenſus (inquit Aſcon.) nomẽ ordinis & promotionis in militia, qui nunc cornicularius, &c. dicitur.
q L. quod & in Tettij teſtimonio.
r L. vt quãdiu in ceteris rebus tacuerit ſcire omn. poſ.
s L. quod diceret. ſed hoc tum d.
t L. & eius filium.
v L. ne multa diſſeram.
x L. voluptatis.

Digitized by Google

mo viuere, atque aliquando Romam venire li-
73 cuiſſet. ||Cõmotus eſt Dolabella. fecit id, quod
multi reprehenderunt, vt exercitum, prouinciã, bellũ relinqueret, & in Aſiam, hominis nequiſſimi cauſa, in alienam prouinciã proficiſceretur. Poſteaquam ad Neronem venit: contendit ab eo, vt Philodami cauſam cognoſceret. Venerat ipſe, qui eſſet in conſilio, & primus ſententiam diceret. adduxerat etiam præfectos, & tribunos militareis ſuos, quos Nero omneis in conſilium vocauit. erat in conſilio etiam æquiſſimus iudex ipſe Verres. erant nonnulli rogati * creditores Græcorum, quib. ad exigendas pecunias improbiſſimi cuiuſq; legati plurimum prodeſt gratia.
74 ||Ille miſer defeſorem [y] neminem reperire poterat. Quis enim eſſet aut togatus, qui Dolabellæ gratia: aut Græcus, qui eiuſdem vi, & imperio non moueretur? Accuſator autẽ apponitur [z] ciuis Romanus de creditoribus Lampſacenorum: qui ſi dixiſſet quod iſte iuſſiſſet, per eiuſdẽ iſtius lictores à populo pecuniam poſſet exigere. Cũ hæc omnia tanta contentione, tantis copiis agerentur: cũ illũ miſerũ multi accuſarent, nemo defenderet: cũq; Dolabella cũ ſuis præfectis pugnaret in conſilio: Verres fortunas agi ſuas diceret: idem teſtimonium diceret: idem eſſet in conſilio: idem accuſatorem paraſſet: hæc cùm omnia fierent, & cùm hominem conſtaret occiſum: tamen tãta vis iſtius iniuriæ, [a] tanta in iſto improbitas putabatur, vt de Philodamo ampli9
75 pronuntiaretur. | Quid ego nunc in altera actione Cn. Dolabellæ ſpiritus: quid huius lachrymas, & [b] concurſiones proferam? quid C. Neronis, viri optimi, atq; innocentiſſimi, nonnullis in rebus, animum nimis timidum, atque demiſſum? qui in illa re quid facere potuerit, non habebat: niſi forte, [c] id quod omnes tum deſiderabant, vt ageret eam rem ſine Verre, [d] & ſine Dolabella. quidquid eſſet ſine his actum, omnes

* equites Romani.

y L. reperire memi- nem.

z L. ciuis Romanus, & ex cred.

a L. tanta in iſto improbitas eſſe putabatur.

b L. concurſationes.

c al. id, quod.

d L. & Dolabella.

omnes probarent. Tum verò quod pronuntia-
tum eſt, non per Neronem iudicatum, ſed per
Dolabellam ereptum exiſtimabatur. Condem-
natur enim perpaucis ſententiis Philodamus, &
eius filius. Adeſt, inſtat, vrget Dolabella, vt quã
primùm ſecuri feriãtur, quo quàm minimè mul-
ti ex illis de iſtius nefario ſcelere audire poſſet.
|| Conſtituitur in foro [e] Laodiceæ ſpectaculum 76
acerbum, & miſerum, & graue toti Aſiæ prouin-
ciæ: [f] grandis natu parens, adductus ad ſuppli-
cium: ex altera parte filius: ille, quòd pudicitiã
[g] liberorum: hic, quòd vitam patris, famám-
que ſororis defenderat. Flebat vterque, non de
ſuo ſupplicio, ſed pater de filij morte, de pa-
tris, filius. Quid lachrymarum ipſum Neronem
putaris profudiſſe? quem fletum totius Aſiæ fuiſ
ſe? quem luctum, & gemitum Lampſacenorum?
ſecuri eſſe percuſſos homines innocenteis, no-
bileis, ſocios populi Rom. atque amicos, pro-
pter hominis flagitioſiſſimi ſingularem nequi-
tiam, atq; improbiſſimam cupiditatem? || [h] Iam 77
iam, Dolabella, me neque tui, neque tuorum li-
berorum, quos tu miſeros in egeſtate, atq; in ſo-
litudine reliquiſti, [i] miſereri poteſt. Verréſne ti-
bi tãti fuit, vt eius libidinem hominum [k] inno-
centium ſanguine lui velles? Idcircóne exerci-
tũ, atq; hoſtem relinquebas, vt tua vi, & crudeli-
tate, iſtiꝰ hominis improbiſſimi pericula ſuble-
uares? Quòd enim eũ tibi quæſtoris [l] in locum
conſtitueras, idcirco tibi amicum in perpetuum
fore putaſti? Neſciebas, ab eo Cn. Carbonẽ Cos.
cuius re vera quæſtor [m] fuit, non modò relictũ,
ſed etiam [n] ſpoliatum auxiliis, pecunia nefariè
oppugnatum, & proditum? Expertus igitur es
iſtius perfidiam tum, cũ ipſe ſe ad inimicos tuos
contulit: cũ in te homo ipſe nocens acerrimum
teſtimonium dixit: cùm rationes ad ærarium, ni-
ſi dãnato te, referre noluit. || Tantæne tuæ, Ver- 78
res, libidines erũt, vt eas capere, ac ſuſtinere nõ
pro

e v.c. Laodiciæ.
f L. hinc grandis n.
g tort. liberum.
h L. Nemo iam Dolabella, neq; tui, neque tuorum liberorum q.
i L. miſerere poteſt.
k L. innocẽtum.
l L. in loco.
m L. fuerat.
n L. ſpoliatum auxilium, nefarie opp. &

Digitized by Google

prouinciæ populi Rom. nō nationes exterę poſſint? Tune, quod videris, quod audieris, quod cō cupieris, quod cogitaris, niſi id ad nutum tuum præſtò fuerit, niſi libidini tuæ, [54] cupiditatique [o] paruerit, imitentur homines? expugnabuntur domus? ciuitates non modò pacatæ, verùm etiam ſociorum, atque amicorum, ad vim, atque ad arma confugient, vt ab ſe, [p] atque ab liberis ſuis legati populi Rom. ſcelus [q] atque libidinem propulſare poſſint? Nam quæro abs te, circumſeſſuſne ſis Lampſaci: cœperitne domum, in qua [r] diuerſabare, illa multitudo incendere: voluerintne legatum populi Rom. comburere viuum Lampſaceni, negare non potes. habeo enim [s] teſtimonium tuum, quod apud Neronem dixiſti: habeo quas ad eundem literas miſiſti.

79 || Recita hunc ipſum locum de teſtimonio. TESTIMONIVM C. VERRIS IN ARTEMIDORVM.[53] NON MVLTO POST IN DOMVM.* Bellúmne populo Rom. [t] Lampſaceni ciues facere conabantur? deficere ab imperio, ac nomine noſtro [u] volebant? Video enim, & ex iis, quæ legi & audiui, intelligo: in qua ciuitate non modò legatus populi Ro. circunſeſſus, non modò igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, ſed aliqua ex parte violatus ſit: niſi publicè ſatisfactum ſit, ei ciuitati

80 bellum indici, atque inferri* ſolere. || Quæ fuit igitur cauſa, cur cuncta ciuitas Lampſacenorum de concione, quemadmodum tu te ſcribis, [x] domum tuam concurreret? Tu enim neque in literis, quas Neroni mittis, neque in teſtimonio, cauſam tanti tumultus oſtendis vllam: obſeſſem te dicis: ignem allatum, ſarmenta circundata, lictorem tuum occiſum eſſe dicis: prodeundi tibi in publicum poteſtatem factam negas: cauſam huius tanti erroris occultas. Nam ſi quam Rubrius iniuriam ſuo nomine, ac non impulſu tuo, & tua cupiditate feciſſet: de tui comitis iniuria queſtum ad te potiùs, quàm te

o for. patuerit.

p L. atque à lib.

q L. ac libid.

r L. deuerſabare.

s L. teſtimonium quod apud.

* Hotom. deſiderari putat. Recita ex Verris literis ad Neronē, ex literis C. Verris ad C. Neronem.

* Anto. Aug. Philodamum.

t L. Lāpſacena ciuitas facere conabatur? ſ

v L. volebat?

* vt cum Corinthiis, cum Tarentinis.

x L. domū cōcurrerit?

te oppugnatum venirent. Cùm igitur, quæ cauſa illius tumultus fuerit, teſtes à nobis producti dixerint, ipſe celarit: nónne cauſam hác, quam

y L. cùm illorum.

nos propoſuimus, [y] tum illorum teſtimonia, tũ iſtius taciturnitas perpetua cõfirmat. || Huic ho- 81
mini parcetis igitur, iudices, cuius tanta peccata ſunt, vt ij, quibus iniurias fecerit, neque legitimum tempus exſpectare ad vlciſcendum, neq; vim tantam doloris in poſterum differre potuerint? Circũſeſſus es. à quibus? à Lampſacenis. barbaris hominib. credo, aut iis, qui populi Ro. nomen contemnerent. Immò verò ab hominib. & natura, & conſuetudine, & diſciplina leniſſimis: porro autem populi Ro. conditione ſociis, fortuna ſeruis, voluntate ſupplicibus: vt perſpicuum ſit omnibus, niſi tanta acerbitas iniuriæ, tanta vis ſceleris fuiſſet, vt Lampſaceni moriendum ſibi potius, quàm perpetiendum putarent: nũquam illos in eũ locũ progreſſuros fuiſſe, vt

a L. metu legationis.

vehementiùs odio libidinis tuæ, quàm [a] legationis metu mouerentur. || Nolite, per deos im- 82
mortaleis, cogere ſocios, atq; exteras nationes hoc vti perfugio: quo, niſi vos vindicatis, vtentur neceſſariò. Lãpſacenos [b] in iſtum nũquã vlla res mitigaſſet, niſi eum pœnas Romæ daturum crediditſent. Etſi talẽ acceperãt iniuriã, quã nulla lege ſatis dignè perſequi [c] poſſent: tamen incõmoda ſua [d] veſtris committere legib. & iudiciis, quàm dolori ſuo permittere maluerunt. Tu mihi, cũ circũſeſſus à tã illuſtri ciuitate ſis propter tuũ ſcelus, atq; flagitiũ: cũ coëgeris homines miſeros, & calamitoſos, quaſi deſperatis noſtris legib. & iudiciis, ad vim, ad manus, ad arma cõfugere: cũ te in oppidis & ciuitatib. amicorũ non legatum populi Ro. ſed tyrãnum libidinoſũ, crudelemq; præbueris: cùm apud exteras nationes, imperij, nominiſq; noſtri famam tuis probris flagitiiſq; violaris: tum te ex ferro amicorum populi Romani eripueris, [e] atque è flamma

b L. numquam in iſtum res vlla m.
c L. poterant.
d al. noſtris.
e v.c. atque ex flamma.

flamma ſociorum euolaris : hic tibi perfugium ſperas futurum? Erras.vt huc incideres, non vt hic cõquieſceres, illi te viuum exire paſſi ſunt.
83 || & ais,iudicium eſſe factum,te iniuria circumſeſſum eſſe Lampſaci, quòd Philodamus cum filio condemnatus ſit.Quid,ſi doceo,ſi planum facio,teſte homine nequam, verùm ad hanc rẽ tamen idoneo(te ipſo,inquam,teſte docebo)te huius circumſeſſionis tuæ cauſam & culpam in alios [f] tranſtuliſſe?neque in eos,quos tu [g] inſimularas,eſſe animaduerſum? iam nihil te iudiciũ Neronis adiuuat. Recita quas ad Neronem literas miſit. EPISTOLA C. VERRIS AD NERONEM.THEMISTAGORAS,ET THESSALVS. Themiſtagoram,& Theſſalum ſcribis populum cõcitaſſe. Quem populum?qui te circumſedit:qui te viuum comburere conatus eſt. Vbi hos perſequeris?vbi accuſas?vbi defendis ius,nomẽq; legati? In Philodami iudicio dices id actum.
84 ||Cedò mihi ipſius Verris teſtimonium. videamus,quid idem iſte iuratus dixerit.Recita. AB ACCVSATORE * ROGATVS RESPONDIT, [h] IN HOC IVDICIO NON PERSEQVI:SIBI IN ANIMO ESSE ALIO TEMPORE PERSEQVI. Quid igitur [i] te iuuat Neronis iudiciũ?quid Philodami damnatio? Legatus [k] cùm eſſes circumſeſſus,cúmque quemadmodum tute ad Neronem ſcripſiſti populo Roma. communiq́ue cauſæ legatorum facta eſſet [l] inſignis iniuria:non es perſecutus:dicis tibi in animo eſſe, alio tempore perſequi. Quod fuit id tempus?quando es perſecutus? cur imminuiſti * ius legationis? cur cauſam populi Romani deſeruiſti, ac prodidiſti? cur iniurias tuas,coniunctas cum publicis, reliquiſti? Non te ad ſenatum cauſam deferre: non de tam atrocibus iniuriis conqueri: non eos homines, qui populum concitarant, con-
85 ſulum literis euocandos curare oportuit. ||Nuper, M. Aurelio Scauro poſtulante, quòd is

f L. contuliſſe?
g inſimularis.
* al. interrogatus.
h L. ſe in hoc iud.
i L. te adiuuat N.
k al. nunc eſſet cir.
l L. iniuria inſignis.
* qui poteſtatem ſuã in adminiſtrando nõ defendere imminuti magiſtrat*, veluti maieſtatis reus eſt Aſconius.

Digitized by Google

Epheſi ſe quæſtorẽ vi prohibitum eſſe dicebat, quominus è fano Dianæ ſeruũ ſuũ, qui in illud aſylum confugiſſet, abduceret: Pericles Epheſius, homo nobiliſſimus, Romam euocatus eſt, quòd auctor [m] iniuriæ illius fuiſſe argueretur. Tu, ſi te legatum ita Lampſaci tractatum eſſe, ſenatum docuiſſes, vt tui comites vulnerarentur, lictor occideretur, ipſe circumſeſſus pænè incendere: eius autem rei duces, & auctores, & principes fuiſſe, quos ſcribis Themiſtagoram & Theſſalum: quis non commoueretur? quis nõ ex iniuria, quæ tibi eſſet facta, ſibi prouideret? quis non in ea re cauſam tuam, periculũ commune agi arbitraretur? Etenim nomen legati, eiuſmodi eſſe debet, quod non modò inter ſociorum iura, ſed etiam inter hoſtium tela incolume verſetur. || Magnum hoc Lampſacenũ 86
crimen eſt libidinis, atque improbiſſimæ cupiditatis. [n] accipite nũc* auaritię propemodum in ſuo genere non leuius. Mileſios nauem popoſcit, quæ eum præſidij cauſa Myndum proſequeretur. Illi ſtatim* myoparonem egregiũ de ſua claſſe ornatum, atque armatum dederunt. Hoc præſidio Myndum profectus eſt. Nã [36] quid Mileſiis lanæ [o] publicæ abſtulerit, item de ſumtu in aduentum, de contumeliis, & iniuriis in magiſtratum Mileſium, tametſi dici tum verè, tum grauiter, & vehemẽter poteſt, tamẽ dicere prætermittã: eáq; omnia teſtib. integra reſeruabo. illud quod neque taceri vllo modo, neq; dici pro dignitate poteſt, cognoſcite. || Milites, remi- 87
géſq; Miletum Myndo pedibus reuerti iubet: ipſe myoparonem pulcherrimũ, de decẽ Mileſiorũ nauib9 electũ, L.*Magio, & L.[p] Fabio, qui Myndi habitabant, vendidit. Hi ſunt homines, quos nuper ſenatus in hoſtiũ numero habẽdos cenſuit, hoc illi nauigio ad omneis populi R. hoſteis [37] vſq; ab*Diano, quod in Hiſpania eſt, [q] ad Sinopã, quæ in Põto eſt, nauigauerunt. O

dij

m L. illius iniuriæ fuiſſe arguebatur.

n al. accipite verò auar.

* Auaritię Verris exẽplum.

* nauigium eſſe notat Aſcon.

o al. publicè.

* Transfugæ à Mariani exercitu ad Mithridatem vide hic Aſcon.

p L. Rabio. al. L. Fab.

* Vid. Pl. l. 3. c. 3.

q C. ad S'no pen. vid Pl. 3. l. c. 5.

dij immortales:incredibilem auaritiam ſingu-
larémque audaciam.Nauem tu de claſſe populi
R. quam tibi Mileſia ciuitas,vt te proſequere-
tur,dediſſet,auſus es vendere? Si te magnitudo
maleficij, [r] ſi hominum exiſtimatio non moue- r l. ſi te hominum exiſtim.
bat:ne illud quidem cogitabas, huius impro-
biſſimi [s] furti, huius adeò nefariæ prædæ, tam s l. furti, ſiue adeo.
illuſtrem,ac tam nobilẽ ciuitatem teſtem futu-
88 rã? An quia tũ Cn.dolabella in eũ,qui ei Myo-
paroni præfuerat,Mileſiiſq;rem geſtã renuntia-
rat,animaduertere tuo rogatu conatus eſt, re-
nuntiationemque eius,quæ erat in publicas li-
teras relata illorũ legibus,tolli iuſſerat:idcirco
te ex hoc crimine elapsũ eſſe arbitrabare?Mul-
tum te iſta fefellit opinio,& quidem multis in
locis. ſemper enim exiſtimaſti,& maximè in Si-
cilia,ſatis cautũ tibi ad defenſionem fore,ſi aut
referri aliquid in literas publicas vetuiſſes,aut,
quod relatũ eſſet:tolli coegiſſes.Hoc quã nihil
ſit,tametſi ex multis Siciliæ ciuitatibus priore
actione didiciſti, tamen etiam in hac ipſa ciui-
tate cognoſce. Sunt illi quidem dicto audiẽtes,
quãdiu adſunt ij,qui imperãt.ſimul ac diſceſſe-
runt:non ſolũ illud perſcribunt,quod tũ prohi-
biti ſunt,ſed etiã cauſam adſcribunt, cur nõ tũ
89 in literas relatum ſit. Manẽt iſtæ literæ Mileti,
manent,& dum erit illa ciuitas,manebunt. De-
cem enim naueis iuſſu L. Murenæ populus Mi-
leſius ex pecunia vectigali populi R. fecerat,ſi-
cut pro ſua quæque parte Aſiæ ceteræ ciuitates.
Quamobrem vnam ex decẽ,non prædonũ repẽ-
tino aduentu,ſed legati latrocinio:non vi tem-
peſtatis,ſed hac horribili tempeſtate ſociorum,
90 amiſſam in literas publicas retulerunt. Sunt
Romæ legati Mileſij, homines nobiliſſimi ac
principes ciuitatis:quid tametſi menſem [t] Fe- t fort. Februarium ſpectant.
bruarium,& Coss. deſignatorum 38 [u] nomẽ ex-
pectant, tamen hoc tantùm facinus non modò v ſer. nomẽ extimeſcũt
negare interrogati, ſed ne producti quidem

Digitized by Google

reticere poterunt. dicent, inquam, & religione adducti, & domeſticarum legum metu, quid illo myoparone factum ſit. oſtendent, C. Verrem in ea claſſe quæ contra piratas ædificata ſit, piratã ipſum conſceleratum fuiſſe.* C. Malleolo quæſtore Cn. Dolabellæ occiſo, duas ſibi hereditates veniſſe arbitratus eſt: vnam quæſtoriæ procurationis: nam à Dolabella ſtatim pro quæſtore iuſſus eſt eſſe: alteram tutelæ.‖ Nã, cùm pupil- 91
li Malleoli tutor eſſet, in bona eius impetũ fecit. nã Malleolus in prouinciã ſic copioſè profectus erat, vt domi prorſus nihil relinqueret. præterea pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas * fecerat argẽti optimi cælati grãde pondus ſecum tulerat: nã ille quoque ſodalis iſtius erat in hoc morbo, & cupiditate grãde pondus argenti familiã magnã, multos artifices, multos formoſos homines reliquit. Iſte quod argenti placuit, inuaſit: quæ mancipia voluit, abduxit: vina ceteráque, quæ in Aſia facillimè comparantur, quæ ille reliquerat, aſportauit: reliqua vendidit. pecuniã exegit.‖ Cùm [x] ad 92
LLS. XXD. quinquies redegiſſe conſtaret: vt Romam rediit, nullam literam pupillo, nullã matri eius, nullam tutoribus reddidit: ſeruos artifices pupilli cùm haberet domi, circum pedes autem formoſos homines & literatos: [y] ſuos eſſe dicebat, ſe emiſſe. cùm ſæpius mater, & auia pueri poſtularent, vti, ſi non redderet pecuniam, nec rationem [z] daret, diceret ſaltẽ, quantum pecuniæ Malleoli deportaſſet: [a] à multis efflagitat[9] aliquando dixit, LLS. decies. deinde in codicis extrema* cera nomẽ infimũ flagitioſa litura fecit: 39 expenſa Chryſogono ſeruo[b] LLS. ſexcẽta millia: accepta pupillo Malleolo retulit. 40 Quomodo ex decies LLS. ſexcenta ſint facta: quo-

* Verris perfidia.
* Vide Aſc.
x L. cùm ad LLS. vicies quinquies red. al. ad LLS. protricies quinquies.
y L. ſuos eſſe, ſe emiſiſſe dicebat. cum ſæp.
z for. ederet
a L. multis.
* vid. Alex. ab Alex. l. 1. Geni c. 1. vbi multa de extrema cera.
b LLS. quadringenta millia expenſa Chryſogono ſeruo LLS. ſexcenta millia accepta pupillo Malleo retulit Quomodo ex decies LLS. ſexcẽta millia reliqua ſint facta, vt illa de Cn. Carbonis hęc ſexcẽta millia

pecunia, reliqua LLS. ſexcenta ſunt facta: quomodo eodem modo quadrarint: quomodo: LLS. quadragin- Chryſogono expenſa lata ſint, &c.

quomodo DC. eodem modo * quadrarint, vt il-
la de Cn. Carbonis pecunia, reliqua LLS. ſexcē-
ta ſunt facta : quomodo Chryſogono expenſa
lata ſint: cur id nomen infimũ, in lituráque ſit,
93 vos exiſtimabitis. ||Tamen LLS. ſexcenta millia
cùm accepta retuliſſet, LLS.[c] quinq; millia ſo-
luta nõ ſunt. homines, poſteaquã reus factus eſt,
alij redditi, alij etiam nunc retinentur : peculia
omniũ, vicariique retinētur. Hæc eſt iſtius præ-
clara tutela. En cui tuos liberos cõmittas: 41 en
[d] memoriã mortui ſodalis: en metum viuorum
exiſtimationis. Cum tibi ſe tota Aſia ſpoliandã
ac vexandã [e] præbuiſſet. cũ tibi expoſita eſſet
omnis ad prædandũ Pamphilia: cõtentus his tã
opimis rebus non fuiſti? manus à tutela, man[9]
à pupillo, manus à ſodalis filio abſtinere nõ po
tuiſti? Iam te non Siculi, non aratores, (vt dicti-
tas) circumueniunt: non hi, qui decretis, edictiſ-
que tuis in te concitati infeſtiq; ſunt: [f] Malleo-
lus à me productus, & mater eius, atque auia, 42
quæ * miſeræ, flentes, euerſum à te puerũ patris
94 boni eſſe dixerunt. || Quid exſpectas? an dum ab
inferis [g] ipſe Malleolus exſiſtat, [h] atque officia
tutelæ, ſodalitatis, familiaritatiſq; flagitet? ipsũ
putato adeſſe homo auariſſime & ſpurciſſime,
redde bona ſodalis filio : ſi non quæ abſtuliſti:
at quæ confeſſus es. Cur cogis ſodalis filiũ hãc
primam in foro vocẽ cum dolore, & querimo-
nia [i] emittere? cur ſodalis vxorem, ſodalis ſo-
crum domũ deniq; totã ſodalis mortui, contra
te teſtimoniũ dicere? [k] cur prudentiſſimas, le-
ctiſſimáſque fæminas in tantũ virorũ conuentũ
inſolitas, inuitáſque prodire cogis? Recita om-
nium teſtimonia. TESTIMONIVM MATRIS ET
95 AVIAE. || *Pro quæſtore verò quomodo iſte 43
commune Milyadum vexarit, quomodo Ly-
ciam, Pamphiliam, Piſidiam, Phrygiamque to-
tam frumento imperando, * æſtimando hac
ſua, quantum primùm excogitauit, Sicilienſi,

* id eſt ſolida facta ſunt, vt neque plus quicquam neque minus inueniatur in ſumma.

c L. quinquaginta millia ſoluta. al. quingenta millia.

Aſc.

d v. c. memoria m. ſod. en metus viuorũ.

e L. tradidiſſet.

f al. ſed Malleolus.

* al. miſerè.

g L. ille Mall.

h L. atque abs te officia tutelæ.

i L. mittere

k L. cur prudentiſſimas.

* Iniuriæ Verris in Milyados.

* vide Aſc.

 æſti-

æſtimatione afflixerit,non eſt neceſſe demonſtrare verbis. Hoc ſcitote:his nominibus, quæ res [l] per hunc geſtæ ſunt, cùm iſte ciuitatibus frumētum,coria,*cilicia,ſaccos imperaret, neque ea ſumeret:[m] proq; his reb. pecuniam exigeret: his nominibus ſolis Cn.Dolabellæ ſeſ. ad tricies litē eſſe æſtimatam. Quæ omnia, etiā ſi voluntate Dolabellæ fiebant, [n] per iſtum tamen omnia gerebantur.++ || Conſiſtam in vno 96
nomine.multa enim ſunt ex eodem genere.Recita:DE LITIBVS ÆSTIMATIS CN. DOLABELLAE PR.PECVNIAQVE POPVLO ROM.REDACTA. QVOD A COMMVNI MILIADVM. Te hæc coegiſſe, te æſtimaſſe,tibi pecuniam numeratā eſſe dico:eadémque vi,& iniuria,cū pecunias maximas cogeres,per omneis parteis prouinciæ te tanquam aliquā calamitoſam tempeſtatem,peſtémq; perſuaſiſſe demonſtro.|| Itaque M.Scau- 97
rus,qui Cn.Dolabellā accuſauit, iſtum in ſua poteſtate,ac ditione tenuit. Homo adoleſcens cùm iſtius in inquirēdo multa furta, ac flagitia cognoſceret, fecit peritè & callidè. volumen eius rerum geſtarū maximū iſti oſtendit:ab homine quæ voluit,in Dolabellā abſtulit:iſtū teſtem produxit:dixit iſte,quæ velle accuſatorem putauit. Quo ex genere mihi teſtium, qui cum iſto furati ſunt, ſi vti voluiſſem, magna copia fuiſſet:qui vt ſe periculo litium, coniunctione criminum liberarēt,[o] quò ego vellem diſceſſuros pollicebantur.|| Eorum ego voluntatē om- 98
nium repudiaui.nō modò proditori,ſed ne perfugæ quidem locus in meis caſtris cuiquā fuit. Forſitan meliores illi accuſatores habēdi ſunt, qui hæc omnia [p] fecerunt. Ita eſt:ſed ego defenſorem in mea perſona, non accuſatorē maximè laudari volo. Rationes ad ærarium antequàm Dolabella condemnatus eſt,nō audet referre. impetrat à ſenatu,vt dies ſibi [q] prorogarentur

l L. per eū.
* cilicia texta de pilis in caſtrorum & nautarum vſum.
m L. pro his reb.
n L. per iſtum omnia tamen ger.
o L. quo ego vellē, ſe deſcenſuros poll.
p L. fecerīt ſed ego def.
q v.c. prorogaretur.

rentur,quòd tabulas ſuas ab accuſatoribus Do-
labellæ obſignatas diceret: [r] perinde quaſi ex-
ſcribendi poteſtatem nõ haberet. Solus eſt hic,
qui numquam rationes ad ærarium referat. Au-
diſtis quæſtoriam rationẽ tribus verſiculis re-
latam: legationis non,niſi condemnato & eie-
cto eo,qui poſſet reprehendere: [s] nunc denique
prætturæ,quam ex S.C.ſtatim referre debuit, vſ-
99 que ad hoc tempus non retulit. || [t] Quæſtorem
ſe in ſenatu exſpectare dixit: [u] Deinde quaſi nõ,
vt quæſtor ſine prætore poſſet rationẽ referre,
vt tu Hortẽſi,vt omnes:eodem modo ſine quę-
ſtore prætor. Dixit, idem Dolabellam impe-
traſſe. Omen magis patribus conſcriptis, quàm
cauſa placuit. probauerunt. Verùm * quæſto-
res quoque iampridem venerunt:cur non retu-
liſti? illarum rationum ex ea fæce legationis,
quæſtoriæque tuæ procurationis illa ſunt no-
mina,quæ Dolabellæ neceſſariò ſunt æſtima-
ta. EX LITIBVS AESTIMATIS DO-
100 LABELLAE PR. ET PROPR. || Quòd mi-
nus Dolabella Verri acceptum retulit, quàm
Verres illi expenſum tulerit, LLS. quingẽta tri-
ginta quinque [x] millia:& quod plus fecit Do-
labella Verrem accepiſſe, quàm iſte in ſuis ta-
bulis habuit,LLS. ducenta triginta duo millia:
& [y] quòd plus frumenti fecit accepiſſe iſtum,
LLS decies & octingenta millia:quòd tu homo
caſtiſſimus,aliud in tabulis habebas. Hinc illæ
extraordinarię pecuniæ,quas nullo duce,tamen
aliqua ex particula inueſtigamus redundarunt:
hinc ratio cũ Q.& Cn.poſtumiis,Curtiis,multis
nominibus: quorum in tabulis iſte habet* nul-
lum:hinc LLS. quaterdecies P. Tadio numera-
ta Athenis,teſtibus planum faciam: hinc emta
apertiſſimè prætura:niſi fortè id etiam dubium
191 eſt,quomodo iſte prætor factus ſit. || Homo ſci-
licet aut induſtria,aut opera probata, aut fru-
M 4 galita-

r L. proinde quaſi exſcr.
s al. nunc denique præturæ rationẽ,quã ex.
t L. Quæſtores ſe in ſen.
v L. proinde quaſi non,vt quęſtor ſine prætore poteſt rationem referre, vt tu Hor.vt omnes: eodem modo poſſit ſine quęſt.pr.
* Bini Lybitanus & Syracuſanus.
x L.millias quod plus.
y L. millia: quod plus.
z L. millia: quod plus frumenti te fecit accepiſſe,quã tu homo caſtiſſimus in tab hab. LLS. decies & octoginta millia.Hinc.
* Vrſ.Poſtumis.
Ant. Aug. millies.

galitatis exiſtimatione præclara,aut denique,id
quod leuiſſimum eſt,aſsiduitate : qui ante quę-
ſturã cũ meretricibus lenonibúſq;vixiſſet,quę-
ſturam ita geſsiſſet,quemadmodũ cognouiſtis:
Romæ poſt quæſturã illam nefariã vix triduum
conſtitiſſet:abſens non in obliuione iacuiſſet,
ſed in aſsidua cõmemoratione omnibus omniũ
flagitiorum fuiſſet is repentè , vt Romã venit,
gratis prætor factus eſt. Alia porrò pecunia ne
accuſaretur,data.Cui ſit data,nihil ad me,nihil
ad rẽ pertinere arbitror:datam quidem eſſe tum
inter omneis recenti negotio facilè conſtabat.
|| Homo ſtultiſsime,& amẽtiſsime, tabulas cùm
conficeres,& cùm extraordinariæ pecuniæ cri- 102
men ſubterfugere velles : ſatis te elapſurũ om-
ni ſuſpicione arbitrabare , ſi quibus pecuniam
credebas,iis expenſum nõ ferres,neque in tuas
tabulas vllũ nomen referres , cùm tot tibi no-
minibus acceptũ Curtij referrẽt? *Quid prode-
rat tibi, te expenſum illis non tuliſſe? An tuis
ſolis tabulis te cauſam dicturũ exiſtimaſti?||Ve-
rùm ad illam iã veniamus præclarã præturã cri- 103
mináque ea,quæ notiora ſunt [a] his qui adſunt,
quàm nobis,qui meditati ad dicendũ , paratiq;
venimus:in quibus nõ dubito , quin offenſionẽ
negligentiæ vitare,atque effugere non poſſim.
Multi enim ita dicẽt:De illo nihil dixit,in quo
ego interfui:illam iniuriam nõ attigit,quę mi-
hi,aut quæ amico meo facta eſt: quibus ego in
reb.interfui.His omnibꝰ qui iſtius iniurias no-
runt,hoc eſt populo R.vniuerſo,me vehemẽter
excuſatum volo,non negligentia mea fore , vt
multa prætereã,ſed quòd alia teſtibus integra
reſeruari velim:multa autem propter rationem
breuitatis,ac tẽporis prætermittendã exiſtimẽ.
Fatebor etiã illud inuitus, me prorſus cùm iſte
pũctum temporis nullum vacuum peccato præ-
terire paſſus ſit,omnia,quæ ab iſto [b] commiſſa
ſint, non potuiſſe cognoſcere. Quapropter ita
me

* DE PRAETVRA VRBANA Verris culus hic duo capita de iuriſdictione & de ſartis tectis.

a L.iis, qui adſunt.

b L.commiſſa ſunt.

me de præturæ criminibus auditote, vt ex vtroque genere & iuris [c] dicendi, & ſartorum tectorum exigendorum, ea poſtuletis, quæ maximè digna [d] ſunt eo reo, cui parum ac mediocre
104 [e] obiici nihil oporteat. || Nam * vt prætor factus eſt, qui auſpicato à Chelidone ſurrexiſſet, ſorte nactus eſt vrbanæ prouinciæ, magis [f] ex ſua, Chelidoniſque populi Ro. voluntate, qui principio qualis in edicto conſtituendo fuerit, cognoſcite. [g] C. Anneius Aſellus mortuus eſt, C. Sacerdote * prætore. Is cùm haberet vnicã filiam, neque * cenſus eſſet: quòd eum natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, vt filiam bonis ſuis heredẽ inſtitueret. heres erat filia: faciebãt omnia cum pupilla, legis æquitas, voluntas patris, edicta prætorum, conſuetudo iuris eius, quod e-
105 rat tum, cùm Aſellus eſt mortuus. || Iſte prætor deſignatus (vtrùm admonitus, an tentatus, an, qua eſt * ipſe ſagacitate in his rebus, ſine duce vllo, ſine indice peruenerit ad hanc improbitatẽ, neſcio: vos tantùm hominis [h] audaciã, amẽtiamq; cognoſcite) appellat heredẽ L. Anneiũ, qui erat inſtitutus ſecundum filiã (nõ enim mihi perſuadetur, iſtum ab illo prius appellatum) dicit ſe poſſe ei cõdonare edicto hereditatem: docet hominem, quid poſſet fieri. illi bona res, huic vendibilis videbatur. Iſte tametſi ſingulari eſt audacia, tamen ad pupillæ matrẽ ſummittebat. malebat pecuniam accipere nequid noui ediceret, quàm vt hoc edictum tã improbũ, &
105 inhumanum interponeret. || Tutores, pecuniam prætori ſi pupillæ nomine dediſſent grandem præſertim, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum ſine periculo ſuo dare poſſent, non videbant: ſimul & iſtum fore tam improbum non arbitrabantur. ſæpe appellati, pernegauerunt. Iſte ad arbitrium eius, cui [i] condonabat hereditatem ereptam à liberis, quàm æquum edictum ſcripſerit, quæſo

c al. dicundi.
d v.c. ſint.
e v.c. obiici
* DEINI QVIS EDICTIS Verris.
f v.c. ex ſua & Chelidonis.
g al. P. An. Aſe.
* qui prætor Siciliæ ante Verrẽ
* Cenſus eſſet id eſt cẽtum millia LLS. poſſideret. Nam more veterum cẽſi dicebant quod centum millia profeſſione detuliſſet.
* Laſte.
h v.c. amentiã audaciãque cogn.
i ad L. condonarat.

cognoſcite. Cvm intelligam, legem Voconiam. Quis vmquam crederet[k] mulierum aduerſarium Verrem futurum? an ideo aliquid cōtra mulieres fecit, ne totum edictum ad Chelidonis arbitrium ſcriptum videretur? Cupiditati hominum ait ſe obuiam ire.45 Quid potius non modò his temporibus, ſed etiam apud maiores noſtros? quis tam remotus fuit à cupiditate? Dic quæſo, cetera. delectat enim me hominis grauitas, ſcientia iuris, actoritas. Qvi[l] ab Avlo Postvmio, Q. Fvlvio censoribvs,[m] postve ea fecit, fecerit. Fecit, fecerit? 107 || Quis vmquam edixit iſto modo? quis vmquam eius rei fraudem aut periculum propoſuit edicto, quæ neque antè edictum prouideri potuerit? Iure, legibus, auctoritate omniū, qui conſulebantur, teſtamētum [n] P. Annius fecerat non improbum, non inofficioſum, non inhumanum. quòd ſi ita feciſſet: tamen poſt illius mortem nihili de teſtamēto illius noui iuris conſtitui oporteret. Voconia lex te videlicet delectabat. Imitatus eſſes ipſum illum [o] C. Voconium, qui * lege ſua hereditatem ademit nulli neque virgini, neque mulieri ſanxit in poſterum, qui poſt * eos cenſores cenſus eſſet, ne quis heredem virginem, néue mulierē faceret.
108 || In lege Voconia non eſt, fecit, fecerit: neque in vlla præteritum tempus reprehenditur, niſi eius rei, quæ ſua ſponte ſcelerata, & [p] nefaria eſt, vt etiam ſi lex non eſſet magnopere vitanda fuerit.[q] Atque in his ipſis rebus multa videmus ita ſancta eſſe legibus, vt antè facta in iudicium non vocentur.46 [r] Cornelia teſtamētaria, nummaria, ceteræ complures: in quibus non ius aliquod nouum [s] populo conſtituitur, ſed

k L. Verrē mulierum aduerſariū futurum.
l L. ab A. Poſt.
m L. Poſtue ea teſtamē tum fecit, fecerit.
n L. P. Anneius f.
o L. Q. Voconium. Sic in Or pro Corn. Bal.
* tulit Voconius legē ne quis cenſus, hoc eſt, pecunioſus heredē relinquere filiam, vide Cic. in Catone, & 2. de Finib. Gell. l. 17. Flor. ep 41. Dion. 56. Paul. 4 Sēt. 5. §. 2. inſt. de Falcidia.
* A. Poſthumium & Fuluium cenſores intelligit.
p L. ac nefaria eſt.
q L. Atque in his reb.
r L. Corneliæ teſtam. &c. vel dele vocem Cornelia. Eſt hæc lex Cornelia de qua Cic. 2. de Nat. deo. Suet. in Aug. & ff. ad leg. Cornel. de falſis
s al. in populum.

Digitized by Google

ſed ſancitur, vt quod [t] ſemper malum facinus
109 fuerit,47 eius quæſtio [u] ad populum pertineat
* certo tépore. ||De iure verò ciuili ſi quis noui quid [x] inſtituit, is omnia, quæ antè acta ſunt, rata eſſe patitur. Cedò mihi leges Atinias, Furias, [y] Fuſſias, ipſam, vt, dixi, Voconiam, omneis præterea de iure ciuili: hoc reperies in omnibus ſtatui ius, quo poſt eam legem populus vtatur. Qui plurimum tribuunt edicto prætoris, edictum legem annuam dicunt eſſe. Tu edicto plus complecteris, quàm lege. Si finem edicto prætoris afferunt kalend. Ianuarij, cur non initium quoque edicti [z] naſcitur à Kalend. Ianuarij? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo prætor alius futurus eſt: in illum, quo alius prætor fuit, regredietur?
110 ||Ac ſi hoc iuris [a] non vnius hominis cauſa edixiſſes, cautiùs compoſuiſſes. Scribis, [b] SI QVIS HEREDEM FECIT, FECERIT. Quod ſibi plus legarit, quam ad heredem, heredeſue perueniat, quod per legem Voconiam 48 [c] ei qui cenſus ſit, licet: cur hoc, cùm in eodem genere ſit, non caues? quia non generis, ſed hominis cauſam verbis complecteris: vt facilè appareat, te pretio eſſe commotum. [d] Atque hoc ſi in poſterum edixiſſes, minus eſſet nefarium: tamen eſſet improbum: ſed * tum vituperari poſſet, in dubium venire non poſſet. nemo enim committeret. nunc eſt eiuſmodi edictum, vt quiuis intelligat, non populo eſſe ſcriptum, ſed P. Anneij ſecundis he-
111 redibus.|| Itaque cùm à te caput illud tam multis verbis, [e] mercenarióque proœmio eſſet ornatum: ecquis eſt inuentus poſtea prætor, qui [f] idem illud ediceret? non modò nemo edixit, ſed ne metuit quidem quiſquam, ne quis ediceret. Nam poſt te prætorem multi teſtamenta eodem modo fecerunt. in his nuper [g] Annæa. Ea de

t al. ſemper ſe malum.
v L. ad prætorem pert. al. prætor. Romanum, ſola enim quæſtio per duellionis. p. Romano ceteræ prætoribus qui & quæſtores relictæ.
* al. en certo tépore.
x al. inſtituerit is non omnia quæ antè acta ſunt, rata eſſe patiatur?
y L. non habet Fuſius.
z L. naſcetur à Kal.
a L. non vnius cauſa hominis edix.
b L. Si quis heredē virginem, mulierémve fecit, fecerit. Quid ſi plus leg.
c L. ei, qui cenſus non ſit. al. ei qui cenſus ſit, non licet.
d al. Atqui.
* al. tãtùm.
e L. mercenario proœmio. f L. illud id. g al. Annia.

Ea de multorum propinquorum ſententia, pecunioſa mulier, quòd cenſa non erat, teſtamento fecit heredem filiam.* Iam hoc magnum iudiciũ hominũ de iſti⁹ ſingulari improbitate, ꝙ Verres ſua ſpōte inſtituiſſet, id neminē metuiſſe, [h] ne quis reperiretur, qui iſti⁹ inſtitutū ſequi vellet. Solus enim tu inuentus es, cui non ſatis fuerit corrigere voluntates viuorum, niſi etiam reſcinderes mortuorum. ‖ Tu ipſe ex Sicilienſi edicto hoc ſuſtuliſti. voluiſti ex improuiſo ſi quæ res natæ eſſent, ex vrbano edicto decernere. quā poſtea tu tibi defenſionem relinquebas, in ea maximè offendiſti, cùm tuā auctoritatem tu te ipſe edicto prouinciali repudiabas. Atque ego non dubito, quin, vt mihi, cui filia maximè cordi eſt, res hæc acerba [i] videatur, atque indigna: [k] ſic vnicuique veſtrûm, qui ſimili ſenſu, atque indulgentia filiarū cōmouemini. Quid enim natura nobis iucūdius, quid carius eſſe voluit? quid eſt dignius, in quo omnis noſtra diligentia indulgentiaque cōſumatur? ‖ Homo importuniſſime, cur tantā iniuriā P. [l] Annio mortuo feciſti? cur hunc dolorem cineri eius, atque oſſibus inuſſiſti, vt liberis eius bona patria, voluntate patris, iure, legibus tradita, eriperes, &, cui tibi eſſet cōmodum, condonares? Quibuſcū viui bona noſtra partimur, iis prætor adimere, nobis mortuis, bona, fortunáſque poterit? NEC PETITIONEM, inquit, NEC POSSESIONEM DABO. Eripies igitur pupillæ togam prætextam? detrahes ornamenta non ſolùm fortunæ, ſed etiam ingenuitatis? Miramur ad arma contra iſtū hominem Lampſacenos iſſe? miramur, iſtum de prouincia decedentem clàm Syracuſis profugiſſe? nos ſi alienam vicem pro noſtra iniuria doleremus: [m] veſtigium ipſius in foro eſſet relictum? ‖ Pater dat filiæ: prohibes. leges ſinunt: tamen te interponis: De ſuis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. Quid habes, quod

112 (margin, at "reſcinderes mortuorum")
113 (margin, at "Homo importuniſſime")
114 (margin, at "Pater dat filiæ")

* L. itaque.
h al. neque reperit.
i L. videtur.
k L. ſic vnicuique veſtrûm videatur, qui ſim.
l L. Annio.
m al. veſtigium iſtius in foro nō eſſet relictum.

quod reprehendas?nihil,opinor. At ego cõcedo:prohibe,ſi potes:ſi habes qui te audiat:ſi poteſt [n] tibi dicto audiens eſſe quiſquam. Eripias tu voluntatẽ mortuis,bona viuis,ius omnibus? hoc pop.R.nõ manu vindicaſſet,niſi te huic tẽpori,atq; huic iudicio reſeruaſſet? Poſteaquàm ius prætorium conſtitutum eſt,ſemper hoc iure vſi ſumus:ſi tabulæ teſtamẽti non proferrentur, tum,vti proximum quemque potiſſimùm [49] heredem eſſe oporteret : [o] ſi is inteſtato mortuus eſſet,ita ſecũdum eum poſſeſſio daretur. Quare hoc ſit æquiſſimum, facile eſt docere : ſed in re tam vſitata,ſatis eſt oſtendere,omneis antea ius ita dixiſſe,&hoc,vetus edictum,tranſlatitiúmq;

115 eſſe. || * Cognoſcite aliud hominis in re vetere edictum nouum:& ſimul,dum eſt vnde ius ciuile diſcatur,adoleſcenteis ei in diſciplinã tradite,mirum eſt hominis ingenium,mira prudẽtia. Minucius quidam mortuus eſt ante iſtum prætorem. eius teſtamentum erat nullum. lege hereditas ad gentẽ Minuciam veniebat.Si habuiſſet iſte edictum,quod ante iſtum & poſtea omnes habuerunt,poſſeſſio Minuciæ genti eſſe data.Si quis teſtamento [p] ſe heredem eſſe arbitraretur,quod tum non extaret,lege ageret in hereditatem:[50] aut,* pro prædę litis vindiciarum cùm ſatis accepiſſet,ſponſionem faceret.[51] ita* de hereditate certaret. Hoc,opinor,iure & maiores noſtri,& nos ſemper vſi ſumus. Videte,vt

116 hoc iſte correxerit. || Componit edictũ iis verbis, vt quiuis intelligere poſſit, vnius hominis cauſa conſcriptum eſſe. [52] tantùm quòd hominem non nominat : cauſam quidem totam perſcribit:ius,cõſuetudinem, æquitatem, edicta omnium negligit. EX EDICTO VRBANO. SI DE HEREDITATE [q] AMBIGITVR, *SI POSSESSOR SPONSIONEM NON FACIET. [53] Iam quid id ad prætorem, vter poſſeſſor ſit? nónne id quæri oportet, vtrum poſſe

n al.tuo edicto.

o L.hoc totũ, ſi is inteſtatò mort.eſſet, delet.

* DE INIQVIS edictis Verris in teſtamento Minutij.

p L. ſe eſſe heredem.

* al. prædę vindiciarũ. al. prædes litis.

* al & ita de hereditate certatur.

q L.AMBIGETVR.

* L.ET.

Digitized by Google

poſſeſſorem eſſe oporteat? Ergo quia poſſeſſor
eſt, non moues poſſeſſione: ſi poſſeſſor nõ eſſet,
nõ dares. nuſquam enim ſcribis, neque tu aliud
quicquam edicto amplecteris, niſi eam cauſam,
pro qua pecuniam acceperas. || Iam hoc ridicu- 117
lum eſt. SI DE HEREDITATE [r] AMBI-
GETVR, ET TABVLAE TESTAMEN-
TI OBSIGNATAE NON MINVS NON
MVLTIS SIGNIS, QVAM E LEGE
OPORTEAT, AD ME PROFERENTVR:
SECVNDVM TESTAMENTI POTIS-
SIMVM HEREDITATEM DABO. Hoc
tranſlatitium eſt: ſequi illud oportet, SI TA-
BVLAE TESTAMENTI NON PROFERENTVR.
Quid ait? ſe ei daturum qui ſe dicat heredẽ eſſe.
Quid ergo intereſt, proferãtur, necne? ſi protu-
lerit: vno ſigno vt ſit minus, quàm ex lege opor-
tet, non des poſſeſſionẽ. Si omnino tabulas non
proferet, dabis. Quid nunc dicam? neminem vn-
quam poſtea alium [s] edixiſſe? [t] valde ſit mirum,
neminem fuiſſe, qui iſtius ſe ſimilẽ dici vellet.
Ipſe in Sicilienſi edicto hoc nõ habet: exegerat
enim iam mercedem. Item vt illo edicto, de quo
antè dixi, in Sicilia de hereditatum poſſeſſioni-
bus dandis, edixit idẽ, quod omnes Romæ, præ-
ter iſtum. EX EDICTO SICILIENSI
SI DE HEREDITATE [u] AMBIGI- 118
TVR. || At, per deos immortaleis, quid eſt,
quod de hoc dici poſſit? Iterum enim iam quæ-
ro abs te, ſicut modò in illo capite * Anniano
de mulierum hereditatibus, [x] nunc in hoc de
hereditatum poſſeſſionibus: cur ea capita in
edictum prouinciale transferre nolueris. Vtrùm
digniores homines exiſtimaſti eos, qui habita-
bant in prouincia, quàm nos, qui æquo iure [y] v-
teremur? An aliud Romæ æquum eſt, aliud in Si-
cilia? Non enim hoc poteſt hoc loco dici, mul-
ta eſſe in prouinciis aliter dicenda: nõ de here-
ditatum quidem poſſeſſionibus, non de mulie-
rum

r al. AMBIGITVR.

s L. ita edixiſſe.

t al. valde hoc ſit mirum. al. valde hoc eſt mirum.

v L. AMBIGETVR.

* L. Anneiano.

x item nũc in hoc de h.

y fort. vterentur.

rum hereditatibus. [z] Nam vtroque genere vi- z L. Nam in vtroque.
deo non modò ceteros, ſed te ipſum totidem
verbis edixiſſe, quot verbis edici Romæ ſolet.
Quæ Romæ magna cũ infamia, pretio accepto,
edixeras, ea ſola te, ne gratis in prouincia malè
119 audires, ex edicto Sicilienſi ſuſtuliſſe video. || Et,
cùm edictum totum eorum arbitratu, quamdiu
fuit deſignatus, componeret, qui ab iſto ius ad
vtilitatẽ ſuam nundinarentur: tum verò in ma-
giſtratu contra illud edictum ſuum ſine vlla re-
ligione decernebat. Itaque L. Piſo multos co-
dices impleuit earũ rerum, in quibus ita inter-
ceſſit, quod iſte aliter, atque vt edixerat, decre-
uiſſet. quod vos oblitos eſſe non arbitror, quæ
multitudo, qui ordo ad Piſonis ſellam iſto præ-
tore ſolitus ſit conuenire. quem iſte collegam
niſi habuiſſet, lapidibus coopertus eſſet in fo-
ro. ſed eo leuiores iſtius iniuriç videbãtur, quòd
erat in æquitate, prudentiaq; Piſonis paratiſſi-
mum perfugium: quo ſine labore, ſine moleſtia,
ſine impenſa, etiam ſine patrono homines vte-
120 rentur. || Nam, quæſo, * redite in memoriam, iu-
dices, quæ libido iſtius [a] in iure dicendo fuerit, * al. reducite in memoriam.
quæ varietas decretorum, quæ nũdinatio, quàm
inanes domus eorum omnium, qui de iure ciui- a fort. in iure dicundo.
li cõſuli ſolent: quàm plena, atque referta Che-
lidonis: à qua muliere cùm erat ad eum ventũ,
& in aurem eius inſuſurratum, aliàs reuocabat
eos, inter quos iam decreuerat, decretumq; mu-
tabat: aliàs inter alios contrarium ſine vlla re-
ligione decernebat, ac proximis paullo antè
121 decreuerat. || Hinc illi homines erant, qui etiam
ridiculi inueniebantur ex dolore: quorum alij, *al. id quod ſæpe audiſtis.
vt *audiſtis, negabant mirandũ eſſe, ius tam ne-
quam eſſe Verrinum: alij etiã frigidiores erant:
ſed, quia ſtomachabantur, ridiculi videbantur
eſſe, cùm ſacerdotem exſecrabantur, qui Ver-
rem tam nequã reliquiſſet. Quæ ego non com-
memo

memorarem (neque enim perfacetè dicta, neq;
porrò hac ſeueritate digna ſunt) niſi vos illud
vellem recordari, iſtius nequitiam & iniquitatẽ
tum in ore vulgi, atq; in cõmunibus prouerbiis
eſſe verſatam. ||In plebem verò Romanã vtrùm 122
ſuperbiam priùs memorẽ, an crudelitatem? ſine
dubio crudelitas grauior eſt, atq; atrocior. Obli
b al. iſte ſolitus ſit.
tóſne igitur hos putatis eſſe, quemadmodũ b ſit
iſte ſolitus virgis plebem Romanam cõcidere?
quam rem etiã tribunus plebis in cõcione egit,
* al. adſpectum.
cùm eum, quem virgis iſte ceciderat, 54 in* proſpectum pop. R. produxit. cuius rei cognoſcẽdæ
faciam vobis ſuo tempore poteſtatem. ||Super- 123
bia verò qua fuerit, quis ignorat? quemadmodũ
is tenuiſsimum quemque contemſerit, deſpexerit,
* De iniquis edictis Verris in P. Trebonij hæredes.
liberum eſſe numquam duxerit? P.* Trebonius viros bonos & honeſtos complureis fecit
heredes: in his fecit ſuum libertum. is A. Trebonium fratrem habuerat proſcriptum. c ei cùm
c al. ei cùm cautum eſſe vell.
cautum vellet, ſcripſit, vt heredes iurarẽt, ſe curaturos, vt ex ſua cuiuſque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proſcriptum perueniret. Libertus iurat: ceteri heredes adeunt ad Verrem: docent, non oportere
ſe iurare, facturos eſſe, quod contra legem Corneliam eſſet, quæ proſcriptum iuuari vetat. impetrant, vt ne iurent. dat his poſſeſſionẽ. Id ego
non reprehendo. etenim erat iniquum, homini
proſcripto, egenti de fraternis bonis quidquã
d L. dari. At ille lib.
d dari: & ille libertus, niſi ex teſtamento patroni iuraſſet, ſcelus ſe facturum arbitrabatur. ||Ita- 124
que ei Verres poſſeſſionem hereditatis negat ſe
daturum, ne poſſet patronum ſuum proſcriptũ
iuuare: ſimul vt eſſet pœna, quòd alterius pátroni teſtamento obtemperaſſet. Das poſſeſſionem ei, qui non iurauit. concedo: prætorium
e L. adimas tu ei.
eſt. e adimis tu ei, qui iurauit? quo exemplo? Proſcriptum iuuat. Lex eſt: pœna eſt,
quid

quid ad eum,qui ius dixit? Vtrum deprehendis,
quòd patronum iuuabat eum , qui tum in miſe-
riis erat:an quòd alterius patroni mortui volũ-
tatẽ conſeruabat,à quo ſummum beneficiũ ac-
ceperat?vtrum horum reprehendis? Et hoc tum
de ſella vir optimus dixit,Equiti Romano. tam
locupleti,libertinus ſit homo hæres?[f] Modeſtũ
125 ordinem,quòd illinc viuus ſurrexit.|| Poſſũ ſex-
centa decreta proferre , in quibus,vt ego pecu-
niam non dicam interceſſiſſe , ipſa decretorum
nouitas,[g] iniquitáſq; declarat. * Verùm , vt ex
vno de ceteris coniecturam facere poſſitis : id
quod priore actione cognoſtis,audite.C. Sulpi-
cius [55] [h] Olympius fuit.is mortuus eſt C.Sacer-
dote prætore neſcio an antè, quàm Verres præ-
turam petere cœperit. Fecit hæredem M. Octa-
uium Ligurem. Ligur hæreditatem adiit:poſſe-
dit Sacerdote prætore,ſine vlla cõtrouerſia.Po-
ſteaquàm Verres magiſtratum iniit: ex edicto i-
ſtius,quod edictumSacerdos non habuerat,Sul-
picij patroni filia & Sextã partem hereditatis
ab Ligure petere cœpit. Ligur non aderat. L.
frater eius cauſam agebat: aderant amici , pro-
pinqui.Dicebat iſte,niſi cum muliere decidere-
tur,in poſſeſſionem ſe ire iuſſurum. L. Gellius
cauſamLiguris defendebat:docebat,edictum e-
ius non oportere [56] ad eas hereditates valere,
quę ante eum prętorem veniſſent.ſi hoc tũ fuiſ-
ſet edictum, fortaſſe Ligurem hereditatem adi-
turũ non fuiſſe.Aequa poſtulatio,ſumma homi-
126 num auctoritas pretio ſuperabatur. || Venit Ro-
mam Ligur:non dubitabat,quin, ſi ipſe Verrem
conueniſſet, æquitate cauſæ , & auctoritate ſua
commouere hominem poſſet. domum ad eũ ve-
nit:rem demonſtrat:quàm pridem ſibi hereditas
veniſſet, docet. quod facile in cauſa æquiſſima
homini ingenioſo fuit:multa,quę quemuis mo-
uere poſſent, dixit. ad extremum petere cœpit,
ne vſq;eò ſuam auctoritatem deſpiceret,gratiã-

f al. O mod.

g fort. iniquitáſque clamat.

*De iniquis edictis Verris in Ligurem.

h L. Olympus fuit.

que contemneret, vt ſe tanta iniuria afficeret.
Homo Ligurem accuſare cœpit: qui in re aduē-
titia, atque hereditaria tam diligens, tam attē-
tus eſſet: debere eum aiebat [57] [i] ſuam quoque
rationem ducere: multa ſibi opus eſſe, multa ca-
nibus ſuis, quæ s circa ſe haberet. Nō poſſum illa
planiùs commemorare, quàm ipſum Ligurem
pro teſtimonio dicere audiſtis. || Quid enim, Ver- 127
res? vtrùm ne his quidem teſtibus [k] creditur? an
hæc ad rem non pertinent? non M. Octauio? non
L. Liguri? quis nobis credet? cui nos? quid eſt,
Verres, quod planum fieri teſtibus poſſit, [l] ſi hoc
non ſit? an id, quod dicunt, leue eſt? nihil leuius,
quàm prętorem vrbis hoc iuris in ſuo magiſtra-
tu conſtituere, omnibus iis, quibus hæreditas
venerit, coheredem prætorem eſſe oportere. An
verò dubitamus, quo ore iſte ceteros homines
inferiore loco, auctoritate, ordine: quo ore
homines ruſticanos ex municipiis, quo denique
ore, quos numquam liberos putauit, libertinos
homines, ſolitus ſit appellare, qui [m] ob ius di-
cendum M. Octauiū Ligurem, hominem orna-
tiſſimum loco, ordine, nomine, virtute, ingenio,
copiis, poſcere pecuniam nō dubitarit? || In *ſar- 128
tis tectis verò quemadmodum ſeſe geſſerit, quid
ego dicam? dixerunt, qui ſenſerunt. ſunt alij,
qui dicant: notæ res, ac manifeſtæ, prolatæ
ſunt, [n] & proferuntur. Dixit C. Fannius, eques
Rom. frater germanus Qu. Titinij [o] iudicis tui,
tibi ſe pecuniam dediſſe. Recita teſtimonium
[p] C. Fannij. Nolite C. Fannio dicenti credere:
noli, inquam, tu Qu. Titini C. Fannio, fratri tuo,
credere. dicit enim rem incredibilem. C. Ver-
rem inſimulat auaritiæ, & audaciæ: quæ vitia
videntur in quemuis potius, quàm in iſtum con-
uenire. Dixit Quint. Tadius, homo familiariſ-
ſimus patris iſtius, non alienus à matris eius ge-
nere & nomine: tabulas protulit, quibus pecu-
niam ſe dediſſe oſtendit. Recita nomina [q] Qu.
Tadij.

i fort. ſui quoque rationem d.
k L. credetur?
l L. ſi hoc non fit?
m al. ob ius dicundum.
*DE SARTIS TECTIS EXIGENDIS.
n for. proferentur.
o iudicis huius tui.
p L. C. Fannij. TESTIMONIVM C. FANNII. NOL.
q L. Q. Tadij. NOMINA Q. TADII.
Rec. teſt. Q. Tadij. TESTIMONIVM Q. TADII.
Netab.

Digitized by Google

Tadij. Recita teſtimonium Quint. Tadij. Ne ta-
bulis quidem Quint. Tadij, nec teſtimonio cre-
detur? Quid igitur in iudiciis ſequemur? quid
eſt aliud, omnib. omnia peccata & maleficia cō-
cedere, niſi hoc, hominū honeſtiſſimorū teſti-
moniis, & virorū bonorum tabulis nō credere?
129 || Nā quid ego de quotidiano ſermone, querimo-
niáque populi Romani loquar? de iſtius impu-
dentiſſimo furto, ſeu potius nouo, ac ſingulari
latrocinio? auſum eſſe in æde Caſtoris, * ce-
leberrimo, clariſſimóque monumento, quod
templum in oculis, quotidianóque adſpectu
populi Rom. eſt poſitum, quò ſæpenumero ſe-
natus conuocatur: [r] quò maximarum rerum
frequentiſſimæ quotidie aduocationes fiunt: in
eo loco, in ſermone hominum, audaciæ ſuæ
monumentum æternum relinquere? || Aedem
130 Caſtoris, iudices, P. Iunius habuit tuendam,
58 L. Sylla, Quint. Metello, * conſulibus. Is
mortuus eſt. reliquit pupillum paruum filium.
cùm L. Octauius, C. Aurelius, * Coss. ædeis
ſacras locauiſſent, neque potuiſſent omnia ſar-
ta tecta exigere, neque ij prætores, quibus e-
rat negotium datum, C. Sacerdos, & M. Cæ-
ſius: factum eſt S. C. quibus ſartis tectis cogni-
tum, & iudicatum non eſſet, [s] vti C. Verres, P.
Cælius, prætores cognoſcerent, & iudicarent.
Qua poteſtate iſte permiſſa, vt ex C. Fannio, &
ex Quint. Tadio [t] cognouiſtis: verumtamen
cùm eſſet omnibus in rebus apertiſſimè, impu-
dentiſſiméque prædatus, hoc voluit clariſſimum
relinquere iudicium latrociniorum ſuorum: de
quo non audire aliquando, ſed videre quoti-
die poſſemus. || quæſiuit, quis ædem Caſtoris
131 ſartam tectam deberet tradere. Iunium ipſum
mortuum eſſe ſciebat: ſcire volebat, ad
quem illa res pertineret: audit pupillum eſſe
filium. homo, qui ſemper ita palàm dicti-

* Aedes Caſtoris Romæ, & quæ in ea fieri ſolitæ.
r al. in quo max.
* vet Vrſ. Cenſoribus.
* al. leg. Cenſores. Cenſorum enim munus erat ædes ſacras locare tuēdas & reficiendas, fuit tamen & ædilium quoq; hæc cura, rarò prætorum, idque niſi ſenatus decreuiſſet. Aſconius.
s L. vti de iis C. Verr.
t al cognouiſtis cùm eſſet. L. cognouiſtis: tum verò cùm eſſet.

taſſet,pupillos,& pupillas, certiſſimam prædam
eſſe prætoribus , optatum negotium ſibi in ſinũ
delatum eſſe dicebat. Monumentum illa ampli-
tudine,illo opere,quamuis ſartum tectum,inte-
grúmque eſſet,tamen aliquid ſe inuenturum, 59
in quo* moliri, prædarique poſſet,arbitrabatur.
|| L. Rabonio ædem Caſtoris tradi oportebat. is 132
caſu,pupilli Iunij tutor erat, teſtamento patris.
cum eo ſine vllo intertrimento cõuenerat iam,
quemadmodum traderetur. Iſte ad ſe Raboniũ
vocat: quærit,ecquid ſit,quod à pupillo traditũ
non ſit,quod exigi debeat. Cùm ille,id quod e-
rat,diceret,facilem pupillo traditionem eſſe: ſi-
gna,& dona comparêre omnia: ipſum templum
omni opere eſſe integrum: indignum iſti videri
cœpit,ex tanta æde,tantóque opere ſe non opi-
mum præda,præſertim à pupillo,diſcedere. || Ve- 133
nit ipſe in ædem Caſtoris: conſiderat templum:
videt vndique tectum pulcherrimè laqueatum:
præterea cetera noua atque integra: verſat ſe:
quærit , quid agat. dicit ei quidam ex illis cani-
bus , quos iſte Liguri dixerat eſſe circa ſe mul-
tos: tu Verres hìc quod moliare,nihil habes: niſi
fortè vis ad perpendiculum columnas exigere.
Homo omnium rerum imperitus , quærit , quid
ſit,ad perpendiculum. Dicunt ei,ferè nullam eſ-
ſe columnam, quæ ad perpendiculum eſſe poſ-
ſit? u Iam mehercule , inquit , ſic agamus: co-
lumnæ ad perpendiculum exigantur. || Ra- 134
bonius , qui legem noſſet , qua in lege nume-
rus tantùm columnarum traditur, perpendiculi
mentio ſit nulla: & qui non putaret ſibi expedi-
re,ita accipere,ne eodem modo reddendum eſ-
ſet : negat, id ſibi deberi: negat oportere exigi.
Iſte Rabonium quieſcere iubet: & ſimul ei nón-
nullam ſpem ſocietatis oſtendit. hominem mo-
deſtum , & minimè pertinacem facile coërcet:
columnas ita ſe exacturum eſſe confirmat. || No- 135
ua res , atque improuiſa pupilli calamitas nun-
tiatur

* al. quo aliquid moliri.

u al. Nam meherc.

tiatur ſtatim C.Muſtio, vitrico pupilli, qui nu-
per eſt mortuus:M.Iunio,patruo: P.Potitio,tu-
tori homini frugaliſſimo. Hi rem ad virum pri-
marium,ſummo officio,ac virtute præditum, M.
Marcellum,qui erat pupilli tutor,deferunt. Ve-
nit ad Verrem M.Marcellus:petit ab eo pro ſua
fide,ac diligentia, pluribus verbis, ne per ſum-
mam iniuriam pupillumIunium fortunis patrijs
conetur euertere. Iſte, qui iam ſpe, & opinione
prædam illam deuoraſſet, neque vlla æquitate
orationis, neque auctoritate M. Marcelli com-
motus eſt. Itaque, quemadmodum oſtendiſſet,
136 ſe id exacturum eſſe,reſpōdit.|| Cùm ſibi omneis
ad iſtum allegationes difficileis, omneis aditus
arduos,an potius interclusos videret, apud quē
non ius,non æquitas,non miſericordia, nō pro-
pinqui oratio, non amici voluntas, non cuiuſ-
quam auctoritas, [x] pro pretio,non gratia vale- x al. pro
ret: ſtatuunt, id ſibi optimum eſſe factu, quod pretio.
cuiuis veniſſet in mentem,petere auxiliū à Che-
lidone: quæ iſto prætore non modò in iure ci-
uili,priuatorúmque omniū controuerſiis,popu-
lo Rom.præfuit, verùm etiam in his ſartis [y] te- y al. te
137 ctis dominata eſt.|| Venit ad Chelidonē C. Mu- ctiſque.
ſtius,eques Rom.publicanus, homo cum primis
honeſtus: venit M. Iunius, patruus pueri fruga-
liſſimus homo, & caſtiſſimus: venit homo ſum-
mo honore,& pudore, & ſummo officio ſpecta-
tiſſimus ordinis ſui, P. Potitius tutor. O multis
acerbam, ô miſeram, atque indignam præturam
tuam. vt mittam cetera,quo tandē pudore taleis
viros,quo dolore,meretricis domum veniſſe ar-
bitramini? qui nulla conditione iſtam turpitu-
dinem ſubiſſent, niſi officij, neceſſitudinísq; ra-
tio coegiſſet. Veniunt,vt dico, ad Chelidonem.
domus erat plena:noua iura,noua decreta,noua
iudicia petebantur,Mihi det poſſeſſionem:mihi
ne adimat:in me iudiciū ne det: mihi bona ad-
dicat:alij nummos numerabant:alij tabulas ob-

Digitized by Google

ſignabant, domus erat non meretricio conuentu,ſed prætoria turba referta.|| Simulac poteſtas 138
primùm data eſt,adeunt hi, quos dixi. loquitur Muſtius:rem demonſtrat:petit auxilium : pecuniam pollicetur.Reſpondit illa,vt meretrix, nõ inhumanè:libenter ait ſe eſſe facturam, & ſe cũ iſto diligenter ſermocinaturam : reuerti iubet. tum diſcedunt.poſtridie reuertuntur. negat illa poſſe hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici poſſe. Vereor , ne quis fortè de populo, qui[a] priori actione nõ affuit , hæc, quia propter inſignem turpitudinem ſunt incredibilia , fingi à me arbitretur. ea vos antea, iudices,cognouiſtis.|| dixit iuratus P. Po- 139
tirius,tutor pupilli Iunij:dixit M. Iunius tutor, &patruus:Muſtius dixiſſet,ſi viueret:ſed pro Muſtio,recẽti re de Muſtio auditũ dixit L.* Domitius:qui cũ ſciret,me ex Muſtio viuo audiſſe, (q eoſum vſus plurimũ,[b] etenim id iudicium,quod propè omnium fortunarum ſuarum C. Muſtius habuit,me vno defẽdente vicit) cùm hoc, vt dico,ſciret L.Domitius me ſcire , ad eum res omneis Muſtium ſolitum eſſe deferre : tamen de Chelidone reticuit, quoad potuit: aliò reſponſionem ſuam deriuauit. Tantus in adoleſcente clariſſimo,ac principe iuuentutis pudor fuit , vt aliquandiu,cùm à me premeretur,omnia potius reſponderet,quàmChelidonem nominaret. Primò neceſſarios iſtius ad eum allegatos eſſe dicebat : deinde aliquando coactus Chelidonem nominauit.|| Non te pudet,Verres, eius mulieris 140
arbitratu geſſiſſe præturam , quam L. Domitius ab ſe nominari vix ſibi honeſtum eſſe arbitrabatur ? Reiecti à Chelidone capiunt conſilium neceſſarium,vt ſuſcipiant ipſi negotium.cũ Rabonio tutore , quod erat vix quadraginta millium,tranſigũt ducentis millibus. Refert ad iſtũ rem Rabonius : vt ſibi videbatur,ſatis grandem pecuniam,& ſatis impudentem eſſe:iſte,qui ali-

quanto

a L. priore act.

* Ahenobarbus qui poſtea Cõſul cũ Appio Pulchro.

b al. etenim iudicium,q.

quanto plus cogitaſſet, malè accipit verbis Ra-
bonium:negat eum ſibi illa deciſione ſatisface-
141 re poſſe.ne multa,locaturũ ſe eſſe cõfirmat. || Tu
tores hæc neſciunt:quod actum erat cum Rabo-
nio,putant id eſſe certiſſimum:nullam maiorem
pupillo metuunt calamitatem. Iſte verò non
procraſtinat: locare incipit, non proſcripta,
[60] [c] neque edicta die, alieniſſimo tempore, lu- c for.neq; prodicta die.
dis ipſis Romanis, foro ornato. Itaque renuntiat
Rabonius illam deciſionem tutoribus. accur-
runt tamen ad tempus tutores. digitum tollit
Iunius patruus. Iſti color immutatus eſt: vul-
tus, oratio, mens denique excidit. quid ageret,
cœpit cogitare. ſi opus pupillo redimeretur, ſi
res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſ-
ſet: ſibi nullam prædam eſſe. Itaque excogitat.
quid? nihil ingeniosè. nihil, quod quiſquam
poſſit dicere, [61] [d] improbè, vel callidè: nihil d L. improbè, verùm callidè.
ab iſto tectum, nihil veteratoriam exſpectaue-
142 ritis: omnia aperta, omnia perſpicua reperien-
tur, impudentia, amentia, audacia. || Si pu-
pillo opus redimitur, mihi præda de manibus
eripitur. Quod eſt igitur remedium? quod? ne
liceat pupillo redimere. Vbi illa conſuetudo
in bonis, prædibus, prædiiſque vendendis, o-
mnium Coſs. cenſorum, prætorum, quæſto-
rum denique, vt optima conditione ſit is, [e] cu- e L. cuia res eſt, cuium p.
ia res ſit, cuium periculum? Excludit eum ſo-
lum, cui propè dicam ſoli poteſtatem factam
eſſe oportebat. quid enim quiſquam ad meam
pecuniam, me inuito, [f] adſpirat? quid [g] acce- f al. adſpiret?
dit? Locatur opus id, quod ex mea pecunia g al. accedat?
reficiatur, ego me refecturum eſſe dico: proba-
tio futura eſt tua, qui locas: prædibus, & præ-
diis populo cautum eſt: &, ſi non putas cau-
tum, ſcilicet tu prætor in mea bona, quos
voles, immittes? me ad meas fortunas defen-
143 dendas accedere non ſines? || Operæpretium eſt,
ipſam legem cognoſcere. dicetis, eundem con-

ſcripſiſſe, qui illud edictum de hereditate: [h] EX OPERE FACIVNDO QVAE PVPILLI IVNII. Dic, dic, quæſo, clariùs. ℮. VERRES [i] PR. VRBIS ADDIDIT. corriguntur leges cenſoriȩ. Quod enim video in multis veterib. legibus, CN. DOMITIVS, L. METELLVS, L. CASSIVS, CN. SERVILIVS CENSORES ADDIDERVNT: vult aliquid eiuſmodi C. Verres. dic. quid addidit? QVI FFIDE L. MARCIO, M. PERPENNA CENSORIBVS REDEMARIT, [k] SOCIVM NE ADMITTITO; NEVE EI PARTEM DATO, NEVE EI REDEMITO. Quid ita? ne vitioſum opus fieret? At erat probatio tua. Ne parum locuples eſſet? At erat, & eſſet amplius, ſi velles, populum cautum prædibus & prædiis. ‖ [l] Hic 144
tȩ ſi res ipſa, ſi indignitas iniuriæ tuæ non commouebat, ſi pupilli calamitas, propinquorum lacrymæ, [m] D. Bruti, cuius prædia ſubierunt periculum, [n] M. Marcelli tutoris auctoritas apud te ponderis nihil habebat: ne illud quidẽ animaduertebas, eiuſmodi fore hoc peccatũ tuũ, quod tu neque negare poſſes (in tabulas enim retuliſti) nec cũ defenſione aliqua cõfiteri? Addicitur id opus LLS. IↃLX. millib. cũ tutores LLS. LXXX. millib. id opus ad illius hominis iniquiſſimi arbitrium ſe effecturos eſſe clamarent. ‖ Etenim 145
quid erat operis? id, quod vos vidiſtis. omnes illȩ columnȩ, quas dealbatas videtis, machina appoſita, nulla impenſa deiectȩ, eiſdémque lapidibus repoſitæ ſunt. hoc tu LLS. IↃLX. millib. locauiſti. Atqui in illis columnis dico eſſe, quæ à tuo reredemtore commotæ non ſint: dico eſſe, ex qua tantùm tectoriũ vetus delitum ſit, & nouum inductũ. Quòd ſi tanta pecunia columnas dealbari putaſſem, certè nũquam ædilitatem petiuiſſem.
‖ At, vt videatur tamen res agi, & nõ eripi pupil- 146
lo: SI QVID OPERIS CAVSA [o] RECIDERIS, REFICITO. Quid erat, quod reſcinderet, cùm ſuo quemque loco lapidem reponeret? QVI REDEMERIT, SATISDET DAMNI INFECTI, EI

QVI

h L. QVAE EX OPERE FACIVNDO PVP. al. lex operis faciendo Iunij pupilli quam C. Verres prętor vrbanus audit.
i L. PR. VR. ADD.
k L. EVM SOCIVM.
l L. Hic ſi te res ipſa.
m L. ſi D. Bruti.
n L. ſi M. Marcelli.
o L. RESCIDERIT.

Digitized by Google

QVI A VETERE REDEMPTORE ACCEPERIT. Deridet cùm ſibi ipſum iubet ſatiſdare Rabonium. PECVNIA PRAESENS [p] SOLVATVR. Quibus de bonis? eius, qui, quod tu LLS.IↃLX. millibus locaſti, LLS.LXXX. millibus effecturũ ſe eſſe clamauit. Quibus de bonis? pupilli. cuius ætatem & ſolitudinem, etiamſi tutores non eſſent, defendere [62] prætor debuit: tutoribus defendẽtibus, non modo patrias eius fortunas, ſed etiam bona tutorum ademiſti. HOC OPVS BONVM
147 [q] SVO QVOQVE FACITO. || Lapis aliquis cædendus, & adportandus fuit machina ſua. nam illò non ſaxum, non materies aduecta eſt: tantum operis in iſta locatione fuit, quantum paucæ operæ fabrorum, mercedis tulerunt, [r] & manupretij machinæ. Vtrùm exiſtimatis minus operis eſſe vnam columnam efficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? nemo dubitat, quin multo maius ſit nouam facere. Oſtendam, in ædibus priuatis, longa difficilique vectura, columnas ſingulas ad impluuium, LLS. quadragenis millibus, non
148 minus magnas, locatas. || Sed ineptum eſt de tam perſpicua iſtius impudentia pluribus verbis diſputare, præſertim cùm iſte apertè tota lege omnium ſermonem, atque exiſtimationem contenſerit, [63] qui etiam [s] ad extremum conſcripſerit, REDIVIVA SIBI HABETO. quaſi quidquã rediuiui ex opere illo tolleretur, [t] ac non totum opus ex rediuiuis conſtitueretur. [u] At enim pupillo redimi non licebat, non neceſſe erat rem ad ipſum peruenire: poterat aliquis ad id negotium de populo accedere. Omnes excluſi ſunt non minus apertè, quàm pupillus. diem præſtituit operi faciundo, Kalendas Decembreis locat circiter. Idus Septembreis. anguſtiis temporis excluduntur omneis.
149 || Quid ergo? Rabonius iſtam diem quomodo aſſequitur? Nemo Rabonio moleſtus eſt, neque

p al. SOLVITOR.

q L. Bono ſuo cuiq;.

r L. & manus pretiũ. Manupretiũ dicitur vbi non tã materiæ ratio quàm manus atq; operis ducitur.

s L. ad extremum adſcripſerit.

t L. ac non opus totũ.

v L. At enim ſi pupillo red. lic. nonneceſſe erat rem ad iſt. pe.

Kalen,Decem. neque Nonis, neq; Idibus. deni-
que aliquanto in prouinciam iſte proficiſcitur
priùs,quàm opus effectum eſt.Poſteàquàm reus
factus eſt,primò negabat opus in acceptum [x] re-
ferre poſſe. cùm inſtaret Rabonius , in me cau-
ſam conferebat,[64] quòd tum codicem obſignaſ-
ſem.Petit à me Rabonius,& amicos allegat:fa-
cilè impetrat.iſte, quid ageret , neſciebat. Si in
acceptum nō retuliſſet,putabat,ſe aliquid [y] de-
fenſionum habiturum. Rabonium porrò intel-
ligebat rem totā eſſe patefacturū. tametſi quid
poterat eſſe apertius , quàm nunc eſt, [65] vt vno
minus teſte haberet Rabonio? Opus in acceptū
retulit quadriennio pòſt , [66] quàm diem operi
dixerat.[67]|| [z] Hac conditione, ſi quis de populo 150
redemtor acceſſiſſet, cùm die ceteros redemto-
res excluſiſſet,tum in eius arbitrium ac poteſta-
tem venire nolebat,qui ſibi ereptam prędam ar-
bitraretur. Nam quid argumentamur, quò iſta
pecunia peruenerit? fecit iſte iudicium.Primùm
cùm vehementiùs cùm eo D. Brutus contende-
ret, qui de ſua pecunia LLS. XL. millia numera-
uit : quòd iam iſte ferre non poterat, opere ad-
dicto, prædibus acceptis,de LLS.IↃLX.millibus,
remiſit D.Bruto LLS.CX.millia. Hoc ſi aliena res
eſſet,certè facere non potuiſſet. Deinde nummi
numerati ſunt Cornificio : quem ſcribam ſuum
fuiſſe negare non poteſt.poſtremò ipſius Rabo-
nij tabulæ prædam illam iſtius fuiſſe clamant.
Recita nomina [a] Rabonij.|| Hic etiam priore a- 151
ctione Q. Hortenſius pupillum Iunium veniſſe
prætextatū in veſtrū conſpectum, [68] [b] & teſteis
ſecū,patruo teſtimonium dicente, queſtus eſt:&
me populariter agere, atque inuidiam commo-
uere , quòd puerum producerem , clamitauit.
Quid erat, Hortenſi, tandem in illo puero po-
pulare?quid inuidioſum?Gracchi,credo,aut Sa-
turnini, aut alicuius hominis eiuſmodi produ-
xeram filiū, vt nomine ipſo , & memoria patris,
ani

x L.referre ſe poſſe.

y L. defenſionis.

z L. Hac condicione ſiq. de populo redēptor acceſſiſſet,non eſſet vſus.cū die cet. red.excluſ. tū in eius arb.ac pot. ven.nolebant,qui ſibi erept. pr.arbitrarentur.

a L. Rabonij. NOMINA RABONII.Hic

b L. & ſtetiſſe cum patruo teſt.

animos imperitæ multitudinis concitarem. P.
Iunij erat,hominis de plebe Romana,filius:quē
pater moriens tum tutoribus & propinquis,tum
legibus,tum æquitati magiſtratuum, tū iudiciis
152 veſtris commendandum putauit.|| Hic iſtius ſce-
lerata locatione, nefarióque latrocinio , bonis
patriis, fortuniſq; omnibus ſpoliatus , venit in
iudicium:ſi nihil aliud,ſaltem, vt eum, cuius o-
pera ipſe multos annos eſt in ſordibus,paulo ta
men obſoletiùs veſtitum videret. Itaque tibi,
Hortenſi, non illius ætas, ſed cauſa : non veſti-
tus, ſed fortuna , popularis videbatur. neque te
tam commouebat,quòd ille cum toga prętexta,
quàm quòd ſine * bulla venerat. veſtitus , enim
neminem commouebat is , quem illi mos,& ius
ingenuitatis dabat. quod ornamentum pueritię
pater dederat,indicium, atque inſigne fortunæ,
hoc ab iſto prędone ereptum eſſe , grauiter, &
153 acerbè homines ferebant. || Neque erant hæ la-
crymæ populares magis, quàm noſtræ, quā tuę,
Q.Hortenſi: quàm horum , qui ſententiā laturi
ſunt:ideò, quòd communis eſt cauſa, commune
periculum:communi præſidio talis improbitas,
tanquam aliquod incendium, reſtinguenda eſt.
Habemus enim liberos paruos.incertū eſt,quam
longa noſtrûm cuiuſque vita futura ſit. conſu-
lere viui,ac proſpicere debemus, vt illorum ſo-
litudo,&pueritia quàm firmiſſimo pręſidio mu-
nita ſit.Quis eſt enim,qui tueri poſſit [c] liberûm
noſtrorum pueritiam contra improbitatem ma-
giſtratuum?Mater,credo. ſcilicet magno præſi-
dio fuit [d] Anniæ pupillæ mater, fæmina prima-
ria : minùs , illa deos, hominéſque implorante,
iſte infanti pupillæ fortunas patrias ademit?
Tutoréſne defenderent? perfacilè verò apud i-
ſtiuſmodi prætorem , à quo M. Marcelli tutoris
in cauſa pupilli Iunij,& oratio, & voluntas , &
154 auctoritas repudiata eſt ? [e] || Quærimus etiam,
quid iſte in vltima Phrygia , quid in extremis
Pam

* vide hîc Aſconium & Feſtum in Bulla.

c al.noſtrorum liberûm.

d L.Anneię.

e al.Quærimus etiam.

Pamphyliæ partibꝰ fecerit?qualis in bello præ-
donum prædo ipſe fuerit,qui in foro populi Ro.
pirata nefarius reperiatur? Dubitamus,quid iſte
in hoſtium præda molitus ſit, qui manubias ſibi
tantas ex L.Metelli *manubiis fecerit? qui ma-
iore pecunia quatuor colũnas dealbandas , quã
ille omneis ædificandas locauerit?exſpectemus,
quid dicant ex Sicilia teſtes?Quis vnquam tem-
plum illud adſpexit,quin auaritiæ tuæ, quin in-
iuriæ , quin audaciæ teſtis eſſet ? Quis à ſigno
*Vertumni in Circum maximum venit , quin is
in vnoquoque gradu[69] de auaritia tua commo-
neretur? quam tu viam tenſarum , atque pom-
pæ,eiuſmodi exegiſti? [f] vt tu ipſe illà ire nõ au-
deas.Te putet quiſquam,cũ ab Italia [g] freto diſ-
iunctus eſſes,ſociis temperaſſe?qui ædem Caſto-
ris,teſtem furtorum tuorũ eſſe volueris: [70] quã
*populus Ro.quotidie, iudices etiam tum, cùm
de te ſententiam ferrent,viderent? || Atque*et- 155
iam iudicium in prætura publicum exercuit. nõ
enim prætereũdem eſt ne id quidem.petita mul-*
ta eſt apud iſtud prætorem à Q.Opimio: qui ad-
ductus eſt in iudicium, verbo , quòd , cùm eſſet
tribunus pleb.interceſſiſſet contra*legem Cor-
neliam : re , quòd in tribunatu dixiſſet contrà
alicuius hominis nobilis voluntatem. De quo
iudicio ſi velim dicere omnia,multi appellandi
lædendiq; ſunt:quod mihi non eſt neceſſe. tan-
tum dicam , paucos homines arroganteis , hoc
adiutore,Qu.Opimium per ludum,& iocum for
tunis omnibus euertiſſe. || Is mihi etiam queri- 156
tur,quòd à nobis , IX. ſolis diebus , prima actio
ſui iudicij tranſacta ſit:cùm apud ipſum tribus
horis Q.Opimius,ſenator populi Ro.bona, for-
tunas,ornamenta omnia annexuerit?cuius pro-
pter indignitatem iudicij,ſæpiſſime eſt actum in
ſenatu,vt genus hoc totum multarum , ac iudi-
ciorum eiuſmodi tolleretur. Iam verò in bonis
Qu. Opimij vendendis , quas iſte prædas quàm
apertè,

*vide Aſconium.

* Deus erat mercatorum.

f al. vt ipſe illà

g L. fretu diſiunct. vid. Gell. li.12.c.19.

*Priſc. populi.

*al.atquſ.

* vide hîc Aſcon. & pro Cornelio Appia. 1. Bell. ciuil. Cicero 3.de Legib. Flor.89.Salluſtium.

h L.paucos homines vt leuiſſimè dicam, arroganteis.

apertè quàm improbè fecerit,longum eſt dicere.Hoc dico, niſi vobis id hominum honeſtiſſimorum tabulis planum fecero, fingi à me totũ
157 temporis cauſa putatote.|| Iam qui ex calamitate ſenatoris populi Ro.cùm prætor iudicio eius præfuiſſet, ſpolia domum ſuam referre, & manubias detrahere [i] conatus ſit:is vllam ab ſeſe calamitatem poterit deprecari? Nam de ſubſortitione illa Iuniana iudicum nihil dico. Quid enim?contra tabulas,quas tu protuliſti,audeam dicere?difficile eſt. Non enim me tua ſolum, & iudicũ auctoritas,ſed etiã annulus aureus ſcribę tui deterret. Non dicam, id quod probare difficile eſt: hoc dicam,quòd oſtendam: multos ex te viros primarios audiſſe,cùm diceres, ignoſci tibi oportere,quòd falſum codicem protuleris. nam,quia inuidia C.Iunius [k] conflagrarat,ea,niſi prouidiſſes, tibi ipſi tum pereundum fuiſſe.
158 ||Hoc modo iſte ſibi,& ſaluti ſuæ proſpicere didicit,referendo in tabulas & priuatas, & publicas,quod geſtum non eſſet, tollendo, quòd eſſet,& ſemper aliquid [l] demẽdo,mutando,[71] curando,ne litura*appareat,interpolãdo.Eò enim vſque progreditur, vt ne defenſionem quidem maleficiorum ſuorum ſine aliis maleficiis reperire [m] poſſet.Eiuſdem modi ſortitionem homo amentiſſimus ſuorum quoq; iudicum fore putauit per ſodalem ſuum, Q. Curtium, iudicem quæſtionis: cui niſi ego vi populi, & hominum clamore,atque conuicio reſtitiſſem: ex hac decuria [n] noſtra, [72] cuius mihi copiam quàm largiſſimè factam oportebat,erepta eſſet [o] facultas bonorum,[73] cùm is annuerat,in ſuum conſilium ſine cauſa ſubſortiebatur.

i L.conatus eſt: is.

k al. conflagrauit.

l L. demendo,mutando,interpolando.

* al.appareret

m L.poſſit.

n al. veſtra.

o L. facultas eorum, quos iſte innuerat, &c.

Putant nonnulli quippiam deſiderare.Lambinus non putat. Quòd ſiquid deeſt,pauca admodum deeſſe.

ACCV

Digitized by Google

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, * LIBER QVARTUS, de iuriſdictione Siciliensi.

* Iam Accuſationis liber ſecundus. Man. Actionis II. in C. Verr. lib. II.

ORATIO SEPTIMA.

Tota præturæ Sicilienſis accuſatio quatuor criminũ genera complectitur, de iuriſdictione, de frumẽto, de ſignis, de ſuppliciis, quæ quatuor ſequẽtib. ſunt diſtributa libris. huius vero libri hæc ferè ſunt capita, de iniquis edictis Verris in prætura Sicilienſi, in Dionẽ Haleſinum, Soſippum & Epicratem Agirinenſes, Heraclium Siracuſanum, Epicratem Bidinum, Sopatrum Halicienſem, Sthenium Thermitanum. De venali eiuſdem Verris iuriſdictione, ſeu de venditis Senatoriis dignitatibus, Sacerdotiis, Cenſoriis. De pecunia ſtatuarum nomine vi exacta. De publicanorum cum Verre colluſione.

a L. vt poſſim aliquãdo de iis reb. al. vt poſſim aliquo modo aliquando de, &c.

MVLTA mihi neceſſariò, iudices, 1
prætermittenda ſunt,[a] vt poſſim aliquo modo de iis rebus, quæ meæ fidei: commiſſæ ſunt, dicere. recipi enim cauſam Siciliæ. ea me ad hoc negotium prouincia attraxit. Ego tamen, hoc onere ſuſcepto. & recepta cauſa Siciliẽſi, amplexꝰ animo ſũ aliquãto amplius, ſuſcepi enim cauſã totius ordinis: ſuſcepi cauſã populi Ro. quòd putabã tũ deniq; rectè iudicari poſſe, ſi nõ modò reus improbꝰ adduceretur: ſed etiã diligens, & firmus accuſator ad iudiciũ veniret. | Quo mi- 2
hi maturius ad Siciliæ cauſam veniẽdum eſt, relictis ceteris eius furtis, ac flagitiis, vt & viribus quã integerrimis agere, & ad dicendum temporis ſatis habere poſſim. * Atq; adeò, antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur

* Digreſſio de laudib. Siciliæ.

tur eſſe de prouinciæ,dignitate,vetuſtate, vtilitate dicenda.Nam cùm omnium ſociorum, prouinciarúmque rationem diligenter habere debetis,tum præcipuè Siciliæ,iudices,plurimis,iuſtiſſimiſq; de cauſis : primùm quòd omnium nationum exterarum princeps * Sicilia ſe,ad amicitiam,fidemque populi R.b applicuit:prima omnium, id quod ornamentum imperij eſt, prouincia*eſt appellata: prima docuit maiores noſtros,quàm præclarum eſſet exteris gentibꝰ imperare: ſola fuit ea fide , beneuolentiáque erga populum Ro.vt ciuitates eius inſulæ,quæ ſemel in amicitiam noſtram*veniſſent,nũquam poſtea deficerent:pleræq;autem,& maximè illuſtres in
3 amicitia perpetuò manerent.||Itaque maioribus noſtris in Africam ex hac prouincia gradus imperij factus eſt.neque enim tam facilè opes Karthaginis tantæ cõcidiſſent, niſi illud & rei frumentariæ ſubſidium , & receptaculum claſſibus noſtris pateret. Quare P. Africanus,Karthagine deleta , Siculorum vrbeis ſignis , monumentiſque pulcherrimis exornauit : vt , quos victoria populi Rom.maximè lætari arbitrabatur , apud eos monumenta victoriæ plurima collocaret.
4 ||Denique ille ipſe M.Marcellus,cuius in Sicilia virtutem hoſtes,miſericordiã victi,fidem ceteri Siculi perſpexerunt,non ſolùm ſociis in eo bello cõſuluit, verùm etiam ſuperatis hoſtibus tẽperauit,vrbẽ pulcherrimam,Syracuſas,quæ cùm manu munitiſſima eſſet,tũ loci natura,terra d ac mari claudebatur,cùm vi,conſilióq; cepiſſet:nõ ſolùm incolumẽ paſſus eſt eſſe , ſed ita reliquit ornatam , vt eſſet idem monumentum victoriæ, manſuetudinis , continentiæ : cùm homines viderent , & quid expugnaſſet , & quibus pepercisſet , & quæ reliquiſſet. tantum ille honorem Siciliæ habendum putauit,vt ne hoſtium quidem vrbem ex ſociorũ inſula tollendã arbi-
5 traretur.||Itaque ad omneis resSicilia prouincia ſemper

- *vide Aſconium.
- b L. applicauit.
- * eam primus C. Flaminius obtinuit.
- * al. rediiſſent. ita Faern.
- c L. maioribus noſtris in.
- d L. ac mari clauderetur.

ſemper vſi ſumus, vt, quidquid ex ſeſe poſſet efferre, id non [e] apud eos naſci, ſed domi noſtræ [f] conditum iam putaremus. Quando illa frumentum, quod deberet, non ad diem dedit, quādo id, quod opus eſſe putaret, non vltrò pollicita eſt? quando id, quod imperaretur recuſauit? Itaque ille M. Cato Sapiens * cællam * penariam reipublicæ noſtræ, nutricē plebis Romanæ, Siciliam [g] nominauit. Nos verò experti ſumus, Italico maximo, difficillimoq; bello, Siciliam nobis non pro penaria cælla, ſed pro * ærario illo maiorum vetere, ac referto fuiſſe. nam ſine vllo ſumtu noſtro, coriis, tunicis, frumentóq; ſuppeditato, maximos exercitus noſtros veſtiuit, aluit, armauit. || Quid illa quæ forſitan ne ſentimus quidem, iudices, quanta ſunt? quòd [h] multis locupletioribus ciuibus vtimur? quòd habēt propinquam, fidelem, fructuoſámque prouinciam, quò facilè excurrant? vbi libenter negotium gerant? quos illa partim mercibus ſuppeditandis cum quæſtu, compendióque dimittit: partim retinet, vt arare, vt paſcere, vt negotiari libeat, vt denique ſedes, ac domicilium collocare. quod commodum non mediocre [i] populi Romani eſt: [2] tantū ciuiū Romanorū numerū, tā propè ab domo, tā bonis fructuoſiſque rebus detineri. || Et quoniā quaſi quędā prędia populi R. ſunt, vectigalia noſtra, atque prouinciæ: quemadmodum propinquis vos veſtris prædiis maximè delectamini: ſic populo R. iucunda ſuburbanitas eſt huiuſce prouinciæ. Iam verò hominū ipſorū, iudices, ea patiētia, virtus, frugalitáſq; eſt, vt proximè ad noſtrā diſciplinam illā veterem, [k] nō hāc, quæ nūc [l] increbruit, [m] videātur accedere. nihil ceterorū ſimile Græcorū: nulla deſidia, nulla [n] luxuria: contrà ſummus labor in publicis, priuatiſque rebus, ſumma parſimonia, ſumma diligentia. Sic porrò noſtros homines diligunt, [o] vt his ſolis neq; * publica

6 (beside "Quid illa quæ forſitan ne ſenti-")

7 (beside "Et quoniā quaſi quędā prę-")

e al. apud eam.
f L. conditū putarem*.
* al. celiā.
* Vide Str. li. 6. Polibi* quoque ſic ſcribit κελλεῖον δ' αὐτὴν ταμεῖον τῆς ῥώμης.
g L. nominabat.
* Romæ tria æraria Vetus ſeu vulgare alterum ſanctius, tertiū quod niſi belli Gallici cauſa exe crationib. publicis adhibitis aperiebatur.
h L. multo loc.
i L. rei. eſt: v. c. R. P. eſt.
k L. non ad hanc.
l vul. increbuit.
m L. videatur acc.
n L. luxuries.
o L. vt iis ſolis.
* Rom. hominum per prouincias nomina.

Digitized by Google

8 blicanus,neque negotiator,odio ſit.||Magiſtratuum autem noſtrorum iniurias ita multorum tulerunt,vt numquam ante hoc tempus ad arã legum præſidiúmque veſtrum publico conſilio confugerint. tametſi & illum annum pertulerant,qui ſic eos afflixerat,vt ſalui eſſe non poſſent, niſi C.Marcellus quaſi aliquo fato veniſſet,vt bis ex eadem familia ſalus Siciliæ [p] conſtitueretur:[q] poſtquam M. Antonij infinitũ illud imperium ſenſerant.*Sic à maioribus ſuis acceperant,tanta populi Ro.in Siculos eſſe beneficia , vt etiam iniurias noſtrorum hominum
9 perferendas putarent.|| In neminem ciuitates ante hunc teſtimonium publicè dixerunt. Hũc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo,ſi vſitato more,ſi denique vno aliquo in genere peccaſſet:ſed cùm perferre non poſſent luxuriem,crudelitatem,auaritiã ſuperbiã: cùm omnia ſua cõmoda,iura,beneficia ſenatus,populiq; Ro, vnius ſcelere, ac libidine perdidiſſent: hoc ſtatuerunt,aut iſtius iniurias per vos vlciſci, & perſequi:aut ſi vobis indigni eſſent viſi, quibus opem,auxiliúmque ferretis, [3] vrbeis , ac ſedes ſuas [r] relinquere,quandoquidem agros iã antè
10 iſtius iniuriis exagitati reliquiſſent.||Hoc conſilio à L. Metello legationes vniuerſæ petiuerunt,vt quamprimùm iſti ſuccederet. Hoc animo toties apud patronos de ſuis miſeriis deplorarunt: hoc commoti dolore , poſtulata cõſulibus,quæ non poſtulata,ſed in iſtum crimina viderentur eſſe,ediderunt.Fecerunt etiã,vt me, cuius fidẽ, continentiamq; cognouerant,prout de vitæ meæ ſtatu,dolore,ac lachrymis ſuis deducerent, vt ego iſtum accuſarẽ:à quo mea lõgiſſimè ratio,voluntáſque abhorrebat. Quamquam in hac cauſa multo plureis partes mihi defenſionis, quàm accuſationis , ſuſcepiſſe vi-
11 deor.||Poſtremò homines ex tota prouincia nobiliſſimi,primíque, publicè,priuatimque vene-

p li.vul. cō ſtitueretur & poſt. M. Ant.

q al. & poſtea.

* al. Sed ſic.

r v.c. relinquerent.

runt grauiſſima, [s] atque honeſtiſſima quæq; ciui-
tas vehementiſſimè ſuas iniurias perſecuta eſt.
At quemadmodum, iudices, venerunt? videor
enim mihi liberiùs apud vos iam pro Siculis lo-
qui debere, quàm forſitã ipſi velint. ſaluti enim
eorum potius cõſulam, quàm voluntati. Ecquẽ
exiſtimaſtis vmquam vlla in prouincia reũ ab-
ſentem contra inquiſitionem accuſatoris, tan-
tis opibus, tanta cupiditate eſſe defenſum? Quę-
ſtores vtriuſque prouinciæ, qui iſto Pr. fuerãt,
cum faſcibus mihi præſtò fuerunt. || Hi porrò, 12
qui ſucceſſerunt, vehementer iſtius cupidi libe-
raliter ex iſtius cibariis tractati, nõ minùs acres
contra me fuerunt. Videte, quid potuerit, qui
quatuor [t] in prouincia quæſtores, ſtudioſiſſimos
defenſores, propugnatoréſque habuerit, præto-
rem verò cohortémque totam [u] ſic ſtudioſam,
vt facilè appareret, non tam illis Siciliam, quã
inanem offenderant, quàm Verrem ipſum, qui
plenus deceſſerat, prouinciam fuiſſe. Minari Si-
culis, [x] ſi decreſſent legationẽ, quæ contra iſtũ
dicerent, minari: ſi qui eſſent profecti: aliis, ſi
laudarent, benigniſſimè promittere: grauiſſimos
priuatarum rerum teſteis, quibus nos præſenti-
bus denuntiauimus, eos vi, cuſtodiiſq; retinere.
|| Quæ cùm omnia facta ſint, tamen vnam ſolam 13
ſcitote eſſe ciuitatem Mamertinam, quæ publi-
cè legatos, qui iſtum laudarẽt, miſerit. Eius au-
tẽ legationis principem, ciuitatis [y] nobiliſſi-
mum, C. Heium, iuratum dicere audiſtis: iſti na-
uem onerariam maximam Meſſanæ eſſe publicè
coactis operis, ædificatam. idémque Mamerti-
norum legatus, iſtius laudator, non ſolùm iſtũ
bona ſua, verùm etiam ſacra, deôſq; penateis à
maioribus traditos, ex ædibus ſuis eripuiſſe di-
xit. Præclara laudatio: cùm duabus in reb. le-
gatorũ vna opera conſumitur, in laudãdo, [z] at-
que repetendo. Atque ea ipſa ciuitas qua ra-
tione [a] illi amica ſit, dicetur certo loco. repe-
rietis

s L. atque amplisſima quæque

t L. in vna prouincia q.

v fort. ſic ſui ſtudioſam.

x al. ſi decreuiſſent legationes, q. c. iſt. diceret.

y L. nobiliſſimum ciuem, C. Heium.

z L. atque in repet.

a L. iſti amica ſit.

rietis enim, quæ cauſæ beneuolentiæ ſint Mamertinis erga iſtum, eas, ipſas cauſas, ſatis iuſtas eſſe damnationis. Alia ciuitas nulla, iudices.
14 publico conſilio laudat.|| Vis illa ſummi imperij tantùm potuit apud perpaucos homines, nō ciuitates, vt aut leuiſſimi quidā ex miſerrimis, deſertiſſimiſq; oppidis inuenirentur, qui iniuſſu populi, ac ſenatu proficiſcerentur: [b] aut ij, qui contra iſtum legatis decreti, & teſtimoniū publicum, ac mandata acceperant, vi ac metu retinerentur. Quod ego in paucis tamē vſu veniſſe non moleſtè [c] fero, quo reliquæ tot, & tātæ, & tam graues ciuitates, tota denique Sicilia plus auctoritatis apud vos haberet, cùm videretis nulla vi retineri, nullo periculo prohiberi [d] potuiſſe, quo minus experirentur, ecquid apud vos querimoniæ valerent antiquiſſimorum, fi-
15 deliſſimorúmque ſociorum.|| Nā quòd fortaſſe non nemo veſtrûm audierit, iſtū à Syracuſanis publicè laudari: id tametſi priore actione ex Heraclij Syracuſani teſtimonio, cuiuſmodi eſſet, cognouiſtis, tamē vobis alio loco, vt ſe tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonſtrabitur. Intelligetis enim, nullis hominibus quemquā tanto odio: quanto iſtum Syracuſanis, & eſſe, & fuiſſe. At enim iſtum [e] ſoli Siculi perſequuntur: ciues Romani qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt, ſaluū eſſe cupiunt. Primū, ſi ita eſſet, tamen vos in hac quæſtione de pecuniis repetundis, quæ ſociorū cauſa conſtituta eſt, lege, iudicioq; ſociali, ſociorū
16 querimonias audire oporteret.|| Sed intelligere potuiſtis priore actione, ciueis Romanos ex Sicilia, plurimos, honeſtiſſimos, maximis de rebus & quas ipſi accepiſſēt iniurias, & quas ſcirēt aliis eſſe factas, pro teſtimonio dicere. Ego hoc ꝙ intelligo, iudices, ſic confirmo: videor mihi gratū feciſſe Siculis, quòd eorū iniurias, meo labore, inimicitia, periculo ſim perſecutus, nō mi-

b L. aut ij, qui contra iſtum legatos decreuerant & teſtimoniū publicum, mandatáq; acceperant al. decreti erant.
c v.c. iuſt.
d L. poſſe.
e for. ſoli Siculi odio perſequuntur.

nus hoc gratū me noſtris ciuibus intelligo feciſſe:qui hoc exiſtimant,iuris libertatis,rerum, fortunarumq́ue ſuarum ſalutem in iſtius damnatione conſiſtere.|

*PROPOSITIO.

17 *Quapropter de iſtius prætura Sicilienſi nõ recuſo,quin ita me audiatis, vt,ſi cuiquam generi hominum ſiue Siculorum, ſiue noſtrorum ciuium:ſi cuiquam ordini, ſiue aratorum,ſiue pecuariorum, ſiue mercatorum probatus ſit:ſi non horum omnium communis hoſtis,prædoque fuerit:ſi cuiquam denique vlla in re vmquam temperauerit: [4] vt vos quoque ei temperetis.

*NARRATIO.

*Qui ſimulatque ei ſorte prouincia Sicilia obuenit,ſtatim Romæ, [f] & ad vrbẽ autè quàm proficiſceretur,quærere ipſe ſecum, [g] & cum ſuis agitare cœpit,quibuſnam rebus in ea prouincia,maximam vno anno pecuniā facere poſſet.Nolebat in agendo diſcere(tametſi non prouinciæ rudis erat,& tiro) ſed in Siciliā paratus ad prædam,meditatuſq́ue venire cupiebat.||

f al.& ab vrbe,antè quàm pr.
g L.& cogitare cum ſuis cœpit.

18 O præclarè coniectum à vulgo in illam prouinciā omen cõmunis famæ,atq; ſermonis. cùm ex nomine iſtius [5] [h] quid in prouincia facturus eſſet, [i] perridiculi homines augurabantur.Etenim quis dubitare poſſet, cùm iſtius in quæſtura fugam,& furtum recognoſceret: cùm in legatione oppidorum, fanorúmq; ſpoliationes cogitaret:cùm videret in foro latrocinia præturæ:qualis iſte in quarto actu improbitatis futurus eſſet?Atque vt intelligatis,eum Romæ quæſiſſe non modo genera furandi;ſed etiā nomina: certiſſimum accipite argumentū, quo faciliùs de ſingulari eius impudentia exiſtimare poſſitis.|

h L.quid iſte in prouincia f.
i al.perridiculè.

19 Quo die Siciliam [k] tetigit (videte, ſatiſne paratus ex illo omine vrbano [6] [l] ad euertendā prouinciam venerit) ſtatim Meſſana literas *Haleſam mittit: quas ego iſtum in Italia ſcripſiſſe arbitror. nam ſimulatq; è naui egreſſus eſt,dedit operā, vt Haleſinus ad ſe Dio cõtinuò veniret:ſe de hereditate velle cognoſcere,

k L.attigit.
l L.ad euertendam pr.
*DE REBVS IVDICATIS in diuerſos & primum in Dionẽ Haleſinum.

cere,

cere quę eius filio à propinquo homine Apollo
20 doro [m] Laphirone veniſſet. ‖ Ea erat, iudices
pergrandis pecunia. Hic eſt Dio, iudices, nunc
beneficio Q. Metelli ciuis Rom. factus: de quo
multis viris primariis teſtibus, multorúmq; ta-
bulis vobis priore actione ſatisfactum eſt, ⁊ [n]
LLS. vndecies numeratum eſſe, vt eam cauſam,
in qua ne tenuiſſima quidem dubitatio poſſet
eſſe, iſto cognoſcente obtineret: præterea gre-
ges nobiliſſimarum equarum abactos argenti,
veſtiſque ſtragulæ domi quod fuerit, eſſe [o] di-
reptum. ita LLS. vndecies Q. Dionem quòd he-
reditas [p] ei obueniſſet, nullam aliam ob cauſã
21 perdidiſſe. ‖ Quid? Hæc hereditas quo prætore
Dionis filio venerat? eodem quo [*] P. Annij ſe-
natoris filiæ: eodem quo M. Liguri ſenatori, C.
Sacerdote prætore. Quid? tum nemo moleſtus
Dioni fuerat? non plus quàm Liguri, Sacerdote
prætore. Quid? ad Verre quis detulit? nemo: ni-
ſi fortè exiſtimatis ei quadruplatores ad fretũ
præſtò fuiſſe. Ad vrbem cùm eſſet, audiuit, Dio-
ni cuidam Siculo permagnam veniſſe heredita-
tem: heredem ſtatuas iuſſum eſſe in foro pone-
re: niſi poſuiſſet Veneri Erycinæ eſſe multatũ.
Tametſi poſitæ eſſent ex teſtamẽto: putabat ta-
men quoniã Veneris nomen eſſet, [q] cauſam pe-
22 cuniæ reperturum. ‖ Itaque apponit, qui putat
Veneri Ericynæ illam hereditatem. non enim
quæſtor petit (vt eſt conſuetudo) is qui [r] Ery-
ciũ montem obtinebat: petit Næuius Turpio
quidã, iſtius excurſor & emiſſarius, homo om-
nium, ex illo conuentu quadruplatorum deter-
rimus, C. Sacerdote prætore condemnatus in-
iuriarũ. etenim erat eiuſmodi cauſa, vt ipſe præ-
tor, cùm quæreret [t] calumniatorem, paullò ta
men conſideratiorem reperire non poſſet. [u] hũc
hominem Veneri abſoluit: ſibi condemnat. ma-
luit videlicet homines peccare, quàm Deos: ſe
potius à Dione, quod non licebat, quàm Vene-

m al. L. Aualerone.

n L. LLS. IↃ. numerata eſſe.

o al. dereptum ita LLS. IↃ. Dion.

p L. ei veniſſet.

* L. quo Anneiæ, P. Annij.

q L. cauſam kalumniæ ſe rep.

r L. Erycinum m. al. Erycum m.

s L. à Sacerdote pr.

t v. c. kalũniatore.

v al. Hic hominem.

rem, quod non debebatur, auferre.|| Quid ergo 23
nunc hic Sex. Pompeij Chlori teſtimonium re-
citem, qui cauſam egit Dionis? qui omnibus re-
bus interfuit? hominis honeſtiſſimi, tametſi ci-
uis Romanus virtutis cauſa iamdiu eſt. tamen
omnium Siculorum primi, ac nobiliſſimi? Quid
ipſius Q. Cæcilij Dionis, hominis probatiſſimi,
ac prudentiſſimi? Quid [x] L. Vetecilij Liguris, [y]
T. Manilij, L. * Caleni? quorum omnium teſti-
moniis de hac Dionis pecunia cõfirmatum eſt.
Dixit hoc idem M. Lucullus, ſe de his Dionis
incommodis pro hoſpitio, quod ſibi cum eo eſ-
ſet, iam antè cognoſſe.|| Quid? Lucullus, qui tũ 24
in Macedonia fuit, melius hæc cognouit, quàm
tu Hortenſi, qui Romæ fuiſti? ad quem Dio cõ-
fugit? qui de Dionis iniuriis grauiſſimè per li-
teras cum Verre queſtus es noua tibi hæc ſunt,
& inopinata? nũc primùm hoc aures tuæ crimẽ
accipiunt? nihil * ex Dione, nihil ex ſocru tua,
fœmina primaria, Seruilia, vetere Dionis hoſpi-
ta audiſti? nónne multa mei teſtes, quæ tu ſcis,
neſciunt? nónne te mihi teſtem in hoc crimine
eripuit non iſtius innocentia, ſed * legis excе-
ptio? Recita. TESTIMONIA M. LVCVLLI, CHLO-
RI, DIONIS. Satiſne vobis magnam pecuniã Ve-
nerius homo, qui è Chelidonis ſinu in prouin-
ciam profectus eſſet, Veneris nomine quæſiſſe
videtur?|| Accipite * aliã in minore pecunia nõ 25
minùs impudentem calumniam. Soſippus & [a]
Epicrates, fratres ſunt Agyrinenſes. horum pa-
ter abhinc duos, & xx. annos eſt mortuus: in cu-
ius teſtamento quodam loco, ſi cõmiſſum quid
eſſet, multa erat Veneri. 9 [b] Ipſos xx annos, cũ
tot interea prætores, tot quæſtores, tot kalum-
niatores in prouincia fuiſſent, hereditas ab his
Veneris nomine petita non eſt. Cauſam Verres
cognoſcit. per Volcatium pecuniam accipit, [c]
ferè ad LLS. cccc. millia ab duob9 fratrib. Mul-
torum [d] teſtimonia audiſtis antea. vicerũt Agy-
rinen-

x al. L. Vecilij Lig.
y al. Mãlij.
* al. Kaleni
* L. nihil de Dione &c. ex ſocr.
* lege enim non licebat accuſatori teſtimoniũ denunciare defenſori.
* De rebus iudicatis in Soſippũ & Epicratem.
a al. Philocrates.
b v.c. Ipſo viceſimo anno, cum tot int. pr. tot q. t. kalumniatores in pro. f. h. ab his Ven. enim petita eſt.
c al. ferè LLS. xx. à duob. fr. Lam. fer è LLS. cccc. mil.
d al. teſtimonium aud.

rinenſes fratres ita, vt egentes, inanéſque diſcederent.

26 || At enim ad Verrem pecunia iſta non peruenit. Quæ eſt iſta defenſio? vtrùm aſſeueratur in hoc, an tentatur? mihi enim noua res eſt. Verres [e] calumniatores apponebat: Verres abeſſe iubebat: Verres cognoſcebat: Verres iudicabat: pecuniæ maximè dabantur: qui dabant, cauſas obtinebant: tu mihi [f] ita defendas? non eſt iſta Verri numerata pecunia. Adiuuo te: mei quoque teſtes idem dicunt: Volcatio dicũt ſeſe dediſſe. Quæ vis [g] erat in Volcatio tãta, vt LLS. CCCC. [h] millia à duobus hominibus auferret? [i] & quis Volcatio, ſi ſua ſponte veniſſet, vnam libellam dediſſet? Veniat nunc: experiatur: tecto recipiet nemo. At ego amplius dico, LLS. [k] quadringenties accepiſſe te arguo contra leges: nego tibi ipſi vllum nummum eſſe numeratũ: ſed cùm [l] ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata, pecuniæ dabantur, non erat quærendum, cuius manu numerarentur, ſed cuius iniuria cogerentur.

27 || Comites illi tui delecti, manus erant tuæ. præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, haruſpices, præcones, manus erant tuæ. vt quiſque te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maximè manes tua putabatur. cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quàm ſi centũ cohortes fugitiuorum fuiſſent, tua manus ſine controuerſia fuit. quidquid ad horum quopiam captum eſt, id non modò tibi datum, ſed tua manu numeratum iudicari neceſſe eſt. Nam ſi hanc defenſionem probabitis, Non accepit ipſe: licet omnia de pecuniis repetundis iudicia tollatis. [m] Nemo vmquã tã reus, tam nocens adducetur, qui iſta defenſione non poſſit vti. etenim cùm Verres vtatur: quis erit vmquam poſthac reus tam perditus, qui non ad Qu. Mucij innocentiam referatur, ſi cum iſto conferatur? Neque nunc tam mihi iſti

e v.c. kalũniatorem a pp. & ita L.

f L. ita defendas, non eſt iſta Verri numerata pecunia?

g al. erat Volcatio t.

h L. millia duob. hom.

i L. ecquis Volc.

k v.c. cccc. cepiſſe te ar. L. quadringenties cepiſſe.

l L. ob tua decreta, ob edicta, ob imperia, ob iudicia, &c. & ita v.c.

m L. nemo vmquã tam reus, tam noc.

Digitized by Google

Verrem defendere videntur, quàm in Verre defenſionis tentare rationem.|| [n] Qua de re, iudices vobis magnopere prouidendum eſt. 28

pertinet hoc [o] ad ſummam reip. & ad exiſtimationē ordinis, ſalutémque ſociorum. Si enim innocēteis exiſtimari volumus, non ſolùm nos abſtinenteis, ſed etiam noſtros comites præſtare debemus. Primùm omniū [p] opera tāta danda eſt, vt eos nobiſcū ducamus, qui noſtræ famæ, capitique conſulant. deinde, ſi in hominibus eligēdis nos ſpes amicitiæ fefellerit, vt vindicemus: miſſos faciamus: ſemper ita viuamus, vt rationē reddendam nobis arbitremur. Africani eſt hoc, hominis liberaliſſimi. veruntamen ea liberalitas eſt probanda, quæ ſine periculo exiſtimationis eſt, vt in illo fuit.||

29 Cùm ab eo quidam vetus aſſectator, & ex numero amicorum, non impetraret, [q] vt ſe præfectum in Africam duceret, & id ferret moleſtè: Noli, inquit, mirari, ſi tu à me hoc non impetras. ego iampridē ab eo, cui meā exiſtimationē caram fore arbitror, peto, vt mecum præfectus proficiſcatur: & adhuc impetrare non poſſum. Etenim re vera multo magis eſt petendū ab hominibus, [r] ſi ſalui & honeſti eſſe volumus, vt eant nobiſcum in prouinciā, quā hoc illis in beneficij loco deferendum. Sed tu, cùm & tuos amicos in prouinciā quaſi in prædam, inuitabas, [s] ac cum illis, ac per eos prædabare, & eos in contione annulis aureis donabas: non ſtatuebas, tibi [t] non ſolùm de te, ſed etiam de illorum factis rationem eſſe reddendam? ||

30 10 [u] Cùm hos ſibi quæſtus conſtituiſſet magnos atque vberes ex his cauſis, quas inſtituerat in concilio, hoc eſt, cum ſua cohorte, cognoſcere: tum infinitum genus inuenerat ad innumerabilem pecuniam [x] corripiendam. Dubium nemini eſt, quin omnes omnium pecuniæ poſitæ ſint in eorum pote-

n for. cui rei iudices vob. al. Qua re iud.

o L. ad ſummā remp. & ad exiſti. ordinis noſtri ſalutēque &c.

p L. opera danda, vt eos nobiſcum educamus.

q L. vti ſe pr.

r L. ſi ſalui eſſe vol.

s L. & cum illis, ac per.

t L. non ſolùm de tuis ſed etiam.

v for. Cùm hos ſibi quæſtus inſtituiſſet m atque vb. ex h. c. qui ipſe conc. in conf.

x for. corradendam.

rum poteſtate, qui iudicia dant, & eorũ, qui iudicant: quin nemo noſtrûm poſſit ædeis ſuas, nemo fundũ, nemo bona patria obtinere, ſi cùm hæc à quopiã veſtrûm [y] petita ſunt, prætor improbus, cui nemo intercedere poſſit, det quem
31 velit iudicem, iudex nequam & leuis, quod prætor iuſſerit, iudicet. || Si verò illud quoque [z] accedet, vt prætor in ea verba iudicium det, [a] vt vel Octauius Balbꝰ iudex, homo, & iuris & officij peritiſſimus, non poſſit aliter iudicare: ſi iudicium ſit eiuſmodi, L. OCTAVIVS IVDEX ESTO: [b] SI APPARET, FVNDVM CAPENATEM, [c] QVO DE AGITVR EX IVRE QVIRITIVM P. SERVILII ESSE, NEQVE IS FVNDVS Q. CATVLO RESTITVETVR: non neceſſe erit L. Octauio iudici cogere P. Seruilium Qu. Catulo fundum reſtituere, [d] aut condemnare eum, quem non oporteat? Eiuſdẽmodi totum ius prætoriũ, eiuſdemmodi omnis res iudiciaria fuit in Sicilia per triennium, Verre prætore: decreta eiuſmodi. SI NON ACCIPIT QVOD TE DEBERE DICIS, ACCVSES: [e] SI PETITVR, DVCAS. [f] C. Fuficium duci iuſſit petitorem, L. Suetium, [g] L. Racilium. iudicia [h] huiuſmodi: QVI CIVES ROM. ERANT, SI SICVLI ESSENT, [i] CVM SICVLOS EORVM LEGIBVS DARE OPORTERET. QVI SICVLI, SICVLI SI
32 CIVES ROM. ESSENT. || Verùm vt totum genus amplectamini iudiciorum: prius iura Siculorũ, deinde iſtius inſtituta cognoſcite. Siculi hoc iure ſunt, vt quod ciuis, cũ ciui agat, domi certet ſuis legibus: quod Siculus cũ Siculo non eiuſdem ciuitatis, vt de eo prætor iudicet ex P. Rupilij decreto, quod is de decem legatorum ſententia ſtatuit: [k] quam legem Siculi Rupiliam vocant, ſortiatur. Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato: ſenatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, datur, cùm alternæ ciuitates reiectæ ſunt. Quod ciuis Ro. à Siculo

y al. petita ſint.
z al. accedat. v.c. accedit.
a L. ſi in eiuſmodi. I. Oct.
b L. ſi paret
c v.c. Q.D.A
d L. & condemn.
e L. ſi patitur.
f al. C. Fufidium. al. C. Fuſiniũ.
g al. L. Acilium.
h al. eiuſmodi.
i L. cùm Si eorũ legib. dare oporteret. Qui ſi ciues R. eſſent, cùm ciueis R. dare iudices oporteret. Verum.
k L. quam illi legem Rup. voc.

Digitized by Google

petit.Siculus iudex datur. quod Siculus à ciue
R.ciuis Rom. datur.ceterarum rerum ſelecti iu-
dices ex ciuium Romanorũ conuentu proponi
ſolent. Inter aratores & decumanos, lege fru-
mentaria,quam Hieronicam appellant, iudicia
fiunt.||Hæc omnia iſto prætore non modò per- 33
turbata,ſed planè & Siculis,& ciuibus R. erep-
ta ſunt : primùm ſuæ leges,quod ciuis cum ci-
ue [l] ageret,aut eum iudicem, quem commodũ
erat,præconem,haruſpicem medicum ſuum da-
bat:aut,ſi legibus erat iudicium conſtitutum,&
ad ciuẽ ſuum iudicẽ [m] venerãt,liberè ciui iudi-
care nõ licebat. Edictũ enim hominis cognoſ-
cite,quo edicto omnia iudicia redegerat in ſuã
poteſtatem: [n] ſi quis perperam iudicaſſet,ſe co-
gniturum: cùm cognoſſet animaduerſurum.Id-
que cùm faciebat, nemo dubitabat, quin cùm
iudex alium de ſuo iudicio [o] putet iudicaturũ.
ſéque in eo capitis periculum aditurum,volun-
tatem [p] ſpectet eius,quẽ ſtatim [q] de capite ſuo
putet iudicaturum.||Selecti è conuentu,aut pro- 34
poſiti ex negotiatoribus iudices,nulli hæc co-
pia,quam dico iudicum,cohors non Q. Scæuu-
læ,qui tamen de cohorte ſua dare non ſolebat:
ſed C.Verris.Cuiuſmodi cohortem putatis hoc
principe fuiſſe?ſicuti videtis edictum. SI QVID
PERPERAM IVDICARIT SENATVS. Eum quoq;
oſtendã (ſi quando ſit datus,coactu iſtius, quod
non ſenſerit,iudicaſſe.Ex lege Rupilia ſortitio
nulla, niſi cũ nihil intererat iſtius [13] lege Hie-
ronica iudicia plurimarum controuerſiarum ſu-
blata vno nomine omnia. de conuentu, ac ne-
gotiatoribus [r] nulli iudices. Quantam pote-
ſtatem habuerit,videtis : quas res geſſerit,co-
gnoſcite.||Heraclius [*] eſt Hieronis filius, Sy- 35
racuſanus,homo in primis domi ſuæ nobilis,
& ante hunc prætorem vel pecunioſiſſimus Sy-
racuſanorum : nunc nulla alia calamitate, niſi
iſtius auaritia,atque iniuria pauperrimus. huic
heredi

l L. ageret. Aut enim iudicẽ,q. ei comm.

m al.venerat.

n Lam. Si qui.

o L. putaret iud.

p Lam. ſpectaret eius.

q Lam.de cap.ſ putaret iud.

r for.nulli dati iudices.

* De rebus iudicatis in Heraclium Syracuſanum.

Digitized by Google

hereditas facilè ad I I S. tricies venit teſtamento propinqui ſui, Heraclij: plena domus cęlati argẽti optimi,multæque ſtragulę veſtis. [s] pretioſiſſimorumq; mancipiorum: quibus in rebus iſtius cupiditates,[t] & inſaniam quis ignorat erat in ſermone res,magnam Heraclio [u] pecuniam veniſſe: non ſolùm Heraclium diuitẽ, ſed etiam ornatum ſupellectili,argento,veſte,

36 mancipiis futurum.|| audit hæc etiam Verres:& primò,illo ſuo leuiore artificio Heraclium aggredi conatur, vt eum roget inſpicienda, quæ non reddat:deinde à quibuſdã Syracuſanis admonetur:hi autem quidam erant affines iſtius, quorum vxores iſte numquã alienas exiſtimauit,Cleomenes,& Aeſchrio: qui quantum apud iſtum,& quàm turpi de cauſa potuerint,ex reliquis criminibus intelligetis:Hi. vt dico,hominem admonent,rem eſſet præclaram,[x] refertam omnibus rebus:ipſum autem Heraclium.hominem eſſe maiorem natu,non promptiſſimum: & eum,præter Marcellos.patronum, quẽ iure ſuo audire, aut appellare poſſet,habere neminem: eſſe in eo teſtamento,quo ille heres eſſet,ſcriptum,vt ſtatuas in palæſtra deberet ponere. faciemus,vt paleſtritæ negent ex teſtamento eſſe poſitas:petant hereditatem,quòd eam paleſtræ

37 [y] commiſſam eſſe dicant.||Placuit ratio Verri. [z] nam hoc animo prouidebat,cùm tanta hereditas in controuerſiã veniſſet,iudicioq; peteretur,fieri non poſſe,vt ſine præda ipſe diſcederet. approbat conſilium: auctor eſt,vt quàm primũ agere incipiant,hominémque id ætatis,minimè litigioſũ,quã tumultuoſiſſimè adoriantur.ſcribitur Heraclio dica.Primò mirantur omnes improbitatẽ calũnię,[a] deinde qui iſtũ noſsẽt,partim ſuſpicabãtur,partim planè videbãt,adiectũ eſſe oculũ hereditati.Interea dies aduenit,quo die ſeſe ex inſtituto, ac lege Rupilia, [b] dicas ſortiturum Syracuſis iſte edixerat: paratus ad

hanc

s al. pretioſiſſimorumq.

t L.& inſanias.

u L. pecuniam relictam: n.

x L. domũ refertã o.

y L. commiſſe dicant.

z al. iam hoc an.

a ve. cod. kalumniæ.

b δίκας λήξειν.

hanc dicã ſortiendã venerat. tum eum docet Heraclius, non poſſe eo die ſortiri, quòd lex Rupilia vetaret diebus xxx.ſortiri dicã, quibus ſcripta eſſet dies xxx.nondum fuerant,ſperabat Heraclius,[c] ſi illum diem effugiſſet,ante alterã ſortitionem. Qu. Arrium, quem prouincia tũ maximè expectabat,ſucceſſurum.24‖[d] Iſte omnibus iudiciis diẽ diſtulit:& eam diem conſtituit,vt hanc Heraclij dicã ſortiri poſt dies xxx. ex lege poſſet. Poſteaquam ea dies venit: iſte incipit ſimulare ſe velle ſortiri. Heraclius cum aduocatis adit,[e] & poſtulat,vt ſibi cũ palæſtritis,hoc eſt,cum populo Syracuſano, æquo iure diſceptare liceat. Aduerſarij poſtulant,vt in eã rem iudices dentur,ex his ciuitatibus,quæ in id forum cõuenirent,electi,qui Verri viderentur. Heraclius contrà,vt iudices è lege Rupilia dẽtur: vt ab inſtitutis ſociorum, ab auctoritate ſenatus,ab iure omnium Siculorum ne recedatur.‖Quid ego iſtius [f] in iure dicendo [g] libidinem & ſcelera commõſtrẽ? quis veſtrûm nõ ex vrbana iuriſdictione cognouit? quis vmquam iſto prætore Chelidone inuita lege agere potuit?Non iſtum,vt non neminẽ,prouincia corrupit: idem fuit, qui Romæ. Cùm id, quod omnes intelligebant,diceret Heraclius,ius eſſe certum Siculis, inter ſe quo iure certarent, legem eſſe Rupiliam,[h] quam prætor*Rupilius ex S. C,de decẽ legatorũ ſententiã dediſſet:[i] hoc omneis ſemper in Sicilia conſules,prætoréſque ſeruaſſe:negauit ſe iudices è legẽ Rupilia ſortiturum. quinque iudices,quos cõmodũ ipſi fuit, dedit.25‖[k] Quid hoc homine facias?quod ſupplicium [l] dignum libidini eius inuenias? Præſcriptum tibi cùm eſſet,[m] homo deterrime, & impudentiſſime,quemadmodũ inter Siculos iudices dares:cùm imperatoris P.R.auctoritas,legatorum decẽ,ſummorum hominũ,dignitas, S. C. intercederet, [n] cuius conſulto P.Rupilius

16 præ

38

39

40

c al.ſi illã diem.
d Lam. iſte omnibus dicis diem ſuſtulit.
e al. & poſtulabat.
f L. in iure dicundo.
g libidinẽ demonſtrẽ.
h L.quam P.Rupilius cõſul de d.
* Lex Rupilia à P.Rupilio prætore lata in Sicilia de decem legatorum ſententia, qua lege prætor inter Siculos quòd non eſſent eiuſdem ciuitatis iudices ſortito dabat.
i Lam.hãc omneis.
k L. Quid huic homini facias?
l for.libidine.
m L.homo teterrimè.
n al. cuius. conſulto P. Rupilius ex leg.

[16] prætor ex legatorum ſententia leges in Sicilia conſtituerat: cùm omnes, [n] ante te prætores, Rupilias leges & in ceteris rebus, & in iudiciis maximè obſeruaſſent: tu auſus es pro nihilo pre tua præda tot res ſanctiſſimas ducere? tibi nulla lex fuit? nulla religio? nullus exiſtimationis pudor? nullius iudicij metus? nullius apud te grauis [o] auctoritas? nullum exemplum, quod ſequi

n al. ante te prætorē.

ò al. nulla reiectione.

41 velles? || Verùm, vt inſtitui dicere, quinque iudicibus nulla lege, nullo inſtituto, nulla religione, nulla ſorte, ex libidine iſtius datis, non qui cauſam cognoſcerent, ſed qui, quod imperatum eſſet, iudicarēt: eo die nihil actum eſt: adeſſe iubētur poſtridie. Heraclius interea, cùm omneis inſidias à prætore fortunis ſuis fieri videret, capit conſilium de amicorum & propinquorū ſententia non adeſſe ad iudicium. itaque Syracuſis illa nocte, profugit. Iſte poſtero die manè, cùm multò maturius, quàm vmquam antea, ſurrexiſſet: iudices citari iubet. vbi cōperit Heraclium non adeſſe, cogere incipit eos, vt abſentem Heraclium condemnarent. Illi eum commonefaciunt, vt, ſi ei videatur, vtatur inſtituto ſuo, nec cogat ante horam decimam de abſente ſecun-

42 dum præſentem iudicare impetrant. [17] || Intereà ſanè perturbatus & ipſe, & eius amici, & conſiliarij, moleſtè ferre cœperūt, Heraclium profugiſſe. putabant abſentis damnationē, præſertim tantæ pecuniæ, multo inuidioſiorem fore, quàm ſi præſens damnatus eſſet. Eò accedebat, [p] quod iudices è lege Rupilia dati nō erant: multo etiā rem * turpiorem, & iniquiorem [18] viſum iri intelligebant. Itaque hoc dum corrigere vult, apertior eius cupiditas, improbitáſq; facta eſt. Nam illis quinque iudicibus vti ſeſe negat, iubet, id quod initio è lege Rupilia fieri oportuerat citari Heraclium, & eos, qui dicam ſcripſerāt: aitque ſe iudices [q] è lege Rupilia velle ſortiri. Quod ab eo pridie, cùm multis lachrymis eum

oraret,

p al. quod, quoniā iud. è l. R. d. n. erant, m. etiam r. tr.

* L. rē turpiorem fore, &.

q v. c. ex lege velle ſortiri.

oraret, atq; obſecraret Heraclius, impetrare nõ
r l. poſtero die. potuerat: id ei [r] poſtera die venit in mentem, è
lege Rupilia ſortiri dicas oportere. Educit ex
vrna treis. iis vt abſentẽ Heraclium condemnẽt,
imperat. Itaque cõdemnant. || Quæ, malùm, iſta 43
fuit amentia? ecquando te rationem factorum
tuorum redditurum putaſti? ecquando his de
rebus taleis viros auditurus exiſtimaſti? Petatur
hæreditas ea: quæ nulla debetur, in prędam prętoris
interponatur nomen ciuitatis? imponatur
s l. Kalumniæ? honeſtæ ciuitati turpiſſima perſona [s] calumniæ?
Neque hoc ſolùm: ſed ita res agatur, vt ne ſimulatio
quidẽ æquitatis vlla adhibeatur? Nam,
per deos immortaleis, quid intereſt, vtrùm prætor
imperet, vique cogat aliquem de ſuis bonis
omnibus decedere: an huiuſmodi iudicium
det, quo iudicio, indicta cauſa, fortunis omnibus
euerti neceſſe ſit? || Profectò enim [t] ne- 44
t al. negari non poteſt. gare non potes, te ex lege Rupilia ſortiri iudicium
debuiſſe, cùm præſertim Heraclius id
poſtularet. Sin illud dices, te Heraclij voluntate
ab lege receſſiſſe: ipſe te impedies: ipſe
te tua defenſione implicabere. Quare enim primùm
ille ipſe adeſſe noluit, cùm ex eo numero
iudices haberet, quos poſtularat? deinde tu cur
poſt illius fugã iudices alios ſortitus es, ſi eos,
qui erant antea dati, vtriuſque dederas voluntate?
deinde ceteras dicas omneis illo foro M.
Poſthumius quæſtor ſortitus eſt, hanc ſolam
u al. tu in illo. [u] tu illo conuentu reperiere ſortitus. || Ergo, 45
inquiet aliquis, donauit populo Syracuſano
illam hereditatem. Primùm, ſi id confiteri velim,
tamen iſtum condemnetis neceſſe eſt. neque
enim permiſſum eſt, vt impunè nobis liceat,
quod alicui eripuimus, id alteri tradere.
Verùm ex iſta reperietis hæreditate ita iſtum
prædatum, vt perpauca occultè fecerit: populum
quidem Syracuſanum in maximam inuidiam
ſua infamia, alieno præmio perueniſſe:
paucos

paucos Syracuſanos, eos, qui ſe nũc publicè laudationis cauſa veniſſe dicunt: & tunc participeis prædæ fuiſſe, & nunc non ad iſtius laudationem, ſed ad communem litium æſtimationem veniſſe. Poſteaquam damnatus eſt abſens, non ſolùm illius hereditatis, de qua ambigebatur, quæ erat 19.LLS.tricies ſed omnium bonorum paternorum ipſius Heraclij, quę non minor erat pecunia, palæſtræ Syracuſanorum, hoc eſt,
46 Syracuſanis, poſſeſſio traditur. || Quæ eſt iſta prætura? Eripis hereditatem, quæ venerat à propinquo, venerat teſtamẽto, venerat legibus: quæ bona is, qui teſtamentum fecit, huic Heraclio, antè aliquanto, quàm eſt mortuus, omnia vtenda, ac poſſidenda tradiderat: cuius hereditatis, cùm ille aliquanto ante te prætorem eſſet mortuus, controuerſia fuerat nulla, mentionem fecerat nemo. Verùm eſto, eripe hereditatem propinquis, da palæſtritis: prædare in bonis alienis, nomine ciuitatis: euerte leges, teſtamenta, voluntates mortuorum, iura viuorum. num etiam patriis Heracliũ bonis exturbare oportuit? qui ſimul ac profũgit, quàm impudenter, quàm palàm, quàm acerbè, dij immortales, illa bona direpta ſunt! quàm illa res calamitoſa Heraclio, quæſtuoſa Verri, turpis Syracuſanis, miſeranda omnibus videbatur! Nam illud quidem ſtatim curatur, vt, quidquid cælati argenti fuit in illis bonis, ad iſtum deferatur: quidquid Corinthiorum vaſorum x ſtragulę veſtis, hæc nemo dubitabat, quin non modò ex illa domo capta & oppreſſa, verùm ex tota prouincia ad iſtum comportari neceſſe eſſet. y Mancipia, quæ voluit, abduxit, alia diuiſit: auctio facta eſt: in qua cohors
47 iſtius inuicta dominata eſt. || Verũ illud eſt pręclarum: Syracuſani, qui præfuerant his Heraclij bonis, verbo, redigendis: re, diſpertiendis, reddebant eorum negotiorum rationem in ſenatu: dicebant, ſcyphorum paria complura, z hydrias argenteas, pretioſam veſtem ſtragulam, multa

x L. quidquid ſtragulę veſtis.
y v. c. Mancupia.
z v. c. hydrias argenteas pretioſas, veſtem ſtragulam multam, manc.

Digitized by Google

a v.c. data eſſe Verri.
b al. L I S. CCC.mendosè.

mancipia pretioſa [a] Verri data eſſe dicebant;
quãtum cuique,eius iuſſu,nummorum eſſet da-
tum.gemebant Syracuſani:ſed tamen patieban-
tur. repentè recitatur vno nomine [b] L I S. C C L.
millia iuſſu prætoris data. fit maximus clamor
omnium,nõ modò optimi cuiuſque, neque eo-
rum,quibus indignum ſemper viſum erat, bona
priuati, populi nomine, per ſummã iniuriã ere-
pta:verùm etiam ipſi illi auctores iniuriæ, & ex
aliqua particula,ſocij prędæ,ac rapinarum,cla-
mare cœperũt,ſibi vt haberet hereditatem. tan-
tus in curia clamor factus eſt,vt populus cõcur-
reret. || Res ab omni conuentu cognita celeri- 48
ter domum nũtiatur.Homo inimicus iis,qui re-
citaſſent:hoſtis omnibus, qui acclamaſſent:ex-
arſit iracundia,ac ſtomacho. Verumtamen fuit
tum ſui diſſimilis. noſtis os hominis, noſtis au-
daciam:tamen tum rumore populi, & clamore,
& furto manifeſto grãdis pecuniæ perturbatus
eſt.Vbi ſe colligit,vocat ad ſe Syracuſanos:quia
non poſſet negare ab illis pecuniam datam:non
quæſiuit procul alicũde(neque enim probaret)
ſed proximum,pæne alterum filium,quem illam
pecuniam diceret abſtuliſſe.oſtendit ſe reddere
coacturũ : qui poſteaquàm id audiuit, [c] habuit
dignitatis,& ætatis, & nobilitatis ſuæ rationẽ.
verba apud ſenatũ fecit:docuit, ad ſe nihil per-
tinere.de iſto,id, quod omnes videbant, neque
ille quidem obſcurè locutus eſt.Itaque illi Sy-
racuſani ſtatuam poſtea ſtatuerunt : [d] & is, vbi
primùm potuit,iſtum reliquit, de prouinciaque
deceſſit.||Et tamen aiunt eum queri ſolere non- 49
numquam,ſe miſerũ,quòd nõ ſuis, [e] ſed ſuo-
rum comitum peccatis,& criminibus prematur.
Trienniũ prouinciam obtinuiſti : gener electus
adoleſcens vnum annum tecum fuit : ſodales,
viri fortes,legati tui primo anno te reliquerũt:
vnus legatus P. Tadius, qui erat reliquus, non
ita multum tecum fuit : qui ſi ſemper vnà
fuiſſet,

c L.habuit & dign.

d L. & is, vt prim.

e L.ſed ſuorum peccatis.

fuiſſet, tamen ſumma cura tum tuæ, tum multo etiam magis ſuæ famæ peperciſſet. Quid eſt, quòd tu alios accuſes? quid eſt, quamobrē putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem, ſed communicare[f] cū aliquo poſſe? ||
50 Numerantur illa [g] ꞁꞁs. ducenta quinquaginta Syracuſanis, ea quemadmodum ad iſtum poſtea per pſeudothyrum reuertantur, tabulis vobis, & teſtibus, iudices, planum faciam. Ex hac iniquitate iſtius, & improbitate, iudices, quòd prę da ex illis bonis ad multos Syracuſanos, inuito populo ſenatúque Syracuſano, venerat, [h] & illa ſcelera quoq; per Theomnaſtum, & AEſchrionem, & Dionyſodorum, & Cleomenē inuitiſſima ciuitate facta ſunt, primùm vt vrbs tota ſpoliaretur: qua de re alius mihi locus ad dicendū eſt conſtitutus: vt omnia ſigna iſte per eos homines, quos nominaui, omne ebur ex ædibus ſacris, omneis vndiq; tabulas pictas, deorum deniq; ſimulacra, quæ vellet, auferret: deinde vt in curia Syracuſis, quem locū illi buleuteriū vocant, honeſtiſſimo loco, & apud illos clariſſimo, [i] ſub illius ipſius M. Marcelli (qui cùm Syracuſanis locū eū eripere belli ac victoriæ lege poſſet, cōſeruauit, & reddidit,) ſtatua ex ære facta: ibi inauratam iſti, & alterā filio ſtatuam poſuerint: vt, dum iſtius hominis memoria maneret, ſenat⁹ Syracuſanus ſine lacrymis, & gemitu in curia eſſe non poſſet. ||
51 Per eoſdē iſtius iniuriarū, furtorū, vxorúmq; ſocios, iſtius imperio Syracuſis * Marcellea, tolluntur maximo gemitu, luctúq; ciuitatis: quem illi diem feſtū cùm recētib. beneficiis [k] M. Marcelli debitū reddebant, tū generi, nomini, familiæ Marcellorū maxima voluntate tribuebant. Mithridates in Aſia, cùm eam prouinciam totā occupaſſet, * Mucia non ſuſtulit, hoſtis, & hoſtis in ceteris reb. nimis ferus, & immanis, tamen honorem hominis deorū religione conſecratū, violare noluit: [l] tu Sy-

f L. cum altero.

g v. c. ꞁꞁs. CCC.

h al. etiam illa ſcelera ſunt, quæ per.

i L. vbi illius ipſius M. Maro. [qui eum Syr. loc. quem erip.

k L. ſtatua eſt ex ære facta.

*Marcellea dies feſtus M. Marcello à Syracuſanis inſtitutus.

k al. C. Marc.

*Mucia dies feſtus Q. Mucij Scęuulæ qui ſumma innocentia Aſiæ præfuit.

l al tu Syracuſanis vn. d memoꝛ[...]tē.

racuſanos vnum diem feſtum Marcellis [m] impartiri vetuiſti, per quos illi adepti ſunt, vt ceteros dies feſtos [n] agere poſſent. || At verò præclarum diem repoſuiſti, Verrea vt agerent, & vt ad eum diem, quæ ſacris, epuliſq; opus eſſent, in cōplureis annos locarentur. [o] Iam in tanta iſtius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur. Nam me dies, vox, latera deficiant, ſi hoc nunc vociferari velim, quàm miſerum, indignúmq; ſit, iſtius nomine apud eos diem feſtū eſſe, qui ſeſe iſtius opera funditus extinctos eſſe arbitrentur, [p] ô Verrea præclara, [21] quoque ſi acceſſiſti, quæſo, quo non attuleris tecum iſtum diem! etenim quam tu domū, quam vrbem adiiſti, quod fanum denique, quod non euerſum, atque exterſum reliqueris? Quare appellentur ſanè iſta Verrea, quę non ex nomine, [22] ſed ex manibus, naturáque tua conſtituta eſſe videantur. 52

|| Quàm facilè ſerpat iniuria, & peccandi conſuetudo: quàm nō facilè reprimatur, videte iudices. *Bidis oppidum eſt, tenue ſanè, non longè à Syracuſis. [q] Huius lōgè primus ciuitatis eſt Epicrates quidam. Huic hereditas HS. quingētorum millium venerat à muliere quadā propinqua, atq; ita propinqua, [r] vt ea etiam ſi inteſtata eſſet mortua, Epicratem Bidinorū legib. heredē eſſe oporteret. Recens Syracuſana erat illa res, quam antè demonſtraui, de Heraclio Syracuſano, qui bona non perdidiſſet, niſi ei veniſſet hereditas. Huic quoq; Epicrati venerat, vt dixi, hereditas. 53

|| Cōgitare cœperūt eius inimici, nihilominus eodē prætore hūc euerti bonis poſſe, quo Heraclius eſſet euerſus. rē occultè inſtituūt: ad Verrē per eius interpretes deferūt. ita cauſa cōponitur, vt itē palęſtritæ [s] Bidenſes peterēt ab Epicrate hereditatē, quemadmodū paleſtritæ Syracuſani ab Heraclio petiſſent. Numquam vos prætorem tam *palæſtricū vidiſtis. verùm ita palæſtri 54

m al. impertire noluiſti.
n L. agitare poſſent.
o L. Sed iam in.
p L. O Verre à præclara, ſi, quoquò acceſſiſti, nō attuleris tecum iſt. d.
* De rebus iudicatis in Epicratem Bidinum.
q al. Hic longè pr.
r L. vt ea, etiam inteſtata mortua.
s L. Bidini.
* al. paleſtritam, id eſt, quęſtum facientem ex paleſtra.

Digitized by Google

læſtritas defendebat,vt ab illis ipſe vnctior[t] diſcederet.[23]*qui ſtatim[u] cùm præſenſiſſet, iubet cuidam [x]ſuorũ amicorum numerari LLS.[y] LXXX.

55 Res occultari ſatis non poſſe.per quẽdam eorum,qui interfuerat,fit Epicrates certior.Primò negligere,& contẽnere cœpit,quòd cauſa prorſus,[24]quod*dubitari poſſet,nihil habebat. Deinde, cùm de Heraclio cogitaret, & iſtius libidinem noſſet: commodiſſimum putauit eſſe de prouincia clàm abire:itáque fecit: profectus eſt Rhegium. Quod vbi auditũ eſt, æſtuare illi, qui dederant pecuniam. putare nihil agi poſſe, abſente Epicrate.nam Heraclius tum affuerat cùm primùm dati ſunt iudices:de hoc, qui antè quã in ius aditum eſſet, antè quàm denique mentio controuerſię facta eſſet,diſceſſiſſet,putabant nihil agi poſſe.homines Rhegium proficiſcuntur. Epicratem conueniũt:demonſtrant id,quod ille ſciebat,ſe LLS.[a] LXXX.dediſſe.rogãt eum,vt* id, quod ab ipſis abiſſet pecuniæ, curet, ab ſeſe caueat,quemadmodũ velit:de illa hereditate cum Epicrate neminem eſſe acturum.

56 Epicrates homines multis verbis [b] à ſe malè acceptos dimiſit,redeũt illi Rhegio Syracuſas:queri cũ multis, ita vt fit,incipiunt:ſeſe LLS.LXXX.nummûm fruſtra dediſſe.res percrebruit:in ore,atq; ſermone omnium cœpit eſſe,Verres[25][c] refert illam ſuam Syracuſanã ait ſeſe velle de illis LLS. LXXX. cognoſcere: aduocat multos. dicunt Bidini Volcatio ſe dediſſe: illud non addunt, iuſſu iſtius. Volcatiũ vocat:pecuniam referri imperat. Volcatius animo ęquiſſimo nummos affert,[d] qui nihil admitteret:reddit inſpectantibus multis:Bidini nummos auferunt.

57 Dicet aliquis,Quid ergo in hoc Verrem reprehendis, qui non modò ipſe fur non eſt,ſed ne alium quidem paſſus eſt eſſe?attendite. iam intelligetis hanc pecuniam, qua via modò viſa eſt exire ab iſto, eadẽ ſemita reuertiſſe.Quid enim debuit [e] prętor cum

t L. abiret.
*al. quæ, al. quod.
u quòd prę ſens eſſet, iubet cuidam,&c. mendoſè.
x v. c. non habet, ſuorum.
y v. c. CCC.
z L. poteſt. al. potuit.
*al. diſputari.
a v. c. CCC.
*L. vt id.
b al. malè à ſe.
c L. refert illam ſuam rationem Syracuſanam. al. refert illam ſuam rem Syracuſanam. al. refert ſe ad illam ſuam rationem Syracuſanam.
d L. quippe qui n.
e L am. præter feciſſe cum conſ.

Digitized by Google

fal. cognita cauſa.

cum conſilio f re cognita, cùm comperiſſet, ſuũ comitem, iuris, decreti, iudicij corrũpendi cauſa, qua in re ipſius prætoris caput, exiſtimatióq; ageretur, pecuniã accepiſſe: Bidinos autem pecuniam contra prætoris famam, ac fortunas dediſſe non & in eum, qui accepiſſet, g animaduertiſſe, & in eos, qui dediſſent? Tu, qui inſtitueras in eos animaduertere, qui perperam iudicaſſet, quod ſæpe per imprudẽtiam fit: hos pateris impunè diſcedere, qui ob tuum decretum, ob tuũ iudiciũ, pecuniam aut dandam, aut accipiendam putarant? || Volcatius idem apud te poſtea fuit: 58

g v. c. animaduertiſſet.

eques Ro. tanta accepta ignominia. Nam quid eſt turpius ingenuo, quid minus libero dignũ, quàm in conuentu maximo cogi à magiſtratu furtum reddere? 26 qui, * ſi eo animo eſſet, quo nõ modò eques R. ſed quiuis liber debet eſſe: adſpicere te poſtea non potuiſſet: inimicus, hoſtis eſſet, tanta contumelia accepta, niſi tecum colluſiſſet, & tuæ potius exiſtimationi ſeruiſſet, quàm ſuæ. qui quàm tibi amicus non modò tum fuerit, quamdiu tecũ in prouincia fuit, verùm etiam nunc ſit, cùm iam à ceteris amicis ſis relict⁹, & tu intelligis, & nos exiſtimare poſſumus. An hoc ſolũ argumentum eſt, nihil iſto imprudente factum, quòd Volcatius ei nõ h ſucceņſuit? quod iſte nec in Volcatium, nec in Bidinos animaduertit? || Eſt magnũ argumentũ: verùm illud maximũ, quòd illis ipſis Bidinis quibus iratus eſſe debuit, vt à quibus comperit, quod iure agere cum Epicrate nihil poſſent, etiamſi adeſſet, idcirco ſuum decretum pecunia eſſe tẽtatum: his, inquã, ipſis non modò illã hereditatem, quæ Epicrati venerat: ſed, vt in Heraclio Syracuſano, item in hoc paulo etiã atrociùs, quòd Epicrates appellat⁹ omnino nõ erat: bona patria, fortunáſq; eius Bidinis tradidit. oſtendit enim nouo modo; ſi quis quid ab abſente peteret, ſe auditurũ. Adeunt Bidini: petũt heredi 59

* al. qui quoquo animo eſt, eo quo non modo.

h v. c. ſuſcẽſuit?

i al. quibus ipſe iratus eſſe deb.

reditatem : procuratores poſtulant, vt ſe ad
leges ſuas reiiciat, aut ex lege Rupilia* dicam
ſcribi iubeat. Aduerſarij non audebant contrà
dicere:exitus nullus reperiebatur:inſimulāt ho
minem fraudandi cauſa diſceſſiſſe:poſtulant[k] vt
60 bona poſſidere iubeat.‖Debebat Epicrates[l] nul-
lum nummum nemini,amici, [m] ſi quis quid pe-
teret iudicio,ſecum agi paſſuros:iudicatū ſolui
ſatiſdaturos eſſe dicebant.[27] Cùm omnia [n] con-
ſilia frigerent : admonitu iſtius inſimulare cœ-
perunt.Epicratem literas publicas corrupiſſe: à
qua ſuſpicione ille aberat plurimùm: actionem
eius rei poſtulant.amici recuſare,nequod nouū
iudicium,nequa ipſius cognitio,illo abſente,de
exiſtimatione eius conſtitueretur:&ſimul idem
illud poſtulare non deſiſtebant, vt ſe ad leges
61 ſuas reiiceret.‖Iſte amplam occaſionem calum-
niæ nactus,vbi videt eſſe[o] aliquid , quod amici
abſente Epicrate nollent defendere : aſſeuerat
ſe eius rei in primis actionem eſſe daturū. Cùm
omnes perſpicerent , ad iſtum non modò illos
nummos, qui per ſimulationem ab iſto exierāt,
reuertiſſe:ſed multo etiam plureis eū poſtea nū
mos abſtuliſſe : amici Epicratem defendere de-
ſtiterūt:iſte Epicratis bona Bidinos omnia poſ-
ſidere,& ſibi habere iuſſit.At illa LLS.IↃ.millia
hereditaria acceſſit ipſius antiqua LLS. quinde-
cies pecunia.Vtrùm res ab initio ita[p] ducta eſt?
an ad extremum ita [q] perducta eſt ? an ita
62 parua eſt [r] pecunia? an is homo Verres , vt
hæc,quæ dixi,gratis facta eſſe videantur? ‖ Hìc
nunc de miſeria Siculorū,iudices,audite.& He-
raclius ille Syracuſanus,& hic Bidinus Epicra-
tes,expulſi bonis omnibus , Romam venerunt.
ſordidati,*maxima barba,&capillo,Romæ biē-
niū propè fuerūt.Cùm L.Metellus in prouinciā
profectus eſt , tum iſti bene commendati cum
Metello vnà proficiſcuntur. Metellus [s] ſimul
ac venit Syracuſas,vtrumque [t] reſcindit , & de

* Gloſſæ δίκη.
k L. vt bona poſſidere liceat.
l al.nummū vllum.
m L. ſi quis quid peteret, iudiciū ſe paſſuros.
n L. iudicia fr.
o L. aliquid, in quo amici abſentē Epicratem noll. al. aliquid, quod amici abſentem Epicratem noll.
p al. ducta eſt.
q al.perducta eſt:
r al.pecunia:
* vide l. 16. §. 27. l. 39. ff. de iniuriis.
s al.ſimul aduenit Syr.
t Lamb. reſcidit.

Digitized by Google

v L. niſi ſiquid moueri loco non poterat v. c. potuerat.
* L. Quòd Heraclium reſtitui iuſſerat, ac nõ reſtituebatur: quiſquis erat editus ſenator Syr.
x al. vix reſtituebatur.
* al. editus.
y for. reſciſſa ſunt.
z L. vt totã iſtius pręturam retexere vid.

Epicrate,& de Heraclio. In vtriuſque bonis nihil erat,quod reſtitui poſſet, [v] niſi quod moueri loco non poterat. || Fecerat hæc egregiè primo 63
aduẽtu Metellus, vt omneis iſtius iniurias,quas modò poſſet,reſcinderet,& irritas faceret. [28] * Heraclium reſtitui iuſſerat: [x] non reſtituebatur: quiſquis erat * eductus Senator Syracuſanus [29] ab Heraclio,duci iubebat.itaque permulti ducti ſunt. Epicrates quidem continuò reſtitutus eſt. Alia iudicia Lilybæi,alia Agrigenti,alia Panormi [y] reſtituta ſunt.Cenſus, qui iſto prætore ſunt habiti, non ſeruaturum ſe Metellus oſtenderat: decumas,quas iſte contra legem Hieronicã vendiderat, ſeſe venditurum Hieronica lege dixerat.Omnia erant Metelli eiuſmodi, [z] vt non tam ſuam præturam gerere,quàm iſtius pręturam retexere videretur.||Simulatq; ego in Siciliam ve- 64
ni, mutatus eſt.venerat ad eum illo biduo Letilius quidam,homo non alienus à literis. itaque eo iſte tabellario ſemper vſus eſt. Is epiſtolas complureis attulerat: in his vnam domo, quæ totũ immutarat hominem, repentè cœpit dicere,ſe omnia Verris cauſa velle:ſibi cum eo amicitiam,cognationémq; eſſe.Mirabantur omnes, hoc ei tum denique in mentem veniſſe, poſteaquàm tam multis eum factis,decretiſq; iugulaſſet.Erãt qui putarẽt, Letiliũ legatũ à Verre veniſſe,qui gratiã,amicitiã, cognationémq; commemoraret.Ex illo tempore à ciuitatibus [a] laudationem petere: teſteis non ſolùm deterrere verbis,ſed etiam vi retinere cœpit.Quòd eo niſi meo aduentu illius conatus aliquantulùm repreſſiſſem,& apud Siculos nõ Metelli, ſed Glabrionis literis ac lege pugnaſſem: tam multos huc euocare non potuiſſem.Verùm,quòd inſtitui dicere, miſerias cognoſcite, [b] Siculorum.

a L. laudationes.
b L. ſociorum.

||Heraclius ille, & Epicrates longè mihi ob- 65
uiam cum ſuis omnibus proceſſerunt. venienti Syracuſas egerunt gratias, flentes: Romam decedere mecum cupierunt. quòd erant mihi op-

pida complura etiam reliqua,quæ adire vellem, conſtitui cum hominibus, quo die mihi Meſſanæ præſtò eſſent.Eò mihi nuntium miſerunt, ſe à prætore retineri.quibus ego teſtimoniũ denũtiaui,quorum nomina edidi Metello:cupidiſſimi veniendi, maximis iniuriis affecti,adhuc nõ venerunt. Hoc iure ſunt ſocij, vt iis ne deplorare
66 quidem de ſuis incommodis liceat. || Iam Heraclij Centurioni, optimi,nobiliſſimiq;adoleſcẽtis,teſtimonium audiſtis:à quo LLS.C.millia per calumniam, malitiámq; petita ſunt. Iſte pœnis, compromiſſiſq; interpoſitis, LLS. CCC. extorquenda curauit: quódque iudicium ſecundum Heraclium[c] de compromiſſis factum erat, quòd ciuis Centuripinus[30] inter duos cieueis* iudicaſſet,id irritum iuſſit eſſe: eúmq; iudicem falſum iudicaſſe iudicauit: in ſenatu ne eſſet: locis, commodiſq; publicis vti vetuit.ſiquis eum pulſaſſet, edixit, ſeſe iudicium iniuriarum non daturum: quidquid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturum,ipſi autem nullius actionẽ
67 rei ſeſe daturum.|| Quæ iſtius auctoritas tantum valuit,vt neq; illũ pulſaret quiſquam, cùm prætor in prouincia ſua verbo permitteret, te hortaretur: neque quiſquam ab eo quidquam peteret,cùm iſte[e] calumniæ licentiam ſua auctoritate[f] præbuiſſet. ignominia autem illa grauis, tamdiu in illo homine[g] fuit, quamdiu iſte in prouincia manſit. Hoc iniecto metu iudicibus, nouo more,nullo exemplo,ecquam,rem putatis eſſe in Sicilia,niſi ad nutũ iſtius iudicatam? Vtrùm id ſolùm videtur eſſe actum, quod eſt tamen actum,[h] vt Heraclio pecunia eriperetur?an etiam illud in quo præda erat maxima,vt nomine iudiciorum, omnium bona, atque fortu-
68 næ[i] in iſtius vnius eſſent[k] poteſtate?|| Iam verò in rerum * capitalium quæſtionibus quid ego vnamquamque rem colligam,& cauſam?[31] ex multis * ſimilibus ea ſumam, quæ maximè

c al.de cõpromiſſo.
* al.diiudicaſſet.
d L.in ſenatu eſſe:loc.
e v.c.kalũniæ.
f L.dediſſet.al.oſtẽdiſſet.al. poſſediſſet.
g for hæſit. L.fuit,quãdiu in prouincia.manſit.vel ſic manſit quã diu iſte in prouincia fuit H.
h L. vt hac Heraclio p.
i L.in vnius iſtius eſſ.
k v.c.poteſtatem?
* res capitales vocat iudicia publica.
* alij millibus.

Digitized by Google

improbitate excellere videbuntur. * Sopater quidam fuit Halicienſis, homo domi ſuæ cum primis locuples, atque honeſtus. is ab inimicis ſuis apud C. Sacerdotem prætorem rei capitalis cùm accuſatus eſſet, facilè eo iudicio eſt liberatus. huic eidem Sopatro iidem inimici ad C. Verrem, cùm is Sacerdoti ſucceſſiſſet, eiuſdem rei nomen detulerunt. Res Sopatro facilis videbatur, & quòd erat innocens, & quòd Sacerdoti iudicium improbare iſtum auſurum non arbitrabatur. Citatur reus: cauſa agitur Syracuſis: crimina tractantur ab accuſatore eo, quæ erant antea non ſolùm defenſione, verùm etiã iudicio
diſſoluta.|| Cauſam Sopatri defendebat. Q. Mi- 69
nucius, eques R. in primis ſplendidus, atque honeſtus, vobiſq; iudices, non ignotus. Nihil erat in cauſa, quod metuendũ, aut omnino quod dubitandũ videretur. Interea iſtius libertus, & *accenſus idem Timarchides, qui eſt, id quod ex plurimis teſtibus priore actione didiciſtis, rerũ huiuſmodi omniũ* tranſactor, & adminiſter ad Sopatrũ venit. monet hominem, ne nimis iudicio Sacerdotis,[l] & cauſæ confidat: accuſatores, inimicoſq; eius habere in animo pecuniã prætori dare: prætorem tamen [m] ob ſalutem malle accipere: & ſimul malle, ſi fieri poſſet, rem iudicatam non reſcindere. Sopater, cùm hoc illi improuiſum, atq; inopinatum accidiſſet, commotus eſt ſane: neq; in præſentia, Timarchidi quid reſponderet, habuit, niſi, ſe conſideraturũ, quid ſibi de ea re eſſet faciendum: & ſimul oſtendit, ſe in ſumma difficultate eſſe nummaria. Pòſt ad amicos retulit, qui cùm ei fuiſſent auctores redimendæ ſalutis ad Timarchidem venit. expoſitis ſuis difficultatibus hominem ad LIS. LXXX.
perducit: eámq; ei pecuniam numerat.|| Poſtea- 70
quàm ad cauſam dicẽdam ventũ eſt: tũ verò ſine metu, ſine cura omnes erant, qui Sopatrum defendebant. crimen nullũ erat: res iudicata: Ver-

* DE REBVS iudicatis in Sopatrum Halicienſem.

* accenſus ab accẽdo dicti miniſtratores Varro 6. de lingua Lat. Feſto accẽſi qui in mortuorum militum locũ ſubrogati. Gloſſis accẽ ho cenſor. εἰσαγωγεὺς εἰσηγητής, βουλαρχός. Non. c. 12. in accẽſi, dicũtur attributi decurionibus & centurionibus.

*id eſt, interpres mercaturæ iudiciorum.

l L. & cauſę ſuæ confidat: & ita v. c.

m al. eo abſoluto malle acc. L. à ſalute malle acc.

res nummos acceperat.[n] Quis poſſet dubitare, quidnam eſſet futurum? Res illo die non peroratur, dimittitur iudicium. iterum ad Sopatrum Timarchides venit. ait, accuſatores eius multo maiorem pecuniā prætori polliceri, quàm quātā hic dediſſet: proinde, ſi ſaperet, videret,[o] quid ſibi eſſet faciendum. Homo quamquam erat & Siculus, & reus, hoc eſt, & iure iniquo, & tempore aduerſo: ferre tamen, atque audire diutius Timarchidem non potuit. Facite, inquit, quod vobis libet. daturus non ſum amplius. idemque hoc amicis eius, & defenſoribus videbatur: atq; eo etiam magis, quòd iſte quoquo modo ſe in ea quæſtione prebebat, tamen in conſilio habebat homines honeſtos è conuentu Syracuſano,[p] qui Sacerdoti quoque in conſilio fuerant tū,[q] cùm eſſet idem hic Sopater abſolutus. Hoc rationis habebant, facere eos nullo modo poſſe, vt eodem crimine, iiſdē teſtibus Sopatrum condemnarent, iidem homines, qui antea abſoluiſ-
71 ſent. ||Itaq; hac vna ſpe ad iudiciū venitur. quò poſteaquàm ventum eſt, cùm in conſilium frequentes cōueniſſent iidem, qui ſolebant, & hac vna ſpe tota defenſio Sopatri niteretur, conſilij frequentia, & dignitate, & quòd erant, vt dixi, iidem, qui antea Sopatrum eodem illo crimine liberarant: cognoſcite hominis apertam, ac nō modò non ratione, ſed ne diſſimulatione quidē tectam improbitatem, & audaciam: M. Petiliū, equitem R.[r] quem habebat in conſilio, iubet operam dare, quòd rei priuatæ iudex eſſet. Petilius recuſabat, quòd ſuos amicos, quos ſibi in conſilio eſſe vellet, ipſe Verres retineret. Iſte homo liberalis, negat ſe quemquā retinere eorū, qui Petilio vellent adeſſe. itaq; diſcedunt omnes. nam ceteri quoq; impetrant, ne retineantur: qui ſe velle dicebant[s] alterutri eorum, qui tum illud iudiciū habebant, adeſſe. Itaque iſte ſolus cum ſua cohorte nequiſſima relinquitur.

n al. qui poſſet dubitari, q.

o hoc totū quid ſe eſſe facie. abeſt à vet. cod.

p lib. vul. qui Sacerdotis.

q v. c. cum eſt idem, &c.

r L. quem habet.

s al. alterutri iudicum eorum, &c. non placet.

Digitized by Google

||Non dubitabat Minucius,qui Sopatrum defen- 72
debat,quin iſte, quoniam conſilium demiſiſſet,
illo die rem illam quæſiturus non eſſet:cùm re-
pentè iubetur dicere.[t] Reſpōdet.Ad quos? Ad
me,inquit,ſi tibi idoneus videor,qui de homine
Siculo,[u] ac Græculo iudicem.Idoneus es,inquit:
ſed peruellem adeſſent ij , qui affuerant antea,
cauſámq; cognorant. Dic,inquit:illi adeſſe non
poſſunt.Nam hercule , inquit Q. Minucius, me
quoque Petilius,vt ſibi in conſilio adeſſem, ro-
gauit.& ſimul à ſubſelliis abire cœpit.||Iſte ira- 73
tus , hominem verbis vehementioribus proſe-
quitur,atque ei grauiùs etiã minari cœpit,quòd
ſe in tantũ crimen,inuidiámq; [x] conflarit.Minu-
cius,qui Syracuſis ſic negotiaretur , vt ſui iuris,
dignitatiſque meminiſſet: & qui ſciret ita ſe in
prouincia [y] rem agere oportere, vt nequid de li-
bertate deperderet:homini quæ viſa ſunt,&quę
tempus illud tulit,& cauſa,reſpōdit: cauſam ſe-
ſe, dimiſſo,atque ablegato conſilio,defenſurum
negauit.itaque à ſubſelliis diſceſſit:idémq; hoc
præter Siculos,ceteri Sopatri amici, aduocatiq;
fecerũt.||Iſte,quamquã eſt incredibili importu- 74
nitate & audacia,tamen ſubitò ſolus deſtitutus
pertimuit,& conturbatus eſt. Quid ageret , quò
ſe verteret,neſciebat. Si dimiſiſſet eo tempore
quæſtioné , pòſt illis adhibitis, quos ablegarat,
[z] abſolutum iri Sopatrum videbat.ſin autem ho-
minem miſerum , atq; innocentem condemnaſ-
ſet,cùm ipſe prætor ſine conſilio: reus autem ſi-
ne patrono atq; aduocatis fuiſſet,iudiciúmq; C.
Sacerdotis reſcidiſſet:inuidiam ſe ſuſtinere non
poſſe tantam arbitrabatur. Itaq; æſtuabat dubi-
tatione:verſabat ſe in vtramq; partem non ſolũ
mente,verùm etiã corpore : vt omnes, qui ade-
rant,intelligere poſſent , in animo eius metum,
cupiditatemq;pugnare.Erat hominum conuen-
tus maximus,ſummum ſilentium, ſumma exſpe-
ctatio , quónam eſſet eiùs cupiditas eruptura.

t al. Reſpōdet, abiiſſe iudices. An nō, inquit, tibi idoneus,&c.

v al.& Græculo.

x L. conflaret.

y L.rem augere.

z v.c. abſolutuiri Spo.

a crebrò dimittebat ſe accenſus ad autem Timar
75 chides.|| Tum iſte aliquando, b Age,dic, inquit
Sopatrus implorare hominum, atque deûm fidem,vt cum conſilio cognoſceret.Tum repente iſte teſteis citari iubet.dicit vnus& alter breuiter.nihil interrogatur pręco,dixiſſe pronuntiat. Iſte, quaſi metueret, ne Petilius, priuato illo iudicio tranſacto, aut dilato, cum ceteris in cõſilium reuerteretur, ita properans de ſella c exſiluit:hominem innocentem,à C.Sacerdote abſolutum indicta cauſa, de ſententia ſcribæ,medici, d haruſpicíſque condemnat: || Retinete,retinete hominem in ciuitate,iudices: parcité, & conſeruate,vt ſit qui nobiſcum res iudicet: qui in ſenatu ſine vlla cupiditate e de bello & pace ſententiam ferat. Tametſi minus id quidem nobis,minus populo Romano laborandum eſt, qualis iſtius in ſenatu ſententia futura ſit.Quæ enim eius auctoritas erit?quando iſte ſentẽtiam dicere audebit, aut poterit?quando autem homo tanta luxuria, atque deſidia, niſi Februa-
76 rio * menſe adſpirabit in curiam? Verùm veniat ſanè: decernat bellum * Cretenſibus: * liberet * Byſantios: regem appellet Ptolomæũ: quæ vult Hortenſius, omnia dicat, & ſentiat. minus hæc ad nos, minus ad vitæ noſtræ diſcrimen, minus ad fortunarum noſtrarum pericu-
77 lum pertinent. || Illud, illud eſt capitale, e illud formidoloſum, illud optimo cuique metuendum, quòd iſte, ex hoc iudicio ſi aliqua vi ſe eripuerit, in iudicibus ſit neceſſe eſt: ſententiam de capite ciuis Romani ferat: ſi in eius exercitu ſignifer, qui imperium iudiciorum tenere vult. b Hoc populus Romanus recuſat,hoc ferre non poteſt: clamat, permittique vobis, vt, ſi iſtis hominibus delectamini, f ſi ex hoc gene

a Lamb. crebrò demittebat ſe ac.
b al. Age, dic,inquit, Reus orare, atque obſecrare, vt cũ conſ.
c al.exſilit.
d L.haruſpicis condemnauit.
e L. de bello & pace ſententiam dicat. Tametſi.
* Hoc menſe mos erat audiri exterarum gentium legatos.
*qui belli ſocietatem aduerſus P.Rom. cũ piratis coierũt, quos ſuperauit Metellus qui & Creticus inde vocatus.Pl.
* liberatæ eæ dicebantur quæ à Romanis vectigalib. literæ ſuis vtebantur legib.
*:Hos Pub. Clodius liberauit.Cicer.de prouinciis Conſ. e lib.vulg.illud eſt formid.
f v.c.ſi ex eo gen.ſpl.

genere ſplendorem ordini, atque ornamentum curiæ conſtituere velitis: [g] habeatis ſanè vobiſcum iſtum ſenatorem: iſtum etiam de vobis iudicem, ſi vultis, habeatis: de ſe [h] homines, ſi qui extra iſtū ordinem ſunt, quibus *ne reiiciundi quidem amplius, quàm triū iudicum, præclarè leges Corneliæ faciunt poteſtatem*, hunc hominem tam crudelem, tam ſceleratum, tam nefariū, nolunt iudicare. || Etenim ſi illud eſt flagitioſū) quod mi- 78
hi omnium rerū turpiſſimum, maximéque nefariū videtur) ob rem iudicandam pecuniam accipere , pretio habere addictam fidem , & religionem: quāto illud flagitioſius, improbius, indignius, eum, à quo pecuniam ob abſoluendum acceperis, condemnare: vt ne prædonū quidem prætor in fide retinenda conſuetudinem conſeruaret? Scelus eſt accipere ab reo: quanto magis ab accuſatore? quanto etiā ſceleratius ab vtroque? Fidem cùm propoſuiſſes venalē in prouincia: valuit apud te plus is, qui pecuniā maiorem dedit. Concedo. forſitan aliquis aliquando eiuſmodi quippiā fecerit. Cū verò fidē, ac religionē tuā [i] iā alteri addictā pecunia accepta habueris, pòſt eandē [k] aduerſario tradideris maiore pecunia vtrumq; falles? & trades cui voles? & ei, quē feſelleris, ne pecuniam quidem reddes?
|| Quem mihi tu * Bulbum, quem Stalenū, quod 79
vmquā huiuſmodi monſtrū, aut prodigiū audiuimus, aut vidimus, qui cum reo tranſigat, pòſt cum accuſatore decidat? honeſtos homines, qui cauſam norint, ableget, 33 [l] conſilioq; dimittat? ipſe ſolus reum abſolutū, à quo pecuniā acceperit, condēnet, pecuniāq; non reddat? Hūc hominem in numero iudicū habebimus? hic alterā decuriam ſenatoriā iudex obtinebit? hic de capite libero iudicabit? huic iudicialis tabella committetur? quam iſte non modò cera, verùm etiam ſanguine, ſi viſum erit, notabit. || Quid e- 80
nim horum ſe negat feciſſe? illud videlicet vnū,
quod

g L. habeatis ſanè vobis iſtum ſenatorem, iſtum etiā de vob. v. c habeatis ſane iſtum vobiſcum ſenatorem, etiam de, &c.

h al. homines qui extra.

* lex Cornelia à Sylla lata ne in reiiciendis iudicib. amplius quàm tres iudices reiiciendi poteſtas eſſet.

i L. iam antè alteri add.

k al. aduerſariis.

* al. Tubulum.

l al. conſiliúmque dimittat?

quod neceſſe eſt,pecuniā accepiſſe. Quidni iſte neget? At eques Romanus,qui Sopatrum defendit,qui omnibus eius cōſiliis,rebuſq; interfuit, Q.Minucius iuratus dicit pecuniam datā:iurat dicit Timarchidem dixiſſe,maiorem ab accuſatoribus pecuniā dari,[m] dicēt hoc Siculi omnes dicēt omnes Haliciēſes: dicet etiā prætextatus Sopatri filius, qui ab iſto homine crudeliſſimo, patre innocentiſſimo pecuniáq; patria priuatus

81 eſt. Verùm, ſi de pecunia teſtibus planū facere non poſſem:illud negare poſſes , aut nūc negabis,te, conſilio tuo dimiſſo , vt viris primariis, qui in cōſilio [n] C.Sacerdotis fuerant,tibiq; eſſe ſolebant,remotis,de re iudicata iudicaſſe? teq; eum,quem C.Sacerdos,adhibito conſilio,cauſa cognita,abſoluiſſet, eundem, remoto conſilio, cauſa incognita,condemnaſſe? cùm hęc confeſſus eris,quę in foro palàm Syracuſis,in ore,atq; oculis prouinciæ geſta ſunt: negato ſanè ſi voles, [o] pecuniam accepiſſe: reperies,credo,aliquē, qui,cùm hæc,quę palàm gēſta ſunt,videat,quęrat quid tu occultè egeris:aut qui dubitet,vtrū malit meis teſtib. an tuis defenſoribus credere.

82 Dixi iam antea,iudices , me non omnia iſtius, quæ in hoc genere eſſent,enumeraturum:[p] ſed, electurum ea,quæ maximè excellerent. Accipite nunc aliud eius facinus nobile,& multis locis ſæpe commemoratum : & eiuſmodi, [q] vt in vno omnia maleficia ineſſe videantur , [r] attendite diligenter.inuenietis enim id facinus natū à cupiditate,auctū perſtuprū,crudelitate perfe-

83 ctū,atq;concluſū. Sthenius* eſt is,qui nobis aſſidet. Thermitanus,antea multis propter ſummā virtutem,ſummámq;nobilitatem,nunc,propter ſummā calamitatem , atq; iſtius inſignem iniuriam,omnibus notus. Huius hoſpitio Verres cū eſſet vſus, [s] & cùm ſolum apud eum non modò Thermis ſæpenumero fuiſſet , ſed etiam habitaſſet : domo eius omnia abſtulit , quæ paullo magis

m L. dicent hoc multi Siculi:dicēt omn.

n L. C. Sacerdoti f.

o L. te pecuniam acc. p al. ſed delecturum.

q al. vt in hoc vno.

r L. attendite enim diligenter,inuenietis id f.

* DE REBVS iudicatis in Sthenium Thermitanum.

s li. vulg. & cùm apud eum ſolum Thermis ſæpè non fuiſſet modo, ſed etiam hab.

Digitized by Google

magis animũ cuiuſpiam, aut oculos poſſent cõ-
mouere.Etenim Sthenius ab adoleſcentia [t] ſtu-
dioſiùs paulo hæc compararat, ſupellectilem ex
ære elegantiorem, & Deliacam, & Corinthiam
tabulas pictas etiam argenti [u] bene facti, prout
Thermitani hominis facultates ferebant, ſatis.
quæ,cùm eſſet in Aſia adoleſcens, ſtudioſè, vt
dixi, [x] comparabat, non tam ſuæ delectationis
cauſa,quàm ad inuitationes,aduentúſq; noſtro-
rum hominum,ſuorum amicorum, atque hoſpi-
tũ.|| Quæ poſteaquã iſte omnia abſtulit, alia ro- 84
gando,alia poſcendo,alia ſumẽdo:ferebat Sthe-
nius,vt poterat.34 [y] angebatur tamen animi do-
lore neceſſario, quòd domum eius exornatã at-
que inſtructam, ferè iam iſte reddiderat nudam,
atq; inanem. verũtamen dolorem ſuum nemini
impertiebat:prætoris iniurias, tacitè : hoſpitis,
placidè ferendas arbitrabatur.|| Interea cupidi- 85
tate iſte illa ſua nota,atque [z] apud omneis per-
uulgata, cùm ſigna quædam pulcherrima, atq;
antiquiſſima Thermis in publico poſita vidiſſet,
adamauit: à Sthenio petere cœpit, vt ad ea tol-
lenda operam ſuã profiteretur,ſéque adiuuaret.
Sthenius verò non ſolùm negauit, ſed etiam o-
ſtendit id fieri nullo mddo poſſe, vt ſigna anti-
quiſſima,monumẽta P. Africani,ex oppido Ther
mitanorum,incolumi illa ciuitate, imperioque
populi R.tollerentur.||Etenim,vt ſimul P. Afri- 86
cani quoq; humanitatẽ,& ęquitatem cognoſca-
tis, oppidũ Himeram Karthaginiẽſes quondam
ceperãt:quod fuerat in primis Sicilię clarum,&
ornatũ. Scipio, qui hoc dignũ populo Romano
arbitraretur, bello confecto ſocios ſua per no-
ſtram victoriã [a] recuperare:Siculis omnibus,Kar
thagine capta, quæ potuit, reſtituenda curauit.
Himera deleta,quos cineis belli calamitas reli-
quos fecerat,ij ſeſe Thermis collocarant, in e-
iuſdem agri finibus,neque longè ab oppido an-
tiquo.Hi ſe patrum fortunam ac dignitatem re-
cupera

t l.paulò ſtudioſiùs hæc.

v l.affabrè facti.

x l.compararat.

y l.tangebatur tamen.al.augebatur tamen animi dolore neceſſario.

z l. apud omneis peruagata.

a v.c.recipe rare.

cuperare arbitrabantur, cùm illa maiorum or-
87 namenta in eorum oppido collocabantur. || erãt
ſigna ex ære complura: [b] in his mira pulchritu-
dine ipſa Himera, in muliebrem figuram, habi-
tumque [c] formata ex oppidi nomine, & fluminis.
erat etiam Steſichori poetæ ſtatua ſenilis, incur-
ua, cum libro, ſummo, vt putant, [d] artificio facta
ab eo qui fuit Himeræ: ſed & eſt, & fuit [e] tota in
Grȩcia ſummo propter ingenſum honore & no-
mine. Hæc iſte ad inſaniã cõcupierat. Etiã, quod
pænè prȩterij, capella quȩdam [f] ea quidem mirè,
vt etiam nos, qui rudes harum rerum ſumus, in-
telligere poſſumus, ſcitè facta, & venuſtè. Hæc,
& alia Scipio non negligenter abiecerat, vt ho-
mo intelligens Verres auferre poſſet: ſed Ther-
mitanis reſtituerat: [g] non quo ipſe hortos, aut
ſuburbanũ, aut locum omninò, vbi ea poneret,
nullum haberet: [h] ſed quòd ſi domũ abſtuliſſet,
non diu Scipionis appellarentur ſed eorum, ad
quoſcunq; [i] ipſius morte veniſſet: nunc iis locis
poſita ſunt, vt mihi ſemper Scipionis fore vi-
88 deantur, itáque dicantur. || Hæc cùm iſte poſce-
ret, ageretúrq; ea res in Senatu: Sthenius vehe-
mentiſſimè reſtitit: multáque, vt in primis Sicu-
lorum in dicendo copioſus eſt, commemora-
uit: Vrbem relinquere [k] Thermitanos eſſe hone-
ſtius, quàm pati tolli ex vrbe monumenta maio-
rum, ſpolia hoſtiũ, beneficia clariſſimi viri, iudi-
cia ſocietatis populi R. atque amicitiæ. Cõmoti
animi ſunt omniũ. repertus eſt nemo, quin mori
diceret ſatius eſſe. Itaque hoc adhuc oppidum
Verres inuenit propè ſolum in orbe terrarum,
vnde nihil eiuſmodi rerum de publico per vim,
nihil occultè, nihil imperio, nihil gratia, [35] [l] ni-
hil pretio poſſet auferre. Verumtamẽ haſce hu-
ius cupiditates exponam alio loco, nunc ad
89 Sthenium reuertar. || [m] Itaque iſte vehementer
Sthenio infenſus, hoſpitium ei renuntiat: do-
mo eius emigrat, atque adeò exit. nam iam antè
migra

b L. in his eximiæ p.
c for. conformata.
d al. factas qui f.
e al. tota Græc.
f quædam eſt, ea quidem vt etiam n.
g L. non quod.
h L. ſed ſi d.
i L. illius morte.
k al. Themitanis.
l al. nihil precario.
m L. Iratus iſte vehemẽter Sthenio, atque incenſus, hoſp.

Digitized by Google

migrarat. Eũ autem inimiciſſimi Sthenij domũ
ſuam ſtatim inuitant, vt animum eius in Sthe-
nium inflammarent, ementiendo aliquid, & cri-
minando. Hi autem erant inimici, Agathinus,
homo nobilis, & Dorotheus, qui habebat in ma
trimonio Callidamam, Agathini eius filiam: de
qua iſte audierat. Itaque ad generum Agathini
migrare maluit: Vna* nox interceſſerat, cũ iſte
Dorotheum ſic diligebat, vt diceres omnia in-
ter eos eſſe communia? Agathinum ita obſer-
uabat, vt aliquem affinem, ac propinquum. con-
temnere etiam ſignum illud Himeræ iam vide-
batur, quòd eum multo magis figura, & linea-
menta hoſpitę delectabant. || Itaque hortari ho- 90
mines cœpit, vt aliquid Sthenio periculi crea-
rent, criminiſq; confingerent. Dicebat ſe illi ni-
hil habere, quod dicerent. Tum iſte his apertè
oſtendit, & confirmauit, [n] eos in Sthenium 36
quidquid vellent, dicerent, ſimulatq; ad ſe de-
tuliſſent, probaturos. Ita illi non procraſtinãt:
Sthenium ſtatim educunt, aiunt ab eo literas
publicas eſſe corruptas. Sthenius poſtulat, [o] vt
ſecum ſui ciues agant de literis publicis corru-
ptis, eiuſque rei legibus Thermitanorum actio
ſit: cùm ſenatus populuſq; R. Thermitanis, quòd
ſemper in amicitia, fideq; manſiſſent, [p] vrbem &
agros, legéſq; ſuas reddidiſſet: Publiuſq; Rupi-
lius poſtea leges ita Siculis ex S.C. de decem le-
gatorũ ſentẽtia dediſſet, vt ciues inter ſe legib.
ſuis agerẽt: idéq; hoc habuerit Verres ipſe in e-
dicto, vt de his omnib. cauſis ſe ad leges reiice-
ret. || Iſte, homo omniũ æquiſſimus, atq; [q] à cupi- 91
ditate omni remotiſſimus, ſe cogniturum eſſe
confirmat: paratum ad cauſam dicendam venire
[r] hora octaua iubet. non erat obſcurũ, quid ho-
mo improbus, ac nefarius cogitaret. neq; enim
ipſe ſatis occultarat, nec mulier tacere po-
terat. Intellectũ eſt [s] id ipſum agere, vt cũ Sthe-
niũ ſine vllo argumẽto, ac ſine teſte dãnaſſet, tũ
homo

* qua cum eius vxore accubuerat.

n L. eos, in Sthẽ. quidquid vellẽt, ſimulatque ad ſe det. prob.

o L. vt cum ſe cum ſ. c. ag. de litr. p. corruptis eiuſquerei, legib. Thermit. actio ſit: ſenatúſque & popul⁹. R. Ther. &c.

p L. vrbeis agros.

q L. à cupiditate omnium remot. v. c nõ habet, omni, neque omnium.

r L. hora VIIII.

s L. id iſtum agere.

homo nefarius de homine nobili, atque id ætatis, ſuoque hoſpi te, virgis ſupplicium crudeliſſimè ſumeret. Quod cùm eſſet perſpicuum: de amicorum, hoſpitúmque ſuorũ ſentẽtia, Thermis Sthenius Romam profugit. hiemi, fluctibúſque ſeſe cõmittere maluit, quàm non iſtam cõmunem Siculorum tempeſtatem, calamitatémq;
92 vitare. || Iſte homo certus & diligens,[t] ad horam octauam præſto eſt. Sthenium citari iubet: quẽ poſteaquàm videt non adeſſe, dolore ardere, atque iracundia furere cœpit: Venerios in domũ Sthenij mittere: equites circum agros eius, villáſque dimittere. itaque[u] cùm exſpectat, quidnam ſibi certi afferatur: ante horam tertiam noctis de foro non diſceſſit. Poſtridie manè deſcendit: Agathinum ad ſeſe vocat: iubet eum de literis publicis in abſentẽ Sthenium dicere. Erat eiuſmodi cauſa, vt ille ne ſine aduerſario quidem apud inimicũ iudicem reperire poſſet, quid
93 diceret. || Itaque tantùm verbo poſuit, Sacerdote prætore, Sthenium literas publicas corrupiſſe. Vix ille hoc dixerat,* cũ iſte pronuntiat, Sthenium literas publicas corrupiſſe, videri: & hæc præterea[x] addidit homo Venerius, nouo modo, nullo exemplo,[y] ob eam rem[z] LLS. quingenties Veneri Erycinæ de Sthenij bonis exactũrũ: bonáque eius ſtatim cœpit vendere: & vẽdidiſſet, ſi tãtulùm moræ fuiſſet, quo minus ei pecu-
94 nia illa numeraretur. || Ea poſteaquam numerata eſt, contentus hac iniquitate nõ fuit. palàm de ſella ac tribunali pronuntiat, Si quis abſentem Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe eius nomen receptũrum: & ſimul, vt ad cauſam accederet, noménque deferret, Agathinum, nouum affinẽ, atque hoſpitem, cœpit hortari. Tum ille clarè, omnibus audientibus, ſeſe id non eſſe facturum, neque ſe vſque eò Sthenio eſſe inimicum, vt eum rei capitalis affinem eſſe diceret. Hîc tum repẽte Pacilius quidam, homo egẽs, & leuis,

t L. ad horam VIIII.

u L. dum exſp.

* ſententiæ iudicum ita vt ſæpius conceptæ non enim facta, ſed facta videri pronũtiabant ad de 2. Acad.

x al: addit.

y for. ſe ob eam rem.

z L. LLS. quingenta hoc eſt aureorum 12500. altera autem ſumma & nimia eſt 1250000.

Digitized by Google

leuis,accedit. ait,ſi liceret,nomen abſentis deferre ſe velle.Iſte verò, & licere,& fieri ſolere, & ſe recepturum.itaque defertur.edicit ſtatim, vt Kalendis Decembr. adſit Sthenius Syracuſis.

b L. peruenisſet.

c L.quæ vt erat acerba atque iud. ſic videbatur omn.

d Cn. Lentulus, & L. Gellius Coſs.

95 ||Hic,qui Romam [b] veniſſet, ſatiſque feliciter anni iam aduerſo tempore nauigaſſet, omniaq; habuiſſet æquiora & placabiliora,quàm animũ prętoris,atque hoſpitis,rem ad amicos ſuos detulit: [c] quæ vt erant acerba,atque indigna, ſic videbantur omnibus. Itaq; in ſenatu cõtinuò [d] Cn. Lentulus,& Lucullus Coſs. faciunt mẽtionem,placere ſtatui,ſi P.C.videretur, ne abſentes homines in prouinciis rei fierent rerũ capitalium.cauſam Sthenij totam,& iſtius crudelitatem,& iniquitatem ſenatum docent. Aderat in ſenatu Verres,pater iſtius,& flens vnumquẽque ſenatorẽ rogabat,vt filio ſuo parceret: neque tamen multum proficiebat. erat enim ſumma voluntas ſenatus. Itaque ſententiæ dicebãtur,cùm Sthenius abſens reus factus eſſet,de abſente iudicium nullum fieri placere: & ſi quod eſſet factum,id ratum eſſe nõ placere.

* quippe Senatuſcõſultũ ante exortum, aut poſt occaſum ſolis factum ratum non erat.

e L. quo die iſte vt Syr.

f L. ab illo furore reu. al.ab incepto reuocatur.

g v. c. de Sthenio in integro tota res eſſ.

96 ||Eo die tranſigi nihil potuit, quòd & id * temporis erat, & ille pater iſtius inuenerat homines,qui dicendo tempus cõſumerent.Poſtea ſenex Verres defenſores,atque hoſpiteis omneis Sthenij conuenit:rogat eos,atque orat, ne oppugnent filium ſuum de Sthenio ne laborent: confirmat his,curaturum ſe eſſe, nequid ei per filium ſuũ noceretur: ſe homines certos eius rei cauſa in Siciliam & terra,& mari miſſurum.& erat ſpatium dierũ ferè triginta ante Kalend.Decẽb. [e] quo iſte, vt Syracuſis Sthenius adeſſet,edixerat.

97 ||Commouentur amici Sthenij.ſperant fore, vt patris literis,nuntiiſque filius [f] ab incepto furore reuocetur.In ſenatu poſtea cauſa non agitur. Veniunt ad iſtum domeſtici nuntij, literaſque à patre afferunt ante Kalendas Decemb. cùm iſti etiam tum [g] de Sthenio integra tota

res

res eſſet : eodémque ei tempore de eadem re li-
teræ complureis à multis eius amicis, ac neceſ-
ſariis afferuntur. Hic iſte , qui præ cupidita-
te,neque officij ſui,neque periculi , neque pie-
tatis,neque humanitatis rationē habuiſſet vm-
quā:neque in eo,quod monebatur auctoritatē
patris,nec in eo,quod rogabatur,voluntatē an-
98 teponendam putauit libidini ſuæ.|| Manè Kalē-
dis Decembr.vt edixerat,Sthenium citari iubet.
Si abs te iſtam rem parens tuus , alicuius amici
rogatu, benignitate, aut ambitione [h] inductus
petiſſet:grauiſſima tamen apud te voluntas pa-
tris eſſe debuiſſet. cùm verò abs te tui capitis
cauſa peteret , hominéſque certos domo miſiſ-
ſet, hique eo tēpore ad te veniſſent, [i] cū tibi in
integro tota res eſſet,ne tum quidem te potuit,
ſi nō pietatis,at ſalutis tuæ ratio ad officiū ſa-
nitatémque reducere?Citat reū.non reſpondet.
citat accuſatorē:([k] attēdite,quæſo,videte:quā-
topere iſtius amētiæ fortuna ipſa aduerſata ſit:
& ſimul videte,quis Sthenij cauſam caſus adiu-
uerit) citatus accuſator,M. Paciliꝰ, neſcio quo
99 caſu non reſpondit:non affuit.||Si præſens Sthe-
nius reꝰ eſſet factus:ſi manifeſto in maleficio te
neretur:tamen cū accuſator nō adeſſet,Stheniū
cōdemnari non oporteret. Etenim,ſi poſſet,reꝰ,
abſente accuſatore damnari,nō ego à *Vibone
Veliā paruulo nauigio inter fugitiuorū ac præ-
donū,ad tua tela veniſsē,quo tēpore omnis illa
mea feſtinatio fuit [l] cū periculo capitis ob eam
cauſam,ne tu ex reis eximerere,ſi ego nō affuiſ-
ſē ad diē. [m] Quod igitur erat in tuo iudicio op-
tatiſſimū,me,cū citatus eſsē,nō adeſſe: [n] cur Sthe
nio nō putaſti prodeſſe oportere, cū eius accu-
ſator non affuiſſet?Itaq; fecit,vt exitus princi-
pio ſimillimus reperiretur, quē abſentē reū fe-
100 cerat,eum abſente accuſatore cōdemnat.||Nun-
tiabatur illis primis temporibus id,quod pater
quoq; ad eum pluribus verbis ſcripſerat:agita-

h L.adductus.
i L.cum tibi integra r.
k L.attendite,quæſo, iudices, dete q.
*Vibo vrbs in agro Brutio.
l for. cum periculo capitis cōiuncta,obe.
m L. Quod igitur tibi erat in tuo.
n L. cur id Sthen.

tam rem eſſe in ſenatu: etiam in concione tribunum plebis de cauſa Sthenij M. * Palicanum eſſe quæſtum, poſtremò meipſum apud collegiũ hoc tribunorum plebis, cùm eorum omnium edicto non liceret quemquam Romæ eſſe, qui rei capitalis cõdemnatus eſſet, egiſſe cauſam Sthenij: cùm rem ita expoſuiſſem, quemadmodum nunc apud vos, docuiſſémque hanc damnationẽ duci non oportere: [o] tribunos pl. hoc ſtatuiſſe, [p] idque de omnium ſententia pronuntiatum eſſe, nõ videri Sthenium impediri edicto quo minus ei liceret Romę eſſe.‖ Cùm hæc ad iſtum afferrentur, [q] timuit aliquando, & commotus eſt. 101
Vertit ſtilum in tabulis ſuis: quo facto cauſam omnem euertit ſuam. nihil enim ſibi reliqui fecit, quod defendi aliqua ratione poſſet. Nã ſi ita defenderet: recipi nomen abſentis licet: hoc fieri in prouincia nulla lex vetat: mala & improba defenſione, verùm aliqua tamen vti videretur. Poſtremò illo deſperatiſſimo perfugio vti poſſet, ſe imprudentem feciſſe: exiſtimaſſe id licere. quamquam hæc perditiſſima defenſio eſt: tamen aliquid dici videretur. Tollit ex tabulis id, * quod erat, & facit, coràm delatum eſſe. Hîc videte in quot laqueos ſe induerit, quorum ex nullo ſe vmquam expediret.‖ Primùm ipſe in Sicilia ſæpe & palàm de loco ſuperiore dixerat, & in ſermone multis demonſtrarat, licere nomen recipere abſentis: ſe exẽplo feciſſe id quod feciſſet. Hæc eũ [r] dictitaſſe priore actione, & Sex. Pompeius Chlorus dixit, de cuius virtute antea cõmemoraui, & Cn. Pompeius Theodorus, homo & Cn. Pompeij clariſſimi viri, iudicio, plurimis, maximíſque in rebus probatiſſimus, & omniũ exiſtimatione ornatiſſimus, & poſſides Mattro Solentinus, homo ſumma nobilitate, exiſtimatione, virtute: & hac actione quã voletis multi dicent, & qui ex iſto ipſo audierint, viri primarij noſtri ordinis: & alij, qui interfuerint, cũ abſen- 102

* is fuit tribunus pl. quo auctore tribunitia poteſtas à Sylla populo R. adẽpta per Cn. Pompeium Coſſ. reſtituta.
o v. c. x. te pl.
p al. idque omnium.
q L. pertimuit aliq.

* hæc verba id quod erat & facit malè hic inſerta eſſe putant.

r L. dictaſſe.

103 abſentis nomen reciperetur.|| Deinde Romæ cũ res eſſet in ſenatu, omneis iſtius amici: in his etiã pater eius, hoc defendebat licere fieri: ſæpe eſſe factũ: [s] iſtũ, quod feciſſet aliorum exemplo, inſtitutóque feciſſe. dicit præterea teſtimoniũ tota Sicilia: quæ in communib. poſtulatis ciuitatum omnium, conſulibus edidit. Rogare atq; patres conſcriptos, vt ſtatuerent, ne abſentium nomina reciperentur. Qua de re Cn. Lentulum, patronum Siciliæ clariſſimum adoleſcentẽ, dicere audiſtis: Siculos, cùm ſe cauſam, quæ pro his ſibi in ſenatu agenda eſſet, docerẽt, de Sthenij calamitate queſtos eſſe: proptérque hanc iniuriam, quæ Sthenio facta eſſet, eos ſtatuiſſe, vt,
104 quod dico poſtularetur.|| Quę cùm ita eſſent, tãtáne amentia præditus, atque audacia fuiſti, vt in re tam clara, tam teſtata, tam abs teipſo peruulgata, tabulas publicas corrumpere auderes? At quemadmodũ corrupiſti? nónne, ita, vt, omnibus nobis tacentibus, ipſę tuæ tabulæ cõdemnare poſſent? Cedò, quæſo, codicem circumfer: oſtende. videtiſne totum hoc nomen, coràm vbi facit delatum, eſſe in litura? Quid fuit iſthic antea ſcriptum? [t] quod mendũ iſta litura correxit? quid à nobis, iudices, exſpectatis argumenta huius criminis? nihil dicim⁹: tabulæ ſunt in medio, quæ ſe corruptas atque interlitas eſſe cla-
105 mant.|| Ex iſtis etiam tu rebus effugere te poſſe cõfidis, cũ te nos nõ opinione dubia, ſed tuis veſtigiis perſequamur, quæ tu in tabulis publicis expreſſa, ac recentia reliquiſti? Is mihi etiam Sthenium literas publicas corrupiſſe, cauſa incognita, [u] iudicauit, qui defendere [x] nõ potuit, ſe non [y] ex ipſius Sthenij nomine literas publicas corrupiſſe? Videte porrò aliam dementiam:
106 videte, vt dum expedire ſeſe vult, induat.|| Cognitorem adſcribit Sthenio. Quem? cognatum aliquem, aut propinquum? non Thermitanum aliquem, honeſtum hominem, ac nobilem? ne

s v.c. iſte quod ſic.

t al. quam mendam.

v al. iudicabit.

x al. non potuerit.

y L. in ipſius.

Digitized by Google

id quidem. At Siculum, in quo aliquis ſplendor,
dignitáſque eſſet? [a] minimè. [b] Quid igitur? ci-
uem Romanum. Cui hoc probari poteſt? Cùm
eſſet Sthenius ciuitatis ſuæ nobiliſſimus, am-
pliſſima cognatione plurimis amicitiis: cùm
prçterea tota Sicilia multùm auctoritate, & gra-
tia poſſet, inueniri neminē Siculum potuit, qui
pro ſe cognitor fieret? 39 [c] Hoc probabitis? an ip-
ſe ciuem Romanū maluit? cedò, cui Siculo, cū is
reus fieret, ciuis Rom. cognitor factus vmquā
ſit. Omniū prætorum literas, [d] qui antè fuerūt,
profer, explica. ſi vnum inueneris: ego hoc tibi
quemadmodum in tabulis ſcriptum habes, ita
geſtum eſſe concedā. || At, credo, Sthenius hoc 107
ſibi amplum eſſe putauit eligere è ciuiū R. nu-
mero, ex amicorum atque hoſpitū ſuorū copia,
quem cognitorem daret. quem delegit? quis in
tabulis ſcriptus eſt? C. Claudius, C. Filius Pala-
tina. Nō quæro, quis hic ſit Claudius, quā ſplē-
didus, quàm honeſtus, quàm idoneus, propter
cuius auctoritatem, & dignitatem Sthenius ab
omnium Siculorum conſuetudine diſcederet, &
ciuem Romanum cognitorem daret. nihil ho-
rum quæro. fortaſſe enim Sthenius non ſplen-
dorem hominis, ſed familiaritatem ſecutus eſt.
Quid ſi omnium mortaliū Sthenio nemo inimi-
cior, quàm hic C. Claudius, [e] tum ſemper, tū in
his ipſis rebus, & temporibus fuit? ſi de literis
corruptis contrà venit? ſi contrà omni ratione
pugnauit? vtrùm potius pro Sthenio inimicum
cognitorē eſſe factum, ante in Sthenij [f] pericu-
lo, inimici eius nomine abuſum eſſe credemus?
|| Ac, ne quis fortè dubitet, cuiuſmodi totum ſit 108
negotiū: tametſi iamdudum omnibus iſtius im-
probitatem perſpicuam eſſe confido, tamē pau-
lulum etiā attendite. Videtis illū ſubcriſpo ca-
pillo, nigrum, qui eo vultu nos intuetur, vt ſibi
ipſe peracutus eſſe videatur? qui tabulas tenet?
qui ſcribit? qui monet? qui proximus eſt? is eſt C.

Claudius

a al. nominem.
b L. quem igitur?
c L. hoc probabis? al. His probabis?
d L. qui ante te f.
e L. cùm ſemp.
f lib. vulg. periculum.

Claudius,qui in Sicilia ſequeſter iſtius , interpres,confector negotiorum,propè collega Timarchidi numerabatur:nunc obtinet eum locũ, vt vix Apronio illi de familiaritate concedere
109 videatur, [g] & qui ſe nõ Timarchidis , ſed ipſius Verris collegam,& ſociũ eſſe dicebat.[40] || [h] Dubitare etiamnum poteſtis,quin eum iſte potiſſimùm ex omni numero delegerit,cui improbam falſi cognitoris perſonam imponeret, quem & huic inimiciſſimum , & ſibi amicum eſſe arbitraretur? Hîc vos dubitatis,iudices,tãtam iſtius audaciam,tantam crudelitatem,tantam iniuriã vindicare? dubitatis exemplum iudicum illorũ ſequi,qui damnato Cn. Dolabella,damnationẽ * Philodami Opuntij reſciderunt, quòd is non abſens reus factus eſſet:quæ res iniquiſſima , & acerbiſſima eſt:ſed cùm ei legatio Romã à ſuis ciuibus eſſet data? Quod illi iudices multo in leuiore cauſa ſtatuerunt,æquitatem ſecuti: vos id ſtatuere in grauiſſima cauſa,[i] præſertim aliorum auctoritate iam confirmatum, dubitabitis?
110 || At quem hominem C. Verres,tanta, tam inſigni iniuria [k] affeciſti?[41] cuius abſentis nomen recepiſti?quem abſentem non modò ſine crimine,& ſine teſte,verùm etiã ſine accuſatore damnaſti? Quem hominẽ dij immortales non dicã amicum tuum:quod apud homines cariſſimum eſt: non hoſpitem * quod ſanctiſsimum eſt: nihil enim minùs libenter de Sthenio commemoro:nihil aliud in eo quod reprehẽdi poſſit,inuenio,niſi quod homo frugaliſſimus , atq; integerrimus,te hominem plenum ſtupri,flagitij,ſceleris,domum ſuã inuitauit:niſi quòd, qui C.Marij,Cn.Põpeij,C. Marſelli,L.Siſennæ , tui defenſoris, [l] ceterorúmque virorũ fortiſſimorũ hoſpes fuiſſet,atque eſſet, ad eum numerũ clariſſimorum hominum tuum quoque nomen ad
111 ſcripſit.|| Quare de hoſpitio violato , & de iſto tuo nefario ſcelere nihil queror : hoc dico,

Q 4 non

g al.vt qui.

h L.Dubitate etiam nunc,ſi poteſtis, quin eum &c. arbitraretur.

* Sententia reſciſſa aduerſus legatum abſentem lata.

i v c.præſertim aliquorum auct.

k L.affeciſti quem hominem abſentem de literis corruptis, cauſa incognita condemnaſti? cuius abſentis, &c.

* Hoſpitij ius ſanctiſſimum hoſpites ſecundo gradu in officiis habitos à veteribus conſtat ex Maſſurij Sabini 3. iuris apud Gel. l.5.c.13.

l L.ceterorum virorũ fortiſsimorum h.

Digitized by Google

non iis,qui Sthenium norunt, hoc eſt nemini eorum,qui in Sicilia fuerunt: nemo enim ignorat, quo hic in ciuitate ſua ſplendore, qua apud omneis Siculos dignitate atque exiſtimatione ſit: ſed,vt illi quoque,qui in ea prouincia non fuerunt,intelligere poſſint,in quo homine tu ſtatueris exemplum eiuſmodi quod tum propter iniquitatem rei, tum etiã propter hominis dignitatem acerbũ omnibus,atque intolerandũ 112
videretur.|| Eſtne Sthenius is,qui omneis honores domi ſuæ facillimè cùm adeptus eſſet, ampliſſimè,ac magnificentiſſimè geſſit? qui oppidum non maximum maximis ex pecunia ſua locis communibus monumẽtiſque decorauit? cuius de meritis in rẽp.Thermitanorum,Siculoſq; vniuerſos,fuit ænea tabula fixa Thermis in curia? in qua publicè erat de huius beneficiis ſcriptum,& inciſum, quæ tabula tum imperio tuo reuulſa,* inde à me tamen [m] deportata eſt: vt omnes hui⁹ honores inter ſuos,& amplitudinẽ poſſet cognoſcere.|| Eſtne hic qui apud Cn.Põ- 113
peium,clariſſimum virum, cùm accuſatus eſſet, quòd propter C.Marij familiaritatẽ,& hoſpitiũ cõtra rẽp.ſenſiſſe eum inimici,& accuſatores eius [n] dicerent,quòd tum magis inuidioſo crimine,quàm vero [o] accerſeretur: ita à Cn.Pompeio abſolutus eſt, vt in eo ipſo iudicio Pompeius hũc hoſpitio ſuo digniſſimũ ſtatuerit? ita porrò laudatus,defenſuſque ab omnibus Siculis,vt idem Pompeius nõ ab homine ſolùm, ſed etiã à prouincia tota,ſe huius abſolutione inire gratiam arbitraretur? poſtremò, éſtne hic,qui & animum in remp. habuit eiuſmodi,& tantùm auctoritate apud ſuos ciueis potuit, vt perficeret in Sicilia ſolus, te prætore,quod non modò Siculus nemo, ſed ne Sicilia quidem tota potuiſſet: vt ex oppido Thermis nullum ſignum, nullum ornamentum, nihil ex ſacro, nihil de publico attingeres, cùm præſertim eſſent mul-

* L. nunc à me.
m L.reportata eſt.
n L.dicerẽt, cùm magis inuid.
o L.arceſſeretur.

114 ta præclara,& tu omnia concupiſſes?|| Denique
nunc vide,quid inter te cuius nomine apud Si-
culos dies feſti agitãtur,& præclara illa Verrea
celebrantur cui ſtatuæ Romæ ſtant inauratæ, [p]
à communi Sicilia, quemadmodum inſcri-
ptum videmus: datæ: vide inquam, quid in-
ter te, & hunc Siculum, qui abs te eſt,patrono
Siciliæ condemnatus,interſit.Hunc ciuitates ex
Sicilia permultæ teſtimonio ſuo, legationibúſ-
que ob eam rem miſſis,publicè laudant: te om-
nium Siculorum patronum vna Mamertina ci-
uitas ſocia furtorum,ac flagitiorum tuorũ, pu-
blicè laudat:ita tamen,nouo more,vt legati lę-
dant:legatio laudet:ceteræ quidẽ ciuitates pu-
blicè literis,legationibus,teſtimoniis accuſant,
queruntur,arguunt:ſi tu abſolutus ſis, funditus
115 euerſas ſe eſſe arbitrantur.||Hoc de homine, ac
de huius bonis etiam [q] in Eryco monte monu-
mentum tuorum flagitiorum,crudelitatiſq; po-
ſuiſti:in quo Sthenij Thermitani nomen adſcri-
ptum eſt.Vidi argenteum Cupidinẽ cum lampa-
de. Quid tandem habuit argumẽti,aut rationis
res,quamobrem in eo potiſſimũ Sthenianũ præ-
mium poneretur?vtrùm hoc ſignum cupiditatis
tuæ, [r] an trophæum neceſſitudinis,atque hoſpi-
tij,an amoris indicium eſſe voluiſti?Faciũt hoc
homines,quos in ſumma nequitia non ſolũ li-
bido & voluptas,verùm etiam ipſius nequitiæ
fama delectat,vt multis in locis notas [s] ac veſti-
116 gia ſcelerum ſuorum relinqui velint. || Ardebat
amore illius hoſpitæ,propter quam hoſpitij iu-
ra violarat. Hoc non ſolùm ſciri tum,verùm e-
tiam commemorari ſemper volebat. itaque ex
illa ipſa re,quam accuſante Agathino,geſſerat,
Veneri potiſſimùm deberi præmium ſtatuit,quę
illam totã accuſationem, iudiciúmque conflá-
rat. Putarem te gratum in deos, ſi hoc donum
Veneri non de Sthenij bonis dediſſes, ſed de
tuis: quod facere debuiſti, præſertim cùm tibi

p L. à communi Siciliæ.

q L. in Eryce.

r Lamb. an tropæum.

s L. ac veſtigia flagitiorum ſuor.

illo ipſo anno à Chelidone veniſſet hereditas. ‖Hic ego, ſi hanc cauſam non omnium Siculorum rogatu recepiſſem: ſi hoc à me numeris nõ vniuerſa prouincia popoſciſſet: ſi me animus, atque amor in remp. exiſtimatioq; offenſa noſtri ordinis, ac iudiciorum non hoc facere coegiſſet: atque hæc vna cauſa fuiſſet, quòd amicũ, atque hoſpitem meum Sthenium, quem ego in quæſtura mea ſingulariter dilexiſſẽ, de quo optimè exiſtimaſſem, quem in prouincia exiſtimationis meæ ſtudioſiſſimum, cupidiſſimúmq; cognoſſem, tam crudeliter ſceleratè, nefariéque tractaſſes: tamẽ [t] digna cauſa eſſet, cur inimicitias hominis improbiſſimi ſuſciperem, vt hoſpitis ſalutem, fortunaſq; defenderem. ‖Fecerũt hoc multi apud maiores noſtros: fecit etiã nuper homo clariſſim9, *Cn. Domitius, qui M. Silanum, conſularem virum, accuſauit propter [u] Egritomari tranſalpini hoſpitis iniurias. Putarẽ me idoneum, qui exemplum ſequerer humanitatis, atque officij, proponerémque ſpem meis hoſpitibus ac neceſſariis quo tutiorem vitam ſeſe meo præſidio victuros eſſe arbitrarẽtur. Cũ verò in communibus iniuriis totius prouinciæ, Sthenij quoq; cauſa cõtineatur, multiq; vno tẽpore à me hoſpites, atque amici publicè, priuatimque defendãtur: profectò vereri nõ debeo, ne quis hoc quod facio, non exiſtimet* ſummi officij ratione impulſum, coactúmque ſuſcepiſſe. Atque vt aliquando de rebus ab iſto cognitis, iudicatiſque, & de iudiciis datis dicere deſiſtamus: & quoniam facta iſtius in his generib. infinita ſunt, nos modum aliquem, & finem orationi noſtræ criminibuſque faciamus: pauca ex aliis generibus ſumemus. ‖ Audiſtis * ob ius [x] dicendum [y] Qu. Variũ dicere procuratores ſuos iſti centum & triginta millia nummûm dediſſe: meminiſtis [z] Qu. Varij teſtimonium, rémque hanc totam C. Sacerdotis hominis ornatiſſimi,

117 118 119 (margin section numbers beside "Hic ego", "Fecerũt", "Audiſtis")

t I. digna cauſa videretur, cur inim.

* Hic Cn. Domitius cum M. Silano præerat cudendæ monetæ

u al. Aecriomari vide ſup. in diuina.

* I. am. exiſtimet meſ. o. t. imp.

* DE VENALI IVRISDICTIONE ET HONORIBVS VENDITIS.

x al. dicundum.

y al. Q. Valerium I. Q Varium.

z al Q. Valerij.

mi teſtimonio comprobari:ſcitis Cn. Seruium, M. Modium,equites Ro.ſexcentos præterea ciueis Rom. multóſque Siculos,[a] dixiſſe,iſti pecuniam ob ius dicundum dediſſe.de quo crimine quid ego diſputem,[b] cùm totum poſitum ſit in teſtibus? quid porrò argumenter, qua de re dubitare nemo poſſit?An hoc dubitabit quiſquam omniũ,quin is venalem in Sicilia iuriſdictionem habuerit,qui Romę totum edictũ, atq; omnia decreta vẽdiderit? &quin ab Siculis ob decretainterponẽda[d] pecuniã acceperit,qui M. Octauiũ [e]Ligurem ob ius dicũdum popoſcerit?

120 ‖ [f] Quod enim præterea genus pecuniæ cogendæ præteriit?quod non ab omnibus aliis præteritum,excogitauit?ecqua res apud ciuitates Siculas expetitur,in qua aut honos aliquis ſit,aut poteſtas, aut procuratio,quin eam rem tu ad tuum quæſtum, nundinationémque hominum traduxeris? Dicta ſunt priore actione & priuatim,& publicè teſtimonia: legati Centuripini, Haleſini,Catinenſes, Panormitaniq; dixerunt, multarum præterea ciuitatum : iam verò priuatim plurimi: quorum ex teſtimoniis cognoſcere potuiſtis, * tota Sicilia per triennium neminem vlla in ciuitate ſenatorem factum eſſe gratis, neminem,vt leges eorũ ſunt,ſuffragiis: neminem,niſi iſtius imperio,aut literis : atque in his omnibus ſenatoribus,cooptandis,non modò ſuffragia nulla fuiſſe,ſed ne genera quidem ſpectata eſſe,ex quibus in eum ordinem cooptari liceret : neque cenſus,neque ætatis, neque

121 cetera Siculorũ iura valuiſſe. ‖ Quicũq; ſenator voluerit fieri,quãuis puer,quãuis ex eo loco, ex quo nõ liceret: [g]ſi is pretio apud iſtũ fieret idoneus,vt vinceret,factum eſſe ſemper : non modo Siculorũ nihil in hac re valuiſſe leges, ſed ne ab ſenatu quidem populoque R.datas.Quas enim leges ſociis, amiciſque dat is, qui habet imperium à populo Romano, auctoritatem

legum

a I am. dixiſſe ſe iſti pecun.
b L.cùm id totũ poſit.
c I am quin is ab S.
d L.pecunias ceperit
e L.Ligurẽ pecuniam ob ius d. pop.
f L. Quod enim iſte præterea &c.& ita v.c.

* De venditis ſenatoriis Honoribus.

g L.ſi is pretio apud iſtum fieret idoneus factum eſſe ſ. al ſi is pretio apud iſtum, vt fieret idoneus vincere, factum eſſe ſ.

Digitized by Google

legũ dandarum à ſenatu:hę debent & populi R·
& ſenatus exiſtimari.|| Haleſini pro multis & ma 122
gnis ſuis,maiorúmque ſuorum in remp. noſtram
meritis atque beneficiis , ſuo iure nuper, L.Li-
cinio,Qu. Mucio Coſs. Cùm haberent inter ſe
controuerſias de ſenatu cooptando,leges ab ſe-
natu noſtro petiuerunt.Decreuit ſenatus hono-
rifico S. C.vt his C.Claudius,Appij filius,*Pul-
cher,prætor de ſenatu cooptando leges conſ-
criberet.C. Claudius,adhibitis omnibus* Mar-
cellis , qui tum erant,de eorum ſententia leges
Haleſinis dedit : in quibus multa ſanxit de æta-
te hominum,ne quis minor * triginta annis na-
tu : de quæſtu , quem qui feciſſet,ne legeretur:
de*cenſu,de ceteris rebus. quæ omnia ante iſtũ
prætorem,& noſtrorum magiſtratuum auctori-
tate , & Haleſinorum ſumma voluntate value-
runt. ab iſto & præco,qui voluit,iſtum ordinem
pretio mercatus eſt:& pueri annorũ ſenũ, ſepte-
númque denûm, ſenatorium nomen nundinati
ſunt : & quod Haleſini, antiquiſſimi & fideliſſi-
mi ſocij ,atque amici , Romæ impetrarant,vt a-
pud ſe ne ſuffragiis quidem fieri liceret, id pre-
tio, vt fieri poſſet,effecit. ||*Agrigentini de ſe- 123
natu cooptãdo Scipionis leges antiquas habẽt.
in quibus & eadem illa [i] ſancta ſunt:& hoc am-
plius : cùm Agrigentinorũ duo genera ſint,vnũ
veterũ,alterum colonorum, quos [k] T. Manlius
prætor ex S. C. de oppidis Siculorum deduxit
Agrigentum:cautum eſt in Scipionis legibus,ne
plures eſſent in ſenatu ex colonorum numero
quàm 42 [l] ex vetere Agrigentinorum.Iſte , qui
omnia iura pretio exæquaſſet,omniúmque rerũ
[m] delectũ,atque diſcrimẽ pecunia ſuſtuliſſet:nõ
modò illa,quæ erant ætatis,ordinis,quæſtúſque
permiſcuit:ſed etiam in his duobus generibus,
ciuium nouorum,veterúmque, [n] dilectum,ordi-
nemque turbauit. || Nam cùm eſſet ex vete- 124
rum numero [o] quidam ſenator demortuus,

&

* leges de ſenatu cooptando.
* patroni erant Siciliæ.
* Hoc anno ætatis Romæ Senatores electi. adde & pro leg.Manilia
* Cenſus Senatorius 800000.ſeſtertiũ hoc eſt aureorũ 24000.

* al. Agragantini.
i al.ſancita ſunt.
k L.L.Manlius.

l L.ex veterum Agr.
m L.dilectum atq; diſcr.
n Li.vul.delectum.
o L.quiſpiã ſen.

& cùm ex vtroque genere par numerus reliquus
eſſet:veterē cooptari neceſſe erat legibus, [p] vt   p L. vt is
his amplius numerus eſſet. Quæ cùm ita ſe res   amplior n.
haberet:tamē ad iſtum venerunt emtum locum
illum ſenatorium non ſolùm veteres, ſed etiam
noui. fit vt pretio nouus vincat, literaſque à
prætore auferat. Agrigentini ad iſtum legatos
mittunt,qui eū leges doceant, conſuetudinem-
que omnium annorum demonſtrent : vt iſte in-   q fort. cui
telligeret, ei ſe illum locum vēdidiſſe, [q] cui ne   ne com-
cōmercium quidem eſſe oporteret. quorū ora-   merciū qui
tione iſte, cùm pretium iam accepiſſet, ne tan-   dē eius eſ-
tulum quidem cōmotus eſt. ‖ Idem fecit Hera-   ſe op.
125 cléæ. nam eò quoq; colonos P. Rupilius dedu-
xit:legéſque ſimileis de cooptando ſenatu, ac
de numero veterum,ac nouorum dedit. Ibi non
ſolùm iſte, vt apud ceteros, pecuniam accepit:
ſed etiam genera veterum, ac nouorum, nume-
rúmque permiſcuit.Nolite exſpectare,dum om-
neis ob eam oratione mea ciuitates, hoc vno
complector crimine, omnia neminem iſto præ-
tore ſenatorem fieri potuiſſe, niſi qui iſti pecu-   * De venditis ſacerdotiis.
126 niam.dediſſet. ‖ Hoc * idem: transfero in magi-
ſtratus curationes, ſacerdotia : quibus in rebus   r for. Perfecerat iſte
non ſolùm hominū iura, ſed etiam deorum re-   imperio,
ligiones immortalium omneis repudiauit.Syra-   pro ſ. vt
cuſis lex eſt de religione,quæ in annos ſingulos   Theomn.
Iouis ſacerdotē ſortitò capi iubeat : quod apud   al. Perf. iſte
127 illos ampliſſimum ſacerdotium putatur. ‖ Cùm   imp. vt po
ſuffragiis tres ex tribus generibus creati ſunt,   puli ſuffr.
res reuocatur ad ſortē. [r] Perfecerat iſte imperio,   Th.
vt pro ſuffragia Theomnaſtus familiaris ſuus in
tribus illis renuntiaretur.in ſorte, cui imperare
non poterat,exſpectabant homines, [s] quidnam   s L. quidnā
acturus eſſet.homo,id quod erat facillimū, pri-   facturus eſſ.
mò vetat ſortiri: iubet extra ſortem Theomna-
ſtum renuntiari. negant id Syracuſani [t] per re-   t al. per religionem.
ligiones ſacrorum vllo modo fieri poſſe:fas de-   v lib. vulg.
nique negāt eſſe.iubet ille ſibi legem [u] recitari.   legi.
recita tur

recitatur:in qua ſcriptũ erat,vt, quot eſſent re-
nuntiati,tot in hydriã ſortes cõiicerẽtur:[v] cu-
ius nomen exiſſet,vt is haberet id ſacerdotium.
Iſte homo ingenioſus,& peracutus, Optimè,
inquit,nempe ſcriptum ita eſt, quot renuntiati
erunt.quot ergo (inquit) ſunt renũtiati?reſpon-
ſum,tres.Nunquid igitur oportet,niſi treis ſor-
teis cõiici:vnã educi?nihil.Coniici iubet treis,
[y] in quibus ſcriptum eſſet nomen Theomnaſti.
Fit clamor maximus, cùm id vniuerſis indignũ,
atque nefarium videretur.Ita Iouis illud ſacer-
dotium ampliſſimum per hanc rationem Theo-
mnaſto datur. || [z] Cephaledi menſis eſt certus, 128
quo menſe ſacerdotem maximum creari opor-
teat.Erat eius honoris cupidus[*] Arthenio qui-
dam,Climachias cognomine,homo ſanè locu-
ples,& domi nobilis:ſed is fieri nullo modo po
terat,ſi Herodotus quidam adeſſet.ei locus ille,
atque honos in illum annũ ita deberi putaba-
tur,vt ne Climachias quidem cõtra diceret. res
ad iſtum defertur,& iſtius more deciditur.*to-
reumata ſanè nota, ac pretioſa auferuntur. He-
rodotus Romæ erat:ſatis putabat ſe ad comitia
[a] tempore venturum,ſi pridie veniſſet. Iſte, ne
aut alio menſe, ac fas erat,comitia haberentur,
aut Herodoto præſenti honos adimeretur, id
quod iſte nõ laborabat,Climachias minimè vo-
lebat,excogitat(dixi iamdudum:non eſt homo
acutior quiſquam,nec fuit)excogitat, inquam,
quemadmodũ menſe illo legitimo comitia ha-
berentur, nec tamen Herodotus adeſſe poſſet.
|| Eſt conſuetudo Siculorum.ceterorúmq; Græ- 129
corum,quòd ſuos dies,menſéſq; congruere vo-
lunt cum ſolis,lunæq; ratione: vt nõnunquam,
ſi quid diſcrepet,eximant vnum aliquem diem,
aut ſummum,biduum ex menſe : quos illi ἐξαι-
ρεσίμους dies nominant:item nonnumquam vno
die longiorem mẽſem faciunt,aut biduo.[b] Quæ
iſte cùm cognouiſſet,nouus aſtrologus, qui nõ
tam

v v.c. cuiũ nomen.
x lib. vulg. nõ habent, Iſte.
y L. in quibus omnib.
z v.c. Cephalœdij. eſt paruum oppidũ Siciliæ Strab. l.6.
* v.c. Arcemo.
* opera torno facta.
a al. tempori.
b L. Quæ cùm iſte cognoſſet,n.

tam cæli rationem, quàm cælati argẽti duceret,
eximi iubet[*] non diem ex menſe, ſed ex anno v-
num, dimidiatumq; menſem, hoc modo, vt, quo
die, verbi cauſa, eſſe oporteret idus Ianuarias,
[c] eo die Kalen. Mart. [d] proſcribere iuberet, ita-
que fit, 43 omnibus recuſantibus, &[*] imploran-
tibus. dies is erat legitimus comitiis habendis.
eo modo ſacerdos Climachias renuntiatus eſt.
130 || Herodotus cùm Roma reuertitur, diebus, vt
ipſe putabat, quindecim ante comitia, [e] offen-
dit eum menſem, qui conſequitur mẽſem comi-
tialẽ, comitiis iã abhinc triginta diebus, habi-
tis. Tũc [f] Cephaleditani decreuerũt intercalariũ
[g] XLV. dies longũ, vt reliqui mẽſes in ſuã ratio-
nẽ reuerterẽtur. Hoc ſi Romæ fieri poſſet, certè
aliqua ratione expugnaſſet iſte, [h] vt dies XLV.
inter binos ludos tollerẽtur, per quos ſolos iu-
131 diciũ fieri poſſet. || [*] Iã verò cẽſores quemadmo-
dũ in Sicilia iſto prętore [i] creati ſunt, operæpræ-
tiũ eſt cognoſcere. Ille enim eſt magiſtratus a-
pud Siculos, qui diligẽtiſſimè mãdatur à popu-
lo, propter hãc cauſam, quòd omnes Siculi ex
cẽſu quotãnis tributa cõferunt: [k] in cẽſu habẽ-
do poteſtas omnis æſtimationis habẽdæ, ſummę
que [l] faciendæ, cẽſori permittitur. Itaq; cũ po-
pulus, cui maximã fidẽ ſuarũ rerũ habeat, maxi-
ma cura deligit: & propter magnitudinẽ pote-
ſtatis hic magiſtratus à populo ſumma ambi-
132 tione cõtenditur. || In ea re iſte nihil obſcurè fa
cere voluit, nõ in ſortitione fallere, neq; dies
de faſtis eximere. nihil ſanè vafrè, nec malitioſè
facere conatus eſt: ſed, vt ſtudia, cupiditatéſque
honorũ, atq; ambitiones ex omnib. ciuitatibus
tolleret, 44 [m] quæ res euertẽdæ reip. cauſa ſolẽt
eſſe, oſtẽdit, ſeſe in omnibus ciuitatibus cenſo-
133 res eſſe facturũ: || Tanto mercatu prætoris indi-
cto, cõcurritur vndiq; ad iſtũ Syracuſas. flagra-
bat domus tota prætoria ſtudio hominũ, & cu-
piditate: nec mirum, omnibus comitiis tot
ciuita

c v.c. in eo die
d L. proſcriberet. itaq; fit, omnib. recuſantibus & plorantibus. al. omnib. recuſantib. & improbãtib.
* al. plorantib. al. improbantibus.
e lib. vulg. offendit eũ menſem comitialẽ, comitiis, &c.
f L. Cephaleditani fecerunt int.
g L. XXXV.
h L. vt dies XXXV.
* de venditis Cẽſoriis honoribus.
i L. creati ſunt.
k fort. in cẽſu autẽ habendo.
l L. faciundæ.
m L. quæ res euertendæ reip. ſolent eſſe.

Digitized by Google

ciuitatum vnam in domum reuocatis, tantáque ambitione prouinciæ totius in vno cubiculo incluſa. Exquiſitis palàm pretiis, & licitationibus factis deſcribebat cenſores binos in ſingulas ciuitates Timarchides. Is ſuo labore, ſuiſq; [n] acceſſionibus, huius negotij atq; operis [o] moleſtia conſequebatur, vt ad iſtum ſine vlla ſollicitudine, [p] ſumma pecunia referretur. iam hic Timarchides quantam pecuniam fecerit, planè adhuc cognoſcere non potuiſtis: verumtamen [q] priore actione, quã variè, quàm improbè prædatus eſſet, [r] multorum ex teſtimoniis cognouiſtis. || Sed, ne miremini, qua ratione is tantum 134
apud iſtũ libertus potuerit: exponã vobis breuiter, quid hominis ſit: vt & iſtius nequitiã, qui illum ſecum habuerit, eò præſertim numero, ac loco: & calamitatem prouinciæ cognoſcatis. In mulierum corruptelis, & in omni eiuſmodi luxuria, atque nequitia mirandum in modum reperiebam hunc Timarchidem ad iſtius flagitioſas libidines, ſingularémq; nequitiam natũ, atque aptum fuiſſe: inueſtigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis facere in eiuſmodi rebus, quamuis callidè, quamuis audacter, quãuis impudenter. eundem mira quędam excogitare genera furãdi: nam ipſum Verrem, tantùm ſemper auaritia [s] hiante, atque imminẽti fuiſſe: ingenio & cogitatione nulla: vt, quidquid ſua ſpõte faciebat. item vt vos Romæ cognouiſtis, eripere potius, quàm fallere videretur. || [t] Hæc verò eius 135
erat ars, & malitia miranda, [u] quòd acutiſſimè tota prouincia [x] quid cuique opus eſſet indagare & odorari ſolebat: [y] omnium inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare: ex vtraque parte cauſas, voluntates perſpicere, facultates & copias: quibus opus eſſet, metum [z] afferre: quibus expediret, ſpem oſtendere: accuſatorum, & quadruplatorum quidquid erat, habebat in poteſtate: quod cuique negotij [a] conflari volebat,

n al. acceſſionib. vocat acceſſiões quod ad vnumquemq; accederet honoris. vendẽdi cauſa.
o L. moleſtiá conſeq.
p al. ſummapecuniȩ re.
q al. in priore act.
r al. multorũ teſtimoniis cog.
s al. hianti.
t al. Huius vero erat ars, & m.
al. Hæc verò huiuſmodi erat ars, & mal. mi.
v al. quòd accuratiſſimè tota pr.
x L. quid cuiq; eſſet neceſſe iud. & d. ſ. al. quid cuiq; accidiſſet quid cuiq; opus eſſet, indag. & odorari ſolebat q. libri non habẽt. ſolebat.
y L. omniũ aduerſarios omniũ ini.
z L. offerre.
a L. conflare vol.

Digitized by Google

faciebat: iſtius omnia decreta, imperia, literas
136 peritiſſimè, & callidiſſimè venditabat.|| Ac non ſolùm erat adminiſter iſtius cupiditatũ: verùm etiam ipſe ſui[b] meminerat ęquè. non ſolum nũmos, ſiqui iſti exciderũt, tollere ſolebat, ex quibus pecuniam maximam fecit: ſed etiam voluptatum, flagitiorúmq; iſtius ipſe reliquias colligebat. Itaque in Sicilia non* Athenionem qui nullum oppidum cepit: ſed Timarchidem fugitiuum omnibus oppidis per triennium ſcitote regnaſſe: in Timarchidis poteſtate ſociorum populi R. antiquiſſimorum, atque amiciſſimorum liberos, matresfamiliâs, bona, fortunáſque omneis fuiſſe. Is igitur, vt dico, Timarchides in omneis ciuitates, accepto pretio, cenſores dimiſit. comitia, iſto prætore, cenſorum, ne ſimulãdi
137 quidem cauſa fuerunt.||Iam hoc impudẽtiſſimè. palàm (licebat enim videlicet legibus) ſingulis cenſoribus denarij[c] trecenti ad ſtatuam prætoris imperati ſunt. Cenſores cxxx. facti ſunt. pecuniam illam ob cenſuram contra leges clàm dederũt,[d] ac denariûm[e] xxxix. millia palàm ſaluis legibus contulerũt in ſtatuam. Primùm quò tantam pecuniam? deinde quamobrem cenſores ad ſtatuã tibi conferebant? ordo aliquis, cenſorum eſt collegiũ? genus aliquod hominũ? nam *aut publicè ciuitates iſtos honores habẽt: aut generatim homines, vt aratores, vt mercatores, vt nauicularij. Cenſores quidẽ quî magis, quàm ædiles? ob beneficium? Ergo hoc fatebere, abs te hęc petita eſſe: nam erepta non audebis dicere: te eos magiſtratus hominibus, beneficij, non reip. cauſa, permiſiſſe?[f] Hoc autem cùm tute fatebere, quiſquam dubitabit, quin tu iſtam apud populos prouinciæ iſtius inuidiam, atque offenſionem, non ambitionis, neq; beneficiorum collocandorũ, ſed pecuniæ conciliandæ cauſa ſu-
138 ſceperis?||[g] Itaq; cenſores fecerunt idem, quod in noſtra republica ſolent ij, qui per largitionẽ

b L. meminerat: neq; ſolũ num.

* Athenio hic dux fuit in Sicilia Drepanitanorum qui à Rom. deſciuerũt, & fugitiuorũ quorum & ſe regem vocari iuſſit Appian. in Mithrid.

c al. ccc.

d al. hæc den.

e v. cod. XXXVIIII.

* Cenſores ex quibus ordinibus crearentur in prouinciis.

f L. Hoc cùm t.

g L. Itaque illi cenſores fecer.

Digitized by Google

magiſtratus adepti ſunt:dederunt operam,vt ita poteſtatem gererent, [l] illam lacunam rei familiaris explerent.Sic cenſus habitus eſt,te prętore, vt eo cenſu nullius ciuitatis reſpublica poſſet adminiſtrari.nã locupletiſſimi cuiuſque [h] cẽſus extenuarãt,tenuiſſimi [i] auxerant.Itaq; in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur,vt,etiamſi homines tacerent, res ipſa illũ cenſum repudiaret : id quod intelligi facillimè re ipſa poteſt. nam L.Metellus,qui,poſteaquàm ego inquirendi cauſa in Siciliam veni , repentè Letilij aduentu,iſtius non modo amicus,verùm etiam cognatus factus eſt:is,quòd videbat iſtius [k] cenſum ſtare nullo modo poſſe , eum cenſum obſeruari iuſſit,qui viro fortiſſimo,atque innocentiſſimo Sex.Peducæo prætore habitus eſſet. erãt enim tum cenſores legibus facti, [m] delecti à ſuis ciuitatibus,quibus , ſi quid commiſiſſent, pœnæ legibus erant conſtitutæ.||

139 Te autem prętore, [n] qui cenſor aut legẽ [o] metuerit , qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat : aut animaduerſionem tuam, cùm id, quod abs te emerat, vendidiſſet? Teneat iã ſanè meos teſteis Metellus : cogat alios laudare , ſicut in multis conatus eſt: modò hæc faciat, [p] quæ fecit. Quis enim vmquam tanta à quoquam contumelia, quis tanta ignominia affectus eſt? Quinto quoque anno Sicilia tota cẽſetur. erat cenſa prætore Peducęo.quintus annus cùm te prætore incidiſſet,cenſa denuo eſt.poſtero anno L.Metellus mentionem tui cenſus fieri vetat:cenſores dicit de integro ſibi creari placere:interea Peducæanum cenſum obſeruari iubet.Hoc ſi tuus inimicus tibi feciſſet, 45 [q] tamen, ſi animo æquo prouincia tuliſſet inimici iudiciũ graue videretur. fecit amicus recens,& cognatus volũtarius. aliter enim,ſi prouinciam retinere,ſi ſaluus ipſe in prouincia vellet eſſe,facere nõ potuit. ||

140 Exſpectas etiam,quid hi iudicent?Si tibi magiſtratum

abro

h L.cẽſum.
i L. hauſerant. fort. exhauſerant.

k al.cenſus. al. iſtius cẽſus ſtari.al. iſtius cenſa ſtari. Sic pro Flacco re iudicata ſtari oſtendit placere.
l al.Sex.Pæducæo.
m al. dilectis à ſuis c.
n L. quis cenſor.
o L.metueret,q.
p L. quæ facit.

q al. tamet ſi animo al.tametſi.

abrogaſſet, minore ignominia te affeciſſet, quã cùm ea quæ in magiſtratu geſſiſti, ſuſtulit, atque irrita iuſſit eſſe. Neq; in hac re ſola fuit eiuſmodi, ſed, antequàm ego in Siciliam veni, in maximis rebus, ac plurimis. nam & Heraclio Syracuſano tuos illos palæſtritas bona reſtituere iuſſit, & Epicrati Bidinos, & pupillo Drepanitano A. Claudium: &, niſi maturè Letilius in Siciliam veniſſet cum literis: minus xxx. diebus Metellús

141 [r] totam triennij præturam reſcidiſſet. Et, *quoniam de ea pecunia, quam tibi ad ſtatuam cenſores contulerunt, dixi: non mihi pretermittendũ videtur ne illud quidem genus pecuniæ cõciliatæ, quam tu à ciuitatibus ſtatuarum nomine coëgiſti. video enim, eius pecuniæ ſummam eſſe pergrandem: [s] ad LLS. cxx. [*] millia. tantũ cõficitur ex teſtimoniis, ac literis ciuitatum: & iſte hoc concedit, nec poteſt aliter dicere. Quare cuiuſmodi putamus eſſe illa, quę negat, cùm hęc tam improba ſunt, quæ fatetur? [t] Quid enim vis conſtitui? conſumtam eſſe omnem iſtam pecuniam in ſtatuis? Fac ita eſſe, tamen hoc ferendum nullo modo eſt, tãtam ab ſociis pecuniam auferri, vt omnibus in angiportis, prædonis improbiſſimi [u] ſtatuæ ponantur, quà vix tutò tranſire poſſe videamur. Verùm vbi tandem, aut in quibus ſtatuis iſta tanta pecunia conſumta eſt? Conſumetur, inquies. Scilicet exſpectemus legitimum illud quinquennium, ſi hoc interuallo non conſumſerit: tum denique nomen eius de repetundis pecuniis ſtatuarum nomine deferemus.

142 Reus eſt maximis plurimiſque criminibus in iudicium vocatus. [z] LLS. cxx. millia ex hoc vno genere capta videmus. ſi condemnatus eris: non, opinor, id ages, vt iſta pecunia quinquennio cõſumatur in ſtatuis, ſin abſolutus eris: quis erit tam amens, qui te ex tot, tantiſque criminibus elapſum, poſt quinquennium ſtatuarum nomine [a] arceſſat? Ita ſi neque adhuc conſum-

r L. totam tuã trien. v. c. totam triẽnij præturam reſcid.

* DE STATVIS QVARVM nomine pecunia vi expreſſa à multis.

s al. ad LLS. xx LXI. tantũ conficietur ex.

* id eſt aureorum. 30000.

t al. Quid enim iudices conſtituent?

v L. ſtatus ponatur.

x L. tranſiri poſſe videatur.

y L. deferamus.

z al. LLS. xx ex h.

a L. arceſſat.

ta iſta pecunia eſt,& eſt perſpicuũ nõ conſumtũ iri:licet iam intelligamus, inuentam eſſe rationem,[b] quare & iſte [c] LLS.cxx.millia vno genere conciliarit,& ceperit:& ceteri,ſi à vobis hoc erit comprobatũ, quàm volent magnas hoc nomine pecunias capere poſſint; vt iam videamur non à pecuniis [d] capiendis homines abſterrere: ſed,cùm genera quædam pecuniarum capiendarum comprobaremus, honeſta nomina turpiſſimis rebus imponere.|| Etenim,ſi C.Verees [e] LLS. 143
cxx.millia populum, verbi gratia, Centuripinũ popoſciſſet, eámq; ab his pecuniam abſtuliſſet: non, opinor, eſſet dubium, quin eum,ſi tum id planum fieret,condemnari neceſſe eſſet.Quid,ſi eundem populum LLS.ccc.millia popoſcit,eáq; coegit,atque abſtulit? num idcirco abſoluetur, quòd adſcriptum eſt, eam pecuniam datam ſtatuarum nomine?non, opinor: niſi fortè id agimus,+6 non vt magiſtratibus noſtris[f] morẽ accipiendi,ſed vt ſociis cauſam dãdi [g] auferre videamur. Quòd ſiquem ſtatuæ magnopere delectant,& ſi quis earum honore & gloria ducitur; is hæc tamen conſtituat neceſſe eſt: primùm,auerti pecuniam domum non placere:deinde,*ipſarum ſtatuarum modũ quendam eſſe oportere:deinde illud,certè ab inuitis exigi non oportere.|| [h] Ac de auertenda pecunia, quæro abs te, 144
vtrùm ipſæ ciuitates ſolitæ ſint ſtatuas tibi faciundas locare ei, cui poſſent optima conditione locare,an aliquem curatorem præficere, qui ſtatuis faciundis præeſſet, an tibi, an cui tu imperaſſes, adnumerare pecuniam. Nam ſi per eos ſtatuæ fiebant à quibus tibi iſte honos habebatur:audio.ſin Timarchidi pecunia numerabatur: deſine,queſo,ſimulare,te,cùm in manifeſto furto teneare,gloriæ ſtudioſum, ac monumentorũ fuiſſe. Quid verò? modum ſtatuarum haberi nullum placet? atqui habeatur neceſſe eſt. || et- 145
enim ſic conſiderate,Syracuſana ciuitas (vt eam

po

b L.qua ratione & iſte al.qua & iſte.

c al. LLS. xx.vno g.

d al.capiũdis hom. abſtinere: ſed,c.

e al. LLS. xx.pop.

f al.morã.

g al. afferre.

* Statuarũ modus.

h v. c. Age de auer.

Digitized by Google

potiſſimùm nominem) dedit[i] ipſi ſtatuam. eſt ho- i al. iſti.
nos. & patri. bella hæc pietatis, & quæſtuoſa ſimulatio. & filio: ferri hoc poteſt. hũc enim puerum non oderant. verùm quoties, & quot nominibus à Syracuſanis ſtatuas auferes? vt in foro ſtatuerent, abſtuliſti: vt in curia, coegiſti: vt pecuniã conferrent in eas ſtatuas, quæ Romæ[k] po- k al. ponentur.
nerentur imperaſti: vt iidem darent homines aratorum nomine. dederunt. vt iidem pro parte in cõmune Siciliæ conferrent. etiam id contulerunt. vna ciuitas cùm tot nominibus pecuniã contulerit, idémque hoc ciuitates ceteræ fecerint: non res ipſa vos admonet, vt putetis, modum aliquem huic cupiditati conſtitui oportere? Quòd ſi hoc voluntate ſua nulla ciuitas fecit: ſi omnes imperio, metu, vi, malo adductæ, tibi pecuniam ſtatuarum nomine contulerũt: per deos immortaleis, num cui dubium eſſe poterit, quin, etiam ſi quis ſtatuerit, accipere ad ſtatuas licere, idem tamen ſtatuat, eripere certè non li-
146 cere? || Primùm igitur hanc rem teſtem totam Siciliam citabo: quæ mihi vna voce ſtatuarum nomine magnam pecuniam per vim coactam eſſe demonſtrat. nam legationes omnium ciuitatum in poſtulatis communibus, quæ ferè omnia ex tuis iniuriis nata ſunt, etiam hoc ediderunt vt ſtatuas necui, niſi cùm is de prouincia deceſſiſſet, pollicerētur. Tot prætores in Sicilia fuerunt: toties apud maiores noſtros Siculi ſenatũ adierunt: toties hac memoria: tamen huiuſce noui poſtulati genus, atque principiũ tua prętu-
147 ra attulit. || Quid enim tam nouum, non ſolùm re, ſed genere ipſo poſtulandi? nam cetera, quæ ſunt in iiſdem poſtulatis de iniuriis tuis, ſunt noua: ſed tamen non nouo modo[l] poſtulantur. l al. poſtulant.
Rogãt & orant Siculi patres conſcriptos, vt noſtri magiſtratus poſthac decumas lege Hieronica vendãt. Tu primus contrà vendideras: audio. ne, in cællam quod imperatur, æſtiment. Hoc

quoque propter tuos ternos denarios nunc primùm poſtulatur: ſed genus iſtud poſtulandi nō eſt nouum. Ne abſentis nomen recipiatur. Ex Sthenij calamitate,& tua natum eſt iniuria. Cetera non colligam. Sunt omnia Siculorum poſtulata eiuſmodi, vt crimina collecta in vnum te reum eſſe videantur. quę tamen omnia nouas iniurias habent; ſed poſtulationum formulas vſitatas. || Hoc poſtulatum de ſtatuis, ridiculum 148
eſſe videatur ei, qui rem, ſententiámq; non perſpiciat. Poſtulant enim, non, vt ne cogantur ſtatuere. Quid igitur? vt ipſis ne liceat.* Quid eſt hoc? petis à me, quod in tua poteſtate eſt, vt id tibi facere non liceat? pete potius, ne quis te inuitū polliceri, aut facere cogat. [m] Nihil rogo, inquit. negabunt enim omnes ſe coegiſſe. ſi me ſaluum eſſe vis, mihi impone iſtam vim, vt omninò mihi * ne liceat polliceri. Ex tua prætura primùm nata eſt hæc poſtulatio: qua cùm vtuntur, hoc ſignificant, atque adeò apertè oſtendūt, ſeſe [n] ad ſtatuas tuas pecuniā metu, ac malo coactos, inuitiſſimos contuliſſe. || Quid, ſi hoc non 149
dicant? tibi non neceſſe ſit ipſi id confiteri? Vide, & perſpice, qua defenſione ſis vſurus. Nam intelliges, hoc tibi de ſtatuis confitendum eſſe. Mihi enim renūtiatur, ita conſtitui à tuis patronis, hominibus ingenioſis, cauſam tuam, & ita eos abs te inſtitui, & doceri: vt quiſque ex prouincia Sicilia grauior homo, atq; honeſtior, teſtimoniū vehemētius dixerit, ſicuti Siculi multi primarij viri multa dixerunt, te ſtatim hoc iſtis tuis defenſorib. dicere: inimicus eſt propterea, quòd arator eſt. Itaq; vno genere, opinor, circūſcribere habetis in animo genus hoc aratorum, quòd eos infenſo animo, atq; inimico veniſſe dicatis, quia fuerit in decumis iſte vehemētior. Ergo aratores, [o] inimici omnes, & aduerſarij: nemo eorum eſt, quin periſſe te cupiat. Omninò præclarè te habes, cùm is ordo, atq; id genus homi

* Ciceronis cum Siculo dialogiſmus.

m v. c. Nihil ergo, inquit.

* L. non liceat.

n al. ad ſtatuas pecuniam, &c.

o L. inimici: omnes aduerſarij [...]t. nemo

hominum, quod optimum, atq; honeſtiſſimum
eſt, à quo vno [p] & ſumma reipublicæ, & illa pro-
uincia maximè continentur, tibi eſt inimiciſſi-
150 mum. Verùm eſto: alio loco de aratorum ani-
mo, & iniuriis videro. nunc, quod mihi abs te
datur, id accipio, eos tibi eſſe inimiciſſimos. nẽ-
pe ita dicis, propter decumas. Concedo, non
quæro, iure, an iniuria ſint inimici. Quid ergo il-
læ ſibi ſtatuæ equeſtres inauratæ volunt, quæ po
puli R. oculos, animóſq; maximè offendũt, pro-
pter ædem Vulcani? [q] Nam ſcriptum eſſe video,
quandam ex his ſtatuam aratores dediſſe. Si ho-
noris cauſa ſtatuam dederunt: inimici non ſunt.
credamus teſtib. tum enim honori tuo, nũc iam
religioni ſuæ [r] conſulent. ſin autem metu coacti
dederunt, confiteare neceſſe eſt, te in prouinciæ
pecuniam ſtatuarum nomine per vim, ac metum
151 coëgiſſe. Vtrum tibi commodum eſt, elige. E-
quidem libenter hoc iam crimen de ſtatuis re-
linquam, vt mihi tu illud concedas, quod tibi
honeſtiſſimum eſt, aratores tibi ad ſtatuam ho-
noris tui cauſa, voluntate ſua, contuliſſe. da
mihi hoc. iam tibi maximam partem defenſio-
nis præcideris. non enim poteris aratores tibi
iratos eſſe, atque inimicos, dicere O cauſam ſin-
gularem: ô defenſionem miſeram, ac perditam,
nolle hoc accipere reum ab accuſatore, & eum
reum, qui prætor in Sicilia fuerit, aratores ei
ſtatuam ſua voluntate ſtatuiſſe: aratores de eo
bene exiſtimare, amicos eſſe, ſaluum eſſe cupe-
re. metuit, ne hoc vos exiſtimetis. obruitur e-
152 nim aratorũ teſtimoniis. Vtar eo, quod datur.
certè ita vobis hoc iudicandum eſt: eos, qui iſti
inimiciſſimi ſũt, vt ipſe exiſtimari vult, ad iſtius
honores, atq; monumenta pecuniam non volũ-
tate ſua contuliſſe. [s] Atq; vt hoc tamen faciliſſi-
mè intelligi poſſit, quem voles eorum teſtium,
quos produxero, qui in Sicilia teſtes ſint, [t] ſiue
ciuẽ Rom. velis, ſiue Siculum, rogato, & eũ, qui

p L. & ſumma reſp.

q lib. vul. Nam inſcriptum.

r L. conſulunt.

s L. atq; vt hoc totum fa. ill. & ita v. c.

t vt v. c. ſiue rogatum,

Digitized by Google

tibi inimiciſſimus eſſe videbitur, qui ſe ſpoliatum [u] à te dicet: ecquid ſuo nomine in tuã ſtatuam contulerit, neminem reperies, qui neget. etenim omnes dederũt.|| Quemquam igitur pu- 153
tas dubitaturum, quin is, quem inimiciſſimũ tibi eſſe oporteat, qui abs te grauiſſimas iniurias acceperit, pecuniam ſtatuæ nomine dederit, vi atque imperio adductus, nõ officio ac voluntate? [x] Et huiꝰ ego pecunię, iudices, quę permagna eſt, impudentiſſiméq; coacta ab inuitis, non habui rationẽ, neque habere potui, quantũ ab aratoribus quantũ ab negotiatoribus, qui Syracuſis, qui Agrigenti, qui Panormi, qui Lilybæi negotiantur, eſſet coactũ: quoniã intelligetis, ipſius quoque cõfeſſione ab inuitiſſimis coactam eſſe.|| Ve- 154
nio nunc ad ciuitates Siciliæ: de quibus facillimè iudicium fieri voluntatis poteſt. An etiã Siculi inuiti contulerunt? non eſt probabile. Etenim ſic C. Verrẽ præturã in Sicilia geſſiſſe conſtat, vt, cùm vtriſq; ſatisfacere nõ poſſet, & Siculis & togatis: officij potius in ſocios, quàm ambitionis in ciues rationem duxerit. Itaq; eũ non ſolùm patronũ iſtius inſulæ, ſed etiã * ſotêra inſcriptum vidi Syracuſis. Hoc quantũ eſt? ita magnum, vt Latino vno verbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum ſoter, qui ſalutem dedit. Huius nomine etiam dies feſti agitantur, pulchra illa Verrea, nõ quaſi Marcellea, ſed pro Marcelleis: quæ illi iſtius iuſſu ſuſtulerunt. huius fornix in foro Syracuſis eſt: in quo nudus filius ſtat: ipſe autẽ ex equo nudatã ab ſe prouinciam proſpicit:
47 [y] huius ſtatuæ omnibus locis erectæ ſunt: quæ hoc demõſtrare videntur, propemodũ nõ minùs multas ſtatuas iſtum poſuiſſe Syracuſis, quàm abſtuliſſe. huic etiã Romæ videmus in baſi ſtatuarũ, maximis literis inciſum, [z] à communi Sicilia datas.|| Quamobrẽ? quî hoc probari poteſt 155
cuiquã, tantos honores habitos eſſe ab inuitis? Hîc tibi etiã multo magis, quàm paullo ante [a] in arato

u V. C. abs te.

x L. Huius ego pec.

* al. ſoter, al. σωτῆρα, idẽ honos T. Flaminio habitus Pl. in eius vita.

y L. huius ſtatuæ omnib. locis: quæ hoc dem.

z L. à communi Siciliæ datas.

a al. de aratoribus, a vid.

aratoribus, videndum, & conſiderandũ eſt, quid velis. magna res eſt. Vtrùm tibi Siculos, publicè, priuatimq; amicos, an inimicos exiſtimari vis? ſi inimicos, quid [b] te futurum eſt? quò confugies? vbi nitere? modò aratorum honeſtiſſimorũ hominum, [c] & locupletiſſimorum maximum numerum abs te alienaſti: nunc de Siculis ciuitatibus quid ages? dices tibi Siculos eſſe amicos: qui poteris? qui, quod nullo in homine antea fecerũt, vt in eum publicè teſtimonium dicerent, cùm præſertim ex ea prouincia condemnati ſint cõplures, qui ibi prætores fuerunt, duo ſoli abſoluti, [d] huc conueniunt cum literis, veniunt cum mandatis, veniũt cum teſtimoniis publicis. qui, ſi te publicè laudarent, tamen id more potius ſuo, quàm merito tuo, facere viderentur: hi cùm de tuis factis publicè conqueruntur, nónne hoc indicant, tantas eſſe iniurias, vt multo maluerint de ſuo more decedere, quàm de tuis morib. 156 non dicere? Confitendum eſt igitur tibi neceſſariò. Siculos inimicos eſſe, qui quidem & in te grauiſſima poſtulata conſulibus [e] ediderunt, & me, vt hanc cauſam, ſalutiſque ſuæ defenſionem ſuſciperē, [f] obſecrarunt: qui cùm à prætore prohiberentur, à quatuor quæſtoribus impedirentur, omnium minas, atque omnia pericula, præ ſalute ſua, leuia duxerunt: qui priore actione ita teſtimonia grauiter, vehementérque dixerunt, vt Artemonem Centuripinum legatum, & publicè teſtem. Q. Hortenſius accuſatorem, nõ teſtem eſſe diceret. Etenim cùm propter virtutem, & fidem cum Androne, homine honeſtiſſimo, & certiſſimo, tum etiam propter eloquentiam, legatus à ſuis ciuibus electus eſt, vt poſſet multas iſtius & varias iniurias quàm apertiſſimè vobis, planiſſiméque explicare. Dixerunt Haleſini, Catinenſes, Tyndaritani, Ennenſes, Herbitenſes, Agyrinenſes, Netinenſes, Segeſtani. [g] numerare omneis non eſt neceſſe. ſcitis quàm

b al. te tandem futurũ eſt?

c al. & locupletiſſimorum, & Siculorum, & ciuium R. maximum. &c. abalienaſti.

d al. huc cõtra te veniũt cũ lit.

e L. ediderint.

f L. obſecrarint.

g for. enumerare.

multi, & quàm multa priore actione dixerint. nunc & illi,& reliqui dicent. || Omnes denique 157
hoc in hac cauſa intelligent,hoc animo eſſe Siculos,vt, ſi in iſtum animaduerſum non ſit, ſibi relinquendas domos, ac ſedes ſuas, & ex Sicilia decedendum,atque[h] adeò fugiendum eſſe arbitrentur. Hos homines tu perſuadebis [i] ad honores, atque amplitudinem tuam pecunias maximas voluntate ſua contuliſſe?credo, qui te in tua ciuitate incolumem eſſe nollent, ij monumenta tuæ formæ,ac nominis, in ſuis ciuitatibꝰ eſſe cupiebant.Res declarauit, vt cupierint. iãdudum enim mihi nimiùm tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor, vtrùm ſtatuas voluerint tibi ſtatuere, an coacti ſint.|| [k] De quo homine auditũ eſt vnquam,quod 158
tibi accidit, vt eius in prouincia ſtatuæ,in locis publicis poſitæ,4 [8]partim etiam in ædibꝰ ſacris, [l] per vim, per vniuerſam multitudinem deiicerentur?Tot homines in Aſia nocentes,tot in Africa,tot in Hiſpania,Gallia,Sardinia, tot in ipſa Sicilia fuerunt: ecquo de homine hoc vnquã audiuimus? Nouum eſt, iudices:in Siculis quidem,& in omnib.Græcis,mõſtri ſimile.non crederem hoc de ſtatuis,niſi iacenteis,reuulſáſque vidiſſem: propterea quòd apud omneis Græcos hic mos eſt,vt honorem hominibus habitum in monumẽtis huiuſmodi,nonnulla religione deorum conſecrari arbitrentur.|| [m] Itaq; cùm*Rho- 159
dij bellũ illud propè ſoli ſuperiùs cum Mithridate rege geſſerint,omneiſq; eius copias, acerrimũq;eius [n] impetũ,à mœnib.litorib.claſſibúſque ſuis exceperint,cùm & regis inimici præter ceteros eſſent:ſtatuam eius,quæ erat apud ipſos in celeberrimo vrbis loco,ne tú quidem in ipſis vrbis periculis attigerunt. [o] Forſitan vix conuenire videretur, quem ipſum hominem cuperent euertere, eius effigiem, ſimulacrúmque ſeruare. ſed tamen videbam, apud eos cùm eſſem,

&

h al.aliò.
i L. ad honorem.
k L. De quo homine hoc aud.
l L. per vim, & per vniu.
m L. itaq; Rhodij,qui propè ſoli bellũ illud ſup.
*. vide Pli. 5. de viris illuſt.c.76. App. in Mithridaticis.
n L.impetũ mœnibus, litoribus, claſſibúſq; ſuis exceperint, tamẽ, cum ei regi in.
o al. Ac forſitan.

& religionem eſſe quandam in his rebus à ma-
iorib. traditã, & hoc diſputare: cũ ſtatua ſe eius
habuiſſe temporis rationem quo poſita eſſet: cũ
homine verò, quo gereret bellũ, atq; hoſtis eſ-
ſet. Videtis igitur, conſuetudimem, religionémque Græcorum, quæ monumenta hoſtium in
bello ipſo ſoleat defendere, eam ſumma in pace
prætoris populi Romani ſtatuis præſidio non
160 fuiſſe. || Taurominitani, quorum eſt ciuitas fœ-
derata, homines quietiſſimi, qui maximè [p] ab in-
iuriis noſtrorũ magiſtratuum remotiſſimi con-
ſuerant eſſe, præſidio fœderis: hi tamen iſtius e-
uertere ſtatuam nõ dubitarunt. [q] qua ablata, ba-
ſin tamen in foro manere voluerunt: quòd gra-
uius in iſtum fore putabant, ſi ſcirent homines,
ſtatuam eius à Taurominitanis eſſe deiectã, quã
ſi nullam vmquam poſitam arbitrarentur. Tyn-
daritani deiecerunt in foro: & eadem de cauſa
equum inanem reliquerunt. [r] Leontini, miſera
in ciuitate atque inani, tamen iſtius, in gymna-
ſio, ſtatua deiecta eſt. Nam quid ego de Syracu-
ſanis loquar, quod nõ eſt propriũ Syracuſanorũ,
49 [s] ſed & illorum commune, & conuẽtus illius,
ac propè totius prouinciæ? quãta illuc multitu-
do, quanta vis hominũ conueniſſe dicebatur tũ,
cũ ſtatuæ ſunt illius deiectæ, atq; euerſæ? at quo
loco? celeberrimo, ac religioſiſſimo: [t] ante ipſũ
Iouem, in primo aditu, veſtibulóq; templi. Quòd
niſi Metellus hoc tã grauiter egiſſet, atq; illam
rem imperio, edictóq; prohibuiſſet: veſtigium
ſtatuarum iſtius in tota Sicilia nullum eſſet re-
161 lictum. || * Atque ego hoc non vereor, ne quid
horum non modò impulſu, verùm omnino
aduentu meo factum eſſe videatur. omnia iſta
antè facta ſunt, non modò, quàm ego Sici-
liam, verum etiam quàm iſte Italiam attigit. dũ
ego in Sicilia ſum, nulla ſtatua deiecta eſt. po-
ſteaquã illinc diſceſſi, quę ſũt geſta, cognoſcite.
Centuripinorum ſenatus decreuit, populuſque
iuſſit

p L. ab iniuriis noſtr. magiſtr. remoti conſueuerat eſſe.
q for. qua abiecta. v. c. ablecta.
r L. Leontinis.
s L. ſed & aliorum comm.
t L. ante ipſum Serap. in pr.
*Atque ego nõ vereor.

recitatur: in qua ſcriptũ erat, vt, quot eſſent renuntiati, tot in hydriã ſortes cõiicerẽtur:[u] cuius nomen exiſſet, vt is haberet id ſacerdotium. [x] Iſte homo ingenioſus, & peracutus, Optimè, inquit, nempe ſcriptum ita eſt, quot renuntiati erunt. quot ergo (inquit) ſunt renũtiati? reſponſum, tres. Nunquid igitur oportet, niſi treis ſorteis cõiici: vnã educi? nihil. Coniici iubet treis, [y] in quibus ſcriptum eſſet nomen Theomnaſti. Fit clamor maximus, cùm id vniuerſis indignũ, atque nefarium videretur. Ita Iouis illud ſacerdotium ampliſſimum per hanc rationem Theomnaſto datur. || [z] Cephaledi menſis eſt certus, 128
quo menſe ſacerdotem maximum creari oporteat. Erat eius honoris cupidus* Arthenio quidam, Climachias cognomine, homo ſanè locuples, & domi nobilis: ſed is fieri nullo modo poterat, ſi Herodotus quidam adeſſet. ei locus ille, atque honos in illum annũ ita deberi putabatur, vt ne Climachias quidem cõtra diceret. res ad iſtum defertur, & iſtius more deciditur. *toreumata ſanè nota, ac pretioſa auferuntur. Herodotus Romæ erat: ſatis putabat ſe ad comitia [a] tempore venturum, ſi pridie veniſſet. Iſte, ne aut alio menſe, ac fas erat, comitia haberentur, aut Herodoto præſenti honos adimeretur, id quod iſte nõ laborabat, Climachias minimè volebat, excogitat (dixi iamdudum: non eſt homo acutior quiſquam, nec fuit) excogitat, inquam, quemadmodũ menſe illo legitimo comitia haberentur, nec tamen Herodotus adeſſe poſſet.
|| Eſt conſuetudo Siculorum, ceterorũmq; Græ- 129
corum, quòd ſuos dies, menſéſq; congruere volunt cum ſolis, lunæq; ratione: vt nõnunquam, ſi quid diſcrepet, eximant vnum aliquem diem, aut ſummum, biduum ex menſe: quos illi ἐξαιρέσιμος dies nominant· item nonnumquam vno die longiorem mẽſem faciunt, aut biduo. [b] Quæ iſte cùm cognouiſſet, nouus aſtrologus, qui nõ tam

u V.c. cuiũ nomen.
x lib. vulg. nõ habent, Iſte.
y L. in quibus omnib.
z v.c. Cephalædij. eſt paruum oppidũ Siciliæ Strab. l.6.
* v.c. Artemo.
* opera torno facta.
a al. tempori.
b L. Quæ cùm iſte cognoſſet, n.

Digitized by Google

tam cæli rationem, quàm cælati argẽti duceret, eximi iubet* non diem ex menſe, ſed ex anno vnum, dimidiatumq; menſem, hoc modo, vt, quo die, verbi cauſa, eſſe oporteret idus Ianuarias, [c] eo die Kalen. Mart. [d] proſcribere iuberet, itaque fit, 43 omnibus recuſantibus, &* implorantibus. dies is erat legitimus comitiis habendis. eo modo ſacerdos Climachias renuntiatus eſt.

130 || Herodotus cùm Roma reuertitur, diebus, vt ipſe putabat, quindecim ante comitia, [e] offendit eum menſem, qui conſequitur mẽſem comitialẽ, comitiis iã abhinc triginta diebus, habitis. Tũc [f] Cephaleditani decreuerũt intercalariũ [g] XLV. dies longũ, vt reliqui mẽſes in ſuã rationẽ reuerterẽtur. Hoc ſi Romæ fieri poſſet, certè aliqua ratione expugnaſſet iſte, [h] vt dies XLV. inter binos ludos tollerẽtur, per quos ſolos iudiciũ fieri poſſet.

131 || *Iã verò cẽſores quemadmodũ in Sicilia iſto prętore [i] creati ſunt, operæpretiũ eſt cognoſcere. Ille enim eſt magiſtratus apud Siculos, qui diligẽtiſſimè mãdatur à populo, propter hãc cauſam, quòd omnes Siculi ex cẽſu quotãnis tributa cõferunt: [k] in cẽſu habẽdo poteſtas omnis æſtimationis habẽdæ, ſummęque [l] faciendæ, cẽſori permittitur. Itaq; cũ populus, cui maximã fidẽ ſuarũ rerũ habeat, maxima cura deligit: & propter magnitudinẽ poteſtatis hic magiſtratus à populo ſumma ambitione cõtenditur.

132 || In ea re iſte nihil obſcurè facere voluit, nõ in ſortitione fallere, neq; dies de faſtis eximere. nihil ſanè vafrè, nec malitioſè facere conatus eſt: ſed, vt ſtudia, cupiditatéſque honorũ, atq; ambitiones ex omnib. ciuitatibus tolleret, 44 [m] quæ res euertẽdæ reip. cauſa ſolẽt eſſe, oſtẽdit, ſeſe in omnibus ciuitatibus cenſores eſſe facturũ:

133 || Tanto mercatu prætoris indicto, cõcurritur vndiq; ad iſtũ Syracuſas. flagrabat domus tota prætoria ſtudio hominũ, & cupiditate: nec mirum, omnibus comitiis tot ciuita

c v.c. in eo die
d L. proſcriberet. itaq; fit, omnib. recuſantibus & plorantibus. al. omnib. recuſantib. & improbãtib.
* al. plorantib. al. improbantibus.
e lib. vulg. offendit eũ menſem comitialẽ, comitiis, &c.
f L. Cephaleditani fecerunt int.
g L. XXXV.
h L. vt dies XXXV.
* de venditis Cẽſoriis honoribus.
i L. creati ſint.
k fort. in cẽſu autẽ habendo.
l L. faciundæ.
m L. quæ res euertendæ reip. ſolent eſſe.

Digitized by Google

ciuitatum vnam in domum reuocatis, tantáque ambitione prouinciæ totius in vno cubiculo incluſa. Exquiſitis palàm pretiis, & licitationibus factis deſcribebat cenſores binos in ſingulas ciuitates Timarchides. Is ſuo labore, ſuiſq; [n] acceſſionibus, huius negotij atq; operis [o] moleſtia conſequebatur, vt ad iſtum ſine vlla ſollicitudine, [p] ſumma pecunia referretur. iam hic Timarchides quantam pecuniam fecerit, planè adhuc cognoſcere non potuiſtis: verumtamen [q] priore actione, quã variè, quàm improbè prædatus eſſet, [r] multorum ex teſtimoniis cognouiſtis. || Sed, ne miremini, qua ratione is tantum 134
apud iſtũ libertus potuerit: exponã vobis breuiter, quid hominis ſit: vt & iſtius nequitiã, qui illum ſecum habuerit, eo præſertim numero, ac loco: & calamitatem prouinciæ cognoſcatis. In mulierum corruptelis, & in omni eiuſmodi luxuria, atque nequitia mirandum in modum reperiebam hunc Timarchidem ad iſtius flagitioſas libidines, ſingularémq; nequitiam natũ, atque aptum fuiſſe: inueſtigare, adire, appellare, corrumpere, quiduis facere in eiuſmodi rebus, quamuis callidè, quamuis audacter, quãuis impudenter. eundem mira quędam excogitare genera furãdi: nam ipſum Verrem, tantùm ſemper auaritia [s] hiante, atque imminẽti fuiſſe: ingenio & cogitatione nulla: vt, quidquid ſua ſpõte faciebat. item vt vos Romæ cognouiſtis, eripere potius, quàm fallere videretur. || [t] Hæc verò eius 135
erat ars, & malitia miranda, [u] quòd acutiſſimè tota prouincia [x] quid cuique opus eſſet indagare & odorari ſolebat: [y] omnium inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare: ex vtraque parte cauſas, voluntates perſpicere, facultates & copias: quibus opus eſſet, metum [z] afferre: quibus expediret, ſpem oſtendere: accuſatorum, & quadruplatorum quidquid erat, habebat in poteſtate: quod cuique negotij [a] conflari volebat,

n al. accenſionib. vocat acceſſiões quod ad vnumquemq; accederet honoris vendẽdi cauſa.
o L. moleſtiã conſeq.
p al. ſummã pecuniæ re.
q al. in priore act.
r al. multorũ teſtimoniis cog.
s al. hianti.
t al. Huius vero erat ars, & m. al. Hæc verò huiuſmodi erat ars, & mal. mi.
v al. quòd accuratiſſimè tota pr.
x L. quid cuiq; eſſet neceſſe iud. & d. ſ. al. quid cuiq; accidiſſet quid cuiq; opus eſſet, indag. & odorari ſolebat q. libri non habẽt. ſolebat.
y L. omniũ aduerſarios omniũ ini.
z L. offerre.
a L. conflare vol.

faciebat: iſtius omnia decreta, imperia, literas
136 peritiſſimè, & callidiſſimè venditabat.|| Ac non ſolùm erat adminiſter iſtius cupiditatũ: verùm etiam ipſe ſui[b] meminerat ęquè. non ſolum nũmos, ſiqui iſti exciderũt, tollere ſolebat, ex quibus pecuniam maximam fecit: ſed etiam voluptatum, flagitiorúmq; iſtius ipſe reliquias colligebat. Itaque in Sicilia non* Athenionem qui nullum oppidum cepit: ſed Timarchidem fugitiuum omnibus oppidis per triennium ſcitote regnaſſe: in Timarchidis poteſtate ſociorum populi R. antiquiſſimorum, atque amiciſſimorum liberos, matresfamiliâs, bona, fortunáſque omneis fuiſſe. Is igitur, vt dico, Timarchides in omneis ciuitates, accepto pretio, cenſores dimiſit. comitia, iſto prætore, cenſorum, ne ſimulãdi
137 quidem cauſa fuerunt.|| Iam hoc impudẽtiſſimè. palàm (licebat enim videlicet legibus) ſingulis cenſoribus denarij[c] trecenti ad ſtatuam prætoris imperati ſunt. Cenſores cxxx. facti ſunt. pecuniam illam ob cenſuram contra leges clàm dederũt,[d] ac denariûm[e] xxxix. millia palàm ſaluis legibus contulerũt in ſtatuam. Primùm quò tantam pecuniam? deinde quamobrem cenſores ad ſtatuã tibi conferebant? ordo aliquis, cenſorum eſt collegiũ? genus aliquod hominũ? nam *aut publicè ciuitates iſtos honores habẽt: aut generatim homines, vt aratores, vt mercatores, vt nauicularij. Cenſores quidẽ quî magis, quàm ædiles? ob beneficium? Ergo hoc fatebere, abs te hęc petita eſſe: nam erepta non audebis dicere: te eos magiſtratus hominibus, beneficij, non reip. cauſa, permiſiſſe?[f] Hoc autem cùm tute fatebere, quiſquam dubitabit, quin tu iſtam apud populos prouinciæ iſtius inuidiam, atque offenſionem, non ambitionis, neq; beneficiorum collocandorũ, ſed pecuniæ conciliandæ cauſa ſu-
138 ſceperis?|| [g]Itaq; cenſores fecerunt idem, quod in noſtra republica ſolent ij, qui per largitionẽ

b L. meminerat: neq; ſolũ num.

* Athenio hic dux fuit in Sicilia Drepanitanorum qui à Rom. deſciuerũt, & fugitiuorũ quorum & ſe regem vocari iuſſit Appian. in Mithrid.

c al. ccc.

d al. hæc den.

e v. cod. XXXVIIII.

* Cenſores ex quibus ordinibus crearentur in prouinciis.

f L. Hoc cùm t.

g L. Itaque illi cenſores fecer.

Digitized by Google

magiſtratus adepti ſunt:dederunt operam,vt ita poteſtatem gererent, [g] illam lacunam rei familiaris explerent.Sic cenſus habitus eſt,te prętore, vt eo cenſu nullius ciuitatis reſpublica poſſet adminiſtrari.nā locupletiſſimi cuiuſque [h] cēſus extenuarāt,tenuiſſimi [i] auxerant.Itaq; in tributis imperandis tantum oneris plebi imponebatur,vt,etiamſi homines tacerent, res ipſa illū cenſum repudiaret : id quod intelligi facillimè re ipſa poteſt. nam L.Metellus,qui,poſteaquam ego inquirendi cauſa in Siciliam veni, repentè Letilij aduentu,iſtius non modo amicus,verùm etiam cognatus factus eſt:is,quòd videbat iſtius [k] cenſum ſtare nullo modo poſſe, eum cenſum obſeruari iuſſit,qui viro fortiſſimo,atque innocentiſſimo [l] Sex.Peducæo prætore habitus eſſet. erāt enim tum cenſores legibus facti, [m] delecti à ſuis ciuitatibus,quibus, ſi quid commiſiſſent, pœnæ legibus erant conſtitutæ.||

139 Te autem prętore, [n] qui cenſor aut legē [o] metuerit, qua non tenebatur, quoniam creatus lege non erat: aut animaduerſionem tuam, cùm id, quod abs te emerat, vendidiſſet? Teneat iā ſanè meos teſteis Metellus : cogat alios laudare, ſicut in multis conatus eſt: modò hæc faciat, [p] quæ fecit. Quis enim vmquam tanta à quoquam contumelia, quis tanta ignominia affectus eſt? Quinto quoque anno Sicilia tota cēſetur. erat cenſa prætore Peducęo.quintus annus cùm te prætore incidiſſet,cenſa denuo eſt.poſtero anno L.Metellus mentionem tui cenſus fieri vetat:cenſores dicit de integro ſibi creari placere:interea Peducæanum cenſum obſeruari iubet.Hoc ſi tuus inimicus tibi feciſſet, [q] tamen, ſi animo æquo prouincia tuliſſet inimici iudiciū graue videretur. fecit amicus recens,& cognatus volūtarius. aliter enim,ſi prouinciam retinere,ſi ſaluus ipſe in prouincia vellet eſſe,facere nō potuit. ||

140 Exſpectas etiam,quid hi iudicent?Si tibi magiſtratum

abro

h L.cēſum.
i L. hauſerant. fort. exhauſerant.
k al.cenſus. al. iſtius cēſus ſtari.al. iſtius cenſa ſtari. Sic pro Flacco re iudicata ſtari oſtendit placere.
l al.Sex.Pæducæo.
m al. dilectis à ſuis c.
n L. quis cenſor.
o L.metueret,q.
p L. quæ facit.
q al. tamet ſi animo al.tametſi.

abrogaſſet, minore ignominia te affeciſſet, quā cùm ea quæ in magiſtratu geſſiſti, ſuſtulit, atque irrita iuſſit eſſe. Neq; in hac re ſola fuit eiuſmodi, ſed, antequàm ego in Siciliam veni, in maximis rebus, ac plurimis. nam & Heraclio Syracuſano tuos illos palæſtritas bona reſtituere iuſſit, & Epicrati Bidinos, & pupillo Drepanitano A. Claudium: &, niſi maturè Letilius in Siciliam veniſſet cum literis: minus xxx. diebus Metellús
141 [r] totam triennij præturam reſcidiſſet. || Et, [*] quoniam de ea pecunia, quam tibi ad ſtatuam cenſores contulerunt, dixi: non mihi pretermittendũ videtur ne illud quidem genus pecuniæ cõciliatæ, quam tu à ciuitatibus ſtatuarum nomine cöegiſti. video enim, eius pecuniæ ſummam eſſe pergrandem: [s] ad LLS. CXX. [*] millia. tantũ cõficitur ex teſtimoniis, ac literis ciuitatum: & iſte hoc concedit, nec poteſt aliter dicere. Quare cuiuſmodi putamus eſſe illa, quę negat, cùm hęc tam improba ſunt, quæ fatetur? [t] Quid enim vis conſtitui? conſumtam eſſe omnem iſtam pecuniam in ſtatuis? Fac ita eſſe, tamen hoc ferendum nullo modo eſt, tãtam ab ſociis pecuniam auferri, vt omnibus in angiportis, prædonis improbiſſimi [u] ſtatuæ ponantur, quà vix tutò tranſire poſſe videamur. Verùm vbi tandem, aut in quibus ſtatuis iſta tanta pecunia conſumta eſt? Conſumetur, inquies. Scilicet exſpectemus legitimum illud quinquennium, ſi hoc interuallo non conſumſerit: tum denique nomen eius de repetundis pecuniis ſtatuarum nomine deferemus.
142 || Reus eſt maximis plurimiſque criminibus in iudicium vocatus. [z] LLS. CXX. millia ex hoc vno genere capta videmus. ſi condemnatus eris: non, opinor, id ages, vt iſta pecunia quinquennio cõſumatur in ſtatuis, ſin abſolutus eris: quis erit tam amens, qui te ex tot, tantiſque criminibus elapſum, poſt quinquennium ſtatuarum nomine [a] arceſſat? Ita ſi neque adhuc conſumta

r L. totam tuá trien. v. c. totam triēnij præturam reſcid.

* DE STATVIS QVARVM nomine pecunia vi expreſſa à multis.

s al. ad LLS. XX LXI. tantũ conficietur ex.

* id eſt aureorum. 30000.

t al. Quid enim iudices conſtituent?

v L ſtatus ponatur.

x L. tranſiri poſſe videatur.

y L. deferamus.

z al. LLS. XX ex h.

a L. arceſſat.

ta iſta pecunia eſt,& eſt perſpicuũ nõ conſumtũ iri:licet iam intelligamus, inuentam eſſe rationem,[b] quare & iſte[c] LLS.cxx.millia vno genere conciliarit,& ceperit:& ceteri,ſi à vobis hoc erit comprobatũ, quàm volent magnas hoc nomine pecunias capere poſſint; vt iam videamur non à pecuniis[d] capiendis homines abſterrere: ſed,cùm genera quædam pecuniarum capiendarum comprobaremus, honeſta nomina turpiſſimis rebus imponere. ‖ Etenim,ſi C.Verees[e] LLS. 143
cxx.millia populum, verbi gratia, Centuripinũ popoſciſſet, eámq; ab his pecuniam abſtuliſſet: non, opinor, eſſet dubium, quin eum,ſi tum id planum fieret,condemnari neceſſe eſſet.Quid,ſi eundem populum LLS.ccc.millia popoſcit,eáq; coegit,atque abſtulit? num idcirco abſoluetur, quòd adſcriptum eſt, eam pecuniam datam ſtatuarum nomine?non, opinor: niſi fortè id agimus,+6 non vt magiſtratibus noſtris[f] morẽ accipiendi,ſed vt ſociis cauſam dãdi[g] auferre videamur. Quòd ſiquem ſtatuæ magnopere delectant,& ſi quis earum honore & gloria ducitur: is hæc tamen conſtituat neceſſe eſt: primùm,auerti pecuniam domum non placere:deinde,*ipſarum ſtatuarum modũ quendam eſſe oportere:deinde illud,certè ab inuitis exigi non oportere. ‖[h] Ac de auertenda pecunia, quæro abs te, 144
vtrùm ipſæ ciuitates ſolitæ ſint ſtatuas tibi faciundas locare ei, cui poſſent optima conditione locare,an aliquem curatorem præficere, qui ſtatuis faciundis præeſſet, an tibi, an cui tu imperaſſes, adnumerare pecuniam. Nam ſi per eos ſtatuæ fiebant à quibus tibi iſte honos habebatur:audio.ſin Timarchidi pecunia numerabatur: deſine,quęſo,ſimulare,te,cùm in manifeſto furto teneare,gloriæ ſtudioſum, ac monumentorũ fuiſſe. Quid verò? modum ſtatuarum haberi nullum placet? atqui habeatur neceſſe eſt. ‖ et- 145
enim ſic conſiderate,Syracuſana ciuitas (vt eam

po

b L.qua ratione & iſte al.qua & iſte.
c al. LLS. xx.vno g.
d al.capiũdis hom. abſtinere: ſed,c.
e al. LLS. xx.pop.
f al.morẽ.
g al. afferre.
* Statuarũ modus.
h v. c. Age de auer.

potiſſimùm nominem) dedit[i] ipſi ſtatuam. eſt ho- i al. iſti.
nos. & patri. bella hæc pietatis, & quæſtuoſa ſi-
mulatio. & filio: ferri hoc poteſt. hũc enim pue-
rum non oderant. verùm quoties, & quot nomi-
nibus à Syracuſanis ſtatuas auferes? vt in foro
ſtatuerent, abſtuliſti: vt in curia, coegiſti: vt pe-
cuniã conferrent in eas ſtatuas, quæ Romæ[k] po- k al. ponen-
nerentur imperaſti: vt iidem darent homines a- tur.
ratorum nomine. dederunt. vt iidem pro parte
in cõmune Siciliæ conferrent. etiam id contu-
lerunt. vna ciuitas cùm tot nominibus pecuniã
contulerit, idémque hoc ciuitates ceteræ fece-
rint: non res ipſa vos admonet, vt putetis, mo-
dum aliquem huic cupiditati conſtitui oporte-
re? Quòd ſi hoc voluntate ſua nulla ciuitas fe-
cit: ſi omnes imperio, metu, vi, malo adductæ, ti-
bi pecuniam ſtatuarum nomine contulerũt: per
deos immortaleis, num cui dubium eſſe poterit,
quin, etiam ſi quis ſtatuerit, accipere ad ſtatuas
licere, idem tamen ſtatuat, eripere certè non li-
146 cere? || Primùm igitur hanc rem teſtem totam Si-
ciliam citabo: quæ mihi vna voce ſtatuarum
nomine magnam pecuniam per vim coactam eſ-
ſe demonſtrat. nam legationes omnium ciuita-
tum in poſtulatis communibus, quæ ferè omnia
ex tuis iniuriis nata ſunt, etiam hoc ediderunt
vt ſtatuas necui, niſi cùm is de prouincia deceſ-
ſiſſet, pollicerētur. Tot prætores in Sicilia fue-
runt: toties apud maiores noſtros Siculi ſenatũ
adierunt: toties hac memoria: tamen huiuſce
noui poſtulati genus, atque principiũ tua prętu-
147 ra attulit. || Quid enim tam nouum, non ſolùm
re, ſed genere ipſo poſtulandi? nam cetera, quæ
ſunt in iiſdem poſtulatis de iniuriis tuis, ſunt
noua: ſed tamen non nouo modo [l] poſtulantur. l al. poſtu-
Rogãt & orant Siculi patres conſcriptos, vt no- lant.
ſtri magiſtratus poſthac decumas lege Hieroni-
ca vendãt. Tu primus contrà vendideras: audio-
ne, in cællam quod impera tur, æſtiment. Hoc

quoque propter tuos ternos denarios nunc primùm poſtulatur : ſed genus iſtud poſtulandi nõ eſt nouum. Ne abſentis nomen recipiatur. Ex Sthenij calamitate,& tua natum eſt iniuria. Cetera non colligam. Sunt omnia Siculorum poſtulata eiuſmodi, vt crimina collecta in vnum te reum eſſe videantur. quę tamen omnia nouas iniurias habent, ſed poſtulationum formulas vſitatas. || Hoc poſtulatum de ſtatuis, ridiculum 148
eſſe videatur ei, qui rem, ſententiámq; non perſpiciat. Poſtulant enim, non, vt ne cogantur ſtatuere. Quid igitur? vt ipſis ne liceat.* Quid eſt hoc? petis à me, quod in tua poteſtate eſt, vt id tibi facere non liceat? pete potiùs, ne quis te inuitũ polliceri, aut facere cogat. [m] Nihil rogo, inquit. negabunt enim omnes ſe coegiſſe. ſi me ſaluum eſſe vis, mihi impone iſtam vim, vt omninò mihi * ne liceat polliceri. Ex tua prætura primùm nata eſt hæc poſtulatio: qua cùm vtuntur, hoc ſignificant, atque adeò apertè oſtendũt, ſeſe [n] ad ſtatuas tuas pecuniã metu, ac malo coactos, inuitiſſimos contuliſſe. || Quid, ſi hoc non 149
dicant? tibi non neceſſe ſit ipſi id confiteri? Vide, & perſpice, qua defenſione ſis vſurus. Nam intelliges, hoc tibi de ſtatuis confitendum eſſe. Mihi enim renũtiatur, ita conſtitui à tuis patronis, hominibus ingenioſis, cauſam tuam, & ita eos abs te inſtitui, & doceri: vt quiſque ex prouincia Sicilia grauior homo, atq; honeſtior, teſtimoniũ vehemẽtius dixerit, ſicuti Siculi multi primarij viri multa dixerunt, te ſtatim hoc iſtis tuis defenſorib. dicere : inimicus eſt propterea, quòd arator eſt. Itaq; vno genere, opinor, circũſcribere habetis in animo genus hoc aratorum, quòd eos infenſo animo, atq; inimico veniſſe dicatis, quia fuerit in decumis iſte vehemẽtior. Ergo aratores, [o] inimici omnes, & aduerſarij: nemo eorum eſt, quin periſſe te cupiat. Omninò præclarè te habes, cùm is ordo, atq; id genus homi

* Ciceronis cum Siculo dialogiſmus.

m v. c. Nihil ergo, inquit.

* L. non liceat.

n al. ad ſtatuas pecuniam, &c.

o L. inimici : omnes aduerſarij ſt. nemo

hominum, quod optimum, atq; honeſtiſſimum
eſt, à quo vno[p] & ſumma reipublicæ, & illa pro- p L. & ſumma reſp.
uincia maximè continentur, tibi eſt inimiciſſi-
150 mum. || Verùm eſto: alio loco de aratòrum ani-
mo, & iniuriis videro. nunc, quod mihi abs te
datur, id accipio, eos tibi eſſe inimiciſſimos. nē-
pe ita dicis, propter decumas. Concedo, non
quęro, iure, an iniuria ſint inimici. Quid ergo il-
læ ſibi ſtatuæ equeſtres inauratæ volunt, quæ po
puli R. oculos, animóſq; maximè offendūt, pro-
pter ædem Vulcani? [q] Nam ſcriptum eſſe video, q lib. vul. Nam inſcriptum.
quandam ex his ſtatuam aratores dediſſe. Si ho-
noris cauſa ſtatuam dederunt: inimici non ſunt.
credamus teſtib. tum enim honori tuo, nūc iam
religioni ſuæ[r] conſulent. ſin autem metu coacti r L. conſulunt.
dederunt, confiteare neceſſe eſt, te in prouinciæ
pecuniam ſtatuarum nomine per vim, ac metum
151 coëgiſſe. || Vtrum tibi commodum eſt, elige. E-
quidem libenter hoc iam crimen de ſtatuis re-
linquam, vt mihi tu illud concedas, quod tibi
honeſtiſſimum eſt, aratores tibi ad ſtatuam ho-
noris tui cauſa, voluntate ſua, contuliſſe. da
mihi hoc. iam tibi maximam partem defenſio-
nis præcideris. non enim poteris aratores tibi
iratos eſſe, atque inimicos, dicere. O cauſam ſin-
gularem: ô defenſionem miſeram, ac perditam,
nolle hoc accipere reum ab accuſatore, & eum
reum, qui prætor in Sicilia fuerit, aratores ei
ſtatuam ſua voluntate ſtatuiſſe: aratores de eo
bene exiſtimare, amicos eſſe, ſaluum eſſe cupe-
re. metuit, ne hoc vos exiſtimetis. obruitur e-
152 nim aratorū teſtimoniis. || Vtar eo, quod datur.
certè ita vobis hoc iudicandum eſt: eos, qui iſti
inimiciſſimi ſūt, vt ipſe exiſtimari vult, ad iſtius
honores, atq; monumenta pecuniam non volū- s L. atq; vt hoc totum facill. & ita v.c.
tate ſua contuliſſe.[s] Atq; vt hoc tamen facilli-
mè intelligi poſſit, quem voles eorum teſtium,
quos produxero, qui in Sicilia teſtes ſint,[t] ſiue t v. c. ſiue togatum,
ciuē Rom. velis, ſiue Siculum, rogato, & eū, qui

tibi inimiciſſimus eſſe videbitur, qui ſe ſpolia-
tum [u] à te dicet: ecquid ſuo nomine in tuã ſta-
tuam contulerit, neminem reperies, qui neget.
etenim omnes dederũt. Quemquam igitur pu- 153
tas dubitaturum, quin is, quem inimiciſſimũ tibi
eſſe oporteat, qui abs te grauiſſimas iniurias ac-
ceperit, pecuniam ſtatuæ nomine dederit, vi at-
que imperio adductus, nõ officio ac voluntate?
[x] Et hui9 ego pecuniæ, iudices, quæ permagna eſt,
impudentiſſiméq; coacta ab inuitis, non habui
rationẽ, neque habere potui, quantũ ab aratori-
bus quantũ ab negotiatoribus, qui Syracuſis, qui
Agrigenti, qui Panormi, qui Lilybæi negotian-
tur, eſſet coactũ: quoniã intelligetis, ipſius quo-
que cõfeſſione ab inuitiſſimis coactam eſſe. Ve- 154
nio nunc ad ciuitates Siciliæ: de quibus facilli-
mè iudicium fieri voluntatis poteſt. An etiã Si-
culi inuiti contulerunt? non eſt probabile. Et-
enim ſic C. Verrẽ præturã in Sicilia geſſiſſe con-
ſtat, vt, cùm vtriſq; ſatisfacere nõ poſſet, & Sicu-
lis & togatis: officij potius in ſocios, quàm am-
bitionis in ciues rationem duxerit. Itaq; eũ non
ſolùm patronũ iſtius inſulæ, ſed etiã* ſotêra in-
ſcriptum vidi Syracuſis. Hoc quantũ eſt? ita ma-
gnum, vt Latino vno verbo exprimi non poſſit.
Is eſt nimirum ſoter, qui ſalutem dedit. Huius
nomine etiam dies feſti agitantur, pulchra illa
Verrea, nõ quaſi Marcellea, ſed pro Marcelleis:
quæ illi iſtius iuſſu ſuſtulerunt. huius fornix in
foro Syracuſis eſt: in quo nudus filius ſtat: ipſe
autẽ ex equo nudatã ab ſe prouinciam proſpicit:
47 [y] huius ſtatuæ omnibus locis erectæ ſunt: quæ
hoc demõſtrare videntur, propemodũ nõ minùs
multas ſtatuas iſtum poſuiſſe Syracuſis, quàm
abſtuliſſe. huic etiã Romæ videmus in baſi ſta-
tuarũ, maximis literis inciſum, [z] à communi Si-
cilia datas. Quamobrẽ? quî hoc probari poteſt 155
cuiquã, tantos honores habitos eſſe ab inuitis?
Hîc tibi etiã multo magis, quàm paullo ante [a] in
arato

u v.c. abs te.

x L. Huius ego pec.

* al. ſoter, al. σωτῆρα idẽ honos T. Flaminio habitus Pl. in eius vita.

y L. huius ſtatuæ omnib. locis: quæ hoc dem.

z L. à communi Siciliæ datas.

a al. de aratoribus, a vid.

aratoribus,videndum, & conſiderandū eſt, quid velis.magna res eſt.Vtrùm tibi Siculos,publicè, priuatimq; amicos,an inimicos exiſtimari vis?ſi inimicos,quid[b] te futurum eſt? quò confugies? vbi nitere? modò aratorum honeſtiſſimorū hominum,[c] &locupletiſſimorum maximum numerum abs te alienaſti:nunc deSiculis ciuitatibus quid ages?dices tibi Siculos eſſe amicos:qui poteris? qui, quod nullo in homine antea fecerūt, vt in eum publicè teſtimonium dicerent, cùm præſertim ex ea prouincia condemnati ſint cōplures,qui ibi prætores fuerunt, duo ſoli abſoluti,[d] huc conueniunt cum literis,veniunt cum mandatis,veniūt cum teſtimoniis publicis. qui, ſi te publicè laudarent, tamen id more potius ſuo,quàm merito tuo,facere viderentur:hi cùm de tuis factis publicè conqueruntur,nónne hoc indicant, tantas eſſe iniurias, vt multo maluerint de ſuo more decedere,quàm de tuis morib. non dicere?

b al. te tandem futurū eſt?

c al.& locupletiſſimorum, & Siculorum, & ciuium R. maxim. num. &c. abalienaſti.

d al.huc cōtra te veniūt cū lit.

156 Confitendum eſt igitur tibi neceſſariò. Siculos inimicos eſſe,qui quidem & in te grauiſſima poſtulata conſulibus[e] ediderunt, & me,vt hanc cauſam,ſalutiſque ſuæ defenſionem ſuſciperē,[f] obſecrarunt:qui cùm à prætore prohiberentur, à quatuor quæſtoribus impedirentur,omnium minas, atque omnia pericula, præ ſalute ſua,leuia duxerunt:qui priore actione ita teſtimonia grauiter, vehementérque dixerunt, vt Artemonem Centuripinum legatum, & publicè teſtem.Q.Hortenſius accuſatorem, nō teſtem eſſe diceret.Etenim cùm propter virtutem, & fidem cum Androne,homine honeſtiſſimo,& certiſſimo, tum etiam propter eloquentiam, legatus à ſuis ciuibus electus eſt, vt poſſet multas iſtius & varias iniurias quàm apertiſſimè vobis, planiſſiméque explicare. Dixerunt Haleſini,Catinenſes, Tyndaritani, Ennenſes, Herbitenſes, Agyrinenſes, Netinenſes, Segeſtani.[g] numerare omneis non eſt neceſſe.ſcitis quàm

e L. ediderint.

f L. obſecrarint.

g for. enumerare.

multi, & quàm multa priore actione dixerint. nunc & illi,& reliqui dicent. || Omnes denique 157
hoc in hac cauſa intelligent,hoc animo eſſe Siculos,vt, ſi in iſtum animaduerſum non ſit, ſibi relinquendas domos, ac ſedes ſuas, & ex Sicilia decedendum,atque[h] adeò fugiendum eſſe arbitrentur. Hos homines tu perſuadebis [i] ad honores, atque amplitudinem tuam pecunias maximas voluntate ſua contuliſſe? credo, qui te in tua ciuitate incolumem eſſe nollent, ij monumenta tuæ formæ,ac nominis, in ſuis ciuitatib⁹ eſſe cupiebant. Res declarauit, vt cupierint. iãdudum enim mihi nimiùm tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumenta colligere videor, vtrùm ſtatuas voluerint tibi ſtatuere, an coacti
ſint. ||[k] De quo homine auditũ eſt vnquam, quod 158
tibi accidit, vt eius in prouincia ſtatuæ, in locis publicis poſitæ, 48 partim etiam in ædib⁹ ſacris, [l] per vim, per vniuerſam multitudinem deiicerentur? Tot homines in Aſia nocentes, tot in Africa, tot in Hiſpania, Gallia, Sardinia, tot in ipſa Sicilia fuerunt: ecquo de homine hoc vnquã audiuimus? Nouum eſt, iudices: in Siculis quidem, & in omnib. Græcis, mõſtri ſimile. non crederem hoc de ſtatuis, niſi iacenteis, reuulſáſque vidiſſem: propterea quòd apud omneis Græcos hic mos eſt, vt honorem hominibus habitum in monumẽtis huiuſmodi, nonnulla religione deo-
rum conſecrari arbitrentur. ||[m] Itaq; cùm *Rho- 159
dij bellũ illud propè ſoli ſuperiùs cum Mithridate rege gesserint, omneiſq; eius copias, acerrimũq; eius [n] impetũ, à mœnib. litorib. claſſibúſque ſuis exceperint, cùm & regis inimici præter ceteros eſſent: ſtatuam eius, quæ erat apud ipſos in celeberrimo vrbis loco, ne tú quidem in ipſis vrbis periculis attigerunt. [o] Forſitan vix conuenire videretur, quem ipſum hominem cuperent euertere, eius effigiem, ſimulacrúmque ſeruare. ſed tamen videbam, apud eos cùm eſſem,

&

h al. aliò.
i L. ad honorem.
k L. De quo homine hoc aud.
l L. per vim, & per vniu.
m L. itaq; Rhodij, qui propè ſoli bellũ illud ſup.
*. vide Pli. 5. de viris illuſt. c. 76. App. in Mithridaticis.
n L. impetũ mœnibus, litoribus, claſſibúſq; ſuis excepetint, tamẽ, cum ei regi in.
o al. Ac forſitan.

Digitized by Google

& religionem eſſe quandam in his rebus à maiorib. traditã, & hoc diſputare: cũ ſtatua ſe eius habuiſſe temporis rationem quo poſita eſſet: cũ homine verò, quo gereret bellũ, atq; hoſtis eſſet. Videtis igitur, conſuetudimem, religionémque Græcorum, quæ monumenta hoſtium in bello ipſo ſoleat defendere, eam ſumma in pace prætoris populi Romani ſtatuis præſidio non

160 fuiſſe. || Taurominitani, quorum eſt ciuitas fœderata, homines quietiſſimi, qui maximè[p] ab iniuriis noſtrorũ magiſtratuum remotiſſimi conſuerant eſſe, præſidio fœderis: hi tamen iſtius euertere ſtatuam nõ dubitarunt.[q] qua ablata, baſin tamen in foro manere voluerunt: quòd grauius in iſtum fore putabant, ſi ſcirent homines, ſtatuam eius à Taurominitanis eſſe deiectã, quã ſi nullam vmquam poſitam arbitrarentur. Tyndaritani deiecerunt in foro: & eadem de cauſa equum inanem reliquerunt. [r] Leontini, miſera in ciuitate atque inani, tamen iſtius, in gymnaſio, ſtatua deiecta eſt. Nam quid ego de Syracuſanis loquar, quod nõ eſt propriũ Syracuſanorũ,

49 [s] ſed & illorum commune, & conuẽtus illius, ac propè totius prouinciæ? quãta illuc multitudo, quanta vis hominũ conueniſſe dicebatur tũ, cũ ſtatuæ ſunt illius deiectæ, atq; euerſæ? at quo loco? celeberrimo, ac religioſiſſimo: [t] ante ipſũ Iouem, in primo aditu, veſtibulóq; templi. Quòd niſi Metellus hoc tã grauiter egiſſet, atq; illam rem imperio, edictóq; prohibuiſſet: veſtigium ſtatuarum iſtius in tota Sicilia nullum eſſet re-

p L. ab iniuriis noſtr. magiſtr. remoti conſueuerat eſſe.

q for. qua abiecta. v. c. ablecta.

r L. Leontinis.

s L. ſed & aliorum comm.

t L. ante ipſum Serap. in pr.

161 lictum. || * Atque ego hoc non vereor, ne quid horum non modò impulſu, verùm omnino aduentu meo factum eſſe videatur. omnia iſta antè facta ſunt, non modò, quàm ego Siciliam, verum etiam quàm iſte Italiam attigit. dũ ego in Sicilia ſum, nulla ſtatua deiecta eſt. poſteaquã illinc diſceſſi, quę ſũt geſta, cognoſcite. Centuripinorum ſenatus decreuit, populuſque iuſſit

*Atque ego nõ vereor.

Digitized by Google

iuſſit,vt,quæ ſtatuæ C.Verris ipſius,& patris, & filij,eſſent,eas quęſtores demoliendas locarent: dúmque ea demolitio fieret,[v] ſenatores xxx. nō minus adeſſent. Videte grauitatem ciuitatis, & dignitatem. neque eas in vrbe ſua ſtatuas eſſe voluerunt,quas inuiti per vim, atque imperium dediſſent:neque eius hominis,in quem ipſi cum grauiſſimo teſtimonio publicè, quod numquam antea,Romam mandata,legatóſque miſiſſent:& id grauius eſſe putauerunt, ſi publico conſilio, quā ſi per vim multitudinis factum videretur.

|| Cū hoc conſilio ſtatuas Centuripini publicè 162 ſuſtuliſſēt,audit Metellus:grauiter fert: euocat ad ſe[x] Centuripinum magiſtratum,&decem primos.niſi reſtituiſſent ſtatuas, vehemēter iis minatur.Illi ad ſenatum renuntiant,ſtatuæ, quæ iſtius cauſæ nihil prodeſſent, [y] reponuntur. Decreta Centuripinorum quæ de ſtatuis erant facta,non tolluntur. Hîc ego aliud alij concedo; Metello, homini ſapienti, prorſus non poſſum ignoſcere,ſi quid ſtultè facit. Quid?ille hoc putabat Verri criminoſum fore, ſi eius ſtatuæ eſsēt deiectæ,quod ſæpe vento, aut aliquo caſu fieri ſolet?non erat in hoc neque crimen vllum,neq; reprehenſio. Ex quo igitur crimen,atq; accuſatio naſcitur?ex hominū iudicio,&voluntate.Ego, ſi Metellus ſtatuas reponere Centuripinos non coegiſſet, hæc dicerem. || Videte, iudices, 163 quantū,& quàm acerbū dolorem ſociorū,atque amicorum animis inuſſerint iſtius iniuriæ, cum Centuripinorū amiciſſima,& fideliſſima ciuitas, quæ tantis officiis cum populo Rom. coniuncta eſt,vt nō ſolū rēp.noſtrā,ſed etiā in quouis homine priuato nomē ipſum Romanorū ſemper dilexerit,ea publico cōſilio,atq; auctoritate iudicarit, C.Verris ſtatuas eſſe in vrbe ſua nō oportere.recitarem decretaCenturipinorū:laudarem illam ciuitatem:id quod veriſſimè poſſem.commemorarem decem millia ciuium Centuripinorum,

v L. ſenatores ne minus xxx. adeſſ.

x L. Centuripinorum magiſtratum.

y L. totum hoc,Decreta Centuripinorum, quæ de ſtatuis erant facta,non tolluntur, non habet.

Digitized by Google

rum, fortiſſimorum, fideliſſimorúmque ſociorum: eos omneis ſtatuiſſe, monumentum iſtius in ſua ciuitate nullum eſſe oportere. Hæc tum dicerem, ſi ſtatuas Metellus non repoſuiſſet.

164 ||Velim quærere nunc ex ipſo Metello, quidnam ſua vi, & auctoritate mihi ex hac oratione præciderit. eadem opinor omnia conuenire. neque enim, ſi maximè ſtatuæ deiectæ eſſent, eas ego vobis poſſem iacenteis oſtendere. hoc vno vterer: ciuitatem tam grauem ſtatuas iudicaſſe C. Verris demoliendas. hoc mihi Metellus non eripuit: hoc etiam addidit, vt quererer, ſi mihi videretur, tam iniquo iure ſociis, atque amicis imperari, vt iis ne in ſuis quidem beneficiis libero iudicio vti liceret: vt vos rogarem, vt coniecturam faceretis, [z] qualem in iis rebus in me L. Metellum fuiſſe putaretis, in quibus rebus obeſſe mihi poſſet, cùm in hac re tam aperta cupiditate fuerit, in qua nihil obfuit. Sed ego Metello non iraſcor, neque ei ſuam purgationem eripio, qua ille apud omneis vtitur, vt nihil malitioſè, neque conſultò feciſſe videatur.

z for. qualem in me L. Metellũ in iis reb. fuiſſe putet.

165 tur.||Iam igitur eſt ita perſpicuum, vt negare nõ poſſis, nullam tibi ſtatuam voluntate cuiuſquam datam: nullam pecuniam ſtatuarũ nomine, niſi vi expreſſam, & coactam. quo quidem in crimine non illud ſolùm intelligi volo, te ad ſtatuas [a] LLS. cxx. *millia coegiſſe: ſed multo etiam illud magis, quod ſimul* demõſtratum eſt, quantum odium in te aratorum, quantum omnium Siculorum ſit, & fuerit. in quo quæ veſtra defenſio futura ſit, cõiectura aſſequi non queo.

a al. LLS. CCIↃↃↃ. coeg.
* hoc eſt aureorum 3000.

166 || Oderunt Siculi: togatorum enim cauſa multa feci. At hi quidem acerrimi, inimiciſſimique ſunt. Inimicos habeo ciueis Rom. quòd ſociorum commoda, ac iura defendi. At ſocij in hoſtium numero ſe abs te habitos queruntur. Aratores inimici ſunt propter decumas. quid? qui agros immuneis, liberóſque arant, cur oderunt? cur

* L. demonſtrandum eſt.

cur Haleſini? cur Centuripini? cur Segeſtani? cur
Halicienſes? quod genus hominũ, quem nume-
rum, quem ordinem proferre poſſis, qui te non
oderit, ſiue ciuium Rom. ſiue Siculorum? vt e-
tiam ſi cauſam, cur te oderint, non poſſim dice-
re, tamen illud dicendum putem: *quē omnes mor-
tales oderint, eum quoque vobis odio eſſe oportere.* || An 167
hoc dicere audebis: vtrùm de te aratores, vtrùm
denique [a] Siculi vniuerſi bene exiſtiment, aut
quomodo exiſtiment, ad rem id non pertinere?
neq; tu hoc dicere audebis: neq;, ſi cupias, lice-
bit. [b] eripiũt tibi iſtã orationẽ contemnendorũ
Siculorũ, atq; aratorũ, ſtatuæ illæ equeſtres, quas
tu paulò antè, quàm ad vrbem venires, poni, in-
ſcribique iuſſiſti, vt omnium [c] inimicorum ani-
mos, accuſatorúmque tardares. || Quis enim ti- 168
bi moleſtus eſſet, aut quis appellare auderet,
cùm videret ſtatuas ab negotiatoribus, ab ara-
toribus, [d] à communi Sicilia? Quod eſt aliud in
illa prouincia genus [e] humanum? nullum. Ergo
ab vniuerſa prouincia, generatímque à ſingulis
eius partibus non ſolùm diligitur, ſed etiam
ornatur. Quis hunc attingere audeat? Potes igi-
tur dicere, nihil tibi obeſſe oportere aratorum,
negotiatorum, Siculorúmque omnium teſti-
monia, cùm eorum nominibus in ſtatuarum in-
ſcriptione poſitis omnem te [f] ſperaras inuidiam,
atque infamiam tuam [g] exſtinguere poſſe? an,
quorum auctoritate tu ſtatuas cohoneſtare tuas
conatꝰ es, eorũ ego dignitate accuſationẽ meã
comprobare nõ potero? || niſi * fortè, ꝙ apud pu- 169
blicanos gratioſus fuiſti, in ea re ſpes te aliqua
cõſolatur. Quæ gratia nequid tibi prodeſſe poſ-
ſet, ego mea diligentia perfeci. vt etiam obeſſe
deberet, tu tua ſapientia curaſti. Etenim rẽ totã,
iudices, breuiter cognoſcite. In * ſcriptura Siciliæ *
pro

a L. Siculi vniuerſi bene, an malè exiſtiment, ad rẽ, &c. q.v.c. Siculi vniuerſi bene exiſtimant, an quomodo exiſt.

b L. eripiũt enim tibi iſtam.

c v. c. iniquorum.

d L. à communi Siciliæ?

e L. hominum?

f al. ſperabas. L. ſperaris.

g for. poſſe exſtinguere?

* DE PVBLICANORVM cum Verre in furtis colluſione.

* Scripturã vocat Aſcon. publicanorum rationes.

* pro magiſter, magiſtri vicariꝰ, magiſter verò, qui ſocietati publicanorũ præerat, cũ etiam ipſe eiuſdem ſocietatis eſſet, publicanorũ & decumanorũ rationes tractabat, eóſque eo nomine cogebat.

pro magiſtro eſt quidã L. Carpinatius,qui & ſui
queſtus cauſa,& fortaſſe quòd ſociorũ intereſſe
arbitrabatur, bene penitus in iſtius familiarita-
tẽ ſeſe dedit.Is cùm prætorem circũ omnia fora
ſectaretur, neque ab eo vnquam diſcederet : in
eam iam venerat familiaritatem,conſuetudinẽ-
que in vendendis iſtius decretis,& iudiciis;trã-
ſigendiſq; negotiis,vt propè alter Timarchides
170 numeraretur.|| hoc erat etiam capitalior, quòd
idem pecuniam iis, qui ab iſto aliquid merca-
bantur , fænori dabat. ea autem fæneratio erat
huiuſmodi,iudices,vt etiam [h] hic quæſtus huic [h L. is quæſt.]
cederet.nam, quas pecunias iis ferebat expẽſas,
quibuſcũ cõtrahebat: [i] aut ſcribæ iſtius,aut Thi- [i for. eas aut ſcr.]
marchidi,aut etiã iſti ipſi referebat acceptas. i-
dẽ preterea pecunias iſtius extraordinarias grã-
171 deis,ſuo nomine fænerabatur.|| Hic primò Car-
pinatius antequàm in iſtius tãtam familiaritatẽ
perueniſſet,aliquoties ad ſocios literas de iſtius
iniuriis miſerat.Canuleius verò,qui in portu Sy
racuſi operas dabat,furta quoque iſtius permul-
ta nominatim ad ſocios perſcripſerat [k] ea, quæ [k L. eorum, quæ ſ.]
ſine portorio,Syracuſis erant exportata:portum
autem,& ſcripturas eadem ſocietas habebat.Ita
factum eſt,vt eſſent permulta, quæ ex ſocietatis
172 literis dicere in iſtũ,ac proferre poſſemus.|| Ve-
rùm accidit , vt Carpinatius , qui iam cum iſto
ſumma conſuetudine,preterea re,ac ratione cõ-
iunctus eſſet,crebras poſtea literas ad ſocios de
iſtius ſummis officiis in rẽ cõmunẽ beneficiiſq;
mitteret.Etenim [l] tum iſte omnia,quæcũq; Car- [l L. cũ iſte omn.]
pinatius poſtulabat , facere ac decernere ſole-
bat: tũ ille etiã plura ſcribebat ad ſocios : vt, ſi
poſſet,quæ antea ſcripſerat, ea planè extingue-
ret.Ad extremũ verò,cũ iſte iã decedebat, eiuſ-
modi literas ad eos miſit, vt huic frequẽtes ob- [m L. gratias agerẽt: facturos ſe, ſiquid imp. & ita v. c.]
uiã ꝓdirẽt, [m] gratiáſq;agerẽt:facturos eſſe,ſi q̃d
imperaſſet,ſtudioſè pollicerẽtur.Itaq; ſocij fe-
cerũt:vetere inſtituto publicanorum, nõ ꝙ iſtũ

vllo

Digitized by Google

vllo honore dignum arbitrarĕtur, ſed quod ſua intereſſe putabant, ſe memores, gratóſq; exiſtimari, gratias iſti egerunt: Carpinatium ſæpe ad ſe de eius officijs literas miſiſſe dixerunt. || Iſte 173
cùm reſpondiſſet, ea ſe libenter feciſſe, operaſq; Carpinatij magnopere laudaſſet: dat amico ſuo cuidam negotium, qui tum magiſter erat eius ſocietatis, vt diligenter caueret, atque proſpiceret, ne quid eſſet in literis ſociorum, quod cõtra ſuum caput, atque exiſtimationẽ valere poſſet. Itaq; ille multitudine ſociorũ remota, decumanos conuocat: rem defert. ſtatuunt illi, atq; decernunt, vt eæ literæ, quibus exiſtimatio C. Verris lęderetur, remouerentur: operáque daretur, ne ea res C. Verri fraudi eſſe poſſet. || Si oſtẽ- 174
do, hoc decreuiſſe decumanos: ſi planum facio, hoc decreto remotas eſſe literas, quid exſpectatis amplius? poſſúmne rem magis iudicatam afferre? magis reũ condẽnatũ in iudicium adducere? At quorũ iudicio condemnatũ? nẽpe eorum, quos ij, qui ſeueriora iudicia deſiderãt, [50] [n] arbitrentur reos iudicare oportere: publicanorum iudicio: quos videlicet nũc populus iudices poſcit: de quibus, vt eos iudices habeamus, legem ab homine non noſtri generis, non ex equeſtri loco profecto, ſed nobiliſſimo, promulgatã videmus. || [*] Decumani, hoc eſt, principes, & quaſi 175
ſenatores publicanorum, remouendas de medio literas cẽſuerũt. habeo ex iis, qui affuerũt, [o] quos producã, homines honeſtiſſimos, ac locupletiſſimos, [p] ipſos principes equeſtris ordinis: quorum ſplẽdore vel maximè, [51] iſtius, qui legẽ promulgauit, oratio & cauſa [q] nititur. veniẽt in mediũ: dicẽt, qui l ſtatuerint. profectò, ſi rectè homines noui, non mẽtiẽtur. literas enim cõmuneis de medio remouere potuerũt: fidẽ ſuã, & religionẽ remouere non poſſunt. Ergo [52] [r] equites qui Romani te ſuo iudicio cõdemnarãt, horum iudicio condemnari noluerunt. Vos nũc vtrum illorum iudi

[n] L. arbitratur res iudicare.

[*] Decumani qui.

[o] L. quos producam, quibus hoc committã, homines h.

[p] L. iſtos ipſos princ.

[q] L. nitatur.

[r] al. equites Ro. te ſuo iudicio condemnari voluerunt.

Digitized by Google

176 iudicium,an voluntatem ſequi malitis,conſide-
rate.||At vide, quid te amicorum tuorum ſtudiũ,
quid tuum concilium,quid ſociorum voluntas
adiuuet. [t] dicam paulò amplius. neque enim iã
vereor, ne quis hoc me magis accuſatoriè,quã
liberè dixiſſe arbitretur. Si iſtas literas nòn de-
creto decumanorum magiſtri remouiſſent: tan-
tùm poſſem in te dicere, quantum in literis in-
ueniſſem. nunc decreto iſto facto,literiſque re-
motis, tantũ mihi licet dicere,quãtum poſſum:
tantum iudici ſuſpicari,quantum velit. Dico,te
maximum pondus auri,argenti,eboris,purpuræ,
plurimam veſtem Melitẽſem,plurimam ſtragu-
lam , multam Deliacam ſupellectilem , pluri-
ma vaſa Corinthia,magnum numerum frumen-
ti,vim mellis maximã.Syracuſis exportaſſe: his
pro rebus,quod portorium non eſſet datum, li-
teras ad ſocios miſiſſe L. Canuleium , qui * in
177 portu operas daret.||Satiſne magnum hoc crimẽ
videtur?nullum opinor, maius. Quid defendet
Hortenſius?poſtulabit,vt literas Canuleij pro-
feram? crimen huiuſmodi,niſi literis confirme-
tur,inane eſſe dicet? Clamabo literas remotas
eſſe de medio : decreto ſociorũ erepta mihi eſ-
ſe iſtius iudicia ac monumenta furtorum. Aut
hoc contẽdat numquam eſſe factum:aut omnia
tela excipiat neceſſe eſt.Negas eſſe factum?pla-
cet mihi iſta defenſio:deſcendo.æqua enim cõ-
dicio,[v] æquumque certamen proponitur. pro-
ducã teſteis , & producam plureis eodem tem-
pore:quoniam tum,cùm actum eſt,vnà fuerunt:
nunc quoque vna ſunt : cùm interrogabuntur,
obligentur non ſolùm iuriſiurandi , atq; exiſti-
mationis periculo,ſed etiam communi inter ſe
178 conſcientia.||Si planum fit,hoc ita quemadmo-
dum dico,eſſe factũ:[x] non poteris dicere, Hor-
tẽſi,nihil in iſtis fuiſſe literis, ꝙ Verrẽ læderet.
nõ modò id nõ dices,ſed ne illud quidẽ tibi di-
cere licebit tantum quãtum ego dicã,nõ fuiſſe.

t v.c. te dicam paulò promtius. neq.

* id eſt,qui curam habebat earũ rerum pro quibus portorium nõ eſſet datũ.

v Lamb. æquum cert.

x L.num poteris dicere.Hor. nih.in iſt. f. l. q.Ver. læderet.

y lib. vulg. noſtro &c. mendoſè.
z v. c. ad cernendum for. ad decernēdum.

ergo hoc [y] veſtro conſilio, & gratia perfeciſtis, vt quemadmodū paulò antè dixi, & mihi ſumma facultas ad accuſandum daretur, & iudicib. libera poteſtas [z] ad credendū.‖Quod cùm ita ſit 179
nihil fingā. tamē meminero, me nō ſumſiſſe, quē accuſarem: ſed recepiſſe, quos defenderem: vos ex me cauſam nō à me prolatam, ſed ad me delatam, audire oportere: me Siculis ſatis eſſe facturum, ſi, quæ cognoui in Sicilia, quæ accepi ab ipſis, diligenter expoſuero, populo Rom. ſi nullius vim, nullius potentiam pertimuero: vobis ſi facultatem verè atque honeſtè iudicandi, fide & diligentia mea fecero: [a] mihi, in eo, ſi ne minimū quidem de eo curriculo vitæ, quod mihi ſemper propoſitum fuit, deceſſero.‖Qua- 180
propter nihil eſt, quod metuas, [b] nequid in te fingam: etiam quod lætere, habes. multa enim, quæ ſcio abs te eſſe cōmiſſa, quòd aut nimium turpia, aut parum credibilia ſunt, prætermittā. tantum agam de hoc toto nomine ſocietatis. [c] vt verū ſcire poſſitis: quærā, decretúmne ſit, cùm id inuenero: quæram, remotæne ſint literæ. cùm id quoque conſtabit, [d] vos iam, me tacito, intelligetis, ſi illi, qui hoc iſtius cauſa decreuerūt, equites Rom. nunc iidem in eum iudices eſſent, iſtum ſine dubio condemnarent, de quo literas eas, quę iſtius furta indicarent, & ad ſe miſſas, & ſuo decreto remotas ſcirent eſſe. Quem igitur ab iis equitibus Romanis, qui iſtius cauſa cupiūt omnia, qui ab eo benigniſſime tractati ſunt, condemnari neceſſe eſſet: is à vobis, iudices, nulla vi, aut ratione abſolui poteſt.‖Ac 181
ne fortè ea, quæ remota de medio, atque erepta vobis ſunt, omnia ita condita fuiſſe, atque ita abditè latuiſſe videantur, vt hac diligentia, quã ego à me exſpectari maximè puto, nihil horum inueſtigari, nihil aſſequi potuerit: quæ conſilio aliquo, aut ratione inueniri potuerunt, inuenta ſunt iudices. manifeſtis in rebus hominem iam teneri videbitis. Nam quod in publicanorum cau-

a L. mihimet, ſi ne minim.
b Lamb. ne quid in te confingam.
c L. vt iam ſcire poſſis quæram d. & ita v. c.
d L. vos iā, me tacito, cetera intelligetis. Si illi.

cauſis vel plurimùm ætatis meæ verſor, vehementerque illum ordinem obſeruo, ſatis commodè mihi videor eorum conſuetudinem vſu,
182 tractandoq; cognouiſſe. || Itaque, vt hoc cõperi, remotas eſſe literas ſocietatis: habui rationem annorum, per quos iſte in Siciliâ fuiſſet: deinde quæſiui, quod erat inuentu facillimum, qui per eoſdem annos magiſtri [e] iſtius ſocietatis fuiſſent, [f] apud quos tabulę fuiſſent. ſciebam enim, hanc magiſtrorum, qui tabulas haberent conſuetudinem eſſe, vt cùm tabulas nouo magiſtro traderent, exempla literarum ipſi habere non nollent. Itaque ad L. Vibium, equitem R. virum primarium, quem reperiebam magiſtrum fuiſſe eo ipſo anno, qui mihi maximè quęrendus erat, primùm veni. Sanè homini præter opinionem improuiſo incidi. ſcrutatus ſum quæ potui, & quæſiui omnia: inueni duos ſolos libellos ab L. Canuleio miſſos ſociis ex portu Syracuſis: in quibus erat ratio ſcripta 53 [g] menſium cõpluriũ, rerum exportatarũ iſtius nomine ſine portorio.
183 itaque obſignaui ſtatim. 54 || [h] Erant hæc ex genere, [i] quod ego maximè genus ex ſociorum literis reperire cupiebã, verùm tãtùm inueni, iudices, quod apud vos quaſi exempli cauſa proferre poſſem. ſed tamen quidquid erit in his libellis, quantulumcumque videbitur eſſe, hoc quidem certè manifeſtũ erit: de ceteris ex hoc coniecturã facere debebitis. Recita mihi quęſo, hunc primum libellum, deinde illum alterum. LIBELLI CANVLEII. Iam nõ quæro, vnde cccc. amphoras mellis habueris, [k] vnde tantam Melitenſem veſtẽ, vnde quinquaginta tricliniorum lectos, vnde tot candelabra: non inquam, iam quæro, vnde hæc habueris? ſed quò tibi tantum opus fuerit, id quæro. mitto de melle: ſed tantúmne Melitenſiũm quaſi etiam amicorum vxores: tantùm lectorum? quaſi etiam omnium
184 iſtorum villas ornaturus eſſes. || Cùm hæc paucorum

e L. illius ſoc.
f L. vulg. apud quos fuiſſent.
g L. menſum complurium. & ita v. c.
h L. erant ex eodem gen. al. nec erant al. ex eo genere.
i fort. quod ego genus maximè.
k Lamb. vnde tantum Melitenſiũ, vnde.

corum menſium ratio in his libellis ſit, facite
vt vobis triennij totius veniat in mentem. Sic
contendo ex his paruis libellis apud vnum ma-
giſtrum ſocietatis repertis, vos iam coniectura
aſſequi poſſe, cuiuſmodi prædo iſte in illa pro-
uincia fuerit, quàm multas cupiditates, quàm
varias, quàm infinitas habuerit? quantam pe-
cuniā non ſolùm numeratam, verùm etiā huiuſ-
cemodi in rebus poſitam, confecerit: quæ vobis
alio loco planiùs explicabuntur. Nunc hoc at-
tendite.|| [l] His exportationib. quę recitatę ſunt, 185
ſcribit [l] LLS. LX. ſocios perdidiſſe ex *viceſima
portorij Syracuſis. Pauculis igitur menſibus, vt
hi puſilli, & contemti libelli indicāt, furta prę-
toris, [m] quæ eſſent LLS. duodecies, ex vno op-
pido ſolo exportata ſunt. Cogitate nunc [n] cùm
illa ſit hæc inſula, quæ vndiq; exitus maritimos
habeat, quid ex ceteris locis exportatum pute-
tis: quid Agrigento, quid Lilybęo, quid Panor-
mo, quid Thermis, quid Haleſa, quid Catina,
quid ex ceteris oppidis: quid verò Meſſana, quē
iſte ſibi locū maximè tutum arbitrabatur. vbi a-
nimo ſemper ſoluto, liberoque erat, quod ſibi
iſte Mamertinos delegerat, ad quos omnia, quæ
aut diligentiùs ſeruanda, aut occultiùs expor-
tanda erant, deportaret. His inuentis libellis,
ceteri remoti, & diligentiùs ſunt recōditi: nos
tamen vt omnes intelligāt, hoc nos ſine cupidi-
tate agere his ipſis libellis cōtenti ſumus.|| Nūc 186
ad ſociorū tabulas accepti & expenſi, quas re-
mouere honeſtè nullo modo potuerunt, & ad
amicum tuū Carpinatium reuertemur. Inſpicie-
bamus Syracuſis à Carpinatio cōfectas tabulas
ſocietatis quæ ſignificabant, multis nominibus
eos homines verſuram à Carpinatio feciſſe, qui
pecuniā Verri [o] dediſſent. Erit vobis luce cla-
rius, iudices cùm eos ipſos produxero, qui dede
runt. intelligetis enim, illa tempora, per quæ, cū
eſſent in periculo, pretio ſeſe redemerunt, cum
ſo-

l al. LLS. I c Ↄ. ſoc. al. LLS. LX. millia ſocios.

* viceſima portorij nomine dabatur, hoc eſt quinque in ſingula centum.

m al. quæ eſſent LLS. CIↃ. CC. ex.

n fort. cùm ea ſit hæc inſ.

o L dediſſent quod erit v.

ſocietatis tabulis non ſolùm conſulibus,verùm
187 etiam menſibus,conuenire.|| Cùm hæc maximè
cognoſceremus,& iã in manibus tabulas habe-
rem[o]:repentè adſpicimus lituras eiuſmodi,qua
ſi quædam vulnera tabularum recentia. Statim
ſuſpicione offenſi ad ea ipſa nomina oculos, a-
nimúmque tranſtulimus. Erant acceptæ pecu-
niæ[p] à C. Verrutio C. F. ſic tamen,vt vſque ad p L. à C.Ver
alterum,R.literæ conſtarent integræ : reliquæ rutio, ſic
omnes eſſent in litura.alterum,tertium,quartũ: tamen.
permulta erant [q] eiuſmodi nomina.Cùm mani- q L. eiuſdẽ modi nom.
feſta [r] res,tum flagitioſa tabularum , atque inſi- r L.res,fla-
gnis turpitudo teneretur:quærere incepimus de gitioſa litu
Carpinatio,quiſnam eſſet is Verrutius, quicum ra tabul.
tãtæ pecunię rationem haberet.Hærere homo, atq.
auerſari,rubere.Quòd lege excipiuntur tabulæ
publicanorũ,quo minus Romã deportentur: vt
res quàm maximè clara,ac teſtata eſſe poſſet,
in * ius ad Metellũ Carpinatium voco:tabuláſ- * al. in ius
que ſocietatis in forũ defero.fit maximus con- voco.
curſus hominum:&ꝙ erat Carpinatij nota cum
iſto prætore ſocietas,ac fœneratio , ſummè ex-
ſpectabant omnes,[s] quid in tabulis continere- s v.c. quid-
188 tur.||Rem ad Metellum defero,me tabulas perſ- nã in tab.
pexiſſe ſociorũ:in his tabulis magnã rationem.
C. Verrutij permultis nominib.eſſe,méque hoc
perſpicere ex conſulum menſiumq; ratione hũc
Verrutium neq; ante aduentum C.Verris, neque
poſt deceſſionem quidquã cum Carpinatio ra-
tionis habuiſſe poſtulo,mihi reſpõdeat, qui ſit
iſteVerruti[9]:[t] mercator,an arator,an pecuarius:
in Sicilia ſit, an iam deceſſerit.Clamare omnes t L.merca-
ex conuentu,neminem vnquã ex Sicilia fuiſſe tor, an ne-
Verrutium. Ego inſtare,vt mihi reſpõderet,vbi gotiator,
eſſet ,' quis eſſet, :vnde eſſet : cur ſeruus ſo- an ar. an
cietatis,qui tabulas confecerit, ſemper in Ver- pec.
rutij nomine , certo ex loco , mendoſus eſſet.
189 || Atque hæc poſtulabam,[u] non quò illum cogi v al. non
putarem oportere , vt ea mihi reſponderet quod.

inuitus:ſed vt omnibus iſtius furta,illius flagitium,vtriuſque audacia perſpicua eſſe poſſet.[56] Itaque illum [x] iniuriæ metu, conſcientiáque peccati mutum, atque exanimatum,ac vix viuũ relinquo:tabulas in foro ſummæ hominum frequentia exſcribo: adhibentur in exſcribendo de conuentu viri primarij:literæ,lituræque omnes [y] aſſimulatæ, expreſſæ, de tabulis in libros transferuntur.|| Hæc omnia ſumma cura,& diligentia recognita,& collata,& ab hominib. honeſtiſſimis obſignata ſunt. 190 Si Carpinatius tum mihi reſpondere noluit:reſponde mihi nunc tu Verres,quem eſſe hunc tuum pænè gentilẽ Verrutiũ putes. fieri non poteſt, vt, quem video te prætore,in Sicilia fuiſſe,& quem ex ipſa ratione intelligo locupletem fuiſſe,eũ tu in tua prouincia non cognoris. [z] Atquẽ adeò hoc ne longiùs, aut obſcurius eſſe poſſit, procedite [a] in mediũ,explicate deſcriptionẽ, imaginemq; tabularum:vt omnes mortales iſtius auaritiæ non iã veſtigia,ſed ipſa cubilia videre [b] poſſint.|| Videtis Verrutiũ?videtis primas literas integras, 191 videtis extremã partẽ nominis,caudã illã Verris,tanquã in luto,demerſam eſſe in litura? Sic habẽt ſe tabulæ,iudices,vt videtis.Quid exſpectatis?quid quęritis amplius?tu ipſe Verres quid ſedes?quid moraris?nã aut exhibeas nobis Verrutium,neceſſe eſt:aut te eſſe Verrutiũ fateare. Laudantur oratores veteres,Craſſi illi,& Antonij,quòd crimina diluere dilucidè,quòd copioſè reorum cauſas defendere [c] ſolebant.Ni mirũ illi non ingenio ſolùm his patronis, ſed fortuna etiam præſtiterunt. nemo enim tunc ita peccabat,vt defenſioni locũ non relinqueret:nemo ita viuebat,vt nulla eius vitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers:[57] nemo ita [d] in manifeſto peccato tenebatur,vt cũ impudẽs fuiſſet in facto,tũ impudentior videretur,ſi negaret ||Nũc 192 verò quid faciat Hortenſius?auaritięne crimina fru-

x L. in iure metu cõſ.

y al. aſsimilatæ.

z L. Atque adeò ne hoc aut long.

a L. in medium atque expl.

b L. poſſint liber explicetur. Videtis Verr.

c L. ſolerẽt.

d L. in manifeſto peccatu teneb.

frugaliratis laudibus deprecetur? At hominem flagitioſiſſimum libidinoſiſſimũ, nequiſſimúmque defendit. An ab hac eius infamia, nequitia, veſtros animos in aliam partẽ fortitudinis cõmemoratione traducat? At homo inertior,[e] ignauior, magis vir inter mulieres nequã, impura ioter viros muliercula proferri nõ poteſt: At mores cõmodi. Quis contumacior? quis inhumanior? quis ſuperbior? At hæc ſine cuiuſquam malo. Quis acerbior, quis inſidioſior? quis crudelior vmquã fuit? In hoc homine, atque in eiuſmodi cauſa quid facerẽt omnes Craſſi & Antonij? Tantũ opinor Hortenſi, ad hanc cauſam nõ accederent, ne in alterius impudẽtia ſui pudoris exiſtimationẽ amitterent. liberi enim ad cauſas, ſolutique veniebant: neque cõmittebãt, vt, ſi impudentes in defendendo eſſe voluiſſent, [g] ingrati in deſerendo exiſtimarentur.

e L. ignauior, vir magis nequam inter mulieres, magis impura inter viros mul. al. vir magis inter mulieres nequã, magis impura, &c. f v. c. neque in alterius &c. & ita L. g for. infidi.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER* V. de frumento, ſeu oratio frumentaria.

* Lam. liber tertius

ORATIO OCTAVA.

De frumento & re frumentaria, in tres accuſationes diſtincta, de frumento decumano, & tribus edictis iniquiſsimis Verris aduerſus Oratores.[2] *De frumẽto empto, vel emendo.*[3] *De frumento æſtimato.*

* EXORDIVM.

1 OMNES, qui alterũ, iudices, nullis impulſis inimicitiis, nulla priuatim læſi iniuria, nullo præmio adducti in iudiciũ reip. cauſa vocãt, prouidere debẽt nõ ſolũ quid oneris in præſentia tollãt, ſed etiã quantũ in omnẽ

Digitized by Google

vitam negotij ſuſcipere conentur. legem enim

L. ſibi ipſi dicunt inn.

[a] ſibi ipſi indicunt innocentiæ, cõtinentiæ, virtutúmque omniũ, qui ab altero rationem vitæ repoſcunt, atque eò magis ſi id, vt ante dixi, faciunt nulla re cõmoti alia, niſi vtilitate cõmuni. || Nam qui ſibi hoc ſumſit, vt corrigat mores 2
aliorũ, ac peccata reprehendat: quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officij declinarit? Quapropter hoc etiam magis ab omnibus eiuſmodi ciuis laudandus, ac diligendus eſt, [b] qui non ſolùm * reip. ciuem improbũ remouet, verùm etiã ſeipſum eiuſmodi fore profitetur, ac præſtat, vt ſibi nõ modò cõmuni voluntate virtutis, atque officij, ſed etiã vt quædã magis neceſſaria ratione rectè ſit, honeſtéque viuendum.

b L. quòd non ſolùm ab rep. ciuẽ impr.

* al. à rep.

|| Itaque hoc iudices ex homine clariſſimo, atq; eloquentiſſimo, L. Craſſo ſæpe auditum eſt, cũ 3
ſe nullius rei tam pœnitere diceret, quàm quòd C. Carbonem vmquã in iudiciũ vocauiſſet. minus enim liberas [c] omnium voluntates rerum habebat: & vitam ſuam pluribus, quàm vellet, obſeruari oculis arbitrabatur. Atque ille his præſidiis ingenij, fortunęque munitus, tamẽ hac cura continebatur, quam ſibi nondum cõfirmato conſilio, ſed ineunte ætate, ſuſceperat. quo minus etiam perſpicitur eorum virtus, & integritas, qui ad hanc rem adoleſcentuli, quàm qui iam firmata ætate deſcendunt. illi enim, antequàm potuerunt exiſtimare, quanto liberior vita ſit eorum: qui neminẽ accuſarint gloriæ cauſa, atq; oſtentationis, accuſant: nos, qui iam, & quid facere, & quantulũ * dicere poſſemus, oſtẽdimus, niſi facilè cupiditates noſtras tenerem[9], numquã ipſimet nobis præcideremus iſtã licentiam, libertatémq; viuendi. || [1] Atque hoc ego 4
plus oneris [d] habeo, quàm qui ceteros accuſarant (ſi onus eſt id appellandum, quod cum lætitia feras, ac voluptate) veruntamen hoc ego amplius ſuſcepi, quã ceteri: quòd ita poſtulatur

c L. am. omnium rerũ voluntates

* L. iudicare.

d fort. ſubeo.

ab

ab omnibus, vt ab iis ſe abſtineant maximè vitiis,in quibus alterum reprehenderunt. Furē aliquem,aut rapacem accuſaris?vitāda tibi ſemper erit omnis auaritiæ ſuſpicio. maleficū quēpiam adduxeris,aut crudelem?cauendū erit ſemper,ne qua in re aſperior,aut inhumanior fuiſſe videare,corruptorem,adulterū? prouidendum diligenter,ne quod in vita veſtigium libidinis appareat.omnia poſtremò,quæ vindicaris in altero,tibi ipſi vehementer fugienda ſunt.Etenim non modò accuſator,ſed ne obiurgator quidem ferendus eſt is,qui quod in altero vitium repre-
5 hendit,in eo ipſe deprehenditur. || Ego in vno homine omnia vitia,quę poſsūt in homine perdito,nefarioq; eſſe,reprehendo: [e] nullū eſſe indicium libidinis,ſceleris,audaciæ,quod non in vnius iſtius vita perſpicere poſſitis. Ego in iſto reo legem hanc,iudices,mihi ſtatuo: viuendum ita eſſe, vt iſti non modò factis,dictiſq; omnibus,ſed etiā oris,oculorúmq; illa contumacia, ac ſuperbia,quam videtis,diſſimillimus eſſe, ac ſemper fuiſſe videar. [f] Patior non moleſtè, iudices,eam vitam,quæ mihi ſua ſponte antea iucunda fuerit,nunc iam mea lege,& condicione
6 neceſſariam quoque futuram.||Et in hoc homine ſæpe à me quæris,Hortenſi, quibus inimicitiis, aut qua iniuria adductus, ad accuſandum deſcenderim. mitto iā rationem officij mei,neceſſitudiniſque Siculorum:de ipſis tibi inimicitiis reſpondeo.an tu maiores vllas inimicitias putas eſſe,quàm cōtrarias hominum ſententias, ac diſſimilitudines ſtudiorū,& voluntatū? Fidē ſanctiſſimam in vita qui putat,poteſt ei non inimicus eſſe,qui quęſtor cōſulem ſuum,conſiliis commiſſis, pecunia tradita rebus omnib. creditis, ſpoliare, relinquere, prodere,oppugnare auſus ſit? Pudorem & pudicitiam qui colit, poteſt animo æquo iſtius quotidiana adulteria, meretriciam diſciplinam,domeſticum lenoci-

e L.nullum eſſe dico.in dicium li.

f L.Patior, non moleſtè fero, iud.

nium videre? Qui religiones deorum immorta-
lium retinere vult ei, qui fana ſpoliarit omnia,
qui ex * tenſarũm orbitis prædari ſit auſus, ini-
micus nõ eſſe quî poteſt? Qui iure æquo omneis
putat eſſe oportere, is tibi non infeſtiſſimus ſit,
cùm cogitet varietatem, libidinémq; decreto-
rum tuorum? qui ſociorum iniuriis, prouincia-
rúmque incommodis doleat? is in te non expi-
latione Aſiæ, vexatione Pamphiliæ, ſqualore &
lacrymis Siciliæ concitetur? qui ciuium Roma-
norum iura, ac libertatem ſanctam apud omneis
g haberi vult, is non tibi plus etiam, quàm ini-
micus eſſe debeat, cùm tua verbera, cũ ſecureis,
cùm cruceis ad ciuium Rom. ſupplicia fixas re-
cordetur? || An ſi qua in re contra rem meam de- 7
creſſet aliquid iniuria, iure me ei inimicum eſſe
h arbitrarer: cùm omnia contra omnium bono-
rum rem, cauſam, rationẽ. vtilitatem, voluptatẽ-
que fecerit, quęris, cur ei ſim inimicus, cui po-
pulus R. infeſtus ſit, qui præſertim plus etiam,
quàm pars virilis poſtulat, pro volũtate populi
R. oneris ac muneris ſuſcipere debeam? Quid?
illa, quæ leuiora videntur eſſe, non cuiuſuis a-
nimum poſſunt mouere? quòd ad tuam ipſius a-
micitiam, i ceterorúmque omnium maiorum,
atq; nobilium, faciliorem aditum iſtius habet
nequitia, & audacia, quum cuiuſquam noſtrûm
virtus integritas? odiſtis hominum nouorum, k
induſtrias deſpicitis eorum frugalitatẽ: pudorẽ
contemnitis, ingenium verò, & virtutẽ depreſ-
ſam, extinctámq; cupitis: || Verrẽ amatis. Ita cre- 8
do: ſi non virtute, non induſtria, nòn innocẽtia,
non pudore, non pudicitia: at ſermone, at lite-
ris, at humanitate eius delectamini. nihil horum
eſt: cõtráq; ſunt omnia cũ ſummo dedecore ac
turpitudine, tũ ſingulari ſtultitia, atq; inhuma-
nitate oblita. Huic homini ſi cuius domus pa-
tet, vtrùm ea patẽre, an hiare, ac poſcere aliquid
videtur? Hũc veſtri ianitores, hunc cubicularij
dili-

* al. cenſorum, vel Thenſarũ.

g v.c. haberi velit, is n.

h L. arbitrare: cùm omn.

i L. ceterorúmque hominum magnorum, atque nobil. & ita v. c.

k L. induſtriam.

Digitized by Google

diligunt:hunc liberi veſtri,hunc ſerui, ancillæ-
que amant:hic cùm venit,extra ordinem voca-
tur:hic ſolus introducitur, cæteri ſæpe fruga-
liſſimi homines excludũtur.ex quo intelligi po
teſt,eos vobis eſſe cariſſimos,qui ita vixerũt, vt
9 ſine veſtro pręſidio ſalui eſſe nõ poſſint.|| Quid?
hoc cuiquam ferendum putas eſſe,nos ita viue-
re in pecunia tenui, vt prorſus nihil acquirere
velimus: vt dignitatẽ noſtrã, populique Rom.
beneficia non copiis,ſed virtute tueamur:iſtum
rebus omnibus vndique ereptis,impunè eludẽ-
tem circumfluere,atque abundare? [l] huius argẽ-
to domos veſtras,huius ſignis,& tabulis forum,
comitiũmque ornari?præſertim cùm vos veſtro
Marte his rebus omnibus abundetis? Verrem
eſſe,qui veſtras villas ſuis manubiis ornet?Ver-
rem eſſe, qui cũ L. Mũmio certet:vt plureis hic
ſociorũ vrbeis quàm ille hoſtiũ ſpoliaſſe videa
tur?plureis ſolus villas ornamentis fanorũ, quã
ille fana ſpoliis hoſtiũ ornaſſe? & is erit ob eã
10 rẽ vobis carior,vt ceteri libẽtiùs ſuo periculo
veſtris cupiditatibus ſeruiant?||*Verũ hæc [m] di-
centur alio loco,& dicta ſunt:nunc proficiſce-
mur ad reliqua,ſi pauca [n] antè erimus à vobis,
iudices, deprecati.Superiore omni oratione per
attẽtos veſtros animos habuimus,id fuit nobis
gratum admodum:ſed multò erit gratius, ſi re-
liqua voletis attendere: propterea quòd in
his omnibus,quæ antè dicta ſunt, erat quædam
ex ipſa varietate,ac nouitate rerum,[o] ac crimi-
num delectatio. nunc tractare cauſam inſtitui-
mus frumentariam:quæ magnitudine [p] iniuriæ
fere criminibus ceteris antecellit: iucundi-
tatis in agendo,& varietatis minus habebit.ve-
ſtra autem auctoritate & prudentia digniſſi-
mum eſt, iudices, [q] in audiendo diligen-
11 tiam non minus religioni tribuere, quàm vo-
luptati.|| In hac cauſa frumentaria cognoſ-
cenda hæc vobis proponite, iudices, vos de
rebus,

l v.c. huius argento dominia veſtra,huius ſign.

*CONSTITVTIO. cauſę.

m L.& dicentur.

n L. antè fuerimus à vobis.

o L. & criminum.

p v.c. iniuriæ, & re crim.

q L.in audiendi diligentia non m. & ita v.c.

rebus fortuniſque Siculorum omnium, de ciuium R. qui arant in Sicilia, bonis, de vectigalibus à maioribus traditis, de vita, victuq; populi Ro. cognituros. quæ ſi magna, atque adeò maxima vobis videntur: quā variè, & quàm copiosè dicantur, exſpectare nolite. Neminē veſtrûm præterit, iudices, omnem vtilitatem opportunitatémque prouinciæ Siciliæ, quæ ad cōmoda populi R. adiuncta ſit cōſiſtere in re frumentaria [r] maximè in ceteris reb. adiuuamur ex illa prouincia: hac verò alimur ac ſuſtinemur. 12
|| *Ea cauſa tripertita, iudices, erit in accuſatione. primū.n. de decumano, deinde de empto dicem[9] frumēto, poſtremò de æſtimato. *Inter Siciliā, ceteraſque prouincias, iudices, in agrorū vectigaliū[s] rationibus hoc intereſt, quod ceteris aut impoſitum vectigal eſt certum, quod ſtipendiarium dicitur, vt Hiſpanis, & pleriſq; Pœnorum quaſi victoriæ præmium, ac pœna belli: aut cenſoria locatio conſtituta eſt, vt Aſiæ, *lege Sempronia Sicilæ ciuitates ſic in amicitiam, fidémque recepimus, vt eodem iure eſſent, quo fuiſſent: eadem conditione populo R. parerent, qua ſuis antea paruiſſent. || perpaucæ Siciliæ ciuitates ſunt bello à maioribus noſtris ſubactæ: 13
quarum ager cùm eſſet publicus populi Ro. factus, tamen illis eſt redditus. is ager à cenſoribus locari ſolet. Fœderatæ ciuitates duæ ſunt, quarum decumæ venire non ſoleant, Mamertina & Tauromınitana: quinq; præterea ſine fœdere immunes ciuitates, ac liberæ, Centuripina, Haleſina, Segeſtana, Halicienſis, Panormitana: præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum, decumanus eſt: itémque ante imperium populi Romani ipſorum Siculorum voluntate, & inſtitutis fuit. || videte nunc maiorem ſapientiam. qui, 14
cùm Siciliam tam opportunum ſubſidium belli, atque pacis, ad rempublicam adiunxiſſent, tanta cura Siculos tueri, & retinere voluerunt, vt non

r L. maximè. nam ceteris reb.

* PARTITIO.

* NARRATIO de decumano frumento quod ex decumis præſtatur ab aratoribus publicorū locorum.

s L. ratione h.

* Lex Sempronia de agris Aſiaticis P. Ro. & cenſorib. diuidendis, & ſtipendiario vectigali iis non imponendo.

vt non modò eorum agris vectigal nouum nul-
lum imponerent, ſed ne legem quidem vendi-
tionis decumarũ,[t] neue vendundis aut tempus,
aut locum commutarent: vt certo tempore an-
ni, vt ibidem in Sicilia, denique vt lege Hiero-
nica venderẽt, voluerunt eos in ſuis rebus ipſos
intereſſe:[u] eorum animos, nõ modò lege noua,
ſed ne nomine quidem legis nouo commoueri.
15 ‖ Ita decumas lege* Hieronica ſemper venden-
das cenſuerunt, vt iis iucundior eſſet [x] muneris
illius functio, ſi eius regis, qui Siculis cariſſimus
fuit, non ſolùm inſtituta, commutato imperio,
verùm etiã nomen maneret. Hoc iure ante Ver-
rem prętorem Siculi ſemper vſi ſunt: hic primus
inſtituta omnium, conſuetudinem à maioribus
traditam, conditionem amicitiæ, ius ſocietatis,
16 conuellere & commutare auſus eſt. ‖ Qua in re
primùm illud reprehendo, & accuſo, cur in re
tam veteri, tam vſitata, quidquam noui feceris.
ingenio aliquid aſſecutus es? tot homines[y] ſa-
pientiſſimos, qui illam prouinciã ante te tenue-
runt, prudentia, conſilioq́; viciſti? Eſt tuum, eſt
ingenij,[z] prudentiæq́; tuæ. do hoc tibi & con-
cedo: ſcio, te Romę, cùm prętor eſſes, edicto tuo
[a] poſſeſſiones hereditatũ à liberis ad alienos, à
primis heredibus ad ſecundos, à legibus ad li-
bidinẽ tuam tranſtuliſſe, ſcio, te edicta ſuperio-
rum omnium correxiſſe, & poſſeſſiones heredi-
tatũ non ſecundum eos, qui proferrent, ſed ſe-
cundum eos, qui dicerent teſtamentum fa-
ctum, dediſſe: eaſque res nouas abs te prola-
tas, & inuentas magno tibi quæſtui fuiſſe ſcio:
eundemq́; te memini cenſorias quoq; leges in
ſartis tectis exigendis tollere & cõmutare: ne is
redimeret, quia res eſſet: ne pupillo tutores, pro
pinquiq́; cõſulerent, quo minus fortunis omni-
bus euerteretur: exiguam diem[b] præfiniri operi,
qua ceteros ab negotio excluderes,[c] ipſe in tuo
17 redemtore nullã certã diem obſeruares. ‖ Quam
obrem

t L. néue vendundi aut temp. & ita v. c.

v L. eorúmque anim.

* Decumæ lege Hieronica apud Siculos venditæ.

x λειτουργία.

y v. c. ſapiẽtiſſimos chariſſimoſque qui ill.

z v. c. diligentiæque tuæ.

a L. poſſeſſiones hereditatis ad alienos.

b L. præfinire op.

c al. cùm ipſe.

obrem nouã legem te in decumis ſtatuiſſe non miror, hominem in edictis prætoriis, in cẽſoriis legibus tam prudentem, tam exercitatum: non, inquam, miror, te aliquid excogitaſſe: ſed quod tua ſponte, iniuſſu populi, ſine ſenatus auctoritate iura prouinciæ Siciliæ mutaris, id reprehẽdo, id accuſo. 18
‖L. Octauio, & C. Cottæ Conſulibus ſenatus permiſit, vt vini, & olei decumas, & frugũ minutarũ, quas ante te quæſtores in Sicilia vẽdere conſueſſent, Romæ venderent, legemq; his rebus,[d] quæ ipſi videretur, dicerent. Cùm locatio fieret, publicani poſtularũt, quaſdã res vt ad legẽ adderent, neq; tamen à cenſoriis ceteris legibus recederẽt. Contra dixit is, qui caſu tum Romæ fuit, tuus hoſpes, Verres, hoſpes, inquã, & familiaris tuus, Sthenius hic Thermitanus. Conſules cauſam cognouerũt: cùm viros primarios, atq; ampliſſimos ciuitatis multos in conſiliũ aduocaſſent, de conſilij ſententia pronuntiarunt, ſe lege Hieronica vendituros. 19
‖Itáne verò? prudentiſſimi viri, ſumma auctoritate præditi quibus ſenatus legum dicendarũ in locadis vectigalibus omnẽ poteſtatẽ permiſerat, populuſq; Rom. idem iuſſerat, Siculo vno recuſante, cum amplificatione vectigaliũ, nomẽ Hieronicæ legis mutare noluerũt: tu homo minimi conſilij, nullius auctoritatis, iniuſſu populi, ac ſenatus, tota Sicilia recuſante, cum maximo detrimento, atq; adeò exitio vectigaliũ totã Hieronicã legem[e] ſuſtuliſti. 20
‖At quam legem corrigit, iudices, atque adeò totã tollit? acutiſſimè, ac diligentiſſimè ſcriptã:[f] quæ omnibus cuſtodiis ſubiectum * aratorem decumano tradit, vt neq; in ſegetibus, neq; in areis, neq; in horreis, neque in amouendo, neque[g] in aſportando frumento, grano vno poſſet arator ſine maxima pœna fraudare decumanum. Scripta lex ita diligenter eſt, vt eum ſcripſiſſe appareat, qui alia vectigalia non haberet: ita acutè, vt Siculum:

d al. quam ipſis videretur, edicerent.

e L. ſuſtuliſti?

f L. quę lex omn.

* Aratorũ & decumanorum ratio apud Rom.

g L. in exportando.

lum:ita ſeuerè, vt tyrãnum:qua lege Siculis tamen arare expediret.nã ita diligenter conſtituta ſunt iura[h] decumani,vt tamen ab inuito ara-
21 tore plus decuma non poſſit auferri. ||Cùm hæc eſſent ita cõſtituta, Verres tot annis, atq; adeò ſeculis inuẽtus eſt,qui hæc [i] nõ cõmutaret, ſed euerteret:eaq;,quæ iãdiu ad ſalutẽ ſociorũ,vtilitatemq; reip.compoſita, cõparataq; eſſent,ad ſuos improbiſſimos quęſtus[k] cõuerteret:qui primùm certos inſtituerit nomine decumanos, re vera miniſtros, ac ſatellites cupiditatũ ſuarum: per quos oſtendã ſic prouinciã per trienniũ vexatã,atque vaſtatã,iudices,vt eam multis annis,
22 [l] multorũ innocentia, ſapientiaq; recreare nequeamus.||Eorum omnium,qui decumani vocabantur,princeps erat Qu.ille Apronius, quẽ videtis : de cuius improbitate ſingulari grauiſſimarũ legationum querimonias audiſtis. Adſpicite iudices vultum hominis,& adſpectum:& ex ea contumacia,quam hîc in perditis rebus retinet , illos etiam ſpiritus Sicilienſes quos fuiſſe putetis,cogitate,ac recordamini. Hic eſt Apronius,quem in prouincia tota Verres, cùm vndique nequiſſimos homines cõquiſiſſet,&cùm ipſe ſecum ſui ſimileis duxiſſet,nõ parum multos: nequitia,luxuria, audacia, ſui ſimillimum iudicauit.Itaque iſtos inter ſe perbreui tẽpore, non res,nõ ratio,non commendatio aliqua, ſed ſtu-
23 diorum turpitudo,ſimilitudóq; cõiunxit. ||Verris mores improbos, impuróſque noſtis.fingite vobis,ſi poteſtis,aliquem,qui in omnibus[m] iſtis rebus par ad omnium flagitiorũ nefarias libidines eſſe poſſit: [n] is erat Apronius ille:qui,vt ipſe non ſolùm vita,ſed etiam corpore,atque ore ſignificat,immẽſa aliqua vorago eſt,aut gurges vitiorum, turpitudinumq; omnium.Hunc in omnibus ſtupris, hunc in fanorũ expilationibus, hunc in impuris conuiuiis principem adhibebat:tantamq; habebat morum ſimilitudo con-
iun

h L. decumano,vt t.

i al.non cõmutarit, ſed euerterit.

k L.conuerteret.

l L.multorum prætorum inn.

m L. iſti reb.

n L.is ille erit Apronius , qui, al. is erit Apron.

iunctionem, atq; concordiam, vt Apronius, qui, aliis inhumanus, ac barbarus, iſti vni cõmodus, ac diſertus videretur: vt, quem omnes odiſſent, neque videre vellent, ſine eo iſte eſſe non poſſet: vt, cùm alij, ne cõuiuiis quidem iiſdem, quibus Apronius, hic iiſdẽ etiam poculis vteretur: poſtremò, vt odor Apronij teterrimus, oris & corporis, quem (vt aiunt) ne beſtiæ quidem ferre poſſent, vni iſti ſuauis, & iucundus videretur. Ille erat in tribunali proximus: 3 in cubiculo [o] ſolus, in cõuiuio dominus: ac tũ maximè, cùm, accubante prætextato prætoris filio, in conui- 24
uio ſaltare* nudus cœperat. || Hũc, vti dicere inſtitui, principem Verres [p] ad euertendas fortunas aratorum, vexandas, diripiendáſq; eſſe voluit: huius audaciæ, nequitię, crudelitati, fideliſſimos ſocios, optimóſq; ciueis ſcitote hoc prętore traditos, iudices, atq; addictos fuiſſe, nouis inſtitutis & edictis, tota Hieronica lege (quem admodũ antea dixi) reiecta, & repudiata. || Pri- 25
mùm, edictũ, iudices audite præclarũ* quantum decumanus ediſiſſet 4 aratorẽ ſibi decumę* dare oportere, vt tantùm arator decumam dare cogeretur. Quomodo? quantum popoſcerit Apronius, dato. Quid eſt hoc? vtrùm prętoris inſtitutũ in ſocios, an in hoſteis victos inſani edictum, atq; imperiũ tyranni? [q] Ego tantundem, quãtum ille popoſcerit? poſcet omne, quãtum exarauero. Quid omne? immo plus etiam, inquit, ſi volet. Quid tum? Quid cenſes? Aut dabis, aut contra edictũ feciſſe damnabere. Per deos immortaleis, [r] quid eſt hoc? veriſimile enim non eſt.
|| Sic mihi perſuadeo, iudices, tametſi omnia in 26
iſtũ hominẽ conuenire [s] putetis, tamẽ hoc vobis falſum videri. ego enim, cùm hoc tota Sicilia diceret, tamen, affirmare non auderem, ſi hæc edicta non ex ipſius tabulis totidem verbis recitare poſſem: ſicuti faciam. da, quæſo, ſcribæ: recitet ex codice. Recita edictum de profeſſio

o al. ſocius

* Gręcorũ fuit mos nudos in conuiuio ſaltare, quòd Gabinio, in Piſonẽ, & Catilinę ſociis 2. Catil. vitio dat.

p L. ad fortunas aratorum vexandas, d.v.c.

* Primum Verris edictum in Aratores.

* al. decumarum nomine dari oportere.

q L. Ego tãtumdem, quant.

r L. quid, quid eſt hoc! veri enim ſimile non eſt. & ita v.c.

s L. putata.

feſſione. Edictvm de professione. Negat me recitare totum.[t] nam id nutu ſignificare videtur. Quid prætereo? an illud, vbi caues tamen Siculis, & miſeros reſpicis aratores? dicis enim, te in decumanum, ſi *plura[u] ſuſtulerit, quàm debitum ſit, in octuplum iudicium daturum eſſe. Nihil mihi placet prætermitti. Recita hoc quoq;, quod poſtulat, totum. Recita edictum de iudicio in octuplum. Edictvm de ivdicio in octvplvm. Iudicio vt arator decumanum perſequatur? miſerum, atque iniquum ex agro homines traduci in forum, ab aratro ad ſubſellia, ab vſu rerum ruſticarum ad inſolitam litem, atque iudicium.||

t L. nam id, ſignificare nutu videtur.
*al. plus.
v L. abſtulerit, q.

27 Cùm omnibus in aliis vectigalibus, Aſiæ, Macedoniæ, Hiſpaniæ, Galliæ, Africæ, Sardiniæ, ipſius Italiæ,[x] quæ vectigalia ſunt: cú in his, inquam, rebus omnibus publicanus petitor, ac pignerator: non ereptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe: tu de optimo, de iuſtiſſimo, de honeſtiſſimo genere hominũ, hoc eſt, de aratoribus, ea iura conſtituebas, quæ omnibus aliis eſſent contraria. Vtrùm eſt ęquius, decumanum petere, an aratorem repetere? iudicium, integra re, an perdita, fieri? eum, qui manu quæſierit, an eum, qui digito *licitꝰ ſit, poſſidere? Quid? qui in ſingulis[y] iugis arãt, qui ab opere ipſi non recedũt, quo in numero magnus ante prætorem numerus, magna multitudo Siculorũ fuit: quid faciẽt? cùm dederint Apronio, quod popoſcerit, relinquent arationes? relinquent Larem familiarem ſuum? venient Syracuſas, vt, te prætore, videlicet, æquo iure, Apronium, delicias, ac vitam tuã, iudicio recuperatorio perſequantur?||

x L. quæ vectigalis ſit, cum &c. al. quæ vectigalia ſint, c.
*vide ſuprà t. Verrina.
y L. iugeris ar.

28 Verùm eſto. *reperietur aliquis fortis, & experiens arator, qui, cũ tantũ dederit decumano, quãtum ille deberi dixerit, iudicio repetat, & pœnam octupli perſequatur. Exſpecto vim edicti, ſeueritatem prætoris: faueo aratori, cupio octupli damnari Apronium. Quid tandem poſtulat arator?

*De perſona recuperatorum.

a I. iubet recuperatores reiicere. Decurias ſcribamus.

* al. decurias exſcribamus.

arator? nihil, niſi ex edicto iudicium in octuplũ. Quid Apronius? non recuſat. quid prætor? [a] iubet recuperatorum reiicere [*] decurias. Scribamus. Quas decurias? de cohorte mea, reiicies, inquit. Quid? iſta cohors quorum hominum eſt? Voluſij haruſpicis, & Cornelij medici, & horum canum quos tribunal meũ vides lambere. Nam de conuentu nullum vnquam iudicem, nec recuperatorem dedit. iniquos [b] decumanis omneis dicebat eſſe, qui vnam agri glebam poſſiderent. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalaſſent. O præclarum, & commemorandum iudicium: ô ſeuerum edictum: ô tutũ perfugium aratorum.

b al. decumanis eſſe aiebat omneis, qui vllam agri.

* De colluſione comitum Verris cum decumanis.

|| Atque, * vt intelligatis 29
cuiuſmodi iſta iudicia in octuplum, cuiuſmodi iſtius de cohorte recuperatores exiſtimati ſint: ſic attendite. Ecquem putatis decumanum, hac licentia permiſſa, vt tantum ab aratore, quãtum popoſciſſet, auferret, plus, quã deberetur, popoſciſſe? conſiderate cum veſtris animis voſmetipſi, ecquem putetis, præſertim cùm id non ſolũ ſine auaritia, ſed etiam ſine impudentia accipere potuerit. multos neceſſe eſt. At ego omneis dico [c] plus, ac multo plus quàm decumas, abſtuliſſe. cedò mihi vnum ex triennio præturæ tuæ, qui octupli damnatus ſit. damnatus? immò verò in quẽ iudicium ex edicto tuo poſtulatũ ſit. Nemo erat videlicet aratorum, qui iniuriã ſibi factã queri poſſet: nemo decumanorum, qui grano amplius ſibi, quàm deberetur, deberi profeſſus eſſet. immò verò contrà rapiebat, & aſportabat, quantum à quoque volebat, Apronius: omnibus autem locis aratores ſpoliati, ac vexati querebantur: neque tamẽ vllum iudicium reperietur.

c I. plus, quam dec.

d I. Quid eſt hoc? tot

* I. ab vno homine.

|| Quid eſt hoc? [d] viri fortes, honeſti, gratioſi, tot 30
Siculi, tot equites R. * ab homine nequiſſimo, ac turpiſſimo læſi, pœnam octupli ſine vlla dubitatione commiſſam, nõ perſequebantur? quæ cauſa?

Digitized by Google

ſa? quæ ratio eſt? vna illa, iudices, quam videtis: quòd vltrò etiam [c] illuſos ſe, & irriſos ab iudicio diſceſſuros videbant. Etenim quod eſſet iudicium, cùm è Verris turpiſſimo, flagitioſiſſimóque comitatu tres recuperatorum nomine aſſediſſent, aſſeclæ iſtius, non à patre ei traditi, ſed

31 à meretricula commendati? ‖ Ageret videlicet cauſam orator: nihil ſibi frumenti ab Apronio relictum, bona ſua etiam direpta: ſe pulſatum, verberatúmq; diceret, conferrent viri boni capita: [6] [f] de commiſſatione loquerentur inter ſe, ac de mulierculis, ſiquas à prætore abeūteis poſſēt deprehēdere. res agi videretur. ſurrexiſſet Apronius noua dignitas publicani, non vt decumanus, ſqualoris plenus, ac pulueris: ſed vnguētis oblitus: vino, vigiliiſq; lãguidus. omnia primo motu, ac ſpiritu ſuo, vini, vnguenti, corporis odore compleſſet. dixiſſet hæc, quæ vulgò dicere ſolebat, non ſe decumas emiſſe, ſed bona, fortunáſq; aratorū: non ſe decumanum eſſe Apronium, ſed Verrem alterum: dominum illorū ac tyrãnum. Quæ cùm dixiſſet, illi viri optimi de cohorte iſtius recuperatores, nō de abſoluēdo Apronio deliberarent, ſed quærerent, [g] quomodo

32 [7] petitorē ipſū [h] Apronio condemnarent. ‖ Hanc tu licentiã diripiēdorū aratorū cùm decumanis, hoc eſt, Apronio permiſiſſes, vt, quantū vellet, poſceret: quantū popoſciſſet, auferret, hoc tibi defēſionis ad iudiciū tuū comparabas, habuiſſe te edictū, recuperatores daturū in octuplum? Si mehercule ex omni copia conuētus Syracuſani, [i] ſplendidiſſimorū, honeſtiſſimorúmq; hominū faceres poteſtatē oratori, non modò reiiciendi, ſed etiam ſumendi recuperatores: tamen hoc nouum genus iniuriæ ferre nemo poſſet, te, cùm tuos omneis fructus publicano tradidiſſes, & rem de manibus amiſiſſes, tum bona tua

33 repetere, ac perſequi lite, atque iudicio. ‖ Cùm vero verbo, iudicium ſit in edicto: re quidem

T 2 vera,

e lib. vul. illuſos ſe & irritos ab iud. mendosè.

f lib. vul. de commeſſatione. vide Feſtum in commiſſat.

g L. ecquomodo petitore ipſum Apronio condemnare poſſent. Hanc.

h al. Apronio condonarent.

i al. ſplendidiſſimorū hom. honeſtiſſ. que.

vera, tuorum comitum, hominum nequiſſimorũ colluſio cum decumanis, ſociis tuis, atque adeò procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere, præſertim cùm id nõ modò oratione mea, ſed etiam re ipſa refellatur? [k] Cùm in tantis incommodis aratorum iniuriiſq; decumanorum, nullum ex iſto præclaro edicto non modò factum, ſed ne poſtulatum quidem iudicũ inueniatur.|| [l] erit tamen *in aratores lenior, quã 34 videtur. Nam, qui in decumanos octupli iudiciũ ſe daturum edixit, idem habuit in edicto, ſe in aratorem in quadruplum daturum. Quis hunc audet dicere, aratoribus infeſtum, aut * inimicũ fuiſſe? quanto lenior eſt, quàm in publicanum? Edixit, vt, quòd decumanos edidiſſet, ſibi dari oportere, id ab oratore magiſtratus Siculus exigeret. [m] Quid dereliquit iudicij, quod in aratorem dari poſſet? Non malum eſt, inquit, eſſe iſtã formidinem: vt, cùm exactum ſit ab aratore, tamen ne ſe commoueat, reliquus metus iudicij ſit. Si iudicio à me vis exigere, remoue Siculum magiſtratum. ſi hanc vim adhibes, quid opus eſt iudicio? Quis porrò erit, qui non malit decumanis tuis dare, [n] quod poſcerent, quàm ab aſſeclis tuis [o] quadrupli condemnari?|| Illa verò *præclara eſt clauſula edicti, quòd omnium controuer- 35 ſiarum, quæ eſſent inter aratorem, & decumanũ, [p] ſi vter velit, edicit, ſe recuperatores daturum. Primùm, quæ poteſt eſſe controuerſia, cùm is, qui petere debet, aufert? & cùm is non, quantum debetur, ſed quantum commodum eſt, [q] aufert? ille autem, vnde ablatum eſt, iudicium ſuum recuperare nullo modo poteſt? deinde in hoc [r] homo lynceus, etiam callidus, ac veterator eſſe vult, quòd ita ſcribit, Si vter [s] volet, recuperatores dabo. Quàm lepidè ſe furari putat? Vtrique facit poteſtatem, ſed vtrùm ita ſcripſerit, Si vter volet, an, ſi decumanus volet, nihil intereſt. arator enim [q] tuos iſtos recupe

k al. Quòd in tantis incommodis ar iniur. q. dec. n. ex iſto pr. ed. n. m. t. ſ. ne poſt al. q. iud. inuenitur. & ita v. c.
l for. quanto in aratorem len.
* De pœna quadrupli in aratores conſtituta.
* al. iniquum.
m L. Quid eſt reliqui iudicij. & ita v. c.
n L. quod popoſcerit, quàm.
o al. quadruplo cond. & ita v. c.
* De cauſa edicti, à Verre in aratores compoſiti.
p L. ſi vter volet, ed. v. c. ſi vter velit, ed.
q lib. vul. auferat?
r L. homo luteus. for. homo blitteus.
s for. velit.

36 cuperatores [t] numquid volet.|| Quid? * illa cuiuſmodi ſunt, quæ ex tempore ab Apronio admonitus,edixit? Quint. Septitio, honeſtiſſimo homine, equitéque Romano reſiſtente Apronio,& affirmante,ſe plus decuma non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum, ne quis frumentum de area tolleret, antè quàm cum decumano pactus eſſet. Ferebat hanc quoque iniquitatem Septitius, & imbri frumentum corrumpi in area patiebatur:cùm illud edictum repentè vberrimum, & quæſtuoſiſſimum naſcitur, vt ante Kalendas Sext. omnes decumas ad aquã
37 deportatas haberent. || Hoc edicto, non Siculi (nam eos quidem iam ſuperioribus edictis ſatis perdiderat,atque afflixerat) [u] ſed iſti ipſi equites Rom. qui ſuum ius retinere ſe contra Apronium poſſe erant arbitrati, ſplendidi homines, & aliis prætoribus gratioſi, vincti Apronio traditi ſunt. Attendite enim, cuiuſmodi [x] edicta ſint. NE TOLLAT, inquit, EX AREA, NISI ERIT PACTVS. Satis hæc magna vis eſt ad iniquè paciſcendum. Malo enim plus dare, quàm non maturè ex area tollere. At iſta vi Septitium, & nonnullos Septitij ſimileis non coërcet: qui ita dicunt: 10 [y] Non tollam potiùs,quàm paciſcar. His hoc [z] apponitur. Deportatum habeas ante Kalend. Sext. Deportabo igitur. Niſi pactus eris, non commouebis. Sic deportandi dies præſtituta tollere cogebat ex area. [a] cohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibe-
38 bat pactioni, non voluntatem. || Iam verò illud non ſolùm contra legem Hieronicam, nec ſolùm contra conſuetudinem ſuperiorum, ſed etiam contra omnia iura Siculorum, quæ habent à ſenatu, populóque Romano, [b] ne extra ſuum forum vadimonium promittere cogantur. * Statuit iſte, vt arator decumano, quo vellet decumanus,vadimonium promitteret. vt hic quoque Apronio,[c] cùm à Leontino vſq; ad

t L.nũquid volet.
* Secũdum edictum Verris in aratores.
v al.ſed illi ipſi.
x al. edicta ſunt.
y al.ne tollam.
z L. opponitur.
a L.prohibitio.
b L.nequis extra ſenſ. v.pr.cogatur.
* Tertium Verris edictum in Aratores.
c L. cùm à Leontinis vſq; Lil. aliq.vadaretur,ex miſ. aratoribus calumniandi quæſt. acc,

Lilybæum aliquem vadaretur, ex miſeris arato-
ribus [d] calumniandi quæſtus accederet. Quam-
quam illa fuit ad calumniam ſingulari conſilio
reperta ratio, quòd edixerat, vt aratores iugera
ſationum ſuarum profiterentur. Quæ res cùm ad
pactiones iniquiſſimas magnam vim habuit, ſi-
cut [e] oſtendemus, [f] nec ad vllam vtilitatē reip.
pertinuit: tum verò ad calumnias, in quas om-
nes inciderent, quos vellet Apronius. || Vt enim 39
quiſque contra voluntatem eius dixerat, ita in
eum iudicium de profeſſione iugerū poſtulaba-
tur. cuius iudicij metu magnus à multis frumēti
numerus ablatus, magnæq; pecuniæ coactæ ſunt:
[g] non quo iugerū numerum verè profiteri eſſet
difficile, aut amplius etiam profiteri (quid e-
nim in eo periculi eſſe poſſet?) [11] ſed cauſa erat
[h] iudicij poſtulandi, quòd ex edicto profeſſus
non eſſet. Iudicium autem quod fuerit, iſto præ-
tore, ſi quæ cohors, & qui comitatus fuerit,
meminiſtis, ſcire debetis. Quid igitur eſt, quod
ex hac iniquitate nouorum edictorum intelligi
velim, iudices? Iniuriámne factam ſociis? at vi-
detis. Auctoritatem ſuperiorum repudiatam? nō
audebit negare. Tantum Apronium iſto præto-
re potuiſſe cōfiteatur, neceſſe eſt. || Sed vos *for- 40
taſſe, quod vos lex commonet, id in hoc loco
quæretis, num quas ex hiſce rebus pecunias ce-
perit. Docebo, cepiſſe maximas, omneiſque
eas iniquitates, de quibus antea dixi, [12] ſui
quæſtus cauſa [i] irrupiſſe conuincam, ſi prius il-
lud propugnaculum, quo contra omneis meos
impetus vſurum ſe putat, ex defenſione eius de-
iecero. Magno, inquit, decumas vendidi. Quid
ais, an tu decumas, homo audaciſſime, atque a-
mentiſſime, vendidiſti? tu parteis eas, quas te S.
P. Q. R. voluit, an fructus integros, atque adeò
bona, fortunáſque aratorum omneis vendidiſti?
Si palàm præco iuſſu tuo prædicaſſet, non de-
cumas frumenti, ſed dimidias venire parteis, &
ita

d v.c. kalū-niandi q.
e L. oſtendam.
f al. neque ad vll.
g al. non quòd.
h L. iudicij pertimeſcendi
* De pecunia frumentario nomine erepta.
i L. reperiſſe vincam. al. conſtituiſſe vincam. & ita q.v.c. al. inſtituiſſe vincam.

ita emtores acceſſiſſent, vt ad dimidias parteis
emendas: ſi pluris vendidiſſes tu dimidias, quàm
ceteri decumanas. cuinam mirum videretur?
Quid verò, ſi præco decumas pronuntiauit: re
vera, hoc eſt, lege, edicto, conditione plus etiã,
quàm dimidiæ venierunt? tamen hoc tibi præ-
clarum putabis, te pluris, quod non licebat,
41 quã ceteros quod oportebat, vẽdidiſſe? ‖ [k] Plu-
ris vendi decumas, quàm ceteri. Quibus rebus
id aſſecutus es? innocentia? Adſpice ædem Ca-
ſtoris: deinde, ſi audes, fac mentionem innocen-
tiæ. Diligentiæque codicis lituras tui contem-
plare in Sthenij Thermitani nomine: deinde au-
de te dicere diligentem ingenio? qui teſteis in-
terrogari priore actione nolueris, & iis tacitum
os tuum præbere malueris, [l] quamuis & te, &
patronos tuos, ingenioſos eſſe dicito. Qua re i-
gitur id, quod ais, aſſecutus es? magna eſt enim
laus, ſi ſuperiores conſilio viciſti, poſterioribus
exemplum, atque auctoritatem reliquiſti. Tibi
fortaſſe idoneus fuit nemo, quem imitarere. At
te videlicet, inuentorem rerum optimarum, ac
42 principem, imitabũtur omnes. ‖ Quis aratorum,
te prætore [m] decumã dedit? quis duas? quis nõ
maximo ſe affectum beneficio putauit, cùm tri-
bus decumis pro vno defungeretur, præter pau-
cos, qui propter ſocietatem furtorum tuorum
nihil omnino dederunt? Vide, inter importuni-
tatem tuam, ſenatúſque bonitatem, quid inter-
ſit. Senatus, cùm temporibus reip. cogitur, vt de-
cernat, vt alteræ decumæ exigantur: ita decer-
nit, vt pecunia pro his decumis ſoluatur arato-
ribus: [n] vt, quod plus ſumitur, quã debetur, id e-
mi, nõ auferri putetur. Tu, cùm tot decumas non
S.C. ſed nouis edictis tuis, nefariiſq; inſtitutis
exigeres, & eriperes: magnum te feciſſe [o] arbi-
trabere, ſi pluris vendideris, quã L. Hortenſius,
pater iſtius Q. Hortenſij, quàm Cn. Põpeius, quã
M. Marcellus: qui ab æquitate, ab lege, ab inſti-

k al. Pluris vendidiſti decumas, q. al. Pluris decumas vendidiſti, q.

l L. quantumuis & te.

m for. vnã decum ad.

n L. vt, quo plus ſumitur, q.

o L. arbitrare, ſi pl.

tutis non receſſerunt? ‖ An tibi vnius anni, aut 43
biennij ratio habenda fuit: ſalus prouinciæ, cō-
moda rei frumentariæ, ratio reip. [p] in poſterū
fuit [q] negligenda, cùm ita rem conſtitutā acce-
piſſes, vt & populo R. ſatis frumenti ex Sicilia
ſuppeditaretur; & aratoribus tamen arare, atque
agros colere expediret? Quid effeciſti? quid aſ-
ſecutus es? Vt populo R. prætore te, neſcio quid
ad decumas accederet, deſerendas arationes,
relinquendáſque curaſti. Succeſſit tibi L. Metel-
lus. Tu innocētior, quàm Metellus: tu laudis, &
honoris cupidior? tibi enim conſulatus quære-
batur, Metello paternus honor, & auitus negli-
gebatur, multò minoris vendidit, nō modò, quā
tu, ſed etiā, quàm qui ante te vendiderunt. Quæ-
ro, ſi ipſe excogitare non poterat, quemadmodū
quàm plurimo venderet: ne tua quidē recentia
proximi prætoris veſtigia perſequi poterat, vt
tuis præclaris, abs te principe inuentis, & exco-
gitatis edictis, atq; inſtitutis vteretur? ‖ Ille ve- 44
rò tum ſe Metellum minimè fore putaſſet, ſi te
vlla in re imitatus eſſet: qui ab vrbe Roma, quod
nemo vnquam poſt hominum memoriam fecit,
cùm ſibi in prouinciam proficiſcendū putaret,
literas ad Siciliæ ciuitates miſit, per quas horta-
tur, & rogat, vt arent, vt ſerant. In beneficio po-
puli R. hoc petit aliquanto ante ſuum aduentū,
& ſimul oſtendit, ſe lege Hieronica venditurū,
hoc eſt, in omni ratione decumarū nihil iſti ſi-
mile facturum. Atq; hæc, non cupiditate aliqua
ſcribit [r] adductus, vt in alienā prouinciā mittat
literas ante tempus: ſed conſilio, ne, ſi tempus
ſationis præteriiſſet, granum [s] in prouincia Sici-
lia nullum haberemus. ‖ Cognoſcite Metelli li- 45
teras. Recita epiſtolam L. Metelli. LITERAE L.
METELLI. Hæ literæ, iudices, L. Metelli, quas
audiſtis, hoc [t] quantum eſt ex Sicilia frumenti
* hornotini exarauerunt. glæbam commoſſet in
agro decumano Siciliæ nemo, ſi Metellus hanc
epi

p v.c. in poſteritatem.
q L. negligēda? Cum ita r.c. acc. vt & p. R. ſ. fr. ex S. ſupp. & ar. tamen ar. atque agr. col. expediret: quid effeciſti?

r L. inductus. & ita v.c.
s L. ex prouinc.
t for. quantum quantum eſt, ex S.
* vide Nonium c. 2. in Hornū. 405.

epiſtolam non miſiſſet. Quid? Metello diuinitus hoc venit in mentem: an ab Siculis qui Romam frequentiſſimi conuenerant, negotiatoribúſque Siciliç doctus eſt? quorum, quanti conuentus ad Marcellos, antiquiſſimos Siciliæ patronos, quãti ad Cn. Pompeiũ, Cos. deſignatũ, ceteróſq; illius prouinciæ neceſſarios, fieri ſoliti ſint, quis ignorat? Quod quidem iudicium nullo vnquam de homine factum eſt, vt abſens accuſaretur ab iis palàm, quorum in bona, liberóſque ſummũ imperium, poteſtatémque haberet. [14] Tanta vis [*] erat iniuriarum, vt homines quiduis per- * al. erat peti, quàm non [u] de iſtius improbitate, & in- iſtius iniu-

46 iuriis deplorare, & conqueri mallent. || Quas riarum. literas cùm ad omneis ciuitates propè ſuppli- v L. de citer miſiſſet Metellus. tamen antiquum modũ iſtius praui ſationis, nulla ex parte [x] exſequi potuit. diffu- tate & in- gerant enim permulti, id quod oſtendam: [y] non iur. ſolùm arationes, ſed etiam ſedes ſuas patrias, x L. aſſequi iſtius iniuriis exagitati, reliquerãt. Non meher- p. cule criminis augendi cauſa dicam, iudices: ſed, y L. nec ſo- quem accepi ipſe oculis, animóque ſenſum, hũc lum. verè apud vos, &, vt potero, planiſſimè exponã.

47 || Nam, cùm quadriennio pòſt in Siciliã veniſsẽ: ſic mihi affecta viſa eſt, vt [z] eæ terræ ſolent, in- z L. hæ quibus bellum acerbum, diuturnúmq; verſatum terr. eſt. quos ego campos antea, colleiſq; nitidiſſimos, viridiſſimóſque vidiſſem, hos ita vaſtatos nunc ac deſertos videbam, vt ager ipſe cultorem deſiderare, ac lugere dominum videretur. Herbitenſis ager, Ennenſis, Murgentinus, Aſſorinus, Macharenſis. Agyrinenſis, ita relictus erat ex maxima parte, vt non ſolùm iugerum, ſed etiam dominorum multitudinem quæreremus. AEtnenſis verò ager, qui ſolebat eſſe cultiſſimus, &, quod caput eſt rei frumentariæ, campus Leontinus, cuius antea [a] ſpecies hæc erat, a L. ſpe h. vt, cùm obſitum vidiſſes, annonæ caritatem non vererere: ſic erat deformis, atq; horridus, vt

Digitized by Google

b L. requiſiſſeremus.

in vberrima Siciliæ parte Siciliam [b] quærere-mus. labefactarat enim vehementer aratores iã ſuperior annus: proximus verò fũditus euerterat. ||Tu mihi etiam audes mentionem facere decu- 48
marum?[15] [c] Tu in tanta acerbitate, in tot & tantis iniuriis, cùm in arationibus, & in earum rerum iure prouincia Sicilia conſiſtat? euerſis funditùs aratoribus, relictis agris, cùm in prouincia tam locuplete, ac referta, non modò rem, ſed ne ſpem quidem vllam reliquam cuiquam feceris, aliquid te populare [d] putabis habere, cũ dices, te pluris, quàm ceteros, decumas vẽdidiſſe? Quaſi verò aut populus R. hoc voluerit, aut ſenatus hoc tibi mandauerit, vt, cùm omneis aratorum fortunas decumarũ nomine eriperes, in poſterũ fructu illo, commodóq; rei frumentariæ populum R. priuares: deinde ſi quam partem tuæ prædæ ad ſummam decumarũ addidiſſes, [f] bene de populo Ro. meritus viderere. [g] Atque perinde loquor, quaſi in eo ſit iniquitas eius reprehendenda, quòd propter gloriæ cupiditatem, vt aliquos [h] ſumma decumarum vinceret, acerbiorem legem, duriora edicta interpoſuerit, omniũ ſuperiorum auctoritatẽ repudiarit.|| Magno tu de- 49
cumas vendidiſti. Quid, ſi doceo, te non minus domum tuam auertiſſe, quàm Romam miſiſſe, decumarum nomine? quid habet populare ratio tua, cùm ex prouincia populi Romani ęquã partem tu tibi ſumſeris, atque populo Romano miſeris? quid, ſi duabus partibus doceo te amplius frumenti abſtuliſſe, quàm populo R. miſiſſe? taménne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, [16] [i] & populo ſe ad coronam daturum? Hęc vos antea, iudices, audiſtis: verũ fortaſſe ita audiſtis, vt auctorem rumorem haberetis, ſermonémque omnium. cognoſcite nunc, innumerabilem pecuniam, frumentario nomine ereptam: vt ſimul illam quoque eius vocem [k] improbam agnoſcatis: qui ſe vno

c L. Tu in tanta improbitate, in tanta acerb.

d al. putas habere cũ dicis, te pl.

e al. remp. pr.

f L. bene de rep. bene de populo R.

g L. Atque hæc proinde loq.

h L. ſumma frumenti decumani vinceret

i L. & populo ſe, ac corona daturum?

k al. probroſam.

vno quæſtu decumarum omnia ſua pericula redempturum eſſe dicebat.|| [l] Audiuimus hoc iãdiu, iudices: nego quemquam eſſe veſtrûm, quin ſæpe audierit, ſocios iſtius fuiſſe decumanos. nihil aliud arbitror in iſtum falsò eſſe dictũ ab iis, qui malè de iſto exiſtimarint, niſi hoc. nam ſocij putandi ſunt, quos inter res communicata eſt. Ego rem totam, fortunáſque aratorum omneis, iſtius fuiſſe dico: Apronium, Veneriόſque ſeruos, quod iſto prętore fuit nouum genus publicanorum, ceteróſque decumanos, procuratores iſtius quæſtus, [m] & adminiſtros rapinarum [n] dico fuiſſe.||

51 Quomodo hoc doces? quo modo ex locatione illa columnarum docui iſtum eſſe prædatum? opinor, ex eo maximè, quòd iniquam legem, nouámque dixiſſet. Quis enim vnquam conatus eſt iura omnia, & conſuetudinem omnium commutare cum vituperatione, ſine quæſtu? Pergam, atq; inſequar longius. iniqua lege vendebas, quo pluris venderes. cur, iam addictis & venditis decumis, cùm iam ad ſummam decumarum nihil, ad tuum quæſtum multum poſſet accedere, ſubitò, atque ex tempore noua naſcebantur edicta? nam vt vadimonium decumano, quocumque is vellet, promitteretur: vt ex area, niſi pactus eſſet, arator ne tolleret: [o] vt antè Kal. Sexti. decumas deportatas haberet: [p] hęc omnia, venditis decumis, anno tertio te edixiſſe dico: quę ſi reip. cauſa faceres, in vendũdo eſſent pronuntiata: quia tua cauſa faciebas, quod erat imprudentia prætermiſſum, id quæſtu ac tempore admonitus 17 [q] reprehẽdiſti.||

52 Illud verò cui probari poteſt? te ſine tuo quæſtu, [r] ac maximo quęſtu, tantã tuam infamiam, tantũ capitis tui, [s] fortunarúmq; tuarum periculum neglexiſſe, vt, cũ totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniáſque audires: cùm, vt ipſe dixiſti, reum te fore putares: cùm huiuſce iudicij diſcrimen ab opinione tua non abhorreret: paterere tamen arato

l L. Audimus hoc.

m L. & miniſtros.

n L. fuiſſe dico.

o lib. vulg. Kalendis Sextilibus: decumas dep. h.

p L. hæc omnia, venditis iam decumis.

q al. deprehendiſti, al. præſentaſti.

r L. ac maximo quidẽ quæſtu.

s lib. vulg. fortunarúmque periculum a.

Digitized by Google

aratores indignissimis iniuriis vexari, ac diripi? profectò, quamquam es ſingulari crudelitate, & audacia: tamē totam [t] abs te alienari prouinciā, [u] tot homines honeſtiſſimos, tibi inimiciſſimos fieri nolles, niſi hanc rationem, & cogitationē ſalutis tuæ, pecuniæ cupiditas, ac præſens illa præda ſuperaret.|| Etenim, quoniam ſummam, & 53
numerū iniuriarum, [x] vobis, iudices, non poſſum [y] expromere: ſingulatim autem de vniuſcuiuſq; incommodo dicere infinitum eſt: genera ipſa iniuriarum quæſo cognoſcite. *Nympho eſt Cēturipinus, homo* nauus, & induſtrius, experientiſſimus, ac diligētiſſimus arator. is cùm arationes magnas conductas haberet (quod homines etiam locupletes, ſicut ille eſt, in Sicilia facere conſueuerunt) eáſque magna impenſa, magno inſtrumento tueretur: tanta ab iſto iniquitate oppreſſus eſt, vt non modò arationes relinqueret, ſed etiā ex Sicilia profugeret, Romamq́; [z] cū multis vna ab iſto eiectis, veniret. fecit vt decumanus [a] Nymphonem vocaret ex edicto illo præclaro, quod nullam ad aliam rem, niſi ad huiuſmodi quæſtus pertinebat, numerum iugerum [b] profeſſum non eſſe.|| Nympho cùm ſe vellet ę- 54
quo iudicio defendere, iſte viros optimos recuperatores dat, eundem illum medicum Cornelium (is eſt Artemidorus [c] Pergamenus, qui in ſua patria dux iſti quondam, & magiſter ad deſpoliandum Dianæ templum fuit) & haruſpicem [d] Voluſianum, & Valerium præconem. Nympho, antequam planè conſtitit, condemnatur. Quanti, fortaſſe quæritis. Nulla ērat edicti pœna certa. frumenti eius omnis, quod in areis eſſet. Sic Apronius decumanus non decumam debitam, non frumentum remotum, atque celatum, ſed tritici ſeptem millia medimnûm ex Nymphonis arationibus, edicti pœna, non redemtionis aliquo

t L. abs te totam alien.
v L. tot honeſtiſſimos ac locupletiſſimos ti[bi].
x L. iudices vobis.
y L. exponere: ſingillarim autem.
* Singulatim enumerat à quib. Verres ſrumentario eoque decumano nomine pecuniam iniuſtè acceperit.
* Nauus à nauium celeritate deriuat Feſtus.
z Lamb. vna cum multis ab.
a L. Nymphone negare: ex ed. illo pr.
b L. profeſſum eſſe.
c L. Pergæus. al. Pergamus, à Perga Pāphyliæ oppido, vbi ſpoliatū ac nudatum templum Dianæ. d L. Voluſium.

55 aliquo iure tollit. || Xenonis Meneni, nobiliſſimi hominis, vxoris fundus erat colono locatus. colonus, quòd decumanorum iniurias ferre non poterat, ex agro profugerat. Verres in Xenonem iudicium dabat illud ſuum damnatorium de iugerûm profeſſione. [e] Xenon ad ſe pertinere negabat: fundum eum elocatum eſſe dicebat. dabat iſte iudicium, [f] ſi pateret, iugera eiuſmodi fundi eſſe plura, quàm colonus profeſſus eſſet, tum Xeno damnaretur. Dicebat ille, non modo non araſſe ſe, [g] id quod ſatis erat, ſed nec dominum eius eſſe fundi, nec locatorem: vxorem eſſe: eam ipſam ſuum negotium gerere: ipſam locauiſſe. Defendebat Xenonem homo ſummo ſplendore, & ſumma auctoritate præditus, M. Coſſetius. Iſte nihilominus iudicium HS. LXXX. millium dabat. Ille tametſi recuperatores de cohorte latronum ſibi parari videbat: tamen iudicium accepturum ſe eſſe dicebat. Tum iſte magna voce Veneris imperat * vt Xenon audiret: [18] [h] dum res iudicaretur, hominẽ vt aſſeruarent: cũ iudicatum ſit, ad ſe adducant. & illud ſimul dixit, ſe non putare, illum, ſi propter diuitias, pœnas damnationis contemneret, etiam virgas contemnere. Hac ille vi, & hoc metu adductus, tantum decumanis, quantum iſte imperauit, exſoluit.

56 || Polemarchus eſt Murgentinus, vir bonus atque honeſtus. is, cum pro [i] iugeribus quinquaginta, medimna IↃCC. decumæ imperarentur, quòd recuſabat, domum ad iſtum in ius [k] deductus eſt, &, cùm iſte etiam cubaret, in cubiculum introductus eſt: quod, niſi mulieri, & decumano, patebat alij nemini. Ibi, cùm pugnis & calcibus [l] conciſus eſſet: qui DCC. medimnis decidere noluiſſet, mille promiſit. Eubulides eſt Groſphus, Centuripinus, homo cùm virtute & nobilitate domi ſuæ, tum etiam pecunia princeps. huic homini, iudices, honeſtiſſimæ ciuitatis honeſtiſſimo, non modò fru

e L. Xeno.

f L. ſi pareret, iugera eius fundi, &c. al. ſi pâret.

g al. id quod ſat erat.

* L. vt Xenonem audirent.

h L. dum res iudicetur, hominem vt aſſeruent: cũ iudicata ſit, ad ſe vt add.

i L. iugeris.

k L. eductus eſt.

l v. c. conſciſſus eſſet. & ita L.

Digitized by Google

frumenti ſcitote, ſed etiam vitę, & ſanguinis tãtum relictum eſſe, quantũ Apronij libido tulit. nam vi, malo plagis adductus eſt, vt frumẽti daret, non quantum [m] haberet, ſed quantum cogeretur.‖ Soſtratus, & Numenius, & Nymphodorus 57
eiuſdem ciuitatis, cùm ex agris tres fratres * cõſortes profugiſſent, quòd iis plus frumenti imperabatur, quàm quantum exararant: hominib9 coactis, in eorum arationes Apronius venit: omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. poſtea cùm ad eum Nymphodorus veniſſet AEtnam: & oraret, vt ſibi ſua reſtituerentur: hominem corripi, ac ſuſpendi iuſſit [n] in oleaſtro quædam: quæ eſt arbor, iudices, [o] AEtnæ in foro. tamdiu pependit in arbore ſocius, amicúſque populi Romani in ſociorum vrbe ac foro, colonus, aratórque veſter, quamdiu voluntas Apronij tulit.‖ Genera iamdudum in- 58
numerabilium iniuriarum, iudices, ſingulis nominibus profero: infinitam multitudinem iniuriarum prætermitto. vos ante oculos, animóſque veſtros, tota Sicilia decumanorum hos impetus, aratorum direptiones, huius importunitatem, Apronij regnum proponite. Contemſit Siculos: non duxit homines: nec ipſos ad perſequendum vehementeis fore, & vos eorum iniurias leuiter laturos exiſtimauit.‖ Eſto: falſam de 59
illis habuit opinionem, malam de vobis verũtamen cùm de Siculis malè mereretur. ciueis R. coluit, his indulſit, eorum voluntati, & gratiæ deditus fuit. Iſte ciueis Romanos? [p] At nullus inimicior, aut infeſtior fuit. Mitto vincla, mitto carcerem, mitto verbera, mitto ſecureis: * crucem denique illam prætermitto, quam iſte ciuibus Romanis teſtem humanitatis in eos, [q] ac beneuolentiæ ſuæ voluit eſſe: mitto, inquam, hæc omnia, atque in aliud dicendi tempus reiicio: de decumis, de ciuium R. conditione in arationibus diſputo; qui quemadmodũ eſſent accepti,

m L. deberet, ſed q.

* Conſortes qui agrum eũdem ſortiti, eúmq; inter ſe poſtea regionibus diuiſerunt.

n L. in oleaſtro quodã.

o q. libri non habent, AEtna.

p L. At nullis.

* in quam egit P. Gauium ciuẽ Romanum 7. Ver.

q v. c. ac beneuolentiæ.

Digitized by Google

cepti iudices, audiſtis ex ipſis. bona ſibi erepta
60 eſſe dixere.|| Verùm hęc,[19] [r] quoniam huiuſmodi r I. quoniā eiuſmodi cauſa fuit, f.& ita v.c.
caſus affuit,ferenda ſunt: nihil valuiſſe æquita-
tem,nil conſuetudinem : damna denique iudi-
ces,nulla tanta ſunt,quæ non viri fortes,magno
& libero animo affecti , ferenda arbitrarentur.
Quid,ſi equitibus R.non obſcuris, neque igno-
tis,ſed honeſtis, & illuſtribus, manus ab Apro-
nio, iſto prætore , ſine vlla dubitatione affere-
bantur?quid exſpectatis? quid à me amplius di-
cendum putatis? an id agendum , vt eo celeriùs
de iſto tranſigamus, quo maturiùs ad Apronium
poſſimus,id quod ego illi iam in Sicilia pollici-
tus ſum,venire?qui C.Matrinium, iudices, ſum-
ma virtute hominem,ſūma induſtria, ſūma gra-
tia, [s] Leontinis,in publico, biduum tenuit.[t] at- s al. Leontini.
que ab Apronio , iudices , homine in dedecore t al. atqui.
nato,ad turpitudinem educato , ad Verris flagi-
tia,libidinéſque accommodato,equitē R.ſcito-
te biduum cibo,tectóq; prohibitū:biduū [u] Leō- v al. Leontini.
tinis,in foro,cuſtodiis Apronij retentū,atq; ſer-
uatū, neq; antè dimiſſū, quàm ad cōditiones e-
61 ius [x] depectus eſt.|| Nam quid ego de Q. Lollio, x I. depactus eſt. al. deiectus eſt.
iudices,dicā,equite R.ſpectato atq;honeſto?Cla
ra res eſt,quā dicturus ſum,tota Sicilia celeber-
rima,atq; notiſſima:qui cùm araret in AEtnenſi,
cùm is ager Apronio cum ceteris agris eſſet tra-
ditus:equeſtri vetere illa & auctoritate , & gra-
tia fretus, affirmauit, ſe decumanis plus quā de-
beret,non daturum.refertur eius ſermo [y] ad A- y I. Apronio.
pronium. Enimuerò iſte ridere,ac mirari,Lolliū
nihil de Matrinio,nihil de ceteris rebus audiſſe.
mittit ad hominem Venerios(hoc quoq; atten-
dite, apparitores à prætore aſſignatos habuiſſe
decumanum: ſi hoc mediocre argumentū videri
poteſt , iſtū decumanorū nomine ad ſuos quæ-
ſtus eſſe abuſum) adducitur à Veneriis , atque
adeò attrahitur Lollius [z] commodè,cùm Apro- z for. commodum.
nius è palæſtra rediſſet , & in triclinio , quod
in

Digitized by Google

a L. recubuiſſet.

in foro AEtnę ſtatuerat,[a] decubuiſſet.‖ Statui- 62
tur Lollius in illo tempeſtiuo gladiatorum cõ-
uiuio. Non mehercule hæc, quæ loquor, crede-
rẽ, iudices, tametſi vulgo audieram, niſi mecum
ipſe ſenex, cùm mihi, atq; huic voluntati accu-
ſationis meæ lacrymans gratias ageret, ſumma
cum auctoritate eſſet locutus. Statuitur, vt di-
co, eques Ro. propè annos xc. natus, in Apro-
nij conuiuio, cùm interea Apronius caput, atque
os ſuum vnguento perfricaret. Quid eſt, Lolli?
inquit. tu, niſi malo coactus, rectè facere neſcis?
Homo, quid ageret: taceret, reſponderet: quid
faceret denique illa auctoritate, & ætate prædi-
tus neſciebat. Apronius interea cenam, ac pocu-
la poſcebat. ſerui autem eius, qui & moribus
iiſdem eſſent, quibus dominus, & eodem genere
ac loco nati, [20] præter oculos* Lollij hæc om-
nia ferebant. Ridere cõuiuæ: cachinnari ipſe A-
pronius: niſi fortè exiſtimatis, eum in vino,[b] ac
luxu non riſiſſe, qui nunc in periculo, atq; exi-
tio ſuo riſum tenere non poſſit. Ne multa, iudi-
ces: his contumeliis ſcitote Q. Lollium coactũ,
ad Apronij leges, cõditionéſq; veniſſe.‖ Lolliꝰ, 63
ętate & morbo impeditus, ad teſtimoniũ dicen-
dũ venire non potuit. Quid opus eſt Lollio? ne-
mo hoc neſcit: nemo tuorũ amicorũ, nemo abs
te interrogatus, nũc ſe primũ hoc dicet audire.
M. Lollius, filius eius, adoleſcẽs lectiſſimus prę-
ſtò eſt: huius verba[c] auditis. nã Q. Lollius, eius
filius,[e] qui Calidiũ accuſauit, adoleſcens & bo-
nus, & fortis, & in primis diſertus, cùm his iniu-
riis, contumeliiſq; commotus in Siciliam eſſet
profectus, in itinere occiſus eſt. cuius mortis
cauſam fugitiui ſuſtinent: re quidem vera nemo
in Sicilia dubitat, quin eo ſit occiſus,[f] quòd ha-
bere clauſa non potuerit ſua conſilia de Verre.
Iſte porrò non dubitabat, quin is, qui antea a-
lium ſtudio adductus accuſaſſet, ſibi aduenien-
ti prę ſtò eſſet futurus, cùm eſſet parẽtis iniuriis,

*Nonius ſoli.

b L. ac lucro non riſ.

c L. audietis.

d for. nam Q. Lollius, etiam eius filius, qui Cal.

e al. qui Canidium accuſ.

f L. quo hab.

64 & domeſtico dolore commotus.‖Iámne intelligetis, iudices, quæ peſtis, quæ immanitas in veſtra amiquiſſima, fideliſſima, proximaq; prouincia verſata ſit? [g]Iam videtis, quam ob cauſam Sicilia tot hominum antea furta, rapinas, iniquitates, ignominiáſque perpeſſa, [h]non potuerit nouum, ac ſingulare, atque incredibile genus iniuriarum contumeliarumq; [i]perferre? Iam omneis intelligunt, cur vniuerſa prouincia defenſorem ſuæ ſalutis eum [k]quæſiuit, cuius iſte fidei, diligentiæ, perſeuerantiæ, nulla ratione eripi poſſit. tot iudiciis interfuiſtis: tot homines nocenteis, & improbos, accuſatos & veſtra, & ſuperiorum memoria ſcitis eſſe, ecquem vidiſtis, ecquẽ audiſtis, in tantis furtis, in tam apertis, in tanta audacia, [l]tanta impudẽtia eſſe ver-
65 ſatum?‖Apronius ſtipatores Venerios ſecũ habebat: ducebat eos circum ciuitates: publicè ſibi conuiuia parari, [m]ſterni triclinia etiã in foro iubebat: [n]eò vocari homines honeſtiſſimos, nõ ſolùm Siculos, ſed etiam equites Romanos: [o]vt, quicum inire conuiuium nemo vmquã, niſi turpis, impurúſque voluiſſet, ad eius conuiuium ſpectatiſſimi, atque honeſtiſſimi viri tenerẽtur. Hæc tu omnium mortalium, profligatiſſime, ac perditiſſime, cùm ſcires, cùm audires quotidie, cùm videres: ſi ſine tuo maximo quæſtu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere, atque concederes? & tantum apud te quęſtus Apronij, tantùm eius ſermo inquinatiſſimus, & blanditię flagitioſæ valuerunt, vt numquã animũ tuũ, cura tuarum fortunarum, cogitatioque tangeret?
66 ‖Cernitis iudices, quod & quantũ incendiũ decumanorũ impetu, non ſolùm per agros, ſed etiã per reliquas fortunas aratorum: [p]non ſolũ per bona, ſed etiam per iura libertatis, & ciuitatis, iſto prętore peruaſerit. videtis pẽdere alios ex arbore: pulſari autem alios & verberari: porrò alios in publico cuſtodiri: deſtitui alios in cõ-

g al. Iámne videtis.

h L. non potuerit hoc nouum.

i L. ferre?

k L. quæſiuerit.

l L. in tanta impudẽtia. & ita v.c.

m L. ſterni triclinia & in foro ſterni iub. & ita v.c.

n L. eo conuocari.

o al. vt quicum conuenire nemo vmq. al. quicum viuere nemo vmq.

p L. neque ſolùm p.

Digitized by Google

uiuio condemnari alios à medico, & præcon præ toris, bona tamen interea nihilominus eorũ omnium ex agris auferri ac diripi. Quid eſt hoc? populi R. imperium? populi R. leges? iudicia? ſocij fideles? prouincia ſuburbana? nónne omnia potius eiuſmodi ſunt, quæ, ſi [q] Athenio viciſſet, res fugitiuorum in Sicilia non feciſſet? non, inquam, iudices, eſſet vllam partem iſtius nequitiæ fugitiuorũ inſolentia conſecuta. *Priuatim hoc modo. quid? publicè ciuitates quemadmodum tractatæ ſunt? audiſtis [r] permulta iudicia, & teſtimonia ciuitatum, & reliquarũ audietis. || Ac primùm de Agyrinẽſi populo fideli, & illuſtri breuiter cognoſcite. Agyrinenſis eſt in primis honeſta ciuitas Siciliæ, hominum ante hunc prætorum locupletium, ſummorumq; aratorum. eius agri decumas cùm emiſſet idem Apronius, Agyrium venit. [s] Qui cùm eò cum apparitoribus, id eſt, cũ minis, ac vi veniſſet, poſcere pecuniam grãdem cœpit, vt, accepto lucro, diſcederet, nolle ſe negotij quidquam habere dicebat, [t] ſed, accepta pecunia, quàm primùm aliam ciuitatem occurrere. [u] Sunt homines Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat: ſed homines & ſatis fortes, & ſatis planè frugi, ac ſobrij: & in primis hæc ciuitas, de qua loquor, iudices. || [x] Itaque homini in primis improbiſſimo reſpondent Agyrinenſes, ſeſe decumas ei, quemadmodum deberent, daturos: lucrũ, cùm ille magno præſertim emiſſet, nõ adituros. Apronius certiorẽ facit iſtum, cuia res erat, quid rei eſſet. Statim, tanquam coniuratio aliqua Agyrij contra rempublicã facta, aut legatus prætoris pulſatus eſſet, ita Agyrio magiſtratus, & quinque-primi, accitu iſtius, euocantur. Veniũt Syracuſas, præſto eſt Apronius: ait, eos ipſos, qui veniſſent, contra edictum prætoris feciſſe. Quærebant, quid? reſpondebat, ſe ad recuperatores eſſe

67 (beside "dietis. || Ac primùm de Agyrinẽſi populo fideli,")

68 (beside "loquor, iudices. || Itaque homini in primis im-")

[q] L. ſi Athẽnio, rex fugitiuorum viciſſet in Sicil.

* tranſit à priuatis exemplis ad publica.

[r] L. permultarum iudicia, & teſtimonia ciui.

[s] L. Qui cũ apparitoribus vi, ac minis eò veniſſet, poſc.

[t] L. ſed, accepta pecunia, velle quàm pr.

[u] L. Cùm ſint omnes Siculi non contemnendi, ſi per noſtros magiſtratus liceat, ſed & ſatis fortes & planè frugi ac ſobrij: tum in primis &c.

[x] L. homini improbiſsimo r.

eſſe dicturū. Iſte, equiſſimus homo, formidinē il-
lam ſuam miſeriis Agyrinenſibus iniiciebat: re-
cuperatores ſe de cohorte ſua daturū minaba-
69 tur. Agyrinenſes, viri fortiſſimi, iudicium ſe paſ-
ſuros eſſe dicebant. Ingerebat iſte [y] Artemido-
rum medicum Cornelium, pictorē Tlepolemū,
& eiuſmodi recuperatores: quorum ciuis R. ne-
mo erat: ſed Græci ſacrilegi, iampridem im-
probi, repentè * Cornelij. videbant Agyrinen-
ſes, quidquid ad eos recuperatores Apronius at-
tuliſſet, illum perfacile probaturum. condem-
nari cum iſtius inuidia, infamiáque malebant,
quàm ad eius conditiones, pactionéſque acce-
dere. Quærebāt, quæ in verba recuperatores da-
ret. Reſpondebat, [a] ſi pareret, aduerſus edictū
feciſſe: [b] Quare quæ ſe in iudicio dicturū [c] aie-
bat. Iniquiſſimis verbis, improbiſſimis recupe-
ratoribus, conflictari malebant, quàm quidquā
cum iſto ſua voluntate decidere. Summittebat
iſte Timarchidem, qui moneret eos, ſi ſaperent,
vt tranſigerēt. Pernegabant. Quid ergo? In ſin-
gulos LLS. quinquagenis millibus damnari ma-
uultis? Malle dicebant Tum iſte clarè, omnibus
audientibus, Qui damnatus erit, inquit, virgis ad
necem cædetur. Hîc illi flentes rogare atque o-
rare cœperunt, vt ſibi ſuas ſegetes, fructúſq; om-
neis, arationéſq; vacuas Apronio tradere lice-
ret, vt ipſi ſine ignominia, moleſtiáque diſcede-
70 rent. hac lege, iudices, decumas vendidit Ver-
res. Dicat licet Hortēſius, ſi [d] volet magno Ver-
rem vendidiſſe. Hæc conditio fuit iſto prætore
aratorum, vt ſecū præclarè agi arbitrarentur, ſi
vacuos agros Apronio tradere liceret. multas. n.
cruceis propoſitas effugere cupiebāt. quantū A-
pronius edidiſſet deberi, tantū ex edicto dādum
erat. Etiámne ſi plus edidiſſet, quàm quantum
natum eſſet? Etiam. Quomodo? Magiſtratus [e] ex
ipſius edicto exigere debebāt. At arator repete-

y L. Artemidorum Cornelium medicum Valerium præconem, Tlepolemū pictorē. & eiuſmodi.

* id eſt Cornelij Verris liberti.

z for. deſcēdere.

a L. ſi pateret aduer ſus al. ſi pa ret adu.

b L. quæ in iud.

c L. dicturū eſſe dicebat.

d L. ſi audet magno Verrem decumas vendi.

e L. ex iſtius ed.

f al. Arthemidoro.

g L. præclara, hominũ honeſtiſſ.

h for. quoniam tu is es, qui dil.

i L. dent lucri, tritici medimnũ. XXIIII. millia.

k al. plebei Rom.

re poterat. Verùm f Artemidoro recuperatore. Quid ſi minus arator dediſſet, quàm popoſciſſet Apronius? Iudicium in aratorem in quadruplum. Ex quo iudicum numero? Ex cohorte prætoris g præclara honeſtiſſimorum. Quid amplius? minus te iugerum profeſſum eſſe dico: recuperatores reiice, quod aduerſum edictũ feceris. Ex quo numero? ex eadem cohorte. Quid erit extremum? Si damnatus eris (nam dubitatio damnationis, illis recuperatoribus, quæ poterat eſſe?) virgis te ad necẽ cædi neceſſe erit. His legibus, his conditionibus erit quiſquã tã ſtultus, qui decumas veniſſe arbitretur? qui aratori nouem parteis reliquas factas eſſe exiſtimet? qui non intelligat iſtum, ſibi quæſtui, prædæq; habuiſſe bona, poſſeſſiones, fortunas aratorũ? Virgarum metu Agyrinenſes, quod imperatum eſſet, facturos ſe eſſe dixerunt.

71 || Accipite nunc, quid imperarit: & diſſimulate vos, ſi poteſtis, vos intelligere, ipſum prætorem, quod tota Sicilia perſpexerit, redemtorem decumanum, atq; adeò arationum dominum, ac regem fuiſſe. Imperat Agyrinẽſibus, vt decumas ipſi publicè accipiant: Apronio lucrum dent. Si magno emerat, h quoniam tu es, qui diligentiſſimè pretiũ exquiſiſti: qui, vt ais, magno vẽdidiſti, quare putabas emptori lucrum addi oportere? Eſto: putabas. quamobrem imperabas, vt adderẽt? Quid eſt aliud capere, & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, ſi hoc non eſt, vi, atque imperio cogere inuitos lucrum dare alteri, hoc eſt pecuniã dare?

72 || Age, quid tum? ſi Apronio, deliciis prętoris, lucelli aliquid iuſſi ſunt dare, putate Apronio datum, ſi Apronianum lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur. Imperas, vt decumas accipiant: Apronio i dent lucrum, tritici medimna XXX III. Quid eſt hoc? vna ciuitas [22] ex vno agro k plebis Romanæ propè mẽſtrum cibaria prætoris imperio donare Apronio

nio cogitur. Tu magno decumas vendidiſti, cùm tantùm lucri decumano ſit datum? profectò, ſi pretium exquiſiſſes diligenter, tum cùm vendebas,[l] x. medimna potius addidiſſent, quàm LLS. DC. poſtea. Magna præda videtur: audite reliqua & diligenter attendite, quominus miremini. Siculos, re neceſſaria coactos, auxiliū à patronis,[m] à cōſulibus, ab ſenatu, à legibus,[n] à iudiciis

73 petiuiſſe. || Vt probaret Apronius[o] hoc triticum quod ei dabatur imperat Agyrinēſibus Verres, vti in medimna ſingula dentur Apronio. LLS. III. Quid eſt hoc? tanto numero frumēti, lucri nomine imperato, & expreſſo, nummi præterea[p] exigentur, vt probetur frumentum? an poterat nō modò Apronius, ſed quiuis exercitui ſi[q] metiendum eſſet, improbare Siculum frumentum,[r] quod ipſi ex area, ſi vellet, admetiri licebat? Frumenti tantus numerus imperio tuo datur & cogitur. nō eſt ſatis. nūmi præterea imperantur. dantur, parum eſt. Pro decumis hordei alia pecunia cogitur.[s] iubes LLS. XXX. lucri dari. Ita ab vna ciuitate, vi, minis, imperio, iniuriáque prætoris, eripiuntur tritici[t] medimna XXXIII. & præterea LLS. LX. an hæc obſcura ſunt? aut ſi omnes homines velint, obſcura eſſe poſſunt? quæ tu palàm egiſti in conuentu imperaſti omnibus? omnibus inſpectantibus coegiſti? qua de re Agyrinenſes magiſtratus, & quinque primi,[u] quos tui quæſtus cauſa[x] euocaſti, acta & imperia tua domum ad ſenatum ſuum renūtiauerunt: quorum renuntiatio legibus illorum, literis publicicis mandata eſt: quorum legati, homines nobiliſſimi Romæ ſunt, qui hoc idem

74 pro teſtimonio dixerunt? || Cognoſcite Agyrinenſium publicas literas: deinde teſtimonium publicum ciuitatis, Recita literas publicas: LITERAE PVBLICAE. Recita téſtimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Animaduertiſtis in hoc teſtimonio, iudices, Apollodorū,

l L. x. medimnum millia potius addidiſſēt, quàm. XXXIII. millia poſtea.
m v. c. ab conſulib.
n L. ab iudiciis. & ita v. c.
o L. hoc triticum, imp.
p L. exigātur. al. exiguntur.
q L. metiēdum.
r L. quod iſti.
s L. iubes LLS. XXX. millia lucri d.
t L. medimnum XXXIII. millia, & præterea ad LLS. C. XXIX. millia.
v L. quos tu tui q.
x L. euocaras.

cui [y] Pyragro nomen eſt,principem ſuæ ciuita-
tis,lacrymantem teſtari,ac dicere,numquã poſt
populi Romani nomen ab Siculis auditum, &
cognitum,Agyrinenſeis contra quemquam in-
fimum ciuem R.dixiſſe, aut feciſſe quippiam:
qui nunc contra prętorem populi R.magnis in-
iuriis, & magno dolore publicè teſtimonium
dicere cogerentur.Vni mehercule,huic ciuitati
Verres, obſiſtere tua defenſione non potes: tã-
ta auctoritas eſt in eorum hominum fidelitate,
[z] tãtus dolor iniuriæ,tanta religio in teſtimo-
nio.[a] Verũ non vna te tãtùm,ſed vniuerſæ ſimi-
libus afflictæ incõmodis,legationibus ac teſti-
moniis publicis perſequẽtur.|| Etenim deinceps 75
videamus,Herbitenſis ciuitas,honeſta,& antea
copioſa,quemadmodum ſpoliata ab iſto,ac ve-
xata ſit.At quorum hominum ſummorum ara-
torum,remotiſſimum à foro,iudiciis, [b] & con-
trouerſiis:quibus parcere & cõſulere,homo im-
puriſſime, & quod genus hominum ſtudioſiſſi-
mè conſeruare debuiſti.Primo anno venierunt
eius agri decumæ 23 [c] tritici * medimna XVIII.
[d] Atidius,item iſtius miniſter in decumis,[e] cùm
emiſſet, & præfecti nomine cũ veniſſet Herbi-
tam cum Veneriis, locúſque ei publicè, quòd
diuerteretur,datus eſſet:coguntur Herbitenſes
ei lucri dare [f] tritici modium XXXVII. millia,
cùm decumæ veniſſent tritici modium XVIII. [g]
Atq; hoc tantum triticum lucri coguntur dare
[h] publicè,cùm iam priuatim aratores ex agris
ſpoliati,atque exagitati decumanorum iniuriis
profugiſſent.|| Anno ſecundo cũ emiſſet Apro- 76
nius [i] decumas tritici modium XXV.millibus,&
ipſe Herbitã [k] cum illa prædonũ copia,manuq;
veniſſet:

y L.Pyragri cognomen eſt.al. cui Pyragro nomen eſt.
z L. tantus dolor in iniuria.
a L.Merum non vnà te, ſed
b L.iud.cõtrouerſ.
c L. tritici medimnũ XVIII. mil-lib.
* Vide Frõtonem Grãmat. in exẽplis elocutionum in voce dimidio.
d al. Atidi⁹ accenſus iſtius, item miniſter in decum.
e L.cùm decumas emiſſet.
f L. tritici modium XXXVIII. millia,cùm decumæ veniſſent tritici modium X.VIII. mil-lib.Atque al. tritici M.XXX.VIII DCCC.cùm decumæ publicè, tũ decumas ven.tr.M.XVIII.Atque.
g L.Atque hoc triticum.
h L.cùm iam.
i L.decumas tritici medimnum XX.mil. al. tritici.M.XXV.DCCC.& ipſe.
k L.cum illa ſua præd.

veniſſet: populus publicè coactus eſt ei cõferre[l] lucri tritici modium XXVI.& acceſſionẽ LLS. MM. De aceſſione dubito,an Apronio ipſi data ſit,merces operę,pretiũq; impudẽtiæ.De tritici quidẽ numero tanto,quis poteſt dubitare,quin ad iſtum prædonem frumentarium, ſicut Agyrinenſe frumentum,peruenerit? Anno verò tertio in hoc agro conſuetudine vſus eſt regia. * Solere aiunt barbaros reges Perſarum, ac Syrorum,plureis vxores habere: his autem vxoribus ciuitateis attribuere, hoc modo: Hæc ciuitas mulieri [24] redimiculum præbeat, hæc in collũ, hæc in crineis. ita populos habent vniuerſos non ſolùm conſcios libidinis ſuæ,verùm etiam

77 adminiſtros.|| Eandem iſtius [25] qui ſe regẽ Siculorum eſſe [m] dicebat,licentiam, libidinemque fuiſſe cognoſcite.Aeſchrionis Syracuſani vxor eſt Pippa:cuius nomẽ iſti⁹ nequitia tota Sicilia peruulgatũ eſt. de qua muliere verſus plurimi ſupra tribunal,& ſuprà prætoris caput ſcribebãtur. Hic Aeſchrio,Pippæ vir adũbratus in Herbitẽſibus decumis nouis inſtituitur publican⁹. Herbitenſes cùm viderent, ſi ad Aeſchrionem pretium [n] recidiſſet,ſe ad arbitrium libidinoſiſſimæ mulieris ſpoliatum iri:liciti ſunt vſq; eò, quoad ſe efficere poſſe arbitrabantur. ſupra adiecit Aeſchrio,neque enim metuebat,ne prætore Verre,decumana mulier damno affici poſſet. [26] [o] Addicitur medimnis CIↃ.CIↃ.[27] dimidio ferè pluris quã ſuperiore anno.Aratores funditus euertebantur:& eò magis, quòd iã ſuperiorib. annis [p] exhauſti erãt,ac pænè perditi.Intellexit iſte [q] ita magno veniſſe,vt ampliùs ad Herbitẽſib. exprimi nõpoſſet.demit [r] de capite medimna DC.iubet in tabulas[28] pro medimnis CIↃ.CIↃ.CIↃ

 VIII.

l L. tritici medium. X VI.millia & acceſſionis LLS. CIↃ.CIↃ. De act.al. tritici m.XXI.& acceſsionis LLS.CIↃ. CIↃ.De

* Vide Platonem, in Alcibiade & Diodor. l.1.

m L. ducebat.

n L.rediſſet.

o L.addicitur medimnum,CCIↃↃ. CCIↃↃ.CCIↃↃ IↃↃ.dimi al. Addicitur med. VIII. c.dimid.

p al afflicti erant,ac.

q L. ſe ita magno vendidiſſe, vt ampl.

r al. de capite med. DC. iubet in tabulas pro med VIII.referri VII Hord. L.de capite medimnũ CIↃ.CIↃ.CIↃ. IↃↃ.referri. CIↃ.CIↃ.CIↃ. CIↃ.iubet in tabulas pro medimnũ CCIↃↃ.CCIↃↃ.CCIↃↃ. CCIↃↃ.CCIↃↃ.CCIↃↃ. Hord. CIↃ. CCCC. s L.medimnum

viii.referri.ꝊꝊ.ꝊꝊ.ꝊꝊ.ic.& iiii.|| Hordei de- 78
cumas eiuſdem agri Docimus emerat. Hic eſt
Docimus qui ad iſtum deduxerat.Tertiã Iſidori
mimi filiam vbi abductam ab Rhodio tibicine.
Huius tertiæ plus etiam,quàm Pippæ, plus quã
ceterarum,ac propè dicam,tantum apud iſtum
in Sicilienſi prætereà auctoritas [u] valuit,quantũ
in vrbana Chelidonis. Veniunt Herbitam duo
prætoris æmuli,non moleſti, [x] muliercularum
deterrimarum improbiſſimi cognitores. inci-
piunt poſtulare,poſcere, minari. non poterant
tamen,cùm cuperent Apronium imitari. Siculi
Siculos nõ tam pertimeſcebant. Cum omni ra-
tione tamen ill: [y] calumniarentur: promittunt
Herbitenſes vadimonium Syracuſas.Eo poſtea-
quam ventum eſt,coguntur Aeſchrioni, id eſt,
Pippę,dare tantum,quantũ erat de capite dem-
tum. [z] tritici modios ꝊꝊ.ꝊꝊ.ꝊꝊ.ꝊꝊ.Muliercu-
læ publicanæ noluit ex decumis nimiùm lucri
dare,ne fortè ab nocturno ſuo quæſtu animum
ad vectigalia redimenda transferret.||Tranſactũ 79
putabant Herbitenſes, cùm iſte, Quid de Hor-
deo inquit,& [a] Docimo amiculo meo?quid co-
gitatis? At hoc agebat in cubiculo,iudices,at-
que in lectulo ſuo. Negabant illi ſibi quiquam
eſſe mandatum.Non audio:numerate [b] LLS.XV.
Quid facerent miſeri?aut quid recuſarent:præ-
ſertim cùm in lectulo decumanæ mulieris veſti-
gia viderent recentia,quibus illum inflãmari ad
perſeuerandum intelligebãt?ita ciuitas vna ſo-
ciorum,atque amicorũ,duabus [c] deterrimis mu-
lierculis,Verre prætore,vectigalis fuit.Atq;ego
nũc,eum frumenti numerũ,& eas publicè pecu-
nias decumanis ab Herbitenſibus datas eſſe di-
co:quo illi frumento,& quibus pecuniis tamen
à decumanorũ iniuriis ciueis ſuos non redeme-
runt [d] perditis enim,& direptis aratorũ bonis,
hæc decumanis merces dabatur,vt aliquãdo ex
eorũ agris,atq;ex vrbibus abirent.||Itaque cùm 80
Philinus Herbitenſis, homo diſertus, & pru-

t v.c. ad quem iſte deduxerat Tertiã,&c. nõ placet.

v v.c. potuit.

x L.mulier cularum teterrimarũ impr.

y v.c. kalũniarentur.

z L.tritici medimnũ, ꝊꝊ.ꝊꝊ.ꝊꝊ.ꝊꝊ al. tritici me.III. D.C.

a v.c.c. & de Docimo amic. & ita L.

b L.LLS. xv.mi.al. LLS.XII.

c L. teterrimis mul.

d L. perditis enim iã & dir.

dens,& domi nobilis, de calamitate aratorum,
& de fuga,& de reliquorum paucitate publicè
diceret:animaduertiſtis,iudices , gemitum po-
puli R. cuius frequentia huic cauſæ numquam
defuit. qua de paucitate aratorum alio loco di-
cã.nunc illud quod pæne præterij,non omnino
relinquendum videtur.Nam,per deos immorta-
leis,[e] quod de capite ipſo demſit , quo tandem
modo vobis non modò ferendum , verùm etiã
81 audiendum videtur?‖Vnus adhuc fuit poſt Ro-
mam conditam (dij immortaleis faxint, ne ſit
alter) cui reſp.totam ſe tradidit,tẽporibus coa-
cta,& malis domeſticis, L. Sylla.Hic tantũ po-
tuit,vt nemo, illo inuito,nec bona, nec patriã,
nec vitam retinere poſſet:tantum animi habuit
ad audaciã,vt dicere in concione non dubita-
ret,bona ciuium Romanorum cùm vẽderet, ſe
prædam ſuam vendere. Eius omneis res geſtas
non ſolùm obtinemus,[29] verùm etiam[f] propter
malorum,incommodorum,& calamitatum me-
tum,publica auctoritate defendimus.[g] Vnũ hoc
illius ſenatus conſulto reprehẽſum, decretúm-
que eſt , vt quibus ille de capite demſiſſet, hi
pecunias in ærarium referrent. Statuit ſenatus,
hoc ne illi quidem eſſe licitum , cui conceſſe-
rat omnia,[30] [h] à populo factarum , quæſitarũ-
82 que rerum ſummas imminuere. ‖ Illum viris
fortiſſimis iudicarunt patres conſcripti remit-
tere de ſumma non potuiſſe:te mulieri [i] deter-
rimæ rectæ remiſiſſe ſenatores iudicabunt?[31] il-
le [k] de quo lege populus Rom.iuſſerat vt ipſius
[l] voluntas populo Rom.eſſet pro lege , tamen
in hoc vno genere , veterum religione legum,
reprehenditur. tu,qui omnibus legibus impli-
catus tenebare,libidinem tibi tuã pro lege eſſe
voluiſti?In illo reprehenditur, ꝙ ex ea pecunia
remiſerit,quã ipſe quæſierat : tibi conceditur,
83 qui de capite vectigaliũ populi R.remiſiſti.‖At-
que inhoc genere audaciæ multò etiam impu-

e v.c. quod de capite iſte demſ.

f for. propter maiorum incõ.

g L. Vnum hoc aliquot ſenatuſconſultis reprehenſum:decretũq; eſt.

h L.ab ipſo partarum, quæſitarũque.

i L. tæterrimæ r.

k de quo legem populus R. iuſſ.

l L. voluntas ei poſſet eſſe pro lege.& ita v.c.

m L. Egeſtẽſium. dẽtius in decumis[m] Segẽſteſiũ verſatus eſt: quas [32] cũaddixiſſet eidẽ illi Docimo, [n] hoc eſt tritici modium quinq; millia, & acceſſionẽ adſcripſiſſet LLS.MD.coegit Segeſtenſes à Docimo tãtidem publicè accipere.[o] id quod ex Segeſtienſium publico teſtimonio cognoſcite.Recita teſtimonium publicum. TESTIMONIVM PVBLICVM. Audiſtis quanti decumas acceperit à Docimo ciuitas [p] tritici modiûm quinque millia, & acceſſionem.Cognoſcite nunc,quanti ſe vẽdidiſſe retulerit.LEX DECVMIS VENDVNDIS C. VERRE PR.Hoc nomine [q] videtis tritici modiũ CIↃ.CIↃ.CIↃ.de capite eſſe demta, quæ cùm de populi R. victu,de vectigalium neruis, de ſanguine detraxiſſet ærarij,Tertiæ minæ condonauit.Vtrùm impudẽtiùs à ſociis abſtulit? an turpiùs meretrici dedit?an improbiùs populo Ro. ademit?an audaciùs tabulas publicas commutauit?Ex horum ſeueritate te vlla vis, aut vlla largitio eripiet? [33] ſed ſi eripuerit,non intelligis,hæc,quæ iamdudum loquor,ad aliam quæſtionem,atque ad peculatus iudicium pertinere?‖Itaque hoc mihi reſeruabo genus integrum totum:ad illam quam inſtitui cauſam frumenti, ac decumarũ reuertar.Qui cùm agros maximos, ac feraciſſimos per ſeipſum,hoc eſt, per Apronium Verrem alterum,depopularetur: ad minores ciuitates habebat alios,quos,tanquã canes, immitteret,nequã homines,& improbos,quib⁹ aut frumentum,aut pecuniam publicè cogebat dari.A.Valẽtius eſt in Sicilia,interpres:quo iſte interprete non ad linguam Græcã,ſed ad furta, & flagitia vti ſolebat. Fit interpres hic, homo leuis,atq; egens,repentè decumanus. emit agri Liparenſis,miſeri,atq; ieiuni,decumas medimnis IↃↃ. Liparenſes vocantur. ipſi accipere decumas,& numerare Valentio coguntur lucri [r] LLS.xxx.millia.Per deos immortaleis,vtrũ tibi ſumes ad defenſionem?tantóne minoris tibi decumas vendidiſſe, vt ad medimna IↃↃ. [s] LLS. 84

n L. hoc eſt Tertiæ. tritici medimnum IↃↃ.& acceſ. adſc. LLS. IↃↃↃ coegit Egeſtenſeis à Doc.
o L. id quod ex Egeſtenſium publ.
p L. tritici medimnũ quinque millib.& acceſſione Cognoſ.
q L. vidiſtis tritici medimnum CIↃ.CIↃ.CIↃ. de C.
r L. LLS. V. millia. Per al. LLS. xxx. per deos.
s LLS. V. millia lucri.

xxx.millia lucri,ſtatim ſua volūtate ciuitas adderet,[34] [t] hoc eſt tritici medimna LI.millia? an, cùm magno decumas vendidiſſes, te expreſſiſſe ab inuitis Liparenſibus hanc pecuniam? || Sed
85 quid ego ex te quæro,quid defenſurus ſis poti⁹, quàm cognoſcam ex ipſa ciuitate,quid geſtum ſit?Recita teſtimonium publicum Lipareſium, deinde quemadmodū Valentio nummi ſint dati. TESTIMONIVM PVBLICVM, QVOMODO SOLVTVM SIT, EX LITERIS PVBLICIS.Etiámne hæc tam parua ciuitas,tam procul à manibus tuis, atque à conſpectu remota,ſeiuncta à Sicilia, [35] [u] inſula inculta,tenuique poſita,cumulata aliis tuis maioribus iniuriis,in hoc quoque frumentario genere prædæ tibi, & quæſtui fuit? quam tu totam inſulam cuidam tuorum ſodalium, ſicut aliquod munuſculum,condonaras: ab hac etiam hæc frumentaria lucra, tanquam à mediterraneis,exigebantur? Itaque qui tot annis agellos ſuos ante te prætorem redimere à piratis ſolebant, [x] iidem ſeipſos à te pretio impoſito
86 redemerunt,||Quid * verò? à [y] Tiſſenſibus,perparua,& tenui ciuitate, [z] ſed aratoribus laborioſiſſimis,frugaliſſimiſq́;hominibus, nōne pl⁹, lucri nomine,eripitur,quàm quantum frumenti omnino exararant?ad quos te decumanū Diognetū Veneriū miſiſti,nouum genus publicani. cur hoc auctore non Romæ quoq; ſerui publici * ad publica vectigalia [a] accedāt?Anno ſecūdo. [b] Tiſſenſes LLS. xxI.lucri dare coguntur inuiti.[36] [c] tertio anno LLS.ↀↀ.modiū tritici, lucri Diogneto Venerio dare coacti ſunt. Hic Diognetus,qui ex publicis vectigalib.tanta lucra facit,vicariū nullū habet,nihil omnino peculij. Vos etiā nunc dubitate,ſi poteſtis, vtrùm
87 tātū numerū tritici Venerius apparitor iſtius ſibi acceperit,an huic exegerit.||atq;hæc ex publico [d] Tiſſenſiū teſtimonio cognoſcite. TESTIMONIVM PVBLICVM TISSIENSIVM.Obſcurè,iudices

prætor

t L. tritici modium xx millia?

u v.c. in inſicula inc. for.in inſulula inc.

x for.iidem ſeipſi à te pr.

* L. Quid ergo.

y L. à Tiſsiēſibus.

z L. & aratoribus.

* L. ad vectigalia acced.

a L. accedunt?

b L. Tiſsienſes LLS. xx. millia lucri d.

c L. tertio anno xII. modiū tritici millia lucri D.

d L. Tiſsiēſium t.

Digitized by Google

prætor ipſe decumanus eſt, cùm eius apparitores frumentum à ciuitatibus exigant, pecunias imperent, aliquanto [e] plus ipſi lucri auferant, quàm quantum populo R. decumarum nomine daturi ſunt? Hæc æquitas in tuo imperio fuit, hæc prætoris dignitas, vt ſeruos Venerios Siculorum dominos eſſe velles. [f] hic delectus, hoc diſcrimen te prætore, fuit, vt aratores in ſeruorum numero eſſent, ſerui in publicanorũ. ‖Quid 88 Ameſtratini, miſeri, impoſitis ita magnis decumis, vt ipſis reliqui nihil fieret, nónne tamẽ numerare pecunias coacti ſunt? Addicuntur decumæ M. Cæſio, cùm adeſſent legati Ameſtratini. ſtatim cogitur Heracli⁹ legatus numerare LLS. XXI. Quid hoc eſt? quæ eſt iſta præda? quæ vis? quæ direptio ſociorum? Si erat Heraclio ab ſenatu, mandatum, vt emeret: emiſſet. ſi non erat: quî poterat ſua ſpõte pecuniã numerare? Cęſio renuntiat ſe dediſſe. ‖Cognoſcite renũtiationẽ 89 ex literis. Recita ex literis publicis. LITERAE PVBLICAE. quo S. C. erat hoc legatũ permiſſũ? nullo. cur fecit? coactus eſt. quis hoc dicit? tota ciuitas. Recita teſtimonium publicũ. TESTIMONIVM PVBLICVM. Ab hac eadẽ ciuitate anno ſecundo, ſimili ratione exortã eſſe pecuniam, & [g] Sext. Vennonio datam ex eodẽ teſtimonio cognouiſtis. At Ameſtratinos homines tenueis, cũ eorũ decumas medimnis DCCC. vendidiſſes [h] Banobali Venerio (cognoſcite nomina publicanorũ) cogis eos plus lucri addere, quàm quãti venierãt, cùm magno veniſſent, dãt. Banobali med. DCIↃC. LLS. M. D. Profectò numquã iſte tam amens fuiſſet, vt ex agro populi Rom. tribui pateretur, niſi omnis ea præda ſerui nomine ad iſtũ ipſum perueniret. ‖Petrini, cùm eorum de- 90 cumæ magno addictæ eſſent, tamen inuitiſſimi P. Næuio Turpioni, improbiſſimo homini, qui iniuriarum Sacerdote prætore, damnatus eſt,

e L. plus ipſi auf.

f L. hic dilectus.

g al. Sex. omnimod.

h al. Bariobali.

i al. Bariobali med. IↃ. ccc. LXS. CIↃ. IↃ.

k LLS.VII. dare coacti ſunt, Itáne diſſolutè decumas vendidiſti,37 l vt, cùm medimnū xv.millibus veniſsēt, hoc eſt LLS.xxxxv, m vt lucri decumano LLS.MMM. darentur? At permagno decumas eius agri n vendidi. Videlicet gloriatur non Turpioni lucrum datum, ſed petrinis pecu-
91 niam ereptam. || Quid? Halicienſes, quorum incolæ decumas dant, ipſi agros immuneis habēt: nónne huic eidem Turpioni, o cùm decumæ C. med. veniſſent, LLS.vx.CIↃ. dare coacti ſunt? Si id, quod maximè vis, poſſes probare, hæc ad decumanos lucra veniſſe, nihil te attigiſſe: tamen hæ pecuniæ, per vim, atque iniuriam tuā captæ, & cōciliatæ, tibi fraudi, & damnationi eſſe deberent. cùm verò hoc nemini perſuadere poſſis, te tam amētem fuiſſe, vt Apronium, ac Turpionem, ſeruos homines, tuo, p liberorumque tuorum periculo diuites fieri velles: dubitaturum quemquam exiſtimas, quin illis emiſſariis hæc
92 tibi omnis pecunia quæſita ſit? Segeſtā item ad immunem ciuitatem Venerius Symmachus decumanus immittitur. is ab iſto literas affert, vt ſibi q contra omnia S.C. contra iura omnia, cōtráque legem Rupiliam, extra forum vadimonium promittant aratores. Audite literas, quas ad Segeſtanos miſerit. LITERAE C. VERRIS. Hic Venerius quemadmodum in arotores luſerit, ex vna pactione hominis honeſti, gratioſique cognoſcite. in eodem enim genere ſunt ce-
93 tera. || Diocles eſt Panormitan9 r Phimes cognomine, homo illuſtris, s ac nobilis arator. Is agrum in Segeſtano (t nam commercium in eo agro nemini) cōductum habebat u LLS.ſex millibus pro decuma cùm pulſatus à Venerio eſſet. x dedit LLS.vxi.millia & CIↃ.LIIII. id ex tabulis ipſius cognoſcite. NOMEN DIOCLIS PANOR

k L. LLS. xv.CIↃ. dare co.
l L.vt cùm eſſet medimnus.
LLS.xv.veniſſent autem decumanæ medimn. III. CIↃ. hoc eſt LLS.xxxv.
m L.vt lucri decumano LLS.xv millia d.
n lib.vulg. vendidiſti. Videlicet igitur non Turp. lucr. d ſed Petr. pecuniç ereptā Q.
o L. cùm decumana CC. medimnis veniſſent, LLS duo millia dare c.
p L.liberūque tuorū
q L.contra omnia S.C. contráque legem Rup.
r al. Phinnies.
s L. ac nobilis. Arabat is agrū conductum in Seg. al. ac nobilis. Is agrum in Seg
t L. [nam cōmerciū in eo nomitanis eſt]
v L.LLS.VI.millibus. Cum pulſ.
x L.decidit LLS.xl.millib.& CIↃ.LIIII.

PANORMITANI. Huic eidem Symmacho, [y] Anneius * Brocchius ſenator, homo eo ſplendore, ea virtute, qua omneis exiſtimatis, nummos præter frumentum coactus eſt dare. Veneriône ſeruo, te prætore, talis vir, ſenator populi Romani, quæſtui fuit? Hunc ordinem ſi dignitaté antecellere non exiſtimabas, ne hoc quidem ſciebas, iudicare? || Antea cùm equeſter ordo iudicaret, improbi, & rapaces magiſtratus in prouinciis inſeruiebant publicanis: ornabãt eos, * qui in operis erant: quemcunque equitẽ Romanum in prouincia viderant, beneficiis, ac liberalitate proſequebantur: neque tãtũ illa res nocentibus proderat, quantum obfuit multis, cùm aliquid contra vtilitatem eius ordinis, voluntatémque feciſſent. Retinebatur hoc tum neſcio quo modo, quaſi communi conſilio ab illis diligenter, vt, qui vnum equitem Roman. contumelia dignum putaſſet, ab vniuerſo ordine malo dignus iudicaretur. || Tu ſic ordinem ſenatorium deſpexiſti: ſic ad iniurias libidinéſque tuas omnia coæquaſti: ſic habuiſti ſtatutum: cum animo, ac deliberatum, omneis, [z] qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te prætore attigiſſent, iudices reiicere, vt illud non cogitares, tamen ad eiuſdem ordinis homines te iudices eſſe venturum? in quibus, ſi ex ipſorum domeſtico incommodo nullus dolor inſidêret: tamen eſſet cogitatio, in alterius iniuria ſeſe deſpectos, dignitatémque ordinis contemtam, & abiectam: quod mehercule, iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati [a] prudentes, ac viri boni difficillimè poſſunt. || Spoliaſti Siculos. ſolent enim multi eſſe in iniuriis ſuis prouinciales. vexaſti negotiatores. inuiti enim Romam, raróque [b] decedunt. [c] Equites Roman. ad Apronij iniurias dediſti. quid enim iam nocere poſſunt,

94 (beside "quidem ſciebas, iudicare? || Antea")
95 (beside "dine malo dignus iudicaretur. || Tu")
96 (beside "difficillimè poſſunt. || Spoliaſti")

y L. Annæius Brocchus.
* Furiæ gentis cognomen.
* L. quicũque in operis erant.
z L. qui haberent in Sicil.
a L. pudentes, ac viri b.
b for. diſc.
c lib. vulg. Equitem R.

Digitized by Google

ſunt, quibus nõ licet iudicare? Quid, cũ ſenatores ſummis iniuriis afficis? quid aliud dicis, niſi hoc? cedò mihi etiam iſtum ſenatorem: vt hoc ampliſſimum nomen ſenatorium non modò ad inuidiam imperitorum, ſed etiam ad contumeliam improborum natum eſſe videatur.

97 || Neque hoc in vno fecit [d] Anneio, ſed in omnibus ſenatoribus: vt ordinis nomen non tantum ad honorem, quantum ad ignominiam valeret. In C. Caſſio, viro clariſſimo & fortiſſimo, cùm is eo ipſo tempore, primo iſtius anno Coſ. eſſet, tanta improbitate vſus eſt, vt, cùm eius vxor, fæmina primaria, paternas haberet arationes in Leontino, [e] frumentũ omne in decumas auferre iuſſerit. Hunc tu in hac cauſa teſtẽ, Verres, habebis: quoniam, iudicem ne haberes, pro-

98 uidiſti. || Vos autem, iudices, putare debetis eſſe quiddam nobis inter nos cõmune, atq; coniunctum, multa ſunt impoſita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non ſolùm legum, ac iudiciorum, ſed etiam rumorum, ac temporum. Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus, atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circumflari poſſe videatur. In hac miſera, & * iniqua conditione vitæ, ne hoc quidem retinebimus, iudices, vt magiſtratibus noſtris in obtinendo iure noſtro ne contemtiſſimi, [f] ac

99 deſpectiſſimi eſſe videamur? || Thermitani miſerunt, qui decumas emerent agri ſui. Magni ſua putabant intereſſe, publicè potius quamuis magno emi, quàm in aliquem iſtius emiſſarium incidere. Appoſitus erat Venuleius quidam, qui emeret. Is liceri non deſtitit. illi, quoad videbatur ferri aliquo modo poſſe, contenderunt: poſtremò liceri deſtiterunt. [g] addicitur Venuleio tritici mod. [h] VII. c. Legatus Poſſidorus renuntiat. Cùm omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat, [h] tritici mod. VI. præterea LLS. cIↃ. cIↃ. millia

d L. Anneio

e V. c frumẽtum omne decumanos auferre iuſſ.

* L. indigna conditione

f L. ac deſpicatiſſimi eſſe vid.

g L. addicuntur Venuleio tritici mod. VIII. millib. legatus Phaſidorus ren.

h L. tritici modij cIↃ. & præterea LLS. duo millia ex q.

Cognoſcite item profeſſiones ſationum, & pactiones Meneniorum cum Venerio ſeruo. Recita ex literis publicis. PROFESSIONES SATIONVM, ET PACTIONES MENENIORVM CVM VENERIO SERVO EX LITERIS PVBLICIS. Patiemini, iudices, à ſociis, ab aratoribus populi Romani, ab iis, qui vobis laborant, vobis ſeruiunt, qui ita plebem Romanam ab ſeſe ali volunt, vt ſibi ac liberis ſuis tantum ſuperſit, quo ipſi ali poſſint: ab his, per ſummã iniuriã, [o] peracerbiſſimas contumelias, plus aliquanto ablatum eſſe,
103 quàm natum ſit?|| Sentio, iudices, moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendámque veſtram ſatietatem. non verſabor in vno genere diutiùs, & ita cetera de oratione tollam mea [p] vt tamen in cauſa relinquam. Audietis Agrigentinorum, fortiſſimorum virorum, [q] diligentiſſimorumq; & locupletiſſimorũ oratorum querimonias: cognoſcetis, [r] iudices, [s] Entellinorum ſum̃mi laboris, ſummæq; induſtriæ, dolorẽ, & iniurias: Heracleenſium, [t] Incilienſium, AEtnenſium, Solentinorum incommoda proferentur: Catinenſium, locupletiſſimorum hominum amiciſſimorúmq; agros vexatos ab Apronio cognoſcetis: Tyndaritanam, nobiliſſimam ciuitatem, Cephaleditanam, Halentinam, Apollonienſem, Egynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum intelligetis: Murgẽtinis, Aſſorinis, Elorinis, Ennenſibus, Letinis, nihil omnino relictum: Citarinos, Acherinos, paruarum ciuitatum homines, omnino abiectos eſſe, ac perditos: omneis denique agros decumanos per triẽnium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vectigaleis fuiſſe: & pleriſq; aratoribus nihil omnino ſuperfuiſſe: quibus [u] ſi cui quid aut remiſſum, aut relictum ſit, id fuiſſe tantum, quantum ex eo, quo iſtius auaritia con-
104 tenta fuit, redundarit.|| Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros, iudices, ferè optimos, ac

o per ſummas cont.

p L. vt in cauſa relinquam.

q L. diligentiſſimorúmque, querimon.

r L. vox, iudices, abeſt à v.c.

s L. Entellinorum, hominum ſummi laboris, ſ.

t L. Gelenſium, Solẽtinorum incom.

v L. quibus quod tum aut, remiſſum, aut rel.

* L. & nobiliſſimos, AEtnenſem * ac Leontinum. Horũ agrorũ ego miſſos faciam quæſtus triennij: vnũ annum eligam, quo faciliùs id, quod inſtitui, explicare poſſim. Sumam annum tertiũ, quòd & recentiſſimus eſt, & ab iſto ita adminiſtratus, vt cùm ſe certè deceſſurũ videret, non laboraret, ſi aratorem nullum in Sicilia omnino eſſet relicturus. Agri AEtnenſis, & Leontini decumas agemus. Attendite, iudices, diligenter. agri ſunt feraces: annus tertius: decumanus Apronius.
105 ‖ de AEtnenſibus perpauca dicam. dixerũt enim ipſi priore actione publicè: memoria tenetis, Artemidorum AEtnenſem, legationis eius principem, publicè dicere, Apronium veniſſe AEtnam cum Veneriis: vocaſſe ad ſe magiſtratum: imperaſſe, vt in foro ſibi medio lecti ſternerentur: quotidie ſolitum eſſe nõ modò in publico, ſed etiam de publico conuiuari: cùm in eis conuiuiis ſymphonia caneret, maximiſque populis miniſtraretur, [x] retinere ſolitum eſſe aratores, atque ab iis non modò per iniuriam, ſed etiam per contumeliam, tantum exprimi frumenti, quantum Apronius imperaſſet.
106 ‖ Audiſtis hæc, iudices, quæ nunc ego omnia prætereo, ac relinquo. Nihil de luxuria Apronij loquor, nihil de inſolẽtia, nihil de ſingulari nequitia, ac turpitudine: tantum de quæſtu, ac lucro dicam vnius agri, & vnius anni, quo facilius vos coniecturam de triennio, & de tota Sicilia facere poſſitis. Sed mihi AEtnenſium breuis eſt oratio. ipſi enim venerunt: ipſi publicas literas deportarunt. docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo nõ malus, familiaris prætoris, Apronius. id, quæſo, ex ipſorum teſtimonio cognoſcite. Recita teſtimonium AEtnenſium. TESTIMONIVM AETNENSIVM. Quid ais? dic, dic, quæſo, clariùs, vt populo Ro. de ſuis vectigalibus, de ſuis aratoribus, de ſuis ſociis, atque amicis audiat. [y] L. MEDIMNA. Per deos immortaleis, vnus ager

x L. retineri ſolitos eſſe.

y L. L. MEDIMNVM. L. LLS. MILLIA. D.

ager vno anno ccc. millia mod.tritici: & præterea ꝸ𝔰.L.Millia lucri dat Apronio? tantóne minoris decumæ venierunt, quàm fuerunt: an, cũ ſatis magno veniſſent, hic tantus tamen frumẽti, pecuniæque numerus ab aratoribus per vim ablatus eſt? vtrum enim horũ dixeris, in eo cul-
107 pa & crimen hærebit. || Nam illud quidem non dices, quod vtinam dicas, ad Apronium non perueniſſe tantum, ita te non modò publicis tenebo, ſed etiam priuatis aratorum pactionibus ac literis: vt intelligas, non te diligentiorem in faciendis furtis fuiſſe, quàm me in deprehendendis. Hoc tu feres? hoc quiſquam defendet? hoc hi, ſi aliter de te ſtatuere voluerint, ſuſtinebunt? Vno aduentu, ex vno agro, Qu. Apronium, præter eam, quam dixi, pecuniam numeratam, ccc. millia mod. tritici lucri nomine ſuſtuliſſe?
108 || Quid? hoc Aetnenſes ſoli dicunt? immò etiam Centuripini, qui agri Aetnenſis multo maximã partem poſſident: quorum legatis, hominibus nobiliſſimis, Androni, & Arthemoni, ſenatus ea mandata dedit, quæ publicè ad ciuitatem ipſorum pertinebant de iis iniuriis, quas ciues Centuripini non in ſuis, ſed in aliorum finibus acceperunt, ſenatus & populus Centuripinus legatos noluit mittere: ipſi aratores Centuripini, qui numerus eſt in Sicilia maximus, [z] honeſtiſſimorum, & locupletiſſimorum, treis legatos ciueis ſuos,* delegerunt: vt eorum teſtimonio nõ vnius agri, ſed propè totius Siciliæ calamitates cognoſceretis. arant enim tota Sicilia ferè Centuripini. & hoc in te grauiores, certioréſque teſtes ſunt, quod ceteræ ciuitates ſuis ſolùm incommodis commouentur: Centuripini, quòd in omnium ferè finibus habent poſſeſſiones, etiam ceterarum ciuitatum damna, ac detrimenta
109 ſenſerunt. || Verùm, vt dixi, ratio certa eſt AEtnenſium, & publicis, & priuatis literis conſignata. 39 mea diligentia penſum magis

z L. hominum honeſtiſſim.
* al. delegarunt.

[a] in Leontino agro eſt exigendum,propter hãc
cauſam, quòd ipſi Leontini publicè nõ ſanè me
multum adiuuerunt.neque enim eos,iſto prętore,
hæ decumanorum iniuriæ læſerunt:[b] potius
etiam adiuuerunt. Mirum fortaſſe hoc vobis,
aut incredibile videatur, in tantis aratorum incommodis,
Leontinos, qui principes rei frumẽtariæ
fuerunt,experteis incommodorum, atque
iniuriarum fuiſſe.hoc cauſæ eſt,iudices,quòd in
agro Leontino, præter vnam Mnaſiſtrati familiam,
glæbam Leontinorum poſſidet nemo.Itaque
Mnaſiſtrati,hominis honeſtiſſimi,atq; optimi
viri teſtimonium, iudices,[c] audietis.ceteros
Leontinos, quibus nõ modò Apronius in agris,
ſed ne tempeſtas quidem vlla nocere potuit,exſpectare
nolite. etenim non modò incommodi
nihil ceperunt:ſed etiam in Apronianis illis rapinis,
in quæſtu ſunt, compendióque verſati.
||Quapropter,quoniam me Leontina ciuitas,at- 110
que legatio, propter eam, quam dixi, cauſam,
defecit:mihimet ineunda ratio, & via reperienda
eſt, qua ad Apronij quæſtum, ſiue adeò, quą
ad iſtius ingentem, immanémque prædam poſſim
peruenire.Agri Leontini decumæ anno tertio
venierunt[d] tritici medimnis xxxvi.hoc eſt,
tritici mod.ccxvi. Magno, iudices,magno,neq;
enim hoc poſſum negare. itaque neceſſe eſt aut
damnum, aut certè non magnum lucrum feciſſe
decumanum. Hoc enim ſolet vſu venire iis, qui
magno redemerunt.||Quid, ſi oſtendo, in hac v- 111
na emtione,lucri fieri tritici [e] modios c? quid,
ſi cc? quid ſi ccc? Quid ſi cccc? dubitabitis
etiam, cui iſta tanta præda quæſita ſit? Iniquum
me eſſe quiſpiam dicet, qui ex lucri magnitudine
coniecturam * capiam furti, atque
prædæ. Quid, ſi doceo, iudices, eos, qui cccc.
millia modium lucri faciunt, damnum facturos
fuiſſe, [f] ſi,vt tua iniquitas fuit,ſi tui ex cohorte
recuperatores non intercederent? num quis
po

a L. in agro Leontino

b L. potiùs etiam iudices adiu.

c L. audiſtis. cet.

d L. tritici medimnũ xxxvi. millib. hoc eſt, trit. mod. ccxvi. millib. M.

e L. modiũm c. millia?

* L. faciam.

f L. ſi tua iniquitas, ſi tui ex coh. rec.

poterit in tanto lucro, tantáque iniquitatę dubitare? [g] quin propter improbitatem tam magnos quæſtus feceris? propter magnitudinem
112 quæſtus improbus eſſe volueris? || Quomodo igitur hoc aſſequar, iudices, vt ſciam, quantum lucri factum ſit? non ex Apronij tabulis, quas ego cùm conquirerem, non inueni: & cùm in ius ipſum eduxi, expreſſi, vt conficere tabulas ſe negaret. Si mentiebatur: quamobrem remouebat, ſi hæ tabulæ nihil tibi erant obfuturæ? Si omnino nullas confecerat literas: [h] ne id quidem ſatis ſignificabat, illum non ſuum negotium geſſiſſe? ea eſt enim [i] ratio decumarum, vt ſine plurimis literis confici non poſſit. ſingula enim nomina aratorum, & cum ſingulis [k] pactiones decumarum, literis perſequi & conficere neceſſe eſt. Iugera profeſſi ſunt aratores omnes imperio, atque inſtituto tuo: non opinor quemquam minus eſſe profeſſum, quàm, quantum araſſet, cùm tot cruces, [l] tot ſupplicia, tot ex cohorte recuperatores proponerentur. [m] In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici ſeritur, perpetua, atque æquabili ſatione 4° [n] ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verùm, vt omnes dij adiuuent, cum [o] decimo quòd ſi quando accidit, tum fit, vt tantum decumæ ſit, quantum ſeueris: hoc eſt, vt, quot iugera ſunt ſata, totidem medimna decumæ debeantur.
113 || Hoc cùm ita eſſet: primùm illud dico, pluribus millibus medimnûm veniſſe decumas agri Leontini, quàm quot millia iugerûm ſata erant in agro Leontino. Quòd ſi fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna [p] ex iugere ararent: medimnum autem ex iugere decumano dari poterat, cùm ager id quod perrarò euenit, cum decumo extuliſſet: quæ erat ratio decumani, ſi quidem decumæ, ac non bona [q] veniebant aratorum, vt pluribus aliquanto medimnis decumas emeret, quàm iugera erant ſata?

g L. quin propter iniquitatem tuam tam mag.

h L. ne id quidem ſatis ſignificat, illum tuum, non ſuum neg.

i L. ratio decumanorum.

k L. pactiones decumanorum.

l L. tot iudicia, tot ex.

m L. in iugero L. agri.

n L. ager efficit cum octauo, bene vt agatur.

o L. decumo. & ita v.c.

p L. ex iugero exararent: med. autem ex iugero d.

q L. veniebant.

ſata? In Leontino iugerũm ſubſcriptio, ac profeſſio, [r] non eſt plus xxx. Decumæ xxxvi. medimnis venierunt. Errauit, an potius inſaniuit Apronius? immò tũ inſaniſſet, ſi aratoribus, quod deberent, licitum eſſet : & non, quod Apronius imperaſſet, neceſſe fuiſſet dare. || Si oſtendo, 114
minus tribus medimnis in iugerum 41 neminem dediſſe decumæ: concedes, opinor, [s] vt cum decumano fructus arationis perceptus ſit, neminem minus tribus decumis dediſſe.* Atque hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio, [t] vt iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret. Nam cùm à multis quaterna, etiam quina exigerentur: multis autem [u] non ſolùm granum vllum, ſed ne paleæ quidem ex omni fructu, atque ex annuo labore relinquerentur : tum aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus eſt, vnum in locum conuenerunt: hominem ſuæ ciuitatis in primis honeſtum, ac nobilem, Andronem Centuripinum, legarũt ad Apronium, eundem, quem hoc tempore ad hoc iudicium, legatum, & teſtem Centuripina ciuitas miſit : vt is apud eum cauſam aratorum ageret, ab eóq; peteret, vt ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera ſingula, quàm terna medimna exigeret. || Hoc vix ab Apronio in ſũ- 115
mo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum eſt. id cùm impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, vt pro ſingulis decumis, ternas decumas dare liceret. Quòd ſi tua res non ageretur, à te potius poſtularent, ne amplius, quàm ſingulas, quàm ab Apronio, vt ne plus, quàm ternas decumas darent. Nunc, vt hoc tempore ea, quæ regiè, ſeu potius tyrannicè, ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam: neque eos [x] appellem, à quibus omne frumentum eripuit, & quibus nihil non modò de fructu, ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit: ex his ternis medimnis (quod beneficij, gratiæ-

quę

r L. non eſt plus, quàm xxx. millium. Decumæ xxxvi. millib. medimnûm venier.
s L. vt cum decumo fr.
* L. Atqui hoc.
t L. vt in iugera ſingula tern.
v L. nõ modò granum nullum, ſed ne pal. & ita v.c.
x L. appellem, quibus omne.

q̃ue cauſa conceſſit (quid lucri fiat, cognoſcite.
116 ‖ Profeſſio ex agri Leõtini ad iugerûm xxx. millia.+[2] Hæc ſunt ad tritici [y] medimna xc.i. tritici mod. DXL. millia. deductis tritici mod. CCXVI. millia. deductis tritici mod. CCXVI. millibus quanti decumæ venierunt reliqua ſunt tritici CCCXXIV. millia.+[3] adde totius ſummæ IↃLXL. milliũ modiûm treis quinquageſimas, i. tritici mod. XXXII. millia, CCC. ab omnib. enim ternæ preterea quinquageſimæ exigebantur. [z] Sunt hæc iam ad LLS. CCCXL. mod. tritici. At ego CCCC. millia lucri facta eſſe dixerã. nõ enim duco in hac ratione, eos quib. ternis medimnis non eſt licitũ decidere. Verũ, vt hac ipſa ratione ſummam mei promiſſi compleã, ad ſingula medimna [a] multi LLS. duo, multi LLS. quinq; acceſſionis cogebantur dare: qui minimum, ſingulos nũmos. hoc minimũ vt ſequamur, quoniam xc. medimnûm millia duximus, accedant eo nouo, peſſimóq; exemplo LLS.
117 xc. millia.‖ Hic mihi etiam dicere audebit, magno ſe decumas vendidiſſe, cùm ex eodem agro, dimidio plus ipſe abſtulerit, quàm populo R. miſerit? CCXVI. modiũ millib. decumas agri Leõtini vendidiſti. ſi ex lege, magno: ſi, vt lex eſſet libido tua, paruo: ſi, vt, quæ dimidiæ eſſent, decumæ vocarentur: paruo vendidiſti. multo enim pluris fructus annui Siciliæ venire potuerunt, ſi id te ſenatus, aut populus R. facere voluiſſet. etenim ſæpe decumæ tanti venierunt, cùm lege Hieronica venirent, quanti nunc lege Verrea venierunt. Cedo mihi* C. Norbani decumas vẽditas. C. NORBANI DECVMAE VENDITAE AGRI LEONTINI. [b] Atque tum neque iudicium de modo iugerûm dabatur: neque enim erat Artemidorus Cornelius recuperator: neque ab aratore magiſtratus Siculus tantum exigebat, quantum decumanus ediderat: [c] nec beneficium petebatur à decumano, vt in iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret:

y L. medimnûm xc. millia id eſt, tritici mod. IↃ. xxx. millia.

z L. Sunt hæc iam ad tritici modiûm CC. CLVI. millia CCCC.

a L. multi LLS. binos multi LLS. ſingulos, & ſemiſſ. acceſſionis cog.

* C. hic Norbanus, prętor fuit Siciliç in cuius aureo nummo C. Norbanus PR. S. C. in argẽteo, faſces, ſpica, & prora ſignata ſunt, ad iudicandam eius prętuream Sicilienſem.

b L. Atqui.

c al. neque beneficium P.

nec nummorum* acceſſionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquageſimas frumẽti addere: & tamen populo Rom. magnus frumenti numerus mittebatur. || Quid verò iſtæ ſibi quin- 118
quageſimæ, quid porrò nummorum acceſſiones volunt? quo id iure, atque adeò quo id potius ore feciſti? nummos dabat arator. quomodo? aut vnde? qui, ſi largiſſimus eſſe vellet, cumulatiore menſura vteretur, vt antea ſolebant facere in decumis, cùm æqua lege, & condicione veniebant. Is nummum dabat. Vnde? de frumento? quaſi habuiſſet, te prætore, quod venderet. De viuo igitur erat aliquid reſecandũ, vt eſſet, vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc* corollarium nũmorum adderetur. Iam id porrò vtrùm libentes, an inuiti dabant? libentes? amabant, credo, Apronium. inuiti? qua re, niſi vi, & malo cogebantur? Iã iſte, homo amẽtiſſimus, in vendũdis decumis[d] LLS. faciebat acceſſiones ad ſingulas decumas: neq; multum:[e] bina, aut terna millia addebat. fiunt per triennium LLS. fortaſſe IↃ. millia. Hoc neq; exemplo cuiuſquam, neque vllo iure fecit: neq; eam pecuniam retulit: neq; hoc paruum crimen quemadmodum defenſurus ſit, homo quiſquã vnquam excogitauit. || Quod 119
cùm ita ſit, audes dicere, te magno decumas vẽdidiſſe, cùm ſit perſpicuum, te bona, fortunáſque aratorum, non populi R. ſed tui quæſtus cauſa vendidiſſe? Vt, ſi quis villicus ex eo fundo, 44 [f] qui LLS. dena meritaſſet, excifis arboribus ac venditis, demtis tegulis, inſtrumento, pecore abalienato, domino XX. millia nummûm pro X. miſerit: ſibi alia præterea centum confecerit: primò dominus, ignarus incommodi ſui, gaudeat, vllicóq; delectetur, quòd tãto ſibi plus mercedis ex fundo [g] refectum ſit: deinde, cùm audierit, eas res, quibus fundi fructus, & cultura [h] continentur, amotas & venditas: ſummo ſupplicio vllicum afficiat, & ſecum malè actum putet:

* hanc ipsã pecuniam poſtea vocat corollarium nummorum.

* Corollariũ Gloſſis ἐπιστεφάνωμα, quod coronis datur, quale Athenis victoribus dabatur.

d L. LLS. nummûm ſ. al. nũmorum.

e L. bina, aut terna millia nummûm addeb.

f L. qui ſeſtertia dena meritaſſet. al. cui LLS. dena mer. eſſet.

g al. effectũ ſit. al. receptum ſit.

h al. cõtinetur.

putet:item populus Rom.cùm audit, pluris de-
cumas vendidiſſe C.Verrem,quàm innocentiſſi-
mũ hominem,cui iſte ſucceſſit, C. Sacerdotem,
putat ſe bonum in arationibus, fructibúſq; ſuis
habuiſſe cuſtodem,ac villicũ: cùm ſenſerit, iſtũ
omne inſtrumentum aratorum, omnia ſubſidia
vectigalium vendidiſſe,omnem ſpem poſterita-
tis auaritia ſua ſuſtuliſſe, arationes & agros ve-
ctigaleis vaſtaſſe,atque exinaniſſe? ipſum maxi-
mos quæſtus prædáſque feciſſe: intelliget ſecũ
actum eſſe peſſimè: iſtum autem ſummo ſuppli-
120 cio dignum exiſtimabit.|| Vnde ergo hoc intel-
ligi poteſt?ex hoc maximè, quod ager decuma-
nus prouinciæ Siciliæ propter iſtius auaritiam
deſertus eſt.[i] neq; id ſolùm accidit,vt hi minus
multis iugis arent,ſi quis in agris[k] remanſerũt:
ſed etiam, vt permulti locupletes homines ma-
gni & naui aratores,agros[l] latos,ac fertileis de-
ſererent,totáſque arationes derelinquerent. Id
adeò ſciri facillimè poteſt ex literis publicis
ciuitatum, propterea quòd lege Hieronica nu-
merus* aratorũ quotannis apud magiſtratus pu-
blicè ſubſcribitur.Recita tandem,quot accepe-
rit aratores agri Leontinini Verres. * OCTVA-
GINTA TREIS. quot anno tertio profiteantur.
TRIGINTADVO. Vnum & quinquaginta arato-
res ita video [m] deiectos,vt his ne vicarij quidẽ
ſucceſſerint. Quot aratores,adueniente te, fue-
runt agri [n] Muticẽſis, videamus ex literis publi-
cis.CENTVM OCTVAGINTA OCTO. Quid? anno
tertio? CENTVM ET VNVS * octuaginta ſeptem
aratores vnus ager iſtius iniuria deſiderat:atque
adeò noſtra reſp. quoniam illa populi Rom. ve-
ctigalia ſunt, hunc tot patrumfamiliâs numerũ
deſiderat, & repoſcit. Ager Herbitenſis primo
anno habuit aratores ducentos,[o] quinquaginta
ſeptem,tertio centum viginti. hinc centum tri-
ginta ſeptem patresfamiliâs extorres profu-
gerunt. Agyrinenſis ager, quorum hominum

i L. neque id ſolùm actum eſt, vti min. multis iugis ararent ſiqui, &c.

k for. remã ſerant.

l al. lætos.

* Aratores à Verre deiecti.

* L. OCTAGINTA, vt & infrà.

m fort. eiectos.

n L. Mugenſis. al. Mutienſis.

* L. octoginta.

o L. LII. tertio c. xx. Hinc C XXXII. patr.

num,tam calamitoſum,te prætore,verſatum eſt, vt is,qui tibi ſucceſſerit, reliquos aratores collegiſſe,& recreaſſe videatur?|| Cũ bellis Karthaginenſibus Sicilia vexata eſt, f & poſt noſtram, patrúmq; memoriam, cùm bis g in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ verſatæ ſint: 46 tamẽ h aratorum internicio facta nulla eſt. tum, ſemẽte prohibita, aut meſſe amiſſa, fruct9 annuus interibat: tamen incolumis numerus manebat dominorum, atque aratorum. tum, qui M. Leuinio, aut P. Rupilio, aut M'. Aquillio prætoribus in eam prouinciam ſucceſſerant, aratores reliquos non colligebant, Tantóne plus Verres cum Apronio prouinciæ Siciliæ calamitatis importauit, quàm aut Haſdrubal cum Pœnorum exercitu, aut Athenio cum fugitiuorum maximis copiis, vt temporibus illis ſimulatq; hoſtis ſuperatus eſſet, ager araretur omnis, neque aratori prætor per literas ſupplicaret, neq; eum præſens oraret, vt quàm plurimùm ſereret: nunc autem, ne poſt abitum quidem huius importuniſſimæ peſtis, quiſquam reperiretur, qui ſua voluntate araret? pauci eſſent reliqui, qui L. Metelli auctoritate in agros, atq; ad ſuum larem familiarem redirent? 125

f L. & poſt noſtra, patrúmque memoria, al. & noſtra patrúmque memoria,
g L. in eadem pr.
h L. aratorum interitio.

|| His te literis, homo audaciſſime, atq; amentiſſime, * iugulatum eſſe non ſentis, non vides, cùm is, qui tibi ſucceſſit, aratores reliquos i appellet, hoc eũ disertè ſcribere, reliquos hos eſſe, non ex bello, neque ex aliqua huiuſmodi calamitate, ſed ex tuo ſcelere, importunitate, auaritia, crudelitate? Recita cetera. TAMEN PRO EO, VT TEMPORIS DIFFICVLTAS ARATORVMQVE PENVRIA TVLIT. Aratorum, inquit, penuria. Si ego accuſator toties de re eadem dicerem, vererer, ne animos veſtros offenderem, iudices. Clamat Metellus: niſi literas miſiſſem. non eſt ſatis. Niſi præſens confirmaſſem. ne id quidẽ ſatis eſt. Reliquos, inquit, aratores. reliquos? propè lugubri verbo calamitatem prouinciæ 126

* al. iugulatum non ſentis.
i L. appellat.

Sici

127 Siciliæ ſignificat: addit, Aratorũ penuria. ‖[k] Exſpectate etiam, iudices, exſpectate ſi poteſtis, auctoritatem accuſationis meæ. dico aratores iſtiꝰ auaritia [l] eiectos: ſcribit Metellus, reliquos ab ſe eſſe confirmatos. dico agros relictos, arationéſque deſertas eſſe: ſcribit Metellus aratorum eſſe penuriam. hoc cùm ſcribit, illud oſtendit, [m] deiectos, eiectos fortunis omnibus expulſos eſſe populi Rom. ſocios, atque amicos. quibus ſiqua calamitas propter iſtum, ſaluis vectigalibus noſtris, accidiſſet, animaduertere in eum vos oportebat: præſertim cùm ea lege iudicaretis, quæ ſociorum cauſa eſſet conſtituta. cùm verò perditis, profligatíſque ſociis vectigalia populi R. [n] ſint deminuta: res frumentaria, cõmeatus, copiæ, ſalus vrbis, atque exercituum noſtrorum in poſteritatem iſtius auaritia interierit: [o] ſaltẽ cõmoda populi R. reſpicite, ſi ſociis fideliſſimis
128 proſpicere non laboratis. ‖ Atq; vt intelligatis, ab iſto, præ lucro, prædáq; præſenti, nec vectigalium, nec poſteritatis habitam eſſe rationem: cognoſcite, quid ad extremũ ſcribat Metellus. IN RELIQVVM TEMPVS VECTIGALIB. PROSPEXI. In reliquũ tẽpus ait ſe vectigalib. proſpexiſſe, non ſcriberet, ſe vectigalib. proſpexiſſe, niſi hoc vellet oſtendere, te vectigalia perdidiſſe. Quid enim erat, quòd vectigalibus proſpiceret Metellꝰ in decumis & in tota re frumentaria, ſi iſte non vectigalia populi R. ſuo quæſtu peruertiſſet? Atq; ipſe Metellus, qui vectigalib. proſpicit, qui reliquos aratores colligit, quid aſſequitur, niſi hoc, vt arẽt, ſi qui poſſũt, quib. aratrũ ſaltẽ aliquod ſatelles iſtius Apronius reliquũ fecit: qui tamẽ in agris ſpe, atq; exſpectatione Metelli remanſerunt? Quid ceteri Siculi? quid ille maximꝰ numerus aratorũ, qui nõ modò ex agris eiecti ſunt, ſed etiã ex ciuitatib. ſuis, ex prouincia, deniq; bonis, fortuniſq; omnib. ereptis, profugerũt: qua ratione ij reuocabuntur? quot prætorum

k L. Exſpectate etiã, iudices, ſi pot.
l al. deiectos.
m al. deiectos, fortunis omn. & ita v.c.
n al. ſint diminuta.
o al. ſaltem commoda veſtra reſpic.

PANORMITANI. Huic eidem Symmacho, [y] Anneius * Brocchius ſenator, homo eo ſplendore, ea virtute, qua omneis exiſtimatis, nummos præter frumentum coactus eſt dare. Veneriône ſeruo, te prætore, talis vir, ſenator populi Romani, quæſtui fuit? Hunc ordinem ſi dignitatê antecellere non exiſtimabas, ne hoc quidem ſciebas, iudicare? || Antea cùm equeſter 94
ordo iudicaret, improbi, & rapaces magiſtratus in prouinciis inſeruiebant publicanis: ornabãt eos, * qui in operis erant: quemcunque equitẽ Romanum in prouincia viderant, beneficiis, ac liberalitate proſequebantur: neque tãtũ illa res nocentibus proderat, quantum obfuit multis, cùm aliquid contra vtilitatem eius ordinis, voluntatémque feciſſent. Retinebatur hoc tum neſcio quo modo, quaſi communi conſilio ab illis diligenter, vt, qui vnum equitem Roman. contumelia dignum putaſſet, ab vniuerſo ordine malo dignus iudicaretur. || Tu ſic ordinem 95
ſenatorium deſpexiſti: ſic ad iniurias libidinéſque tuas omnia coæquaſti: ſic habuiſti ſtatutum: cum animo, ac deliberatum, omneis, [z] qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te prætore attigiſſent, iudices reiicere, vt illud non cogitares, tamen ad eiuſdem ordinis homines te iudices eſſe venturum? in quibus, ſi ex ipſorum domeſtico incommodo nullus dolor inſidêret: tamen eſſet cogitatio, in alterius iniuria ſeſe deſpectos, dignitatémque ordinis contemtam, & abiectam: quod mehercule, iudices, mihi non mediocriter ferendum videtur. Habet enim quendam aculeum contumelia, quem pati [a] prudentes, ac viri boni difficillimè poſſunt. || Spoliaſti Siculos. ſolent 96
enim multi eſſe in iniuriis ſuis prouinciales. vexaſti negotiatores. inuiti enim Romam, ra-róque [b] decedunt. [c] Equites Roman. ad Apronij iniurias dediſti. quid enim iam nocere poſſunt,

y L. Annæius Brocchus.
* Furiæ gentis cognomen.
* L. quicunque in operis erant.
z L. qui haberent in Sicil.
a L. pudentes, ac viri b.
b for. diſc.
c lib. vulg. Equitem R.

Digitized by Google

ſunt, quibus nō licet iudicare? Quid, cū ſenatores ſummis iniuriis afficis? quid aliud dicis, niſi hoc? cedò mihi etiam iſtum ſenatorem: vt hoc ampliſſimum nomen ſenatorium non modò ad inuidiam imperitorum, ſed etiam ad contumeliam improborum natum eſſe videatur.
97 || Neque hoc in vno fecit [d] Anneio, ſed in omnibus ſenatoribus: vt ordinis nomen non tantum ad honorem, quantum ad ignominiam valeret. In C. Caſſio, viro clariſſimo & fortiſſimo, cùm is eo ipſo tempore, primo iſtius anno Cos. eſſet, tanta improbitate vſus eſt, vt, cùm eius vxor, fæmina primaria, paternas haberet arationes in Leontino, [e] frumentū omne in decumas auferre iuſſerit. Hunc tu in hac cauſa teſtē, Verres, habebis: quoniam, iudicem ne haberes, pro-
98 uidiſti. || Vos autem, iudices, putare debetis eſſe quiddam nobis inter nos cōmune, atq; coniun&tum, multa ſunt impoſita huic ordini munera, multi labores, multa pericula, non ſolum legum, ac iudiciorum, ſed etiam rumorum, ac temporum. Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus, atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circumflari poſſe videatur. In hac miſera, & * iniqua conditione vitæ, ne hoc quidem retinebimus, iudices, vt magiſtratibus noſtris in obtinendo iure noſtro ne contemtiſſimi, [f] ac
99 deſpectiſſimi eſſe videamur? || Thermitani miſerunt, qui decumas emerent agri ſui. Magni ſua putabant intereſſe, publicè potius quamuis magno emi, quàm in aliquem iſtius emiſſarium incidere. Appoſitus erat Venuleius quidam, qui emeret. Is liceri non deſtitit. illi, quoad videbatur ferri aliquo modo poſſe, contenderunt: poſtremò liceri deſtiterunt. [g] addicitur Venuleio tritici mod. [h] VII. C. Legatus Poſſidorus renuntiat. Cùm omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venuleio dantur, ne accedat, [h] tritici mod. VI. præterea LLS. ↀ.ↀ. millia

d L. Anneio

e V. c frumētum omne decumano auferre iuſſ.

* L. indigna conditione

f L. ac deſpicatiſsimi eſſe vid.

g L. addicuntur Venuleio tritici mod. VIII. millib. legatus Phaſidorus ren.

h L. tritici modij c.ↀ. & præterea L L S. duo millia ex q.

Digitized by Google

Cognoſcite item profeſſiones ſationum, & pactiones Meneniorum cum Venerio ſeruo. Recita ex literis publicis. PROFESSIONES SATIONVM, ET PACTIONES MENENIORVM CVM VENERIO SERVO EX LITERIS PVBLICIS. Patiemini, iudices, à ſociis, ab aratoribus populi Romani, ab iis, qui vobis laborant, vobis ſeruiunt, qui ita plebem Romanam ab ſeſe ali volunt, vt ſibi ac liberis ſuis tantum ſuperſit, quo ipſi ali poſſint: ab his, per ſummã iniuriã, [o] peracerbiſſimas contumelias, plus aliquanto ablatum eſſe,

103 quàm natum ſit? || Sentio, iudices, moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendámque veſtram ſatietatem. non verſabor in vno genere diutiùs, & ita cetera de oratione tollam mea [p] vt tamen in cauſa relinquam. Audietis Agrigentinorum, fortiſſimorum virorum, [q] diligentiſſimorumq; & locupletiſſimorũ oratorum querimonias: cognoſcetis, [r] iudices, [s] Entellinorum ſummi laboris, ſummæq; induſtriæ, dolorẽ, & iniurias: Heracleinſium, [t] Inciliẽnſium, AEtnenſium, Solentinorum incommoda proferentur: Catinenſium, locupletiſſimorum hominum amiciſſimorúmq; agros vexatos ab Apronio cognoſcetis: Tyndaritanam, nobiliſſimam ciuitatem, Cephaleditanam, Halentinam, Apollonienſem, Egynam, Capitinam, perditas eſſe hac iniquitate decumanorum intelligetis: Murgẽtinis, Aſſorinis, Elorinis, Ennenſibus, Letinis, nihil omnino relictum: Citarinos, Acherinos, paruarum ciuitatum homĩnes, omnino abiectos eſſe, ac perditos: omneis denique agros decumanos per triẽnium populo Romano ex parte decuma, C. Verri ex omni reliquo vectigaleis fuiſſe: & pleriſq; aratoribus nihil omnino ſuperfuiſſe: quibus [u] ſi cui quid aut remiſſum, aut relictum ſit, id fuiſſe tantum, quantum ex eo, quo iſtius auaritia con-

104 tenta fuit, redundarit. || Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros, iudices, ferè optimos, ac

o per ſummas cont.

p L. vt in cauſa relinquam.

q L. diligentiſſimorúmque, querimon.

r L. vox, iudices, abeſt à v.c.

s L. Entellinorum, hominum ſummi laboris, ſ.

t L. Gelenſium, Solẽtinorum incom.

v L. quibus quod tum aut, remiſſum, aut rel.

* L.& nobiliſſimos, AEtnenſem * ac Leontinum. Horũ agrorũ ego miſſos faciam quæſtus triennij: vnũ annum eligam, quo faciliùs id, quod inſtitui, explicare poſſim. Sumam annum tertiũ, quòd & recentiſſimus eſt, & ab iſto ita adminiſtratus, vt cùm ſe certè deceſſurũ videret, non laboraret, ſi aratorem nullum in Sicilia omnino eſſet relicturus. Agri AEtnenſis, & Leontini decumas agemus. Attendite, iudices, diligenter. agri ſunt feraces: annus tertius: decumanus Apronius.
105 ‖ de AEtnenſibus perpauca dicam. dixerũt enim ipſi priore actione publicè: memoria tenetis, Artemidorum AEtnenſem, legationis eius principem, publicè dicere, Apronium veniſſe AEtnam cum Veneriis: vocaſſe ad ſe magiſtratum: imperaſſe, vt in foro ſibi medio lecti ſternerentur: quotidie ſolitum eſſe nõ modò in publico, ſed etiam de publico conuiuari: cùm in eis conuiuiis ſymphonia caneret, maximiſque populis miniſtraretur, x retinere ſolitum eſſe aratores, atque ab iis non modò per iniuriam, ſed etiam per contumeliam, tantum exprimi frumenti, quantum Apronius imperaſſet.
106 ‖ Audiſtis hæc, iudices, quæ nunc ego omnia prætereo, ac relinquo. Nihil de luxuria Apronij loquor, nihil de inſolẽtia, nihil de ſingulari nequitia, ac turpitudine: tantum de quæſtu, ac lucro dicam vnius agri, & vnius anni, quo faciliùs vos coniecturam de triennio, & de tota Sicilia facere poſſitis. Sed mihi AEtnenſium breuis eſt oratio. ipſi enim venerunt: ipſi publicas literas deportarunt. docuerunt vos, quid lucelli fecerit homo nõ malus, familiaris prætoris, Apronius. id, quæſo, ex ipſorum teſtimonio cognoſcite. Recita teſtimonium AEtnenſium. TESTIMONIVM AETNENSIVM. Quid ais? dic, dic, quæſo, clariùs, vt populo Ro. de ſuis vectigalibus, de ſuis aratoribus, de ſuis ſociis, atque amicis audiat. y L. MEDIMNA. Per deos immortaleis, vnus ager

x L. retineri ſolitos eſſe.

y L. L. MEDIMNVM. L. LLS. MILLIA. D.

ager vno anno ccc. millia mod. tritici: & præterea ꝲꝲs. L. Millia lucri dat Apronio? tantóne minoris decumæ venierunt, quàm fuerunt: an, cũ ſatis magno veniſſent, hic tantus tamen frumẽti, pecuniæque numerus ab aratoribus per vim ablatus eſt? vtrum enim horũ dixeris, in eo cul-
107 pa & crimen hærebit. ‖ Nam illud quidem non dices, quod vtinam dicas, ad Apronium non perueniſſe tantum, ita te non modò publicis tenebo, ſed etiam priuatis aratorum pactionibus ac literis: vt intelligas, non te diligentiorem in faciendis furtis fuiſſe, quàm me in deprehendendis. Hoc tu feres? hoc quiſquam defendet? hoc hi, ſi aliter de te ſtatuere voluerint, ſuſtinebunt? Vno aduentu, ex vno agro, Qu. Apronium, præter eam, quam dixi, pecuniam numeratam, ccc. millia mod. tritici lucri nomine ſuſtuliſſe?
108 ‖ Quid? hoc Aetnenſes ſoli dicunt? immò etiam Centuripini, qui agri Aetnenſis multo maximã partem poſſident: quorum legatis, hominibus nobiliſſimis, Androni, & Arthemoni, ſenatus ea mandata dedit, quæ publicè ad ciuitatem ipſorum pertinebant de iis iniuriis, quas ciues Centuripini non in ſuis, ſed in aliorum finibus acceperunt, ſenatus & populus Centuripinus legatos noluit mittere: ipſi aratores Centuripini, qui numerus eſt in Sicilia maximus, [z] honeſtiſſimorum, & locupletiſſimorum, treis legatos ciueis ſuos,* delegerunt: vt eorum teſtimonio nõ vnius agri, ſed propè totius Siciliæ calamitates cognoſceretis. arant enim tota Sicilia ferè Centuripini. & hoc in te grauiores, certioréſque teſtes ſunt, quod ceteræ ciuitates ſuis ſolùm incommodis commouentur: Centuripini, quòd in omnium ferè finibus habent poſſeſſiones, etiam ceterarum ciuitatum damna, ac detrimenta
109 ſenſerunt. ‖ Verùm, vt dixi, ratio certa eſt AEtnenſium, & publicis, & priuatis literis conſignata. 39 mea diligentia penſum magis

z I. hominum honeſtiſſim.
* al. delegarunt.

[a] in Leontino agro eſt exigendum, propter hãc cauſam, quòd ipſi Leontini publicè nõ ſanè me multum adiuuerunt. neque enim eos, iſto prætore, hæ decumanorum iniuriæ læſerunt: [b] potius etiam adiuuerunt. Mirum fortaſſe hoc vobis, aut incredibile videatur, in tantis aratorum incommodis, Leontinos, qui principes rei frumẽtariæ fuerunt, experteis incommodorum, atque iniuriarum fuiſſe. hoc cauſæ eſt, iudices, quòd in agro Leontino, præter vnam Mnaſiſtrati familiam, glæbam Leontinorum poſſidet nemo. Itaque Mnaſiſtrati, hominis honeſtiſſimi, atq; optimi viri teſtimonium, iudices, [c] audietis. ceteros Leontinos, quibus nõ modò Apronius in agris, ſed ne tempeſtas quidem vlla nocere potuit, exſpectare nolite. etenim non modò incommodi nihil ceperunt: ſed etiam in Apronianis illis rapinis, in quæſtu ſunt, compendióque verſati.

110 Quapropter, quoniam me Leontina ciuitas, atque legatio, propter eam, quam dixi, cauſam, defecit: mihimet ineunda ratio, & via reperienda eſt, qua ad Apronij quæſtum, ſiue adeò, qua ad iſtius ingentem, immanémque prædam poſſim peruenire. Agri Leontini decumæ anno tertio venierunt [d] tritici medimnis xxxvi. hoc eſt, tritici mod. ccxvi. Magno, iudices, magno, neq; enim hoc poſſum negare. itaque neceſſe eſt aut damnum, aut certè non magnum lucrum feciſſe decumanum. Hoc enim ſolet vſu venire iis, qui magno redemerunt.

111 Quid, ſi oſtendo, in hac vna emtione, lucri fieri tritici [e] modios c? quid, ſi cc? quid ſi ccc? Quid ſi cccc? dubitabitis etiam, cui iſta tanta præda quæſita ſit? Iniquum me eſſe quiſpiam dicet, qui ex lucri magnitudine coniecturam * capiam furti, atque prædæ. Quid, ſi doceo, iudices, eos, qui cccc. millia modium lucri faciunt, damnum facturos fuiſſe, [f] ſi, vt tua iniquitas fuit, ſi tui ex cohorte recuperatores non intercederent? num quis

po

a L. in agro Leontino
b L. potiùs etiam iudices adiu.
c L. audiſtis. cet.
d L. tritici medimnũ xxxvi. millib. hoc eſt, trit. mod. ccxvi. millib. M.
e L. modiũm c. millia?
* L. faciam.
f L. ſi tua iniquitas, ſi tui ex coh. rec.

poterit in tanto lucro, tantáque iniquitate du-
bitare? [g] quin propter improbitatem tam ma-
gnos quæſtus feceris? propter magnitudinem
112 quæſtus improbus eſſe volueris? || Quomodo i-
gitur hoc aſſequar, iudices, vt ſciam, quantum
lucri factum ſit? non ex Apronij tabulis, quas
ego cùm conquirerem, non inueni: & cùm in
ius ipſum eduxi, expreſſi, vt conficere tabulas ſe
negaret. Si mentiebatur: quamobrem remoue-
bat, ſi hæ tabulæ nihil tibi erant obfuturæ? Si
omnino nullas confecerat literas: [h] ne id qui-
dem ſatis ſignificabat, illum non ſuum nego-
tium geſſiſſe? ea eſt enim [i] ratio decumarum,
vt ſine plurimis literis confici non poſſit. ſin-
gula enim nomina aratorum, & cum ſingulis
[k] pactiones decumarum, literis perſequi &
conficere neceſſe eſt. Iugera profeſſi ſunt ara-
tores omnes imperio, atque inſtituto tuo: non
opinor quemquam minus eſſe profeſſum, quàm,
quantum araſſet, cùm tot cruces, [l] tot ſuppli-
cia, tot ex cohorte recuperatores proponeren-
tur. [m] In iugere Leontini agri medimnum ferè
tritici ſeritur, perpetua, atque æquabili ſatio-
ne 40 [n] ager efficit, cum octauo bene vt agatur:
verùm, vt omnes dij adiuuent, cum [o] decimo
quòd ſi quando accidit, tum fit, vt tantum de-
cumæ ſit, quantum ſeueris: hoc eſt, vt, quot iu-
gera ſunt ſata, totidem medimna decumæ de-
113 beantur. || Hoc cùm ita eſſet: primùm illud di-
co, pluribus millibus medimnûm veniſſe decu-
mas agri Leontini, quàm quot millia iugerûm
ſata erant in agro Leontino. Quòd ſi fieri non
poterat, vt plus quàm decem medimna [p] ex
iugere ararent: medimnum autem ex iugere de-
cumano dari poterat, cùm ager id quod perrarò
euenit, cum decumo extuliſſet: quæ erat ratio
decumani, ſi quidem decumæ, ac non bona
[q] veniebant aratorum, vt pluribus aliquanto
medimnis decumas emeret, quàm iugera erant
ſata?

g L. quin propter iniquitatem tuam tam mag.
h L. ne id quidem ſatis ſignificat, illum tuum, non ſuum neg.
i L. ratio decumanorum.
k L. pactiones decumanorum.
l L. tot iudicia, tot ex.
m L. in iugero L. agri.
n L. ager efficit cum octauo, bene vt agatur.
o L. decumo. & ita v.c.
p L. ex iugero exararent: med. autem ex iugero d.
q L. veniebant.

ſata? In Leontino iugerũ ſubſcriptio, ac profeſſio, [r] non eſt plus xxx. Decumæ xxxvi. medimnis venierunt. Errauit, an potius inſaniuit Apronius? immò tũ inſaniſſet, ſi aratoribus, quod deberent, licitum eſſet : & non, quod Apronius imperaſſet, neceſſe fuiſſet dare. || Si oſtendo, 114
minus tribus medimnis in iugerum [4] neminem dediſſe decumæ: concedes, opinor, [s] vt cum decumano fructus arationis perceptus ſit, neminem minus tribus decumis dediſſe.* Atque hoc in beneficij loco petitum eſt ab Apronio, [t] vt iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret. Nam cùm à multis quaterna, etiam quina exigerentur: multis autem [u] non ſolùm granum vllum, ſed ne paleæ quidem ex omni fructu, atque ex annuo labore relinquerentur: tum aratores Centuripini, qui numerus in agro Leontino maximus eſt, vnum in locum conuenerunt: hominem ſuæ ciuitatis in primis honeſtum, ac nobilem, Andronem Centuripinum, legarũt ad Apronium, eundem, quem hoc tempore ad hoc iudicium, legatum, & teſtem Centuripina ciuitas miſit : vt is apud eum cauſam aratorum ageret, ab eóq; peteret, vt ab aratoribus Centuripinis ne amplius in iugera ſingula, quàm terna medimna exigeret. || Hoc vix ab Apronio in ſũ- 115
mo beneficio, pro iis, qui etiam tum incolumes erant, impetratum eſt. id cùm impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, vt pro ſingulis decumis, ternas decumas dare liceret. Quòd ſi tua res non ageretur, à te potius poſtularent, ne amplius, quàm ſingulas, quàm ab Apronio, vt ne plus, quàm ternas decumas darent. Nunc, vt hoc tempore ea, quæ regiè, ſeu potius tyrannicè, ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam: neque eos [x] appellem, à quibus omne frumentum eripuit, & quibus nihil non modò de fructu, ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit: ex his ternis medimnis (quod beneficij, gratiæ-

que

r L. non eſt plus, quàm xxx. millium. Decumæ xxxvi. millib. medimnûm venier.
s L. vt cum decumo fr.
* L. Atqui hoc.
t L. vt in iugera ſingula tern.
v L. nõ modò granum nullum, ſed ne pal. & ita v.c.
x L. appellem, quibus omne.

que cauſa conceſſit (quid lucri fiat,cognoſcite.
116 || Profeſſio ex agri Leõtini ad iugerûm xxx. millia.+[2] Hæc ſunt ad tritici [y] medimna xc.i.tritici mod.DXL.millia.deductis tritici mod.ccxvi.millia.deductis tritici mod.ccxvi. millibus quanti decumæ venierunt reliqua ſunt tritici cccxxiv. millia.+[3] adde totius ſummæ IↃLXL. milliũ modiûm treis quinquageſimas,i.tritici mod.xxxii. millia,ccc.ab omnib.enim ternæ prꝑterea quinquageſimæ exigebantur.[z] Sunt hæc iam ad LLS. ccclxl.mod.tritici. At ego cccc. millia lucri facta eſſe dixerã.nõ enim duco in hac ratione,eos quib. ternis medimnis non eſt licitũ decidere. Verũ, vt hac ipſa ratione ſum̃am mei promiſſi compleã,ad ſingula medimna [a] multi LLS.duo, multi LLS. quinq; acceſſionis cogebantur dare: qui minimum , ſingulos nũmos. hoc minimũ vt ſequamur, quoniam xc.medimnûm millia duximus,accedant eo nouo,peſſimóq; exemplo LLS.
117 xc.millia.|| Hic mihi etiam dicere audebit , magno ſe decumas vendidiſſe,cùm ex eodem agro, dimidio plus ipſe abſtulerit, quàm populo R. miſerit?ccxvi.modiũ millib.decumas agri Leõtini vendidiſti. ſi ex lege, magno:ſi, vt lex eſſet libido tua,paruo : ſi,vt,quæ dimidiæ eſſent, decumæ vocarentur:paruo vendidiſti.multo enim pluris fructus annui Siciliæ venire potuerunt, ſi id te ſenatus,aut populus R.facere voluiſſet.etenim ſæpe decumæ tanti venierunt, cùm lege Hieronica venirent , quanti nunc lege Verrea venierunt.Cedo mihi* C.Norbani decumas vẽditas. C. NORBANI DECVMAE VENDITAE AGRI LEONTINI. [b] Atque tum neque iudicium de modo iugerûm dabatur : neque enim erat Artemidorus Cornelius recuperator : neque ab aratore magiſtratus Siculus tantum exigebat , quantum decumanus ediderat: [c] nec beneficium petebatur à decumano , vt in iugera ſingula ternis medimnis decidere liceret:

y L.medimnûm xc. millia id eſt , tritici mod. IↃ. xxx. millia.

z L. Sunt hæc iam ad tritici modiûm cc. clvi.millia cccc.

a L. multi LLS. binos multi LLS.ſingulos, & ſemiſſ.acceſſionis cog.

* C.hic Norbanus,prꝑtor fuit Siciliꝑ in cuius aureo nummo C. Norbanus PR. s.c.in argẽteo, faſces, ſpica,&prora ſignata ſunt, ad iudicandam eius prꝑturam Sicilienſem.

b L. Atqui.

c al. neque beneficium P.

Digitized by Google

* hanc ipſã pecuniam poſtea vocat corollarium nummorum.

nec nummorum*acceſſionem cogebatur arator dare, nec ternas quinquageſimas frumẽti addere: & tamen populo Rom. magnus frumenti numerus mittebatur. || Quid verò iſtæ ſibi quin- 118
quageſimæ, quid porrò nummorum acceſſiones volunt? quo id iure, atque adeò quo id potius ore feciſti? nummos dabat arator. quomodo? aut vnde? qui, ſi largiſſimus eſſe vellet, cumulatiore menſura vteretur, vt antea ſolebant facere in decumis, cùm æqua lege, & condicione veniebant. Is nummum dabat. Vnde? de frumento? quaſi habuiſſet, te prætore, quod venderet. De viuo igitur erat aliquid reſecandũ, vt eſſet, vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc * corollarium nũmorum adderetur. Iam id porrò vtrùm libentes, an inuiti dabant? libentes? amabant, credo, Apronium. inuiti? qua re, niſi vi, & malo cogebantur? Iã iſtè, homo amẽtiſſimus, in vendũdis decumis [d] LLS. faciebat acceſſiones ad ſingulas decumas: neq; multum: [e] bina, aut terna millia addebat. fiunt per triennium LLS. fortaſſe IↃ. millia. Hoc neq; exemplo cuiuſquam, neque vllo iure fecit: neq; eam pecuniam retulit: neq; hoc paruum crimen quemadmodum defenſurus ſit, homo quiſquã vnquam excogitauit. || Quod 119
cùm ita ſit, audes dicere, te magno decumas vẽdidiſſe, cùm ſit perſpicuum, te bona, fortunáſque aratorum, non populi R. ſed tui quæſtus cauſa vendidiſſe? Vt, ſi quis villicus ex eo fundo, 44 [f] qui LLS. dena meritaſſet, exciſis arboribus ac venditis, demtis tegulis, inſtrumento, pecore abalienato, domino xx. millia nummûm pro x. miſerit: ſibi alia prætẽrea centum confecerit: primò dominus, ignarus incommodi ſui, gaudeat, vllicóq; delectetur, quòd tãto ſibi plus mercedis ex fundo [g] refectum ſit: deinde, cùm audierit, eas res, quibus fundi fructus, & cultura [h] continentur, amotas & venditas: ſummo ſupplicio vllicum afficiat, & ſecum malè actum putet:

* Corollariũ Gloſſis ἐπιστεφάνωμα, quod coronis datur, quale Athenis victoribus dabatur.

d L. LLS. nummûm ſ. al. nũmorum.

e L. bina, aut terna millia nummûm addeb.

f L. qui ſeſtertia dena meritaſſet. al. cui LLS. dena mer. eſſet.

g al. effectũ ſit. al. receptum ſit.

h al. contineтur.

putet: item populus Rom. cùm audit, pluris decumas vendidiſſe C. Verrem, quàm innocentiſſimũ hominem, cui iſte ſucceſſit, C. Sacerdotem, putat ſe bonum in arationibus, fructibúſq; ſuis habuiſſe cuſtodem, ac villicũ: cùm ſenſerit, iſtũ omne inſtrumentum aratorum, omnia ſubſidia vectigalium vendidiſſe, omnem ſpem poſteritatis auaritia ſua ſuſtuliſſe, arationes & agros vectigaleis vaſtaſſe, atque exinaniſſe? ipſum maximos quæſtus prædáſque feciſſe: intelliget ſecũ actum eſſe peſſimè: iſtum autem ſummo ſuppli-
120 cio dignum exiſtimabit. || Vnde ergo hoc intelligi poteſt? ex hoc maximè, quod ager decumanus prouinciæ Siciliæ propter iſtius auaritiam deſertus eſt.[i] neq; id ſolùm accidit, vt hi minus multis iugis arent, ſi quis in agris[k] remanſerũt: ſed etiam, vt permulti locupletes homines magni & naui aratores, agros[l] latos, ac fertileis deſererent, totáſque arationes derelinquerent. Id adeò ſciri facillimè poteſt ex literis publicis ciuitatum, propterea quòd lege Hieronica numerus* induratorũ quotannis apud magiſtratus publicè ſubſcribitur. Recita tandem, quot acceperit aratores agri Leontinini Verres. * OCTVAGINTA TREIS. quot anno tertio profiteantur. TRIGINTADVO. Vnum & quinquaginta aratores ita video [m] deiectos, vt his ne vicarij quidẽ ſucceſſerint. Quot aratores, adueniente te, fuerunt agri [n] Muticẽſis, videamus ex literis publicis. CENTVM OCTVAGINTA OCTO. Quid? anno tertio? CENTVM ET VNVS * octuaginta ſeptem aratores vnus ager iſtius iniuria deſiderat: atque adeò noſtra reſp. quoniam illa populi Rom. vectigalia ſunt, hunc tot patrumfamiliâs numerũ deſiderat, & repoſcit. Ager Herbitenſis primo anno habuit aratores ducentos,[o] quinquaginta ſeptem, tertio centum viginti. hinc centum triginta ſeptem patresfamiliâs extorres profugerunt. Agyrinenſis ager, quorum hominum! quàm

i L. neque id ſolùm actum eſt, vti min. multis iugis ararent ſiqui, &c.
k for. remãſerant.
l al. lætos.
* Aratores à Verre deiecti.
* L. OCTAGINTA, vt & infrà.
m fort. eiectos.
n L. Mugenſis. al. Mutienſis.
* L. octoginta.
o L. LII. tertio c. xx. Hinc & XXXII. patr.

quàm honeſtorum! quàm [p] locupletum! ducẽtos
quinquaginta aratores habuit primo anno præ-
turæ tuæ. Quid tertio anno? * octuaginta, quem-
admodum legatos Agyrinenſeis recitare ex pu-
blicis literis audiſtis. || Prò dij immortales! ſi ex 121
prouincia tota centum ſeptuaginta eieciſſes,
poſſe ſine, ſeueris iudicib[us], ſaluus eſſe? Vnus ager
Agyrinenſis cẽtum ſeptuaginta aratoribus ina-
nior, cùm ſit, vos coniecturam totius prouinciæ
[q] non facietis? Atque hoc peręquè in omni agro
decumano reperietis: quibus aliquid tamen re-
liqui fuerit ex magno patrimonio, eos in agris
minore inſtrumento, 45 [r] minus multis iugis, mi-
nores remanſiſſe, quòd metuebant, [s] ſi receſſiſ-
ſent, ne reliquas fortunas omneis amitterent:
quibus autem iſte nihil reliqui, quod perderent,
fecerat, eos planè non ſolùm ex agris, verùm
ex ciuitatibus ſuis profugiſſe. Illi ipſi, qui remã-
ſerant, vix decuma pars aratorum, relicturi a-
gros omnes erant, niſi ad eos Metellus Roma
literas miſiſſet, [t] decumas lege Hieronica ven-
diturum, & niſi ab iis hoc petiuiſſet, vt ſererent
quàm plurimum: quod illi ſemper [u] ſui cauſa
fecerãt, cùm eos nemo rogaret, quamdiu intel-
ligebant, ſeſe ſibi, & populo R. non Verri & A-
pronio ſerere, impendere, laborare. || Iam verò 122
iudices, ſi Siculorũ fortunas negligitis: ſi, quẽad-
modum ſocij populi R. à magiſtratibus noſtris
tractentur, nõ laboratis: at vos communem po-
puli R. cauſam ſuſcipite, atque defendite. [x] Eie-
ctos aratores eſſe dico: agros vectigaleis vexa-
tos, atque exinanitos à Verre: populatam, vexa-
támq; prouinciam: [y] hæc omnia doceo literis
ciuitatum, & priuatis primariorum virorum te-
ſtimoniis. Quid vultis amplius? num exſpectatis,
dum L. Metellus is, qui multos in iſtum teſteis
imperio & poteſtate deterruit, idẽ abſens de i-
ſtius ſcelere, improbitate, audacia teſtimonium
dicat?

p L. locupletium!
* L. octoginta.
q al. nónne facietis? Atqui hoc.
r L. minus multis iugis remanſiſſe.
s L. ſi diſceſſiſſent, ne rel.
t L. ſe decumas lege H.
v L. ſua cauſa.
x al. Deiectos.
y L. docebo ciuitatum & priuatis primariorum virorum teſtimoniis. al. hæc omnia docebo literis ciuitatum: oſtendam teſtimoniis & publicis honeſtiſſimarum ciuitatum, & priuatis primariorum virorum. Quid vultis &c. & ita v. c. alij doceo literis publicis honeſtiſſimarũ ciuitatũ & priuatis.

dicat? nō opinor. At is optimè, qui ſucceſſit iſti, potuit cognoſcere. Ita eſt: verùm amicitia impeditur. At debet nos certiores facere, quo pacto ſe habeat prouincia. Debet: verumtamen nō co-
123 gitur. || Num quis in Verrem L. Metelli teſtimonium requirit? nemo. num quis poſtulat? nō opinor. * Quid ſi teſtimonio L. Metelli, ac literis hæc omnia vera eſſe docebo? quid dicetis? vtrū Metellum falſum ſcribere? an amicum lædendi eſſe cupidum? an prętorem, quemadmodum prouincia affecta ſit, neſcire. Recita literas L. Metelli quas ad Cn. Pompeiū, & M. Craſſum COS. quas [z] ad M. Mummium prætorem, quas [a] ad vrbanos quæſtores miſit. EPISTOLA L. METELLI. DECVMAS FRVMENTI LEGE HIERONICA VENDIDI. Cū ſcribit ſe lege Hieronica vendidiſſe, quid ſcribit? ita ſe vendidiſſe, vt omnes præter Verrē. cùm ſcribit ſe lege Hieronica vēdidiſſe, quid ſcribit ſe per iſtum erepta Siculis maiorum noſtrorū beneficia, ius ipſorum, conditionē ſocietatis, amicitię, fœderum reddidiſſe. dicit, quāti cuiuſq; agri decumas vendiderit. deinde quid
124 ſcribit? || Recita de epiſtola reliqua. [b] SVMMA VI OPERA DATA EST A ME, VT QVAM PLVRIMO DECVMAS VENDEREM. Cur igitur, Metelle, non ita magno vendidiſti? quia deſertas arationes, inaneis agros, prouinciam miſeram, perditámq; offendi. Quid? id ipſum, quod ſatum eſt, qua ratione quiſquam, qui ſereret, inuentus eſt? Recita literas. LITERAE. ait ſe miſiſſe, [c] & confirmaſſe, ſuam interpoſuiſſe auctoritatem. tantum quòd aratoribus Metellus obſides [d] non dedit, ſe non vlla in Verri ſimilem futurum. At quid eſt tandem, in quo ſe laboraſſe dicat? Recita. VT ARATORES, QVI RELIQVI ERANT, QVAMPLVRIMVM SERERENT. [e] Qui reliqui? quid hoc eſt? reliqui? quo ex bello? qua ex vaſtitate? quænam in Sicilia tanta clades, aut quod bellum tam diuturnum,

* Epiſtolis Metelli cō uincit Verrem.

z al. ad M. Nummium pr.

a Lamb. ad quæſtores vrbis m.

b L. Summa data eſt opera à me vt q.

c L. & præſentem cō firmaſſe.

d L. dedit, ſe nulla in re, &c.

e al. Quid? reliqui?

num,tam calamitoſum,te prætore,verſatum eſt, vt is,qui tibi ſucceſſerit, reliquos aratores collegiſſe,& recreaſſe videatur?‖Cũ bellis Kartha- 125
ginenſibus Sicilia vexata eſt, [f] & poſt noſtram, patrúmq; memoriam, cùm bis [g] in ea prouincia magnæ fugitiuorum copiæ verſatæ ſint:[46] tamẽ [h] aratorum internicio facta nulla eſt.tum,ſemẽte prohibita,aut meſſe amiſſa, fruct⁹ annuus interibat:tamen incolumis numerus manebat dominorum,atque aratorum. tum,qui M.Leuinio, aut P. Rupilio, aut M'. Aquillio prætoribus in eam prouinciam ſucceſſerant,aratores reliquos non colligebant, Tantóne plus Verres cum Apronio prouinciæ Siciliæ calamitatis importauit,quàm aut Haſdrubal cum Pœnorum exercitu,aut Athenio cum fugitiuorum maximis copiis, vt temporibus illis ſimulatq; hoſtis ſuperatus eſſet, ager araretur omnis, neque aratori prætor per literas ſupplicaret,neq; eum præſens oraret,vt quàm plurimùm ſereret : nunc autem, ne poſt abitum quidem huius importuniſſimæ peſtis, quiſquam reperiretur, qui ſua voluntate araret?pauci eſſent reliqui,qui L.Metelli auctoritate in agros, atq; ad ſuum larem familiarem redirent?‖His te literis,homo audaciſſime, atq; 126
amentiſſime,*iugulatum eſſe nonſentis,non vides,cùm is, qui tibi ſucceſſit, aratores reliquos [i] appellet,hoc eũ diſertè ſcribere, reliquos hos eſſe, non ex bello, neque ex aliqua huiuſmodi calamitate,ſed ex tuo ſcelere,importunitate,auaritia,crudelitate?Recita cetera. TAMEN PRO EO, VT TEMPORIS DIFFICVLTAS ARATORVMQVE PENVRIA TVLIT. Aratorum,inquit, penuria. Si ego accuſator toties de re eadem dicerem,vererer, ne animos veſtros offenderem, iudices.Clamat Metellus:niſi literas miſiſſem.non eſt ſatis.Niſi præſens confirmaſſem. ne id quidẽ ſatis eſt. Reliquos, inquit, aratores. reliquos? propè lugubri verbo calamitatem prouinciæ Sici

f L. & pòſt noſtra, patrúmque memoria, al.& noſtra patrúmque memoria,
g L. in eadem pr.
h L. aratorum interitio.

* al. iugulatum non ſentis.
i L. appellat.

127 Siciliæ ſignificat.addit, Aratorũ penuria. ||[k] Exſpectate etiam, iudices, exſpectate ſi poteſtis, auctoritatem accuſationis meæ. dico aratores iſti' auaritia[l] eiectos: ſcribit Metellus, reliquos ab ſe eſſe confirmatos. dico agros relictos, arationéſque deſertas eſſe: ſcribit Metellus aratorum eſſe penuriam. hoc cùm ſcribit, illud oſtendit,[m] deiectos, eiectos fortunis omnibus expulſos eſſe populi Rom. ſocios, atque amicos. quibus ſiqua calamitas propter iſtum, ſaluis vectigalibus noſtris, accidiſſet, animaduertere in eum vos oportebat: præſertim cùm ea lege iudicaretis, quæ ſociorum cauſa eſſet conſtituta. cùm verò perditis, profligatiſque ſociis vectigalia populi R. [n]ſint deminuta: res frumentaria, cõmeatus, copiæ, ſalus vrbis, atque exercituum noſtrorum in poſteritatem iſtius auaritia interierit:[o] ſaltẽ cõmoda populi R. reſpicite, ſi ſociis fideliſſimis

128 proſpicere non laboratis. || Atq;, vt intelligatis, ab iſto, præ lucro, prędáq; præſenti, nec vectigalium, nec poſteritatis habitam eſſe rationem: cognoſcite, quid ad extremũ ſcribat Metellus. IN RELIQVVM TEMPVS VECTIGALIB. PROSPEXI. In reliquũ tẽpus ait ſe vectigalib. proſpexiſſe, non ſcriberet, ſe vectigalib. proſpexiſſe, niſi hoc vellet oſtendere, te vectigalia perdidiſſe. Quid enim erat, quòd vectigalibus proſpiceret Metell' in decumis & in tota re frumentaria, ſi iſte non vectigalia populi R. ſuo quæſtu peruertiſſet? Atq; ipſe Metellus, qui vectigalib. proſpicit, qui reliquos aratores colligit, quid aſſequitur, niſi hoc, vt arẽt, ſi qui poſſũt, quib. aratrũ ſaltẽ aliquod ſatelles iſtius Apronius reliquũ fecit: qui tamẽ in agris ſpe, atq; exſpectatione Metelli remanſerunt? Quid ceteri Siculi? quid ille maxim' numerus aratorũ, qui nõ modò ex agris eiecti ſunt, ſed etiã ex ciuitatib. ſuis, ex prouincia, deniq; bonis, fortuniſq; omnib. ereptis, profugerũt: qua ratione ij reuocabuntur? quot præ-

torum

k L. Exſpectate etiã, iudices, ſi pot.

l al. deiectos.

m al. deiectos, fortunis omn. & ita v.c.

n al. ſint diminuta.

o al. ſaltem commoda veſtra reſpic.

torum innocentia, ſapientiáque opus eſt, vt illa aratorum multitudo aliquando in ſuis agris ac
ſedibus collocetur?|| Ac,* ne miremini, tantam 129
multitudinem profugiſſe, quãtam ex literis publicis, aratorúmque profeſſionibus cognouiſtis: ſcitote, tantam acerbitatem iſtius, tantum ſcelus in aratores fuiſſe (incredibile dictu eſt, iudices: ſed & factum, & tota Sicilia peruulgatum) vt homines, propter iniurias, licentiámque decumanorum, mortem ſibi ipſi[p] conſciuerint. Cẽturipinũ Dioclem, hominem locupletem, ſuſpẽdiſſe ſe conſtat, quo die ſit ei nuntiatũ, Aproniũ Decumas redemiſſe. Dyrrachinum, primum ciuitatis eadem ratione mortem oppetiſſe dixit apud vos homo nobiliſſimus, Archonidas Elorinus, cùm audiſſet tantum decumanum profeſſum eſſe ex edicto iſtius ſibi deberi, quantum ille bonis ſuis omnibus efficere nõ poſſet. Hæc tu, tametſi omnium hominum diſſolutiſſimus, crudeliſſimúſque ſemper fuiſti, tamen nũquam perpeterere, propterea[r] quòd illi gemitus, luctúſque prouinciæ ad tui capitis periculum[s] pertinebãt: nõ, inquã, perpeterere, vt homines iniuriæ tuæ[t] remediũ morte, ac ſuſpendio quærerent, niſi ea res ad quæſtũ, & ad prædã tuam pertineret.
||Quid? illud perpeterere? attendite iudices, om- 130
nibus enim neruis mihi contendendum eſt, atq; in hoc laborandum, vt omnes intelligant, quàm improbam, quàm manifeſtam, quàm confeſſam rem pecunia redimere[u] conetur. Graue crimen eſt hoc, & vehemens, & poſt hominum memoriam, iudiciáque de pecuniis repetundis conſtituta, grauiſſimum, prætorem populi R. ſocios habuiſſe decumanos.[x] Non hoc nunc primum audit priuatus de inimico, reus ab accuſatore. iam antea in ſella ſedens prætor, cùm prouinciam Siciliam obtineret, cùm ab omnibus non ſolùm, (id quod commune eſt) propter imperium, ſed etiam, (id quod iſtius præcipuum eſt,) pro-

* Effectis iniurias Verris probat.
p al. conciuerint.
q v.c. Tiracinu, & ita L.
r L. quòd ille gemitus.
s L. pertinebat.
t fort. remediũ à morte, ac ſuſpẽdio q.
u L. conetur.
x L. Non nunc primum audit hoc pr.

propter crudelitatem metueretur, millies audiuit, cùm eius animum ad perſequẽdum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, auaritiæque ſuæ[y] refrenaret. Loquebantur enim decumani palàm, & præter cæteros is, qui apud iſtum plurimum poterat, maximóſque agros populabatur, Apronius: perparuum ex illis magnis lucris ad ſeſe peruenire: prætorem eſſe ſocium. — y L. frenaret.

131 ‖Hoc cùm palàm decumani tota prouincia loquerentur, tuúmque nomen in re tam turpi, nefariáque interponerent: nihilne tibi venit in mentem exiſtimationi tuæ conſulere? nihil deniq; capiti, ac fortunis tuis prouidere? cùm tui nominis terror in auribus, animiſque aratorum verſaretur: cùm decumani aratoribus ad pactiones faciendas, non ſuam vim, ſed tuum ſcelus, ac nomen opponerent: ecquod iudicium Romæ tã diſſolutum, tam perditum, tam nummarium fore putaſti, quo ex iudicio te vlla ſalus ſeruare poſſet? cùm planum fieret, decumis[z] contra inſtituta legis, conſuetudinémque omnium venditis, in aratorum bonis, fortuniſq; diripiendis decumanos dictitaſſe tuas eſſe parteis, tuã rem, tuam prædã:[a] idq; te tacuiſſe, &, cùm diſſimularẽ non poſſes, potuiſſe tamen perpeti, & perferre, quòd magnitudo lucri obſcuraret periculi magnitudinẽ, plúſq; aliquanto apud te pecuniæ

z L. contra inſtituta, leges, conſuet.

a L. id te tacuiſſe? &, cum diſſ.

132 cupiditas, quàm iudicij metus poſſet? ‖Eſto. cetera negare non potes. ne illud quidem tibi[b] reliquũ feciſti, vt hoc poſſes dicere, nihil eorũ te audiſſe, nihil ad tuas aureis de infamia tua perueniſſe. Querebantur cum luctu, & gemitu aratores. Tu id neſciebas? Fremebat tota prouincia. nemo id tibi renuntiabat? Romæ querimoniæ de tuis iniuriis, conuentúſque habebantur. ignorabas hæc? ignorabas hæc omnia? quid? cùm palàm Syracuſis, te audiente, maximo conuentu[c] P. Rubrius Qu. Apronium ſponſione laceſſiuit, ni Apronius dictitaret, te ſibi in decumis

b v. c. reliqui.

c I. L. Rubrius.

mis eſſe ſocium: hæc te vox nõ perculit? nõ perturbauit? non, vt capiti, & fortunis tuis proſpiceres, excitauit? Tacuiſti: [d] ſedaſti etiam liteis illorũ: & ſponſio illa ne fieret, laboraſti. Prò, dij immortales! hoc aut innocẽs homo perpeti potuiſſet, aut quamuis nocens, qui modò iudicia Romæ fore putaret, [43] [e] nõ aliqua ſe ſimulatione populi Rom. exiſtimationi hominum vindicaſſet? || Quid eſt hoc? ſponſio fit de capite, ac 133
fortunis tuis. tu ſedes, & quieſcis? non perſequeris? non perſeueras? non perquiris, cui dixerit Apronius? quis audierit? vnde hoc natũ? quemadmodũ prolatum ſit? Si quis tibi ad aurem acceſſiſſet, & dixiſſet, Apronium dictitare, te ſibi eſſe ſocium: commoueri te oportuit, [f] vocare Apronium, nec illum antè tibi ſatisfacere, quàm tu omniũ exiſtimationi ſatisfeciſſes. cùm verò in foro celeberrimo, tãta frequentia, hoc verbo & ſimulatione, Apronio: re vera, tibi obiectũ eſſet: tu vnquam tantam plagam tacitus accipere potuiſſes, niſi hoc ita ſtatuiſſes, in re tam manifeſta [49] [g] quidquid dixiſſes, te deterius eſſe factũ? || Quęſtores, legatos, prefectos ſuos, tribunos, 134
multi miſſos fecerunt, & de prouincia decedere iuſſerũt, quòd eorum culpa ſe minus commodè audire arbitrarentur, aut quòd peccare illos aliqua in re iudicarent. Tu Apronium, hominem vix liberum, contaminatũ, perditum, flagitioſũ: qui non modò animum integrum, ſed ne animã quidem puram conſeruare potuiſſet, [50] [h] eum in tanto tuo dedecore profectò, ne verbo quidem grauiore appellaſſes: neque apud te tam ſancta religio ſocietatis fuiſſet, vt tui capitis periculũ negligeres, niſi rem tam notam eſſe omnibus, & tam manifeſtam videres. || Cum eodem Apronio 135
poſtea P. Scandilius, eques Rom. quem vos omnes noſtis, eandem ſponſionem de ſocietate fecit, quam Rubrius facere voluerat. Inſtitit, oppreſſit, non remiſit: facta eſt ſponſio HS. v.

mil

d v.c. ſedaſti etiam litis ill.

e L. non aliqua ſimulatione exiſtimationi ſe hominum venditaſſet.

f L. euocare Apr.

g al. quidquid dixiſſet.

h L. eum in tanto tuo dedecore, ne verbo quidẽ gra. appellaſſes, atque apud te tã ſ. r. ſ. f. vt t. c p. n. n. r. t. not. eſſe omn. & t. man. videres?

millib.cœpit.Scandilius recuperatores , aut iudicem poſtulare. Satiſne vobis prætori improbo circumdati cancelli videntur in ſua [i] prouincia·immò verò in ſella,ac tribunali : vt aut de ſuo capite iudicium fieri patiatur præſens,ac ſedens:aut confiteatur,ſe omnibus iudiciis cōuinci neceſſe eſſe?Sponſio eſt,ni te Apronius in decumis ſociū eſſe dicat:prouincia tua eſt:ades: abs te iudicium poſtulatur. Quid facis?quid decernis ? Recuperatores dicis te daturum. bene agis:tametſi qui erunt tantis ceruicibus recuperatores,qui audeant in prouincia,cùm prætor adſit,non ſolùm contra voluntatem eius, ſed e-
136 tiam cōtra fortunas iudicare?|| Verum eſto.manifeſta res eſt,cùm nemo eſſet, quin hoc ſe audiſſe liquidò diceret locupletiſſimus quiſq;certiſſimus teſtis eſſet:nemo erat Sicilia tota [k] qui neſciret decumas eſſe prætoris, [l] nemo, qui nō audiſſet ita Apronium dictitaſſe:prætereà [m] cōuentus honeſtus Syracuſis , multi equites Romani viri primarij , ex qua copia recuperatores reiici oporteret,qui aliter iudicare nullo modo poſset. [n] Inſtat Scādiliꝰ:poſcere recuperatores. tum iſte homo innocens , qui illam ſuſpicionē leuare,atque ab ſe remouere cuperet, recupera-
137 tores dicit ſe de cohorte ſua daturū.||Pro deûm hominúmque fidem?quem ego accuſo ? in quo meam induſtriam,ac diligentiam ſpectari volo? quid eſt,quod ego dicendo,aut cogitando efficere,aut aſſequi debeam?teneo,teneo , inquā, in me diis vectigalibus populi R.in ipſis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifeſtò [o] auertentem rem frumentariam omnem,pecuniā maximam:teneo,inquam,ita,vt negare non poſſit. nam quid hic dicet?ſponſio facta eſt cū cognitore tuo Apronio de fortunis tuis omnibus , [p] ni ſocium ſe tibi in decumis eſſe dictitaret. Exſpectant omnes,quantæ tibi ea res curæ ſit,quēadmodum hominū exiſtimationi te, atq; inno-

i L.prouincia. prouincia?immò verò in ſella,ac.

k L.quin ſcire. dec.

l L. nemo quin aud.

m L.conuētus honeſtus erat S.

n al. Inſtat Scandilius poſcere recup.

o L.auertētem.

p L.ni te ſocium ſibi.

Digitized by Google

centiam tuam probare velis. || Hîc tu medicũ, 138
& aruſpicem, & præconem tuum, recuperatores dabis, aut etiam illũ ipſum? quem tu in cohorte tua * Caſſianum iudicem habebas, ſi qua res maior eſſet, Papirium Potanonem, hominẽ ſeuerum, ex vetere illa equeſtri diſciplina? Scãdilius poſtulare de conuentu recuperatores. Tum iſte negat ſe de exiſtimatione ſua cuiquam, niſi ſuis commiſſurum. [q] Negotiatores putant eſſe turpe, id forum ſibi iniquum eiurare, vbi negotientur. Prætor prouinciam ſuam totã ſibi iniquam eiurat. O impudentiam ſingularem! Hic poſtulat ſe Romæ abſolui, qui in ſua prouincia iudicauit, ſe abſolui nullo modo poſſe? qui plus exiſtimet apud lectiſſimos ſenatores pecuniam, quàm apud treis negotiatores metũ valere? Scãdilius verò negat ſeſe apud Artemidorum recuperatorem verbum eſſe facturum: 51 & tamen [r] vrget atque onerat te bonis cõditionibus, ſi tu vti velis. ſi ex prouincia Sicilia tota ſtatuas idoneum iudicem, aut recuperatorẽ nullum poſſe reperiri, poſtulat à te [s] vt Romam reiicias. || Hic enimuero tu exclamas, hominẽ improbum, qui poſtulet ibi de tua exiſtimatione iudiciũ fieri, vbi te inuidioſum eſſe [t] intelligebat. negas te Romam reiecturum. negas de cõuentu recuperatores daturum: cohortem tuam proponis. Scandilius rem ſe totam relicturum dixit, & ſuo tempore eſſe rediturum. Quid tu ibi tum? quid facis? Scandilium cogis. quid? 52 ſponſionem * acceptam facere? Impudenter tollis exſpectatũ exiſtimationis tuæ iudicium. nõ facis. Quid ergo? Apronio permittis, vt quos velit, de cohorte ſumat recuperatores? Indignum, vni potius ex iniquis ſumendi, [u] quàm vtriſque ex æquis reiiciendi fieri poteſtatem. Neutrum facis eorum. || Quid ergo? [x] 140
Eſt aliquid, quod improbiùs fieri poteſt. Cogit enim Scandilium quinque illa millia nummũm dare,

* Caſſianũ iudicem id eſt, ſeuerũ, à L. Caſsio, qui ſcopulus reorum dicebatur, vide ſuprà pro Roſcio Amer. pro Milone, & 2. Phil.
q L. ſibi putant eſſe turpe.
r v. c. auges atque onerat te b.
s v. c. vt Romam rem reiicias. & ita L.
t L. intelligat.
* al. factam miſſam facere. al. acceptã proſequi.
v L. quàm vtrique ex æq.
x L. Eſtne aliquid, quod improbius fieri poſsit? Eſt cog.

dare,atque adnumerare Apronio. Quid potuit elegantiùs facere prætor cupidus exiſtimationis bonæ:qui ab ſeſe omnem ſuſpicionem propulſaret?qui ſe eripere ex infamia cuperet? Adductus erat in ſermonem,inuidiam,vituperationem. dictitarat homo improbus,atq; impurus, Apronius, [y] ſocium eſſe prætorem: venerat res in iudicium,atque diſcrimen : poteſtas erat iſti homini integro,atque innocenti data,vt, in Apronium cùm animaduertiſſet,ſeſe grauiſſima [z] leuaret infamia. Quid excogitat pœnæ? quid animaduerſionis in Apronium?cogit Scandiliũ Apronio ob ſingularem improbitatem , atque audaciam,prædicationémque nefariæ ſocietatis, LLS.v. millia, [a] mercedis nomine , ac præ-
141 mij dare.||Quid interfuit,homo audaciſſime, vtrùm hoc decerneres: * quod Apronius dictabat,an tu de te [b] profiterere,ac dictares? quem hominem ſiquis pudor in te , atque adeò ſiquis metus fuiſſet,ſine ſupplicio dimittere non debuiſti:hunc abs te ſine prȩmio diſcedere noluiſti. Omnia ſimul intelligere[c] potuiſtis,iudices, ex hoc vno crimine Scandiliano:primùm , hoc non eſſe Romæ natum de ſocietate [d] decumarum,non ab accuſatore fictum:non (vt ſolemus interdum in defenſionibus dicere) crimen domeſticũ,ac vernaculum,non ex tempore periculi tui conſtitutum: 53 [e] ſed vetus excogitatum iã,& te prætore iactatum,& nõ ab inimicis Romæ cõpoſitũ,ſed Romã [f] de prouincia expor-
142 tatũ.|| [g] Simul intelligi poteſt illud iſtius in Aproniũ ſtudiũ ,Apronij de iſto nõ modò cõfeſſio, verùm etiã cõmemoratio:[h] eodẽ accedit, 54 ꝙ hoc quoque intelligere poteſtis , iſtũ ſtatuiſſe, in prouincia ſua,exiſtimationis ſuæ iudiciũ extra cohortẽ ſuam cõmittendum fuiſſe nemini. Ecquis eſt iudex , cui non ab initio decumani criminis perſuaſum ſit,iſtum in aratorum bona, fortunáſq;impetum feciſſe?quis hoc non ex eo

[y] L. ſociũ ſibi eſſe pr.
[z] L. infamia leuaret.
[a] v.c. mercedis, ac præmij dare & ita L.
* L.an id, quo Appronius dictabat,tute de te proferres.
[b] L. proferres ac d.
[c] v.c.poteſtis. & ita L.
[d] for. decumanorum
[e] L.ſed vetus agitatũ iam, &,te pr. al.cogitatum. al. cognitum.
[f] v.c.de prouincia deportatum.
[g] L.Simul illud intel. pot. iſtius in Apr.
[h] L.eodem accedit, ꝙ ex hoc quoque intel.

Digitized by Google

ſtatim iudicauit, quod oſtendi, iſtum decumas
noua lege: atque adeò nulla lege, contra om-
nium conſuetudinē,atque inſtituta vendidiſſe?
|| Verùm,vt iſtos ego iudices tam ſeueros,tā di- 143
ligenteis,tam religioſos [i] non haberem:ecquis
eſt,ex iniuriarum magnitudine,improbitate,de-
cretorum,iudiciorum iniquitate, qui hoc non
iamdudum ſtatuerit,& iudicarit? Etiam ſanè ſit
aliquis diſſolutior in iudicando:legum,officij,
reip.ſociorum,atque amicorum negligentior:
quid?is poſsitne de iſtius improbitate dubita-
re,cùm tanta lucra facta,tam iniquas pactiones,
vi & metu expreſſas cognouerit?cùm tanta prę-
mia ciuitates,vi,atque imperio,virgarū,ac mor-
tis metu,non modò Apronio,atque huius ſimi-
libus,verùm etiam venereis ſeruis dare coactas?
|| Quod ſi quis ſociorum incommodis [k] minus 144
mouetur:ſi quem aratorum fugæ,calamitates,[l]
exſulia,ſuſpendia denique non permouent:non
poſſum dubitare,quin is tamen, cùm vaſtatā Si-
ciliā,relictos agros,ex ciuitatum literis, & epi-
ſtola L. Metelli cognouerit: ſtatuat, fieri non
poſſe,vt de iſto non ſeueriſſimè iudicetur. Erit
etiam aliquis,qui hæc omnia diſſimulare,ac ne-
gligere poſſit. Attuli ſponſiones ipſo præſente
factas de decumarū ſocietate, ab ipſo prohibi-
tas iudicari.Quid eſt,quod poſſet quiſquā ma-
nifeſtius hoc deſiderare?non dubito, quin vo-
bis ſatisfecerim,iudices.veruntamē progrediar
longiùs: non me hercule quo magis hoc vobis
perſuadeatur,quàm iam perſuaſum eſſe cōfido:
ſed vt ille aliquando impudentiæ ſuæ finem fa-
ciat:aliquādo deſinat, ea ſe putare poſſe emere,
quæ ipſe ſemper habuit venalia, fidem, iuſiu-
randum,veritatem,officiū, religionem.deſinant
amici eius ea dictitare,quę detrimento,maculę,
inuidiæ,infamię nobis omnibus eſſe poſſint.|| At 145
qui amici? O miſerū,atque inuidioſum, offen-
ſumq;ue paucorum culpa,atque indignitate or-
dinem

[i] L. non habeam.
[k] L. minus commouetur.
[l] al. exilia.

dinem ſenatorium. Albam Aemilium ſedentem
in faucibus macelli loqui palàm, viciſſe Verrẽ,
emtos habere iudices, alium LLS. cccc. millib.
[m] alium LLS. ıↄ. quem minimo, ccc. Atque ei cũ
reſponſum eſſet, fieri non poſſe: multos teſteis
eſſe dicturos, me præterea cauſæ nõ defuturum.
Licet hercules, inquit, omnes omnia dicant: [n]
in illo niſi ita res manifeſta erit allata, vt reſpõ-
146 deri nihil poſſit, vicimus. ‖Bene agis Alba: ad
tuam veniã conditionem. nihil putas valere in
iudiciis coniecturã, nihil ſuſpicionem, nihil an-
teactæ vitæ exiſtimationem, nihil bonorum vi-
rorum teſtimonia, [o] nihil ciuitatũ auctoritates,
ac teſtimonia. 55 literas manifeſtas quæris. Non
quæro iudices Caſſianos: veterem iudiciorũ ſe-
ueritatem: non requiro, [p] veſtrã in hoc fidem,
dignitatẽ, religionẽ in iudicando non imploro.
Albam habebo iudicem, eum hominem, qui ſe
ipſe ſcurram improbiſſimũ exiſtimari vult: qui à
ſcurris potiùs ſemper gladiator, quã Scurra ap-
pellatus ſit. afferã rem eiuſmodi in decumis, vt
Alba fateatur, iſtum in re frumentaria, & in bo-
nis aratorum apertè, palámque eſſe prædatum.
147 ‖Decumas agri Leontini [q] magno dicit ſe ven-
didiſſe. Oſtendi iam illud initio, non exiſtimã-
dum magnò vendiſſe eum; qui verbo decumas
vendiderit: re, & conditione, & lege, & edicto,
& licentia decumanorum, decumas aratoribus
nullas reliquas fecerit. Etiam illud oſtendi, vẽ-
didiſſe alios magno decumas agri Leontini, ce-
terorúmque agrorum: & lege Hieronica vendi-
diſſe: & pluris etiam, quàm te vendidiſſe: nec a-
ratorem quemquã eſſe queſtum. nec enim fuit
quòd quiſquam queri poſſet, cùm lege [r] æquiſ-
ſimè ſcripta venirent: neque illud vmquã arato-
ris interfuit, quanti decumæ venirent. non enim
ita eſt, vt, ſi magno venierint, plus arator de-
beat: ſi paruo, minus. Vt frumenta nata ſunt,
ita decumæ veneunt. aratoris autem intereſt,

m L. alium ıↄ.

n L. in illo niſi res manif. erit allata, ita vt r.

o L. nihil ciuitatum auctoritates, ac literas res manifeſtas q.

p L. veſtrã in hac re fid.

q L. magnò dicis te vend.

r L. æquiſſimè ſcripta venderent: neque.

Digitized by Google

ita ſe frumenta habere,vt decumæ quàm pluri-
mo venire poſſint. dum arator ne plus decuma
det,[56] expedit ei decumam eſſe [s] quàm maxi-
mam.|| Verùm hoc,vt opinor, eſſe vis caput de- 148
fenſionis tuæ,magno te decumas [t] vendidiſſe.
[57] agri verò Leontini,qui plurimùm efficit, tri-
tici mod. ccxvi. millibus. Si doceo,plureis a i-
quantò potuiſſe te vendere,neque his voluiſſe
addicere , qui contra Apronium licerentur : &
Apronio multò minoris,quàm aliis [u] potueris,
tradidiſſe:ſi hoc doceo:[x] poteritne te Alba, tuo
antiquiſſimus non ſolùm amicus , verùm etiam
amator,abſoluere?Dico equitem Rom. hominē
in primis honeſtum, Quint. Minucium,cum ſui
ſimilibus,ad decumas agri Leōtini tritici mod.
non cIↄ.non cIↄ.cIↄ.non cIↄ.cIↄ.cIↄ. ſed ad v-
nas vnius agri decumas tritici mod.xxx. millia
voluiſſe addere,& ei poteſtatem emendi nō eſ-
ſe factam , ne res abiret ab Apronio.|| negare 149
hoc,niſi fortè negare omnia conſtituiſti, nullo
modo potes. palàm res geſta eſt,maximo con-
uentu,Syracuſis:teſtis eſt tota prouincia , prop-
tereà quòd vndique ad emendas decumas ſolēt
eò conuenire. quod ſiue fateris,ſiue conuince-
ris: [y] quot,& quàm manifeſtis in rebus tenea-
re,non vides?primùm tuam rem illam, & prædā
fuiſſe. nam,niſi ita eſſet,cur tu Apronium male-
bas, [z] quem omnes tuum procurare in decumis
negotium loquebantur,quàm Minucium,decu-
mas agri Leontini ſumere ? deinde immenſum,
atque infinitum lucrum eſſe factum. Nam ſi [a]
xxx.millib. mod. tritici tu commotus non eſ-
ſes:certè hoc idem lucri Minucius Apronio li-
benter dediſſet,ſi ille accipere voluiſſet.||Quā- 150
tam igitur illi ſpem prædę propoſitam arbitra-
mur fuiſſe,qui tantum præſens lucrum,nulla o-
pera inſumpta, contemſerit ; atque deſpexerit?
deinde ipſe Minucius numquam tanti habere
voluiſſet,ſi decumas tu lege Hieronica vende-
res:

s L. quàm max. Ver.
t L. vendidiſſe: atque aliorum quidē agrorum proportione magno decumas vendidiſſe: agri verò Leontini.
v L. potueris vendere trad.
x L.poterit te iſte Alba.
y L.quot, & quàm maximis reb. ten.v.c.quot, & quàm manifeſtis rebus ten.
z L.quem omnes tuū procuratorem eſſe in decumis. tuum negotium agere loq.
a v.c.xxx. tu com.

res:ſed quòd tuis nouis edictis, & iniquiſſimis inſtitutis plus aliquãto ſe,quã decumas ablaturum videbat,idcirco longiùs progreſſus eſt. At Apronio ſemper plus etiam multò abs te permiſſum eſt,quàm quod edixeras. Quantum igitur quæſtum putamus factum eſſe per eum, cui quiduis licitum ſit:cùm tantum lucri voluerit addere is,cui,ſi decumas emiſſet, idem non li-
151 ceret?|| Poſtremò illa quidem certè tibi præciſa defenſio eſt,in qua tu ſemper omnia tua furta, atque flagitia latere poſſe arbitratus es: magno te decumas vendidiſſe plebi Romanæ cõſuluiſſe:annonæ proſpexiſſe. Non poteſt hoc dicere is, qui negare non poteſt, ſe vnius agri decumas [b] xxx. millib. mod. minoris, quàm potuerit,vendidiſſe: vt etiam, ſi tibi hoc concedam, Minucio,ideò te non tradidiſſe,ꝙ iam addixiſſes Apronio(aiunt enim te ita dictitare: ꝙ ego exſpecto,[c] cupioque te illud defendere) verùm vt ita ſit,tamen non potes hoc,quaſi præclarum aliquid,prædicare,magno te decumas vendidiſſe,cùm fuiſſe fateare,qui multò pluris voluerint
152 emere. ||Tenetur [d] ergo iam,iudices,& manifeſtò tenetur auaritia,cupiditas hominis, ſcelus, improbitas,audacia. Quid ſi hæc, quæ dico ipipſius amici,defenſoréſq; iudicarunt? quid vultis amplius?Aduentu L. Metelli,prætoris, cùm omneis eius comites iſte ſibi ſuo illo * pãchreſto medicamento amicos redemiſſet,aditum eſt ad Metellũ:eductus eſt Apronius:eduxit vir primarius,C. Gallius, ſenator: poſtulauit[e] à L.Metello,vt ex edicto ſuo iudicium daret in Apronium.[f] QVOD PER VIM,AVT METVM ABSTVLISSET:quam formulam Octauianam,& Romæ Metellus habuerat,&habebat in prouincia. nõ impetrat,cùm hoc diceret Metellus, præiudicium à ſe de capite C. Verris per hoc iudicium nolle fieri.Tota Metelli cohors, hominum nõ ingratorum,aderat Apronio.C.Gallius,homo no-

b al. xxx. mod.

c L. cupioque te ita illud.

d L. igitur.

* al.Pãchrẽſto,id eſt medicamento ad omnia vtili hac voce Verris pecuniã ſignificat.

e v.c. ab L. Metello.

f L. QVOD PER VIM, AC METVM ABST.

ſtri ordinis, à ſuo familiariſſimo L. Metello iudicium e:: edicto non poteſt impetrare.|| Nō re- 153
prehendo Metellum. pepercit homini amico, & quemadmodū ipſum dicere audiui, neceſſariò. non reprehendo, inquam, Metellū: ſed hoc miror, quomodo de quo homine præiudicium noluerit fieri per recuperatores, [g] de hoc ipſo nō modò prẹiudicarit, verùm grauiſſimè, ac vehementiſſimè iudicarit. Primùm enim, ſi Aproniū abſolutum iri putaret: nihil erat quod vllū prẹiudicium vereretur. deinde, ſi, condemnato Apronio, coniunctam, cum eo Verris cauſam omnes erant exiſtimaturi: Metellus quidem certè iam hoc iudicabat, eorum rem, cauſámque eſſe coniunctam: qui ſtatuerit, Apronio condemnato de iſto præiudiciū futurum. & ſimul vna res vtrique rei eſt argumento: & aratores vi & metu coactos Apronio multo plus, quàm debuerint, dediſſe: & Apronium iſtius rē ſuo nomine egiſſe, cùm L. Metellus ſtatuerit nō poſſe Apronium condemnari, quin ſimul de iſtius ſcelere, atque improbitate iudicaretur. || Venio * nunc 154
ad epiſtolam [h] Timarchidis, liberti iſtius, & accenſi: de qua cùm dixero, totum hoc crimen decumanum perorabo. Hæc epiſtola eſt, iudices, quam nos Syracuſis in ẹdibus Apronij, cùm literas cōquireremus, inuenimus. miſſa eſt, vt ipſa ſignificat, ex itinere, cùm Verres iam de prouincia deceſſiſſet, [i] Timarchidis manuſcripta. Recita epiſtolam Timarchidis: TIMARCHIDES VERRIS ACCENSVS APRONIO SALVTEM DICIT.
58 Iam hoc quidem non reprehēdo, [k] quòd adſcripſit, ACCENSVS. cur enim ſibi hoc ſcribæ ſoli ſumant? L. PAPIRIVS SCRIBA. volo ego hoc eſſe commune accenſorum, lictorum, viatorum. FAC DILIGENTIAM ADHIBEAS, QVOD AD EXISTIMATIONEM PRAETORIS ATTINET. Commendat Apronio Verrem, & hortatur, vt inimicis

g L. de hoc ipſe nō m.

* 7. epiſtola Timarchidis.

h L. Timarchidi, lib.

i L. Timarchidi m.

k L. quòd adſcribit.

Digitized by Google

cis eius reſiſtat. Bono præſidio munitur exiſti-
matio tua: ſi quidem in Apronij conſtituitur di-
ligentia, atque auctoritate: HABES VIRTVTEM,
155 ATQVE ELOQVENTIAM. || Quàm copioſè lau-
datur Apronius à Timarchide! quã magnificè!
cui ego non putem illum placere oportere, qui
tãtoperè Timarchidi probatus ſit! HABES SVM-
TVM VNDE FACIAS. Neceſſe eſt, quod [l] redun-
daret de veſtro frumentario quæſtu ad illũ po-
tiſſimùm per quem agebatis, defluxiſſe. SCRIBAS
APPARITORES [m] RECENTEIS ARRIPE. CVM L.
VVLLEIO, QVI PLVRIMVM POTEST, CAEDE, CON
CIDE. Videte quàm valdè militiæ ſuæ confidat
Timarchides, qui etiam Apronio improbitatis
præcepta det. [n] Iam hoc, CAEDE, CONCIDE, nõ
verba domo patroni depromere videtur, ad om-
ne genus nequitiæ accommodata? [o] VOLO MI-
HI FRATERCVLO TVO CREDAS. Conſorti quidẽ
in lucris atque furtis, gemino & ſimillimo ne-
quitia, improbitate, audacia. IN COHORTE CA-
RVS HABERE. Quid eſt hoc, IN COHORTE? quò
pertinet? Apronium doces? quid? in veſtram co-
hortem, te monitore, an ſua ſponte peruenerat?
QVOD CVIQVE OPVS SIT, OPPONE, Qua impudẽ-
tia putatis eũ in dominatione fuiſſe, qui in fu-
ga tam improbus ſit? ait omnia pecunia effici
poſſe: [p] dare, profundere, opponere, ſi velis vin-
cere: Non hoc mihi tam moleſtum eſt, Apro-
nio ſuadere Timarchidem, quàm quòd hoc idẽ
156 patrono ſuo præcipit. || TE POSTVLANTE OMNES
VINCERE SOLENT. Verre quidem prętore, non
Sacerdote, non Pæduceo, non hoc ipſo Metel-
lo. SCIS METELLVM SAPIENTEM ESSE. Hoc ve-
rò ferri iam non poteſt, irrideri viri optimi, L.
Metelli ingenium, & contemni, ac deſpici à fu-
gitiuo Timarchide. SI VVLLEIVM HABEBIS,
OMNIA LVDIBVNDVS * CONFICIES. Hîc vehe-
menter erat Timarchides, qui aut Vulteium

[l] L. redundarit de.

[m] V.C. RECENTIS.

[n] L. iã hęc, CAEDE, CONCIDE vide Lipſ. 5. epiſtolic. q. c. 14. nõne vobis verba.

[o] V.C. VOLO, MI FRATER, FRATERCVLO T.

[p] L. dare, profundere oportere, ſi velis vinc. al. DA, PROFVNDE, OPPONE, SI VELIS V.

* L. perficies.

Digitized by Google

q L. ſed errat cõiect.
r v.c. ad omnis.
s fort. arbitratur.

pecunia corrumpi putet poſſe, aut Metellum vnius arbitratu gerere præturam, [q] ſed errauit coniectura domeſtica: quia multos per ſe, & per alios multa ludibundos libidinoſe apud Verrẽ effeciſſe vidit: [r] ad omneis, eoſdem patêre aditus [s] arbitrabatur. faciliùs vos efficiebatis ludibũdi, quæ volebatis à Verre, quòd multa eius ludorum genera noratis. INCVLCATVM EST METELLO, ET VVLTEIO, TE ARATORES EVERTISSE. Quis iſtuc Apronio attribuebat, cùm aratorem aliquem euerterat? aut Timarchidi, cùm hoc iudicandum, aut decernendum, aut imperandum aliquid, aut remittendum, pecuniam acceperat? aut [t] Seſtio lictori, cùm aliquem innocentẽ ſecuri percuſſerat? nemo. omnes ei Verri tunc attribuebant, quem nunc cõdemnari volunt. ‖ OBTVDERVNT EIVS [u] AVREIS, TE SOCIVM PRAETORIS FVISSE [x] Vidéſne, hoc quàm clarum ſit, ac fuerit? cùm etiam Timarchides hoc metuat: cõcedes, [y] non hoc crimen nos in te confingere, ſed iampridem ad crimen aliquam defenſionem libertũ quęrere. libertus, & accẽſus tuus, & tibi, ac libertis tuis, omnibus in rebus, coniunctus ac proximus ad Apronium ſcribit, vulgò eſſe [a] ab omnibus ita demonſtratum Metello, tibi Apronium in decumis ſocium fuiſſe. FAC SCIAT IMPROBITATEM ARATORVM. IPSI SVDABVNT, SI DII [b] VOLENT. Quod iſtuc per deos immortaleis, aut qua de cauſa excitatum eſſe dicamus in aratores tam infeſtum odium, atque tantum? [c] quantam iniuriam fecerunt Verri aratores, vt eos etiam libertus & accenſus eius tam irato [d] animo, his literis inſequatur? Neque ego huius fugitiui, iudices, epiſtolam vobis recitaſſem, niſi vt ex ea totius familiæ præcepta, & inſtituta, & diſciplinam cognoſceretis. Videtis, vt moneat Apronium? [e] quibus rebus, ac muneribus ſe inſinuet in familiaritatem Metelli: Vulteium cor-

157

t L. Sextio lict.
v v.c. auris.
x L. vides hoc quàm.
y L. non nunc hoc crim.
a for. ab omnib. id d.
b al. volũt.
c L. quam tantã iniur.
d v.c. animo, ac literis inſ.
e al. quibus ſe rebus ac mun. inſinuet.

Digitized by Google

corrumpat?ſcribas, [f] accenſumque pretio deli-
niat? ea præcipit, quæ vidit:ea monet alienum
hominẽ,quẹ domi dicicit ipſe.verùm in hoc er-
rat,vno,quòd eaſdem exiſtimat vias ad omniũ
158 familiaritates eſſe munitas.|| Quamquam meri-
tò ſum iratus Metello: tamen hæc, quæ vera
ſunt,dicam. Apronius ipſum Metellum nõ pre-
tio,vt Verrem,non conuiuio,non muliere,59 nõ
ſermone impuro,atque improbo poſſet corrũ-
pere:quibus rebus non ſenſim,atque moderatè
ad iſtius amicitiam [g] adrepſerat,ſed breui tem-
pore totum hominem,totamque eius præturam
poſſederat. Cohortem autem Metelli,quam vo-
cat,quid erat,quòd corrumperet,ex qua in ara-
159 torem recuperatores nulli dabantur?||Nã quòd
ſcribit,Metelli filium puerũ eſſe,vehemẽter er-
rat.non enim ad omneis prætorum filios iidem
aditus ſunt. O Timarchide, Metelli eſt filius in
prouincia, non puer, ſed adoleſcens bonus ac
prudens, dignus illo loco ac nomine veſter ille
puer prætextatus,in prouincia quemadmodum
fuiſſet,non dicerẽ,ſi pueri eſſe illam culpam,ac
non patris exiſtimarem. Túne,cùm te,ac tuã vi-
tam noſſes,in Siciliam tecum grandem prætex-
tatũ filium ducebas?vt,etiam ſi natura puerũ
à paternis vitiis,atq; à generis ſimílitudine ab-
duceret,conſuetudo tamen eum, & diſciplinà
160 degenerare non ſineret?||Fac enim fuiſſe in iſto
C. Lælij,M. Catonis 60 * materiem, atque in-
dolẽ:quid ex eo boni ſperari,atq; effici poteſt,
qui in patris luxurie ſic vixerit, vt nullum vm-
quam pudicum,neq; ſobriũ cõuiuiũ viderit?qui
in epulis quotidianis,adulta ætate,per trienniũ
inter impudicas mulieres,& intemperanteis vi-
ros verſat[h] ſit?nihil vmquã audiuit à patre,quo
prudentior,aut melior eſſet?nihil vmquam pa-
trem[i] agere vidit,quòd eum imitatus eſſet,non,
id quod turpiſſimum eſt, [k] patri ſimilis puta-
161 retur? || Quibus in rebus [l] non ſolùm filio, ve-
rùm

f al. accenſoſque.
g L. arrepſerat.
*al. naturã.
h L. à patre audierit.
i L. facere viderit.
k fort patris.
l L non ſolùm filio Verres, verùm.

Digitized by Google

rùm etiam reip. feciſti iniuriā. Suſceperas enim
liberos non ſolùm tibi,ſed etiàm patriæ:qui nō
modò tibi voluptati, ſed etiam qui aliquando
vſui reip. eſſe poſſent. Eos inſtituere,atq; eru-
dire ad maiorum inſtituta,[m] atq; ciuitatis diſ-
ciplinam,[61] [n] non ad tuas turpitudines debui-
ſti. [o] Eſſet inerti,atque impuro & improbo pa-
rente nauus,& pudens,& probus filius.Haberet
aliquid abs te reſp. muneris. nunc pro te Verrē
ſubſtituiſti alterum ciuitati : niſi hoc fortè de-
terior eſt,ſi fieri poteſt,quòd tu eiuſmodi eua-
ſiſti. non in hominis luxurioſi , ſed tantùm in
furis , ac diuiſoris diſciplina educatus. || Quid 162
iſto feſtiuius fore arbibitramur,qui eſt tuus na-
tura filius,conſuetudine diſcipulus , voluntate
ſimilis?Quem ego,iudices, [p] quamuis bonum,
fortémque facilè paterer euadere. nō enim me
inimicitiæ commouēt,ſi quæ mihi cum iſto fu-
turæ ſint. nā ſi in omnibus rebus innocens fue-
ro,meique ſimilis : quid mihi iſtius inimicitiæ
nocebunt? ſin aliqua in re [q] Verri ſimilis fuero:
nō magis mihi deerit inimicus, quàm Verri de-
fuit. Etenim,iudices,eiuſmodi reſp.debet eſſe,
& erit,ſeueritate iudiciorum conſtituta,vt ini-
micus neque deeſſe nocenti poſſit, neq; obeſſe
innocenti. Quapropter nulla res eſt, quamobrē
ego iſtum nolim ex paternis probris,ac vitiis e-
mergere.id quod tametſi iſti difficile eſt, tamen
haud ſcio an fieri poſſit:præſertim ſi(vt nūc fit)
cuſtodes amicorū eum ſectabuntur: quoniā pa-
ter tā negligens:ac diſſolutus eſt. || Verùm huc 163
longiùs,quàm voluntas fuit,ab epiſtola Timar-
chidis [r] digreſſa eſt oratio mea. qua recitata,
concluſurū me eſſe crimē decumarū dixerā : ex
quo intellexiſtis,innumerabilē frumenti nume-
rum per triennium auerſum à rep.eſſe,[s] abrep-
túmq; aratoribus.* Sequitur,vt de frumēto em-
to vos,iudices,doceam,maximo atq; impuden-
tiſſimo furto : de quo dum certa , & pauca , &
ma-

m for. atq; ad ciuit.
n L.non ad tua flagitia neque ad tuas turp.
o L.eſſet ex inerti,atq;.
p al.quantumuis bō.
q for. Verris.
r L.degreſſa eſt or.
s L.ereptūque arator.
* II. DE FRVMENTO EMTO.

magnâ dicam breuiter, attendite. * Frumentum
emere in Sicilia debuit Verres ex ſenatuſcóſul-
tó,& ex lege Terentia,& Caſſia, frumentaria. E-
mundi duo genera fuerunt:[62] [t] vnum decuma-
rum : alterũ,quod prǽterea ciuitatibus æquali-
ter eſſet diſtributũ. Illius decumani tantũ,quan
tum ex primis decumis fuiſſet.[63] [u] huius impe-
rati tritici mod. ıↄcccc. millia : pretium autẽ cõ-
ſtitutum decumano in mod. ſingulos [x] LLS. ter-
nos: imperato LLS. IIII. Ita in frumentum impe-
ratũ.[y] LLS. duodeuicies in annos ſingulos Ver-
ri decernebatur, quod aratoribus ſolueret : in
alteras decumas fermè ad nonagies. ſic per triẽ-
nium ad hanc frumenti emtionẽ Sicilienſem[64]
164 prope [z] cẽties & tricies erogatũ eſt.|| *Hanc pe-
cuniam tantã datam tibi ex ærario inopi, atque
exhauſto: datã ad frumentum, hoc eſt, ad neceſ-
ſitatem ſalutis & vitæ : datam, vt Siculis arato-
ribus, quibus tãta onera reſp. imponeret, ſolue-
retur: abs te ſic * lucrifactã eſſe dico , vt poſſim
illud probare, ſi velim, omnem te hanc pecuniã
domum tuam auertiſſe. etenim ſi hanc rem totã
adminiſtraſti, vt hoc quod dico, probari æquiſ-
ſimo iudici poſſit. Sed ego habebo rationẽ au-
ctoritatis meæ: meminero, quo animo, quo con-
ſilio ad cauſam publicam acceſſerim: non agam
tecũ accuſatoriè: nihil fingã: nihil cuiquã[a] pro-
bari velim me dicente, quod nõ ante mihimet-
165 ipſi probatũ ſit. ||In*hac pecunia publica, iudi-
ces, hæc inſunt tria genera furtorum.[b] Primùm
eam, cùm poſita eſſet apud eas ſocietates, vnde
erat attributa , binis centeſimis fœneratus eſt.
Deinde permultis ciuitatibus pro frumento ni-
hil ſoluit omnino: poſtremo, ſi cui ciuitati ſol-
uit : tantum detraxit , quantum commodum
fuit: nulli, quod debitum eſt, reddidit. *Ac pri-
mùm hoc ex te quæro: tu, cui publicani ex Car-
pinatij literis gratias egerunt, pecunia publica
ex ærario erogata, ex vectigalibus populi Rom.

ad

*ATTENTIO

t L. vnum, alterarum decumarũ. alij, certarum decumarum.

v L. huius imperati in annos ſingulos, tritici m.

x L. LLS. terni imperato LLS. quaterni.

y L. LLS. bis, & tricies in annos ſing.

z L. centies & vicies er.

* PROPOSITIO.

* L. laceratam.

a L. probari volo, me d.

* PARTITIO.

b L. Primũ cùm poſita eſſet pecunia apud eas ſoc. vnde erat attrib. binis eam c.

* Prima Verris fœneratio ſeu furtum.

Digitized by Google

ad emendum frumentum attributa,fuerit ne tibi quæſtui:pẽſitaritne tibi binas cẽteſimas.Credo te negaturum.turpis enim eſt, & periculoſa cõfeſſio.||Mihi autẽ hoc perarduũ eſt demõſtra- 166
re.65[c] quibus enim teſtibus? Publicani tractati honorificè ſunt:tacebunt.literę eorum decreto decumanorum remotę ſunt.Quò me igitur vertam? rem tam improbam,crimẽ tantæ audaciæ, tantæq; impudentiæ: propter inopiam teſtium, ac literarum prætermittam? nõ faciam,iudices. vtar teſte:quo?P.Vettio Chilone,homine equeſtris ordinis honeſtiſſimo, atq; ornatiſſimo:qui iſti[d] ita amicus, & neceſſarius eſt, vt etiamſi vir bonus non eſſet,tamẽ,quod contra iſtum diceret,graue videretur:ita vir bonus eſt,vt etiam ſi inimiciſſimus iſte eſſet, tamen eius teſtimonio credi oporteret. ||Admiratur & exſpectat,quid- 167
nam Vettius dicturus ſit. nihil dicet ex tẽpore: nihil ex ſua voluntate : nihil,vt ei vtrumuis licuiſſe videatur.Miſit in Siciliam literas ad Carpinatium,cùm eſſet magiſter[e] ſcripturæ, & ſex publicanorũ:[f] quas ego Syracuſis in literarum miſſarum libris apud magiſtrum[g] Tulliũ,familiarẽ tuũ inueni : quibus ex literis impudẽtiam fæneratoris,quæſo,cognoſcite.LITERAE[h] MISSAE L. VETTII, L. SERVILII,[i] C. ANTISTII, MAGISTRORVM.Pręſtò ſe tibi ait futurum Vettius,& obſeruaturum, quemadmodum rationes
ad ærarium referas,vt,ſi hanc ex fænore populo 168
pecuniam non retuleris,reddas ſocietati.||Poſſumus,hoc teſte,poſſumus P.Seruilij,&[k] C.Antiſtitij,magiſtrorum,literis primorum hominũ, atque honeſtiſſimorũ,poſſumus auctoritate ſocietatis,cuius literis vtimur,quod dicimus,obtinere.an aliqua firmiora,aut grauiora quærenda ſunt? Vettius, tuus familiariſſimus : Vettius, tuus affinis,cuius ſororẽ habes in matrimonio, tuæ frater vxoris Vettius, frater tui quæſtoris,[l] teſtatur tuum impudẽtiſsimum furtum certiſſimúm que

c L.quibus enim teſtibus? publicanis? tractati honorificè ſunt: tacebũt literis eorũ? decreto dec. & ita v.c.
d L. ita & amic.
e L.ſcripturæ, & ſocietatis public. al.ſcripturæ eius ſocietatis.
f al.quas ego apud Carpenatiũ in literarũ allatarum libris : Romæ in literarum miſſarum libris apud magiſtr. Tull.
g L. Puliũ.
h v. c. non habet miſſæ.
i lib. vulg. C. Antiſtitis.
k lib. vulg. C. Antiſtitis.
l L.teſtatur literis tuũ impu. furt.

Digitized by Google

ſimúmque peculatum. (nam quo alio nomine pecuniæ publicæ fæneratio eſt appellãda?) [m] 66 * * * Recita reliqua. Scribam tuum dicit, Verres, huius perſcriptorem fœnerationis fuiſſe. ei quoque magiſtri minantur in literis : [n] & caſu ſcribæ tũ duo magiſtri fuerunt cum Vettio. Binas centeſimas ab ſe ablatas ferendum non putant: & rectè non putant. Quis enim hoc fecit vmquam? quis denique conatus eſt facere aut poſſe fieri cogitauit, vt, cùm ſenatus publicanos vſura ſæpe iuuiſſet, magiſtratus à publicanis pecuniã pro vſuris auderet auferre ? Certè huic homini ſpes nulla ſalutis eſſet, ſi publicani, hoc eſt, ſi equites Romani iudica-
169 rent. || Minor eſſe cura nunc, iudices, vobis diſceptantibus debet : & tanto minor, quanto eſt honeſtius alienis iniuriis, quàm re ſua commoueri. Quid ad hæc reſpõdere cogitas? Vtrùm factum negabis? an tibi hoc licitũ eſſe defendes? [p] negare quì potes ? an vt tanta auctoritate literarum, tot teſtibus publicanis conuincare? licuiſſe verò quì ? ſi mehercule [q] te tuam pecuniam non populi Rom. in prouincia fæneratum docerem, tamen effugere 67 [r] non poſſes * * * ſed publicam, ſed ob frumentum decretã, ſed à publicanis fænore accepto: hoc licuiſſe cuiquam probabis? quo non modò ceteri, [s] ſed ipſe nihil audaciùs, improbiúſque feciſti. Non mehercule hoc, quod omnibus ſingulare videtur, de quo mihi deinceps dicẽdum eſt, poſſum, iudices, dicere audacius eſſe, aut impudentius, quòd permultis ciuitatibus, pro frumento [t] nihil ſoluit omnino. maior hæc præda fortaſſe eſt : ſed illa impudentia certè non
170 minor. || Et, quoniam de illa fæneratione ſatis dictum eſt, * nunc de hac tota pecunia auerſa, quæſo, cognoſcite. Siciliæ ciuitates multæ ſunt, iudices, ornatæ, atque honeſtæ : ex quibus

m L. indicaturum ſe, ac pateſacturum minatur. Rec.

n L. Etenim caſu tũ ſcribę duo magiſtri affuerunt c.

o L. Minor eſſe nũc, iudices, vobis diſceptantib. debet.

p L. negare qui potes, cùm tantá auct. lit. &c.

q L. te pecuniam tuá prætorem in prou. fæ.

r L. nõ poſſes. Nunc cùm fæneratus eſſe pecuniá reperiare nõ tuá, ſed publ. ſed ob.

s L. ſed tu ipſe.

t L. nihil ſoluit. Omnino maior, &c.

* 2. furtum Verris.

quibus in primis nnmeranda eſt ciuitas Haleſi-na. nullã enim reperietis aut officiis fideliorẽ, aut copiis locupletiorẽ, aut auctoritate grauio-rem. Huic iſte in annos ſingulos, cùm ſexaginta tritici millia modiûm imperauiſſet, pro tritico nummos abſtulit, quanti erat in Sicilia triticũ, quos de publico nummos acceperat, retinuit o-mneis.68 [u] Obſtupui, iudices, cũ hoc mihi pri-mùm Haleſiæ demonſtrauit in ſenatu Haleſino-rum homo ſummo ingenio, ſumma prudentia, ſumma auctoritate prȩditus, Haleſinus [x] Aeneas: cui ſenatus69 dederat publicè cauſam, vt mihi, fratriq; meo gratias ageret: & ſimul, qui nos ea, quæ ad iudicium pertinerent, doceret. || Demõ- 171 ſtrat, hanc iſtius cõſuetudinem ac rationẽ fuiſ-ſe, cùm omnis frumenti copia decumarũ nomi-ne penes iſtum eſſet redacta, ſolitum eſſe iſtum pecuniam cogere à ciuitatibus, frumentum im-probare: quantum frumenti Romam eſſet mit-tendum, tantum de ſuo quæſtu, ac de ſua copia frumenti mittere. Poſco rationes: inſpicio lite-ras: video frumenti granum Haleſinos, quibus [y] LX. millia modiûm imperata erãt, nullum de-diſſe: pecuniã Volcatio, Timarchidi, ſcribæ de-diſſe: reperio genus huiuſmodi, iudices, prædæ, vt prætor, qui frumentum emere debebat, non emat, ſed vendat. pecunias, quas ciuitatibus di-ſtribuere debebat, eas omneis auertat, atque au-ferat. Non mihi iam furtũ, ſed mõſtrum, ac pro-digium videbatur: ciuitatum frumẽtum impro-bare, ſuum probare: cùm ſuum probaſſet, pretiũ ei frumento conſtituere: quod conſtituiſſet; [z] id ciuitatibus auferre: quod à populo Ro. ac-accepiſſet, tenere. || Quot vultis eſſe in vno fur- 172 to peccatorum gradus? [a] vt ſi ſingulis inſiſtere velim, progredi iſte nõ poſſit. Improbas frumen tum Siculum. Quid? ipſe quod mittis? peculia-rem habes aliquam Siciliam, quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditare poſſit? Cùm ſena

[u] L. Obſtipui, iud. & ita v.c.

[x] al. Aeneias.

[y] L. ſexagẽna mill.

[z] al. id à ciuitatib.

[a] L. tot. ſunt, vt in ſingulis inſiſtere ſi velim, progredi ipſe non poſſim. Impr.

ſenatus decernit,vt ematur in Sicilia frumentũ, [b] aut populus iubet:hoc,vt opinor,intelligit ex Sicilia Siculum frumentum apportari oportetere. Tu,cùm ciuitatum Siciliæ vulgò omne frumentum improbas,num ex Aegypto, aut ex Syria frumentum Romam [c] mittis? Improbas Haleſinum, Cephaleditanum, Thermitanum, Ameſtratinum, Tyndaritanum, Herbitenſe, multarũ præterea ciuitatum. 70 [d] Quid accidit tandem, vt horum populorum agri frumentum eiuſmodi, te prætore, [e] ferrent, quod nunquam antea, [*] vt neque tibi,neque populo R. poſſet probari, præſertim cùm ex iiſdem agris, eiuſdémq; anni frumentum ex decumis Romam mancipes aduexiſſent? [f] quid acciderat, vt ex eodem horreo decumanum probaretur, [g] emtum non probaretur? Dubiúmne eſt,quin iſta omnis improbatio,
173 cogendæ pecuniæ cauſa nata ſit? || Eſto: improbas Haleſinum:habes ab alio populo quod probes.eme illud,quod placet miſſos fac eos, quorum frumentum improbaſti. Sed ab iis, quos repudias,exigis tantum pecuniç,quantum ad eum numerũ frumenti ſatis ſit, 71 [h] quem ciuitati imperas: Dubium eſt quid egeris? In medimna ſingula video ex literis publicis tibi Haleſinos LLS. qui nos denos dediſſe. Oſtendam ex tabulis locupletiſſimorum aratorum, eodem tempore neminem in Sicilia pluris frumentum vendidiſſe. Quæ eſt ergo iſta ratio,aut quæ potiùs amentia, frumentum improbare id, [i] quod ex eo loco ſit, ex quo ſenatus & populus R. emi voluerit: [k] ex eo aceruo, ex quo partem tu idem, decumarum nomine, probaris: deinde à ciuitatibus [l] pecunias ad emendum frumentum, cogere, cùm ex ærario acceperis? [m] Vtrùm te lex Terentia Siculorum pecunia frumentum emere à Siculis, an populi R. pecunia frumentum ab Siculis emere iuſſit?

M. Terentio Lucullo & C. Caſſ. Vero Coſſ. lata eſt anno & ad frumentum ex Sicilia reportandum ſolum

b L. cùm aut populus.

c L. miſſurus es? Impr.

d L. Quid accidit tandem, cur hor.

e L. efferrent.

* L. vt neq; mihi, neq; tibi.

f L. quid acciderat, cur ex eod.

g L. emtum improbaretur. & ita v.c.

h L. quem ei ciuitati imperas emendum. Dub. & ita v.c.

i L. quod & eo loco ſit, ex q.

k L. & ex eo aceruo.

l L. pecunia ad em.

m L. Vtrũ enim te lex Terentia Siculorũ, an populi R. pecunia, fr. ab Sicul. emere iuſſit? Lex hęc Terentia vrbis 580. pertinebat.

Digitized by Google

iuſſit?|| Iam verò ab iſto omnem illam ex ærario 174
pecuniam, quàm his oportuit ciuitatibus pro frumento dari, lucrifactam videtis. accipis enim LLS. XV. pro medimno. tanti enim eſt illo tempore medimnum.[72] [n] retines LLS. XXI. tāti enim eſt frumentum Siciliēſe ex lege æſtimatū. Quid intereſt, vtrùm hoc feceris, [o] an frumentum non improbaris, ſed frumento probato, & accepto pecuniam publicam tenueris omnem, neq; quidquam vlli diſſolueris ciuitati, cùm æſtimatio legis, eiuſmodi ſit, vt ceteris temporibus tolerabilis Siculis, te prætore etiam grata eſſe debuerit? Eſt enim modius lege LLS. III. ęſtimatus. fuit autem, te prætore, [p] vt tu in multis epiſtolis ad amicos tuos gloriaris.[73] LLS. II. Sed fuerit LLS. III. quoniam tu tantum à ciuitatibus in modios ſingulos exegiſti. cùm, ſi ſolueres Siculis tātum, quantum te populus R. iuſſerat, aratoribus fieri gratiſſimum poſſet: tu non modò eos accipere quod oportebat, noluiſti: ſed etiam dare, quod non debebant, coëgiſti.|| Atque hęc ita geſta eſ- 175
ſe, iudices, cognoſcite, & ex literis publicis ciuitatū, & ex teſtimoniis publicis: in quibus nihil fictum, nihil ad tempus [q] accommodatum intelligetis. Omnia, quę dicimus, rationibus populorum[74] [r] nō interpoſitis, neque perturbatis, neq; repentinis, ſed certis, inſtitutis[75] [s] ordine relata, atque confecta ſunt. Recita rationes Haleſinorū. Cui pecuniam datam dicit? dic etiam clariùs. VOLCATIO, TIMARCHIDI, MAEVIO. Quid eſt, Verres? ne illā quidem tibi defenſionē reliquam feciſti, mācipes in iſtis rebus eſſe verſatos? mancipes frumentum improbaſſe? mancipes pretio cum ciuitatibus decidiſſe, & eoſdem abs te illarum ciuitatum nomine pecunias abſtuliſſe: deinde ipſos ſibi frumentum coëmiſſe: nihil hæc ad te pertinere? Magna, mehercule, ac miſera defenſio prætorem hoc dicere, Ego frumentum neque attigi, neque [t] inſpexi: mancipi

n L. retines LLS. XVIII tanti enim eſt f.
o L. in frumentum Siciliēſe nō impr. & ita v. c.
p al. vt in multis.
q L. accommodatum eſſe intell.
r L. non interpolatis, n.
s for. in ordinem relata, atque coniecta ſunt.
t L. adſpexi.

cipibus poteſtatem probandi, improbandique permiſi: mancipes à ciuitatib. pecunias extorſerũt: ego autem, quã pecuniam populis dare de-
176 bui, mãcipibus dedi. 76 || [v] mala eſt hæc quidem, vt dixi, defenſio criminis: ſed tamẽ ac ipſa tibi, ſi vti cupias, non licet: vetat te Volcatius, tuæ, tuorũmq; deliciæ, mentionem mancipis facere. Timarchides autem columen familiæ veſtræ, premit fauceis defenſionis tuę: cui ſimul, & Volcatio pecunia à ciuitate numerata eſt. Iam verò ſcriba tuus annulo aureo ſuo, quem ex his reb9 inuênit, [x] iſta te ratione vti non ſinet. Quid igitur eſt reliquum, niſi vti fateare, te Romam frumentũ emtum Siculorũ pecunia miſiſſe: publicã pecuniam domum tuam [y] conuertiſſe? O cõſuetudo peccandi, quantam habes iucunditatem in improbis, & audacibus. cũm pœna [z] abfuit, & li-
177 centia conſecuta eſt. || Iſte in hoc genere peculatus non nũc primùm inuenitur: ſed nũc demũ tenetur. Vidimus huic ab ærario pecuniã numerari quæſtori ad ſumtum exercitus conſularis: vidimus paucis pòſt menſibus & exercitum, & conſulem ſpoliatum. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quæ totam remp. tũ [a] occupauerãt. Iterum geſſit hereditariam quæſturam [b] cũ A. Dolabella. magnam pecuniã auertit: ſed eius rationem cũ damnatione Dolabellę permiſcuit. Cõmiſſa eſt pecunia tanta prætori. nõ reperietis hominem timidè, nec leuiter hæc improbiſſima lucra [c] ligurientem. deuorare omnem pecuniam publicam non dubitauit. Ita ſerpit illud inſitum in natura malum conſuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ ſtatuere
178 ipſe ſibi non poſſit. || Tenetur igitur aliquando, & in rebus tum maximis, tum manifeſtis tenetur. Atque in eam fraudem mihi videtur diuinitus incidiſſe. non ſolùm vt eas pœnas, quas proximè meruiſſet, ſolueret: ſed vt illa etiam ſcelera eius in Carbonem, & in Dolabellam

v L. Mala eſt hæc quidem, vt dixi, ac perdita maximorum peccatorum, per huiuſmodi incuriæ, & inertię confeſſionem defenſio: ſed tamen n

x L. iſta te o a ene.

y a auertiſſe? al. auertiſſe?

z L. aiuit.

a L. occuparant.

b al. cum Dolabella.

c L. ligurrientem.

vindicarentur.Etenim noua quoque alia res ex-
ſtitit,iudices,in hoc crimine,quę tollat omnem
dubitationem ſuperioris illius decumani crimi-
nis.Nam,vt illud miſſum faciam,permultos ara-
tores in alteras decumas,& in hæc ıɔ.ccc.millia
modiûm,quod emtũ populo R.darent, non ha-
buiſſe:ſed à tuo procuratore , hoc eſt, ab Apro-
nio,emiſſe:ex quo intelligi poteſt, nihil te ara-
toribus reliqui feciſſe:vt hoc pręteream,[d] quod
in multis eſt teſtimoniis expoſitum : poteſt illo
quidquam eſſe certius,in tua poteſtate,atque in
tuis horreis omne frumentum Sicilię,pēr trien-
nium,atq; omneis fructus agri decumani,fuiſſe?
‖Cùm enim à ciuitatibus pro fruméto pecuniã 179
exigebas, vnde erat frumentum , quod Romam
mitteres,ſi tu id non omne clauſum,&compreſ-
ſum poſſidebas ? Itaque in eo frumento primus
tibi ille[e] quæſtus fuit,ipſius frumenti,quod erat
ereptum ab aratoribus:alter,quòd[f] id frumentũ
improbiſſimè per triennium,partum,non ſemel,
ſed bis:neque vno, ſed duobus pretiis, vnum &
idem frumentum vendidiſti: ſemel ciuitatibus
IIS.XV. in medimnum : iterum populo R.à quo
[g]IIS.XII.in medimna,pro eodem illo frumen-
to abſtuliſti.‖ At enim * frumentum Centuripi- 180
norum, & Agrigentinorum, & nonnullorũ for-
taſſe præterea probaſti,& his populis pecuniam
diſſoluiſti.[h] Sint aliquę ciuitates in eo numero,
quarum frumentum improbare nolueris. Quid
tandem? his ciuitatibus omniſne pecunia, quæ
pro frumento debita eſt , diſſoluta eſt ? Vnum
mihi reperi , non populum , ſed aratorem : vi-
de, quære , circumſpice , ſi quis fortè eſt ex ea
prouincia, in qua tu triennium præfuiſti, qui te
nolit periſſe : vnum , inquam , da mihi ex illis
aratoribus , [i] qui tibi vel ad ſtatuam pecuniam
contulerunt, qui ſibi dicat pro frumento omne
eſſe,quod oportuerit,ſolutum. confirmo , iudi-
ces neminem eſſe dicturum. Ex omni pecunia,
quam

d L. quod multorum eſt teſtim.

e L. quęſtus erat,ipſum frumentũ , quod erat ereptum aratoribus.

f v. c. non habet pronocabulũ , id.

g L. XVIII.

* Tertium furtum Verris ſeu detractio.

h L. Sint ſanè aliquæ ciuit.

i L. vel qui vel ad ſta.

quam aratoribus ſoluere debuiſti, [77] certis nominibus deductiones fieri ſolebãt: primùm pro ſpectatione, & collybo: deinde pro neſcio quo
181 cerario.|| Hæc omnia, iudices, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt vocabula. [k] nam collybus quinam eſſe poteſt, cùm vtantur omnes vno genere nummorum? [l] cerarium verò quid? quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus, quomodo ad pecuniam publicam allatũ eſt? Nam illud genus tertiũ deductionis erat eiuſmodi, quaſi non modò liceret, ſed etiã oporteret: nec ſolùm oporteret, ſed planè neceſſe eſſet. Scribæ nomine de tota pecunia binæ quinquageſimæ detrahebantur. Quis tibi hoc conceſſit? quæ lex? quæ ſenatus auctoritas? quæ porrò æquitas, vt tantam pecuniam ſcriba tuus [m] auferret ſiue de aratorum bonis, ſiue de populi R. vectigalibus? Nã ſi poteſt iſta pecunia ſine aratorũ iniuria detrahi, populus R. habeat præſertim in tantis ærarij anguſtiis. ſin autem & populus id voluit, & æquum ita eſt, ſolui aratoribus: tuus apparitor parua mercede populi cõ-
182 ductus, de aratorũ bonis prædabitur? || & in hac cauſa ſcribarum ordinem in me cõcitabit Hortenſius? & eorũ cõmoda à me labefactari, [78] atq; [n] oppugnari iniuria dicet? quaſi verò hoc ſcribis vllo exemplo ſit, aut vllo iure conceſſum. Quid ego vetera repetam? aut quid eorum ſcribarum mentionem faciam, quos conſtat ſanctiſſimos homines, atque innocentiſſimos fuiſſe? non me fugit, iudices, vetera exempla pro fictis fabulis iam audiri, atque haberi, in his temporibus verſabor miſeris, ac perditis. Nuper, Hortenſi, quæſtor fuiſti. quid tui ſcribæ fecerint, tu potes dicere: ego de meis hoc dico, cùm in eadem iſta Sicilia pro frumento ciuitatibus pecuniam ſoluerem: mecum duos frugaliſſimos homines ſcribas haberem, [o] L. Mamilium, & L. Sergium: non modò iſtàs duas quinquageſimas, ſed omnino

[k] L. nam collybus eſſe qui poteſt, cùm &c.

[l] al. cerarium verò quid vocas? quom.

[m] al. auerteret al. auerreret.

[n] L. oppugnari iure dicet?

[o] al. L. Mallium.

Digitized by Google

nino nummum nullum cuiquam eſſe deductum.
Dicerem, hoc mihi totum eſſe attribuendũ, iudices, ſi illi vnquam à me hoc poſtulaſſent, ſi
vnquam omnino cogitaſſent.|| Quamobrẽ enim 183
ſcriba deducat,[p] ac non potius 79 * mulio, qui
adduxerit, tabellarius? cuius aduentu certiores
facti petiuerunt? præco qui adeſſe iuſſit? viator,
ac Venerius, qui fiſcum ſuſtulit? quæ pars operę,
aut oportunitatis in ſcriba eſt?[q] cur ei nõ modò
merces tanta detur, ſed cur cum eo tantæ pecuniæ partitio fiat? Ordo eſt honeſtus. Quis negat? aut quid ea res ad hanc rem pertinet? eſt
verò honeſtus, quòd eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculáque magiſtratuum committuntur. Itaq; ex his ſcribis, qui digni ſunt illo ordine, 80 [r] patribus familiâs, viris bonis atq;
honeſtis, percontamini, quid ſibi iſtę quinquageſimæ velint. iam omnes intelligetis, nouam
rem totam, atq; indignã videri.|| Ad eos me ſcri- 184
bas reuoca, ſi placet: noli hos colligere, qui nũmulis corrogatis de nepotum[s] bonis, ac de[t] ſcenicorum corollariis, cùm decuriam emerunt, ex
primo ordine exploſorum in ſecundum ordinẽ
ciuitatis ſe veniſſe dicunt. Eos ſcribas tecũ diſceptatores huius criminis habebo, qui iſtos
ſcribas eſſe moleſtè ferũt. Tametſi cũ in eo ordine videamus eſſe multos non idoneos, qui ordo induſtriæ propoſitus eſt, & dignitati: mirabimur,[u] turpeis aliquos in eo eſſe, quò cuiuis licet pretio peruenire? 81 Tu ex pecunia publica
LLS *tredecies ſcribam tuum permiſſu tuo cùm
abſtuliſſe fateare, reliquam tibi vllam defenſionem putas eſſe? hoc ferre quemquam poſſe? hoc
quemquã denique nunc tuorũ aduocatorũ animo æquo audire arbitrare? qua in ciuitate [y] C.
Catoni, clariſſimo viro, conſulari homini, 82
[z] LLS, CII. CIↃ. CIↃ. CIↃ. millibus lis æſtimata ſit:
in eadem ciuitate apparitori tuo eſſe conceſsũ.
[a] vt LLS. tredecies auferret? || Hinc ille eſt 185
bannu

p L. ac non potiùs mulio, qui aduexit? tabellarius, cuius, &c.
*al. multò.
q v. c. cur merces ei non tanta detur, ſ.
r v.c. patribus familiis. vide Priſc. li. 6.
s al. donis.
t v.c. ſcæni corum.
v L. turpeis aliquot ibi eſſe.
x L. quatuordecies ſcrib.
y L. C. Catoni, conſulari homini clariſſ. viro.
z L. LLS. XVIII.
a L. LLS. quatuordecies vno nomine auferret?

[b]anulus aureus, quo tu iſtum in contione donaſti. quæ tuą donatio ſingulari impudẽtia prædita, noua Siculis omnibus,* mihi verò incredibilis videbatur. Sæpe enim noſtri imperatores, ſuperatis hoſtibus, optimè rep. geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in contione donarunt. Tu verò quibus rebus geſtis, quo hoſte ſuperato, contionem donandi cauſa, aduocare auſus es? Neque enim ſolùm ſcribam tuum annulo, ſed etiam virum fortiſſimum, ac tui diſſimillimum, Q. Rubrium [c] excellentẽ virtute, auctoritate, copiis, corona, & phaleris, & torque donaſti: M. Coſſutium, ſanctiſſimũ virum, atq; honeſtiſſimũ, [d] M. Caſtritium, ſummo ſplendore, ingenio, gra-
186 tia præditum. || Quid hęc ſibi horum trium ciuiũ Romanorum dona voluerunt? Siculos præterea, potentiſſimos, nobiliſſimóſq; donaſti. qui non, quemadmodũm ſperaſti: tardiores fuerunt: ſed ornatiores tuo iudicio ad teſtimonia [e] dicunda venerunt. Quibus ex hoſtium ſpoliis? [f] de qua victoria? qua ex præda, aut manubiis, hæc abs te donatio conſtituta eſt? an quòd, te pretore, paucorũ aduentu myoparonũ, claſſis pulcherrima, Siciliæ propugnaculum, præſidiúmque prouinciæ, piratarum manibus incẽſa eſt? an quòd ager Syracuſanus prædonem incendiis, te prætore, vaſtatus eſt? an quòd forum Syracuſanum nauarchorũ ſanguine redundauit? an quòd in portu Syracuſano piraticus myoparo nauigauit? Nihil poſſum reperire, quamobrem te in iſtam amentiã incidiſſe arbitrer: niſi fortè id egiſti, vt hominibus ne obliuiſci quidem [g] rerũ tuarũ malè
187 geſtarũ liceret. || Annulo eſt aureo ſcriba donatus, & ad eam donationem cõtio eſt aduocata. Quod erat os tuũ, cùm videbas in contione eos homines, [h] quorũ ex bonis iſte annulus aureus donabatur, qui ipſi annulos aureos poſuerant, liberiſque detraxerant, vt eſſet vnde ſcriba tuus hoc tuum munus,* ac beneficium tueretur?

b v. c. anulus.
* L. mihi verò etiã.
c al. excellenti virt.
d al. M. Craſſiciũ.
e L. dicenda ven.
f L. è qua vict.
g v. c. rerũ tuarum liceret.
h L. quorũ ex bonis iſtum annulo aureo donabas? qui.
* vide Pli. l. 33.

Digitized by Google

quæ porrò præfatio tuæ donationis fuit? Illa ſcilicet vetus,atq; imperatoria? Quando tu quidem in prœlio,in bello,in re militari : cuius ne mentio quidem te prætore,vlla facta eſt:an illa? Quandoquidem tu nulla vnquam mihi in cupiditate , ac turpitudine defuiſti : omnibúſque in iiſdem flagitiis mecum & in legatione, [i] & prætura , & hic in Sicilia verſatus es : ob haſce res, quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo donor. Vera hæc fuiſſet oratio : non enim iſte annulus aureus abs te datus , iſtum virum fortem, ſed hominem locupletem eſſe declarat. Ita eũdem annulũ ab alio datum , teſtem virtutis duceremus:abs te donatum, comitem pecuniæ iudicamus. || Dictum, * iudices , eſt de decumano 188
frumento:dictum de emto,extremum,&reliquũ eſt, de æſtimato. quòd cùm magnitudine pecuniæ, tum iniuriæ genere quemuis debet cõmouere:[k] &verò eò magis,quòd ad hoc crimen nõ ingenioſa aliqua defenſio,ſed improbiſſima cõfeſſio cõparatur.Nam cùm ex S.C. & ex legibus frumentum ei in cællam ſumere liceret : idque frumentum ſenatus ita æſtimaſſet , [l] quaternis LLS.tritici modium:binis,hordei:* iſte,numero ad ſummã tritici adiecto , tritici modios ſingulos cum aratoribus denariis ternis æſtimauit. Non eſt in hoc crimen,Hortẽſi:ne fortè ad hoc meditere:multos ſępe viros bonos,& forteis,& innocenteis cum aratoribus,& cum ciuitatibus frumentum,in cęllam quod ſumi oporteret , æſtimaſſe , & pecuniam pro frumento abſtuliſſe. Scio , quid ſoleat fieri : ſcio , quid liceat.nihil, [m] quod antea fuerat in conſuetudine bonorum, nunc in iſtius facto reprehenditur. || hoc reprehendo,quòd,cùm in Sicilia LLS. II. tritici mod. 189
eſſet,vt iſtius epiſtola ad te miſſa declarat,ſummum LLS.ternis:id quod & [n] teſtimoniis omnibus , & tabulis aratorum planum factum antea eſt : tũ iſte pro tritici modiis ſingulis ternos ab aratori

i L. & in præt.

* III DE FRVMENTO ÆSTIMATO.

k L. tum verò eo mag. al. te vero.

l al. ternis LLS.

* Duplex erat Verris lucrum in frumento æſtimato: vnum in æſtimatione quam à ternis ſeſtertiis ad ternos denarios perduxerat. Alterum in adiectione frumenti, maiorem enim tritici numerum , quam legi liceret imperarat.

m L. quod antea fuerit in conſ.

n L. teſtimoniis omnium & tab.

aratoribus denarios exegit. Hoc crimen eſt, vt intelligas, non ex æſtimatione, neque ex ternis denariis pendêre crimen, ſed ex *coauctione annonæ, atque æſtimationis. Etenim hęc ęſtimatio nata eſt, iudices, initiò non ex prętorum, aut cõſulum, ſed ex aratorum, atque ciuitatum cõmodo. Nemo enim fuit initio tam impudens, qui, cùm frumentum deberetur, pecuniam poſceret. certè hoc ab aratore primùm eſt profectum, aut ab ea ciuitate, cui imperabatur: [o] cùm aut frumentum vendidiſſet, aut ſeruare vellet, aut in eũ locum, quò imperabatur, [p] portare nollet: petiuit in beneficij loco, & gratiæ, vt ſibi pro frumento, quanti frumentum eſſet, dare liceret. Ex huiuſcemodi principio, atq; ex liberalitate, atq; accommodatione magiſtratuum, conſuetudo ęſtimationis introducta eſt. ||

* Coauctio annonæ, id quod ad ordinariã tritici ſummam à Verre addebatur.

o L. cùm frumentũ aut

p lib. vul. frumẽtum portare nollet.

190 Secuti ſunt auariores magiſtratus: qui tamen in auaritia ſua non ſolùm viam quęſtus inuenerũt, verùm etiã exitũ, ac rationem defenſionis. [83] Inſtituerunt ſemper [q] ad vltima, ac difficillima loca * apportandum frumentum imperare, vt vecturæ difficultate, ad quam vellent, æſtimationem, peruenirent. In hoc genere facilior eſt exiſtimatio, quã reprehenſio: ideò quòd eum, qui hoc facit, auarũ poſſumus exiſtimare: crimen in eo conſtituere non tã facilè poſſumus: quòd videtur concedendum magiſtratib. noſtris eſſe, vt iis, quo loco velint, frumentum accipere liceat. Itaq; hoc eſt, quod multi fortaſſe fecerunt: [84] & ita multi, [r] vt ij, quos innocentiſſimos meminimus, aut audiuimus, non fecerint. ||

q L. in vltima, ac difficillima ad portãdum loca, frumẽtum imp.
* al. portandum.

r L. vt ij, quos meminimus, aut vidimus, non fecer & ita v. c.

191 Quæro nunc à te, Hortenſi, cùm vtris tandem iſtius factum collaturus es? cũ iis, credo, qui benignitate adducti, per beneficium, & gratiam ciuitatibus conceſſerunt, vt nummos pro frumento darent. Ita credo, petiiſſe ab iſto aratores, vt, cùm LLS. ternis tritici modium vendere non poſſent: pro ſingulis modiis, ternos denarios dare liceret. An quoniam,

hoc non audes dicere, illuc confugies, vecturæ difficultate adductos: ternos denarios dare maluiſſe? Cuius vecturæ? quo ex loco, in quem locũ ne portarent [s] Philomelóne Epheſum? Video, quid inter annonam intereſſe ſoleat: video quot dierum via ſit: video [r] Philomelenſibus expedire, quanti Epheſi ſit frumentum, tantũ dare potius in Phrygia, quã Epheſum portare, aut ad emendum frumentum Epheſum pecuniam, & legatos mittere. || In Sicilia verò quid eiuſmodi? 192
Enna, mediterranea eſt maximè. coge, vt ad aquã tibi, id quod ſummi iuris eſt, frumentum Ennenſes metiãtur: vel Plutiã, vel Haleſam, vel Catinam, loca inter ſe maximè diuerſa, eodem die, quo iuſſeris, deportabũt, tametſi ne vectura quidem opus eſt. Nam totus quæſtus hic, iudices, æſtimationis, ex annonæ natus eſt varietate. hoc enim magiſtratus in prouincia aſſequi poteſt, vt ibi accipiat, vbi eſt cariſſimũ. ideò valet iſta ratio æſtimationis in Aſia: valet in Hiſpania: valet in his prouinciis, in quibus vnũ pretiũ frumento eſſe non ſolet. In Sicilia verò quid cuiuſquã intererat, quo loco daret? neq; enim portandum erat: &, quò quiſq; vehere iuſſus eſſet, ibi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidiſſet. || [u] Quamobrem ſi quid, Hortenſi, docere vis, 193
aliquid ab iſto ſimile æſtimatione, atque à ceteris, eſſe factum: doceas [x] oportet, aliquo in loco Siciliæ, prętore Verre, ternis denariis tritici modiũ fuiſſe. Vide, quam tibi defenſionem patefecerim, quàm iniquã in ſocios, quàm remotã ab vtilitate reip. quã ſeiunctam à voluntate, [y] atq; ſententia legis. Tu, cùm tibi ego frumentum in meis agris, atque in mea ciuitate: denique cùm [z] in eis locis, in quibus es, verſaris, rem geris, prouinciam adminiſtras, paratus ſim dare: angulum mihi aliquem eligas prouinciæ reconditum, ac derelictum? iubeas ibi me metiri, quò portare non expediat? vbi emere [a] non poſſum?

s L. Philomelióne Eph. eſt Philomelum Phrygię oppidum.
t L. Philomelienſibus.
v L. Quamobrem, ſi vis, Hortenſi, docere, aliquid ab iſto ſimile in æſtima.
x v.c. oportebit.
y al. atque à ſententia legis.
z L. in iis locis.
a L. non poſſim.

194 ſum?||Improbum facinus, iudices: non ferendũ, nemini lege conceſſum, ſed fortaſſe adhuc in nullo etiam vindicatum. Tamen ego hoc, quod ferri nego poſſe, Verri, iudices, concedo, & largior. Si vllo in loco eius prouinciæ frumentum tanti fuit, quanti iſte æſtimauit, hoc crimen in iſtum reum valere oportere non arbitror. Verùm enim verò[b] cùm eſſet LLS. binis, aut etiam ternis, quibuſuis in locis prouinciæ, duodenos ſeſtertios exegiſti. Si mihi tecum neque de annona, neque de ęſtimatione tua poteſt eſſe controuerſia, quid ſedes? quid expectas?[c] quid defendes?[d] Vtrùm tibi pecuniæ conciliatæ videntur aduerſum leges, aduerſum remp. cũ maxima ſociorum iniuria: an verò id rectè, ordine, è repub. ſine cuiuſquam iniuria facta eſſe defendes?

b L. cum eſſet modicus LLS. binis.

c al. quid defendis?

d L. pecuniæ coactę, conciliatæ videntur adu.

195 ||Cùm tibi ſenatus ex ærario pecuniã promiſiſſet, & ſingulos tibi denarios adnumeraſſet, quos tu pro ſingulis modiis aratoribus ſaluares: quid facere debuiſti? Si, quod L. Piſo ille[e] frugi,* qui legem de pecuniis repetundis primus tulit: cùm emiſſes, quanti eſſet: quod ſuperaret pecuniæ, retuliſſes. ſi, vt ambitioſi homines, aut benigni: cùm pluris ſenatus æſtimaſſet, quàm quanti eſſet annona: ex ſenatus æſtimatione, non ex annonæ ratione, ſoluiſſes. ſin, vt plerique faciũt, in quo etiam erat aliquis quæſtus, ſed is honeſtus, atque conceſſus: frumentum, quoniam vilius erat, ne emiſſes: ſumſiſſes id nũmorum, quod tibi ſenatus, cællæ nomine, conceſſerat. Hoc verò quid eſt? quam habet rationem, non quæro æquitatis, ſed ipſius improbitatis, atque impudentiæ? Neque enim eſt ferè quidquam, quod homines palã facere audeant in magiſtratu quãuis improbi, quin eius facti, ſi non bonam, at

196 aliquã rationem afferre ſoleant.||[f] Hoc quid eſt? Venit * prætor: frumentum, inquit me abs te emere oportet. [g] Optimè. Modium denario. Benignè, ac liberaliter. [h] nam ego te LLS.

e L. Frugi. * idem de Clar. & 2. Offic.

f L. hoc verò quid eſt?

* Dialogiſmus prætoris & aratoris.

g L. Optumè.

h L. Nam ergo tribus LLS. non poſſ.

ternis

ternis non poſſum vendere.[i] Mihi frumento nõ opus eſt: nummos volo. Non ſperaueram, inquit arator, me ad denarios peruenturum: ſed, ſi ita neceſſe eſt, quanti frumentum ſit, conſidera. Video eſſe binis LLS. Quid ergo à me tibi nummorum dari poteſt, cùm ſenatus tibi quaternos [k] LLS. dederit? Quid poſcat, attendite. & vos, quæſo, ſimul, iudices, æquitatem prætoris attendite. ‖ Quaternos LLS. quos mihi ſenatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in ciſtam transferam[l] ex fiſco. Quid poſtea? quid pro ſingulis modiis, quos tibi impero, tu mihi octonos LLs. dato. Qua ratione? Quid quæris rationem? non tantam rationem res habet, quantam vtilitatem, atque prædam.[m] Dic, inquit ille, planiùs. Senatus te voluit mihi nummos dare: me tibi frumentum metiri. tu eos nummos, quos mihi ſenatus dare voluit, ipſe habebis: à me, cui ſingulos denarios dari oportuit,[n] binos aufers? & huic prædæ, ac direptioni, cællę nomẽ imponis? 197

‖[o] Hoc deerat iniuriæ, & hæc calamitas aratoribus, te prætore, qua reliquis fortunis omnibus euerterentur. Nam quid eſſe reliqui poterat ei, qui per hanc iniuriam non modò [p] frumentum omne amittere, ſed etiam omne inſtrumentum vendere cogeretur? Quò enim ſe verteret, non hebebat. ex quo fructu nummos quos tibi daret, inueniret? Decumarum nomine tantum erat ablatum, quantum voluntas tulerat Apronij: pro alteris decumis, emtóq; frumento, aut nihil datum, aut tantum datum, quantum reliqui[q] ſcriba fecerat, aut vltro etiam, id quod didiciſti, ablatum. Cogantur etiam nummi ab aratore? quomodo? quo iure? quo exemplo? Nam, cùm fructus diripiebantur aratorum, atque omni lacerabantur iniuria: videbatur id perdere arator, quod aratro ipſe quæſiſſet, in quo elaboraſſet, quod agri, ſegetéſque extuliſſent. 198

‖ Quibus iniuriis grauiſſimis tamen illud erat miſerum ſolatium 199

latium

i L. Mihi frumẽtum non op. eſt: nummos volo. Sperabam, inq. al. volo. Nam ſperabam, &c.

k L. quaternos nũmos LLS. ded.

l L. de fiſco.

m L. Dic, dic, inquit ille, planius.

n L. binos auferes? & huic prædæ, ac dirept. cællæ nom. impones?

o L. Hæc deerat iniuria, & h.

p L. fructũ omnem am.

q L. ſcribæ fecerant.

latium, quòd id perderę videbatur, quod alio prætore, eodẽm ex agro reparare poſſet. Nummos verò, [r] vt daret arator,[85] [s] quos non exarat: boues, & aratrum ipſum, & omne inſtumentum vendat, neceſſe eſt. Non enim debetis hoc cogitare: habet idem in nummis: [t] habet idem in vrbanis prædiis. [u] Nam cùm aratori onus aliquod imponitur, non omnes, ſi quæ ſunt præterea facultates, ſed arationis ipſius vis, ac ratio conſideranda eſt, quid ea ſuſtinere, quid pati, quid efficere poſſit, ac debeat. Quamquam illi quoque ſunt homines ab iſto omni ratione exinaniti, ac perditi: tamen hoc vobis eſt ſtatuendum, quid aratorem ipſum arationis nomine numeris in [x] rempub. fungi, ac ſuſtinere velitis. Imponitis decumas: patiuntur. alteras: temporibus veſtris ſeruiendum putant. dent emtum præterea.
200 dabunt, ſi voletis. || Hæc quàm ſint grauia, & quid, his rebus detractis, poſſit ad dominos puri, ac reliqui peruenire, credo vos ex veſtris rebus ruſticis coniectura aſſequi poſſe. Addite nunc eodem iſtius edicta, inſtituta, iniurias: addite Apronij, Veneriorúmque ſeruorum, in agro decumano regna, ac rapinas. Quamquam hæc omitto: de cælla loquor. Placétne vobis, in cællã magiſtratibus [y] veſtris frumentum Siculos gratis dare? Quid hoc indignius? quid iniquiùs? [z] Atque hoc ſcitote, [a] aratoribus, hoc prætore, optandum, ac petendum fuiſſe. [b] Soſitenus eſt Entellinus, homo [86] [c] cùm primis ciuitatis prudens, & domi nobilis: cuius verba [d] audiſtis: qui ad hoc iudicium legatus publicè cum Arthemone, & Meniſco, primariis viris, miſſus eſt. Is cùm in ſenatu Entellino multa mecum de iſtius iniuriis ageret, hoc dixit: ſi hoc de cælla, atque hac æſtimatione concederetur, vellet Siculos ſenatui polliceri frumentum in cællam gratis, ne poſthac tantas pecunias magiſtrati-
201 bus noſtris decerneremus. || Perſpicere vos certò

ſcio,

r al. vt det ar.
s L. quos nõ aratro, ac m. al. quos non exarat. quos non aratro, ac m.
t L. habet in vrb.
v L. nam cum aratori aliquid imponitur: ſi hominis, quæ ſ.
x al. in rep.
y al. noſtris.
z al. Atquí hoc.
a L. aratoribus, Verre prætore, optand.
b L. Soſitheus eſt.
c L. cum primis prudens, & domi n.
d L. audiſtis: qui.

ſcio, Siculis quantopere hoc expediat[e] nō ad æ-
quitatis conditionem, ſed ad minima malorum
eligenda. Nā, qui mille modiûm[f] Verri ſuæ par-
tis in cęllam gratis dediſſet, duo millia nūmûm,
aut ſummum tria dediſſet: idem nunc[g] pro eodē
numero frumenti [h] LLS. VIII. millia dare coact⁹
eſt. 87 Hoc arator aſſequi per triennium [i] certo
fructu ſuo non potuit: vendiderit inſtrumentū,
neceſſe eſt. ꝙ ſi hoc mun⁹, * & vectigal oratio to-
lerare, [k] hoc eſt, Sicilia ferre, ac pati poteſt, po-
pulo R. [l] ferat potius, quàm noſtris magiſtratib.
Magna eſt pecunia: magnum, præclarumque ve-
ctigal. ſi modò id ſalua prouincia, ſi ſine iniuria
ſociorum percipere poſſitis: nihil detraho. Ma-
giſtratibus tantundem detur in cęllam, quantū
ſemper datum eſt. quod præterea Verres impe-
rat, id, ſi facere non poſſunt, recuſent. ſi poſſunt,
populi Rom. potius hoc ſit vectigal, quàm præ-
da prætoris. ‖ Deinde cur in vno genere ſolo 202
frumenti iſta æſtimatio conſtituitur? 88 Si eſt
æqua [m] & ferenda: populo R. Sicilia decumas
det, pro ſingulis tritici modiis ternos denarios:
ſibi habeat frumentum. Data tibi pecunia eſt,
Verres: vna, qua frumentum tibi emeres in cæl-
lam: altera, qua frumentum emeres à ciuitatib⁹,
quod Romam mitteres. Tibi datam pecuniā do-
mi retines: & præterea pecuniam permagnā tuo
nomine aufers. fac idem in eo frumento, quod
ad populum R. pertinet, exige eadem ęſtimatio-
ne pecuniam à ciuitatibus, & refer, quam acce-
piſti. [n] tum refertius erit ærarium populi R. quā
vnquam fuit. ‖ [o] At enim iſtam rem in publico 203
frumento Sicilia non ferret: hanc rem in meo
frumento tulit. Proinde quaſi aut æquior ſit iſta
æſtimatio in tuo, quàm in populi R. commodo:
aut ea res, quam ego dico, & ea, quam tu feci-
ſti, inter ſe genere iniuriæ, non magnitudine
pecuniæ

e L. non ad æquitatem condicionis, ſed.
f L. Verri pro ſua parte in cæll.
g L. pro eo numero.
h al. LLS. XVIII. millia d.
i L. certè fructu ſuo n. Certum autem fructum appellat capi ſolitum & cóſuetum.
* L. & hoc vectigal.
k L. hoc eſt, ſi Sicilia ferre.
l v c. P. R. ferat? potius, quàm noſtri magiſtratus M.
m L. & ferenda: debet populo Rom. Sicilia decumas. det pro ſingulis modium tritici ternos X. ſibi hab.
n al. iam ref.
o L. At enim quam rem in publico quam in frumento Sicilia non ferr. &c. v. c. At enim iſtam rem, pub. fru. Sicil. non ferret, hanc rem, &c.

pecuniæ differat. Verùm iſtam ipſam cællã ferre nullo modo poſſunt. vt omnia remittantur, vt omnibus iniuriis,& calamitatibus, quas te prætore tulerunt, in poſterum liberentur : iſtam ſe cællam, atque iſtam æſtimationem negant* ſe

204 vllo modo ferre poſſe.|| Multa Sophocles Agrigentinus apud Cn. Pompeium cos.nuper,homo diſertiſſimus,& omni doctrina, & virtute ornatiſſimus, pro tota Sicilia de aratorum miſeriis grauiter,ac copioſè dixiſſe, ac deploraſſe dicitur.ex quibus hoc,iis,qui aderant (nam magno conuentu acta res eſt) indigniſſimum videbatur, qua in re ſenatus optimè ac benigniſſimè cum aratoribus egiſſet, largè, liberaliterq; æſtimaſſet,in ea re prædari prætorem, bonis euerti aratores:& id non*modo fieri,quaſi liceat,conceſ-

205 ſumq; ſit.|| Quid ad hæc Hortenſius ? falſum eſſe crimen?Hoc numquam dicet.Non magnam hac ratione pecuniam captam? Ne id quidem dicet. Non iniuriam factam Siculis, atque aratoribus? Quì poterit dicere?Quid igitur dicet?[89] Feciſſe alios?quid eſt hoc? Vtrùm crimini defenſio , an comitatus[p] exſilio quæritur?Tu in hac rep.an in hac hominum libidine , & , vt adhuc habuit ſe ſtatus iudiciorum, etiam licentia , non ex iure, non ex æquitate, non ex lege , non ex eo, quod oportuerit,non ex eo,quod licuerit , ſed ex eo, q aliquis fecerit,id, quod reprehenditur , rectè

206 factum eſſe defendes?||[q] Fecerũt aliqui alia quã multa:cur in hoc vno crimine iſto genere defẽſionis vteris?Sunt quædam omnino in te ſingularia,quæ in nullũ aliũ hominem[r] dici,neq; cõuenire poſſint: quædã tibi cum multis communia. Ergo, vt omittam tuos peculatus, vt ob ius dicundum pecunias acceptas, vt eiuſmodi cetera, quæ forſitan alij quoq; etiam fecerint:illud, in quo te grauiſſimè accuſaui,quòd ob iudicandam rem pecuniam accepiſſes,eadem iſta ratione defendes, feciſſe alios?Vt ego aſſentiar orationi,

* negant ſe vllo modo ferre poſſe.

* L. id non modò fieri, ſed ita fieri quaſi liceat, conc. ſit.

p al. exſulio.

q L. Fecerunt alij. Quid ? alia quã multa?

r for. neq; dici,neque.

Digitized by Google

tioni, defenſionem tamen non probabo. Potiùs enim, te damnato, ceteris anguſtior locus improbitatis defendẽdæ relinquetur, quàm, te abſoluto, alij, quod audaciſſimè fecerunt, rectè feciſſe exiſtimentur. || Lugent omnes prouinciæ: 207
queruntur omnes liberi populi: regna denique iam omnia de noſtris cupiditatibus, & iniuriis expoſtulant: locus intra Oceanum iam nullus eſt, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quò non, per hæc tempora, noſtrorum hominum libido, iniquitáſque peruaſerit. ſuſtinere iam populus R. omnium nationum non vim, non arma, non bellum, ſed luctum, lacrymas, querimonias non poteſt. In eiuſmodi re, ac moribus: ſi is, qui erit adductus in iudicium, cùm [s] manifeſtis in flagitiis tenebitur, alios eadem feciſſe dicet: illi exempla non deerũt: reip. ſalus deerit, ſi improborũ exẽplis improbi iudicio ac periculo liberabuntur. || Placẽt vobis ho- 208
minum mores? placet ita geri magiſtratus, vt geruntur? placet ſocios ſic tractari, quod reſtat, vt per hæc tẽpora tractatos videtis? Cur hæc à me opera conſumitur? quid ſedetis? cur non in media oratione mea conſurgitis, atq; diſceditis? Vultis autẽ iſtorũ audacias, ac libidines aliqua ex parte reſecare? Definite dubitare, vtrũ ſit vtilius, propter multos improbos vni parcere, an vnius improbi ſupplicio multorum improbitatẽ coërcere. || Tametſi quæ iſta ſunt exempla mul- 209
torũ? nã cùm in cauſa tanta, cùm in crimine maximo dici à defẽſore cœptũ eſt, factitatũ eſſe aliquid: exſpectãt ij, qui audiũt, * exẽpla ex vetere memoria, & monumẽtis, ac literis, plena dignitatis, plena antiquitatis. [r] Hæc enim plurimùm ſolent & auctoritatis habere ad probandũ, & iucunditatis ad audiendũ. Africanos mihi, & Catones, & Lælios commemorabis? & eos feciſſe idem dices? quamuis res mihi non placeat: tamen contra hominum auctoritatem pugnare non

s v.c. manifeſtis flagitiis.

* exemplorum aucto ritas & voluntas.

r L. Hæc plur. ſolẽt.

non potero.[u] An, cùm eos non poteris proferre, proferes hos recenteis, Q. Catulum patrem, C. Marium. Q. Scæuulam, M. Scaurum, Q. Metellũ? qui omnes prouincias habuerunt, & frumẽtum cęllæ nomine imperauerunt. magna eſt hominũ auctoritas, & tanta, vt etiam delicti ſuſpicionẽ

210 tegere poſſit. Non habes ne ex his quidem hominibus, qui nuper fuerunt, vllum auctorẽ iſtius æſtimationis. Quò me igitur, aut ad quæ exempla reuocas? Ab illis hominibus, qui tum verſati ſunt in rep. cũ & optimi mores erant, & hominum exiſtimatio grauis habebatur, & iudicia ſeuera fiebant, ad hanc hominum licentiam, & libidinem me abducis? & in quos aliquid exẽpli populus Ro. ſtatui putat oportere, ab iis tu defenſionis exempla quæris? Non fugio ne hos quidem mores, dummodo ex his ea, quæ probat populus R. exempla, non ea quæ condemnat, ſequamur. Non circumſpiciã,[x] non quæram foris, cùm habeas iudices, principes ciuitatis, P. Seruilium, Q. Catulum: qui tanta auctoritate ſunt, tãtis rebus geſtis, vt in illo [y] antiquorum & clariſſimorum hominum, de quibus antea dixi, nu-

211 mero reponantur. Exempla quærimus, [z] & ea non antiqua. modò vterque horum, exercitum habuit. Quære Hortenſi, quoniam te recentia exempla delectant, quid fecerint. Itáne verò Q. Catulus frumento eſt vſus, pecuniam non coegit. P. Seruilius quinquenniũ exercitui cùm pręeſſet, & iſta ratione innumerabilem pecuniam[a] facere poſſet, non ſtatuit ſibi quidquam licere, quod non patrẽ ſuum,[b] nõ auũ Q. Metellũ facere vidiſſet: C. Verres reperietur, qui quod expediat, id licere dicat? quod nemo, niſi improbꝰ, fecerit, id aliorũ exemplo ſe feciſſe defendet? At in Sicilia factitatum eſt. Quæ eſt iſta cõditio Siciliæ, cur quæ optimo iure, propter vetuſtatẽ, fidelitatem, propinquitatem eſſe debet, [c] huic

212 præcipua lex iniuriæ definitur? Sed in iſta ipſa

v L. An cũ eos non poteris proferes hos r.

x L. non quæram foris: habes iudices.

y L. antiquiſsimorum, &c.

z al. & ea non antiqua?

a v.c. facere cũ poſſet.

b L. non auum L. Metellum, clariſsimũ hominem facere vidiſſet.

c al. huic præcipuè lex iniuriæ def. v.c. præcipua.

Sicilia,non quærā exemplum foris:hoc ipſo ex conſilio vtar exemplis.C. Marcelle,te appello. Siciliæ prouinciæ,cùm eſſes pro conſule, præfuiſti:[d] num quæ in tuo imperio pecuniæ,cællę nomine, coactæ ſunt?neq; ego hoc in tua laude pono. alia ſunt tua facta,atque conſilia ſumma laude digna: quibus illam tu prouinciam afflictam & perditam erexiſti, atque recreaſti: nam hoc de cælla,ne Lepidus quidem fecerat,cui tu ſucceſiſti.Quæ ſunt tibi igitur exempla in Sicilia cellæ, ſi hoc crimen non modò Marcelli facto,ſed ne Lepidi quidē potes defendere? || An 213
me ad M. Antonij æſtimationem frumenti,exactionémque pecuniæ reuocaturus es?Ita inquit, ad M.Antonij. Hoc enim mihi [90] ſignificaſſe,& annuiſſe viſus eſt.Ex omnibúſne igitur pop. R. prætoribus,[*] Proconſulibus,imperatoribus,M. Antonium delegiſti:& eius vnum improbiſſimū factum,quod imitarere?Et hîc vtrùm mihi difficile eſt dicere,an his exiſtimare, ita ſe [e] in illo infinito imperio M. Antoniū geſſiſſe, vt multo iſti pernicioſius ſit dicere,ſe in re improbiſſima voluiſſe Antoniū imitari,[91] [f] quàm ſi defendere poſſit,nihil in vita ſe M.Antonij ſimile feciſſe? Homines in iudiciis ad crimen defendendum, nō,quid fecerit quiſpiam,proferre ſolent,[92] ſed [g] quid probarit.Antoniū,cùm multa contra ſociorum ſalutē,[h] multa cōtra voluntatē prouinciarū & faceret,& cogitaret, in mediis eius iniuriis,& cupiditatibus mors oppreſſit. Tu mihi, quaſi eius omnia facta,atq; conſilia [i] S.P.Q.R. iudices cōprobarint,ita M. Antonij exemplo iſtius audaciā defendis.||At idem fecit [k] Sacer- 214
dos.Hominē innocentem, & ſumma prudentia præditum nominas:ſed tum idē feciſſe erit exiſtimandus, ſi eodē conſilio fecerit. Nam genus æſtimationis ipſum à me numquā eſt reprehenſum:ſed eius æquitas aratorū commodo,& voluntate perpenditur. Non poteſt reprehēdi vl-

la

d for. numquam.

* L.conſulibus.

e al.in iſto inf.

f L. quàm poſſet defēdere nih. al.quàm ſe poſſet defendere.

g li.vulg. quid probarint.

h L.contra vtilitatem pr.

i L.ſenatus. populuſq; R. iudices compr.& ita v.c.al. ſenatus,po[illegible] mendosè.

k al. C. Sacerdos.

l L.[illegible] æſt. & ita v.c.

Digitized by Google

la æſtimatio, quæ aratori non modò incommoda non eſt, ſed etiam grata eſt. Sacerdos, vt in prouinciam venit, frumentum in cellā imperauit. 93 Cùm eſſet,[m] ante nouum, tritici modius LLS.XV. petiuerunt ab eo ciuitates, vt æſtimaret. remiſſior aliquantò eius fuit æſtimatio, quàm annona. [n]nam æſtimauit denariis III. Vides, eādem æſtimationem, propter temporis diſſimilitudinē, in illo laudis cauſam habere, in te, criminis? in illo beneficij: in te, iniuriæ?

215 Eodē tēpore Antonius III. denariis æſtimauit poſt meſſem, ſumma in vtilitate, cùm aratores frumentū dare gratis [o] malebant. & aiebat, ſe tantidem æſtimaſſe, quanti Sacerdotem: neq; mētiebatur: ſed eadem iſta æſtimatione, alter ſubleuarat aratores, alter euerterat. Quòd niſi omnis frumēti ratio ex temporibus eſſet, & annona, non ex numero, neque ex ſumma cōſideranda: nūquam tam grati hi ſeſquimodij Q. Hortenſij fuiſſent: quos tu cùm ad menſuræ tam exiguā rationem populo Ro. in capita deſcripſiſſes, gratiſſimū omnibus feciſti. caritas enim annonæ faciebat, vt iſtuc,[p] quod re paruū videbatur, tēpore magnum videretur. Idem iſtuc ſi in vtilitate populo Rom. largiri voluiſſes: deriſum tuum beneficium eſſet, atque contemtū.

216 Noli igitur dicere, iſtum idē feciſſe, quod Sacerdotem, quoniā non eo tempore 94 [q] neque ſimili fecit anno. dicito potius, quoniam habes auctorem idoneū, quod Antonius vno aduentu, & vix menſtruis cibariis fecerit, id iſtum per triennium feciſſe: & iſtius innocentiam M. Antonij facto, atq; auctoritate defendito. Nam de Sex. quidem Pæduceo, fortiſſimo, atque innocentiſſimo viro? quid [r] dicitis? de quo quis vmquam arator queſtus eſt? quis non ad hoc tempus innocentiſſimam omnium diligentiſſimámque præturā illius hominis exiſtimauit? Biennio prouinciam obtinuit, cùm alter* annus in vtilitate, alter in ſumma

m L. ante nouum tritici modi⁹. x.v. pet. al. tritici modius xx.

n L. nam æſtimauit. x. III. Vid. al. nam æſtimauit LLS.XII. Vid.

o L. malle[illegible]

p L. quod re parum. erat.

q L. neque ſimili fecit. annona. dicito.

r L. dicetis? al. dicis?

* L. vnus.

Digitized by Google

caritate fuerit. num aut in vtilitate nummum a-
rator quicquam dedit: aut in caritate de ęſtima-
tione frumenti quęſtus eſt? At vberiora cibaria
facta ſunt caritate. Credo: neque id eſt nouũ, ne-
que reprehendendũ. || modò C. Sentiũ vidimus, 217
hominẽ vetere illa, ac ſingulari innocentia prę-
ditum, propter caritatem frumenti, quæ fuerat
in Macedonia permagnam ex cibariis pecuniã
deportare. Quamobrem non ego inuideo tuis
cõmmodis, [s] ſi qua ad te lege venerunt: iniuriam
queror, improbitatem [t] arguo auaritiã in crimẽ,
& in iudiciũ voco. Quod ſi ſuſpiciones iniice-
re voletis, ad plureis homines, & ad plureis pro
uincias crimen hoc pertinere: nõ ego iſtam de-
fenſionẽ veſtrã pertimeſcã, ſed me omniũ pro-
uinciarum defenſorem eſſe profitebor. Etenim
hoc dico, & magna voce dico: Vbicũq; hoc fa-
ctũ eſt, improbè [u] factũ eſt. quicũq; hoc fecit,
ſupplicio dignus eſt. || Nam per deos immorta- 218
leis, videte, iudices, & proſpicite animis, quid fu
turũ ſit. multi magnas pecunias ab inuitis ciui-
tatibus, atq; ab inuitis aratoribus iſta ratione,
cellæ nomine, coegerunt (omninò ego neminẽ
video, præter iſtum: ſed do hoc vobis, & conce-
do, eſſe multos) in hoc homine rem adductã in
iudiciũ videtis. quid facere poteſtis? Vtrùm, cũ
iudices ſitis de pecunia [x] capta, conciliata, tã-
tam pecuniã captã negligere: an, cũ lex ſocio-
rũ cauſa rogata ſit, ſociorũ querimonias nõ au-
dire? || Verùm hoc quoque vobis remitto, negli- 219
gite præterita, ſi vultis: ſed ne reliquas ſpes tur-
betis, atq; omneis prouincias euertatis, id pro-
uidete, ne auaritiæ, quæ anteac occultis itineri-
bus, [y] atq; anguſtiis vti ſolebat, auctoritate ve-
ſtra viã patefaciatis [z] illuſtrẽ, atq; latã. Nam ſi
hoc probatis, [a] & ſi hoc licere, pecunias iſto
nomine capi, iudicatis: certè hoc, quod adhuc
nemo, niſi improbiſſimus, fecit, poſthac nemo,
niſi ſtultiſſimus non faciet. Improbi ſunt, qui
pecu-

s al. ſi quæ ad.
t L. coarguo. & ita v. c.
v L. factum eſt, ſupplicio, quicũque hoc fecit, dignus eſt.
x al. capta & conciliata.
y L. atque anguſtiis.
z L. latum atque illuſtrem.
a L. & ſi licere pecunias iſto.

Digitized by Google

pecunias contra leges cogunt:ſtulti, qui quod
220 licere iudicatum eſt,prætermittũt.|| Deinde,iudices,videte,quàm infinitã ſitis hominibus licentiam pecuniarũ eripiendarũ daturi.Si ternos denarios qui coegit,erit abſolutus: quaternos, quinos,denos deniq;,aut vicenos coget alius. quæ erit reprehẽſio?[95] in quo *primùm iniuriæ gradu [a] reſiſtere incipiet ſeueritas iudicis?quotus erit iſte denarius,qui non ſit ferendus, & in quo primùm æſtimationis iniquitas,atq;improbitas [b] reprehendatur?non enim à vobis ſumma, ſed genus [c] æſtimationis eſt comprobatum, neque hoc poteſtis iudicare, ternis denariis [96] [d] æſtimare liceri,denis non licere. vbi enim ſemel ab annonæ ratione, & ab aratorũ [e] volũtate res ad prætoris libidinem trãſlata eſt: non eſt iã in lege,atque in officio,ſed in volũtate hominũ,[f] atq; auaritia poſitus modus æſtimandi. Quapropter ſi vos ſemel in iudicãdo finẽ æquitatis,& legis [g] tranſieritis: ſcitote vos nullum ceteris in æſtimando finẽ improbitatis
221 & auaritiæ reliquiſſe.||Videte igitur, quã multa ſimul à vobis poſtulentur. Abſoluite eũ, qui ſe fateatur maximas pecunias cum ſumma ſociorũ iniuria cepiſſe.non eſt ſatis. Sũt alij quoq; plures,qui idem fecerint.abſoluite etiã illos, ſiqui ſunt:vt vno iudicio quàmplurimos improbos liberetis. Ne id quidẽ ſatis eſt. facite,vt ceteris poſthac idẽ liceat.licebit.At hoc parũ eſt. Permittite,vt liceat quanti quiſq; velit, tanti æſtimet. æſtimabit. Videtis iã profectò,iudices,hac æſtimatione à vobis cõprobata,neq; modũ poſt hac auaritiæ cuiuſquã,neq; pœnã improbitatis
222 futurã.||Quas ob res quid agis Hortẽſi?cõſul es deſignatus:prouinciã ſortitus es: de æſtimatione cùm dices frumẽti,ſic te audiemus, quaſi id, quod ab iſto rectè factũ eſſe defendes, te facturũ profiteare,& quaſi,quod iſti licitũ eſſe dices, [h] vehementer cupias tibi licere.Atqui, ſi id li-

*al.quarto.
a al. conſiſtere.
b L. reprehendetur.
c L. æſtimationis erit compr.
d L. æſtimare licere, vbi.
e L. vtilitate.
f L. atque audacia.
g al.tranſieritis.
h v.c.immanè cupias.

cebit,nihil eſt, quod putetis quemquã poſthac
commiſſurum, vt de pecuniis repetundis con-
demnari poſſit. Quantam enim quiſque concu-
pierit pecuniam,tantam licebit per cellæ nomẽ
æſtimationis magnitudine conſequatur.‖ At e- 223
nim eſt quiddam,quod,etiam ſi palàm in defen-
dendo non dicit Hortenſius,tamen ita dicit, vt
vos id ſuſpicari & cogitare poſſitis : pertinere
hoc ad commodum ſenatorium pertinere ad v-
tilitatem eorum,[i] qui iudicent , qui in prouin-
ciis * cum poteſtate,aut cum legatione ſe futu-
ros aliquando arbitrentur. 97 [k] Præclaros vi-
ros exiſtimas iudices nos habere , quos alienis
peccatis conceſſuros putes,quo faciliùs [l] ipſis
peccare liceat. Ergo id volumus populum R. id
prouincias,id ſocios,nationéſque exteras exi-
ſtimare,ſi ſenatores iudicent,hoc certè vnũ ge-
nus infinitæ pecuniæ per ſummam iniuriã cogẽ-
dæ,nullo modo poſſe reprehẽdi?quod ſi ita eſt,
quid poſſumus contra illum prætorẽ dicere,qui
quotidie templum tenet[m] ,qui remp. ſubſiſtere
negat poſſe,ni ad equeſtrem ordinem iudicia [n]
referantur?‖ Quòd ſi ille hoc vnum agitare cœ- 224
perit,eſſe aliquod genus cogendæ pecuniæ , ſe-
natorũ cõmune,& iam prope cõceſſum ordini,
quo genere ab ſociis maxima pecunia per ſum-
mam iniuriã [o] auferatur:[p] neq; illud modo ſe-
natoriis iudiciis reprehendi poſſe:idque , dum
equeſter ordo iudicaret,numquam eſſe cõmiſ-
ſum quis obſtet:quis erit tã cupidus veſtri, tam
fautor ordinis,qui de transferẽdis iudiciis poſ-
ſit recuſare ? Atque vtinam poſſet aliqua ratio-
ne hoc crimẽ quamuis falſa,modò humana, at-
que vſitata defendere. minore periculo ve-
ſtro,minore periculo prouinciarum omnium,
iudicaretis.[q] Negaret hic æſtimatione ſe vſum:
[r] vos id credidiſſe homini , non factum com-
probaſſe videremini. nullo modo negare po-
teſt : vrgetur à tota Sicilia : nemo eſt ex tanto
nume-

i L. qui res iudicent.
* cum poteſtate in prouinciis erãt magiſtratus qui imperiũ à populo R. acceperunt vt prætores & Coſ. legati verò à Senatu more maiorũ delegabãtur.
k Præclaros verò exiſtim.
l L. ipſis peccare lic.
m al. qui remp. ſiſtere neg.
n for. tranſferantur ?
o L. auertatur.
p L. neque id vllo modo ſen. & ita v.c.
q L. Si negaret, hac æſtimatione ſe vſum al. Negaret. hic æſt. al. Vellem negare poſſet hac æſt.
r v.c. vos id credidiſſe , hominibus credidiſſe , non factũ cop. & ita L.

225 numero aratorum,à quo pecunia cellæ nomine non ſit exacta. || Vellem etiam hoc poſſet dicere,nihil ad ſe iſtam rationẽ pertinere:per quæſtores rem frumẽtariam eſſe adminiſtratam:[s] ne id quidẽ ei licebit dicere:propterea quòd ipſius literæ recitantur,ad ciuitates de ternis denariis miſſę.Quę eſt igitur defenſio?feci quod arguis: cogi pecunias maximas cęllæ nomine. ſed hoc mihi licuit:vobis,ſi proſpicitis,licebit. Periculoſum prouinciis,genus iniuriæ confirmari iudicio:pernicioſum noſtro ordini,populum Ro. exiſtimare non poſſe eos homines, qui ipſis legibus teneantur, leges in iudicando religioſè defendere. Atque iſto prætore, iudices,non ſolùm æſtimandi frumenti modus non fuit,ſed ne imperandi quidẽ. neque enim id,quod [t] debebatur,ſed quantum commodum fuit,imperauit. Summã faciam vobis ex publicis literis,& teſtimoniis ciuitatũ,frumenti in cællam imperati. reperietis quinquies tãto,iudices,amplius iſtũ, quã quantum ei in cęllam ſumere licitum ſit,ciuitatibus imperaſſe. Quid ad hanc impudentiã addi poteſt,ſi & æſtimauit tãti,vt homines ferre nõ poſſent,& tanto plus, quã erat ei conceſ-

226 ſum legib.imperauit?|| Quapropter* cognita tota re frumentaria,iudices,iã facillimè perſpicere poteſtis amiſsã eſſe pop.R.Siciliã,fructuoſiſſimã,atq; oportuniſſimã prouinciã, niſi eã vos iſtius damnatione recuperatis. Quid eſt enim Sicilia,ſi ei agri cultionẽ ſuſtuleris,& ſi aratorũ numerũ,ac nomen extinxeris?quid enim poteſt eſſe in calamitate reſidui,quod non ad miſeros aratores,iſto prætore per ſummã iniuriã, ignominiãq; peruenerit?quibus cùm decumas dare deberẽt,[98] vix [u] ipſis decumæ relictæ ſunt: cùm pecunia deberetur,ſoluta nõ eſt:cùm optima ęſtimatione ſenatus frumentum eos in cęllam dare voluiſſet, etiam inſtrumenta agrorum vẽ-

227 dere coacti ſunt. || Dixi iam antea, iudices, vt

[s] al. ne id quidem ei licet dicere.

[t] v.c. debetur. & ita L.

* PERORATIO.

[u] L ipſa decuma.r.

Digitized by Google

has omneis iniurias tollaris, tamen ipſam rationem arandi ſpe magis, & iucunditate quadam, quàm fructu, atque emolumento teneri. etenim ad incertum caſum, & euentũ certus quotannis labor, & certus ſumtus impenditur. annona porrò, pretiũ niſi in calamitate fructuum, non habet, ſi autem vbertas in percipiendis fructib. fuit, conſequitur vilitas in vẽdendis: vt aut malè vendendum intelligas, ſi proceſſit: aut malè perceptos fructus, ſi rectè licet vendere. Totæ autem res ruſticæ eiuſmodi ſunt, vt eas non ratio, neque labor, ſed res incertiſſimæ venti, tempeſtatéſque moderentur. Hinc cũ vnæ decumæ lege, [x] & conſuetudine trahantur: alteræ nouis inſtitutis propter annonæ rationẽ imperentur: ematur præterea frumentum quotannis publicè: poſtremò etiam in cællam magiſtratibus & legatis imperetur: quid, aut quantum præterea eſt, quod aut liberum poſſit habere ille arator, ac dominus in poteſtate ſuorum fructuum, aut in ipſis fructibus ſolutũ? || Quòd ſi hæc feruntur 328
omnia: ſi vobis potius, ac populo R. quàm ſibi, & ſuis commodis, opera, ſumtu, labore deſeruiunt: etiámne hæc noua debent edicta, & imperia pretorum, & Apronij dominationem, & veneriorũ ſeruorũ furta, rapináſque perferre? etiámne frumentum pro emto gratis dare? etiãne in cællam cùm [y] cupiant gratis dare vltrò, pecuniam grandem dare? etiámne hæc tot detrimenta, atq; damna cum maximis iniuriis, contumeliiſq; perferre? itaque hæc iudices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt. [z] Arationes tota Sicila deſertas, atq; à dominis relictas eſſe cognoſcitis: neque quidquam aliud agatur hoc iudicio, niſi vt antiquiſſimi ſocij, fideliſſimique, Siculi, coloni populi Romani, atque aratores, veſtra ſeueritate, & diligentia, me duce, atque auctore, in agros, atque in ędes ſuas reuertantur.

x L. & conditione de trahantur: alt. al. & cõſuetudine detrahant trah.

y L. cupiant vltrò dare gratis, pec. gr. addere?

z L. Aratio nes omneis tota S.

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER* ſextus De ſignis.

ORATIO NONA.

De latrociniis Verris, & quæ abſtulerit, octodecim verò eius in hoc libro furta numerantur.

1 VENI *nunc ad iſtius, quemadmodũ ipſe
appellat, ſtudiũ: vt amici eius morbũ, &
inſaniã: vt Siculi, latrociniũ ego, quo no-
mine appellem, neſcio. rem vobis proponam:[1a]
vos eã ſuo nominis pondere penditote. genus
ipſum prius cognoſcite, iudices: deinde fortaſ-
ſe non magnopere quæretis[b] quo nomine ap-
pellandum putetis. *Nego in Sicilia tota,[c] tam
locuplete, tam vetere prouincia, tot oppidis, tot
familiis, tam copioſis, vllum argenteum vas, vl-
lum Corinthium[d] aut Deliacum fuiſſe: nego
vllam gemmã,[e] aut margaritã fuiſſe, aut quid-
quã ex auro, aut ebore factũ ſignum vllũ æneũ,
marmoreum, eburneũ: nego vllã picturam[f] neq;
in tabula[g] neque textili fuiſſe,[h] quin conqui-
ſierit, inſpexerit: quod placitum ſit, abſtulerit.
2 || Magnũ videor dicere. attendite etiam quẽad-
modũ dicam. non enim verbi,[i] neque criminis
cauſa augendi complector omnia. cùm dico, ni-
hil iſtum eiuſmodi rerum in tota prouincia re-
liquiſſe, Latinè me ſcitote, non accuſatoriè lo-
qui: etiã planiùs: nihil in ædibus cuiuſquam, ne
in oppidis quidẽ: nihil in locis cõmunib. ne in
fanis quidẽ: nihil apud Siculũ, nihil apud ciuẽ
Ro. denique nihil iſtum,[2][k] quod ad oculos, a-
nimúmque acciderit, neque priuati, neque pu-

* TRANSITIO.
a L. vos eã ſuo, non nominis põd. & ita v.c.
b L. quo id nom.
* PROPOSITIO.
c L. tam locupleti &c. & ita v.c.
d v.c. aut Deliacum fuiſſe vllã gem.
e L. aut margaritã quidquam ex auro.
f L. neque in tabulis.
g L. neque textilem.
h L. quin quæſierit.
i al. neque criminis augẽdi cauſa.
k al. quod oculos, animúmque accederit, neque, &c.

Digitized by Google

blici,neque profani,neque ſacri, tota in Sicilia
reliquiſſe.||Vnde * igitur potiùs incipiā, quàm 3
ab ea ciuitate,quæ tibi vna in amore atq; in de-
liciis fuit?aut ex quo potius numero, quàm ex
ipſis laudatoribus tuis?faciliùs enim perſpicie-
tur,qualis apud eos fueris,qui te oderunt, qui
accuſant,qui perſequuntur:cùm apud tuos Ma-
mertinos inueniare improbiſſima ratione eſſe
prædatus.C.Heius eſt Mamertinus([l]omnes hoc
mihi facilè [m] concedent,qui Meſſanam acceſ-
ſerunt)omnibus rebus in illa ciuitate ornatiſſi-
mus. Huius domus eſt vel optima Meſſanę, no-
tiſſima quidem certè,& noſtris hominib. aper-
tiſſima,maximéque hoſpitalis. Ea domus [n] an-
te aduentum iſtius ſic ornata fuit,vt vrbi quo-
que eſſet ornamento. nam ipſa Meſſana, quę ſi-
tu,mœnibus, portuq; ornata ſit,ab his reb. qui-
bus iſte delectatur,ſanè vacua,atq; nuda eſt.||E- 4
rat * apud Heium ſacrarium magna cum digni-
tate in ædibus, à maioribus traditum, peranti-
quum:in quo ſigna pulcherrima quatuor, ſum-
mo artificio,ſumma nobilitate: quæ non modò
iſtum hominem,ingenioſum,atque intelligen-
tem,verùm etiā quéuis noſtrûm,quos iſte idio-
tas appellat,delectare poſſent:vnum Cupidinis
marmoreum,[o] Praxitelis:(nimirum didici etiā,
dum in iſtum inquiro,artificum nomina) idem
opinor,artifex eiuſdem modi Cupidinē fecit il-
lum,qui eſt * Theſpiis,propter quē Theſpiæ vi-
ſuntur.Nam alia viſendi cauſa nulla eſt. [p] Itaq;
ille L. Mummius, [q] cùm Theſpiis ea,quę ad æ-
dem Felicitatis ſunt,ceteráque profana ex illo
oppido ſigna tolleret,hunc marmoreum Cupi-
dinē,quòd erat conſecratus,nō attigit.||Verùm, 5
vt ad illud ſacrarium redeam, ſignum erat hoc,
quod dico, Cupidinis è marmore:ex altera par-
te Hercules egregiè factus ex ære. is dicebatur
eſſe * Myronis,vt opinor. [r] & certè ante ho-
ſce deos 3 [s] erant tabulæ, quæ cuiuis ſacra-
rij

* NARRATIO.

l L.(omnes hoc mihi qui Meſſanam acceſſerunt, facilè concedent)

m v.c. concedunt)

n L. ante iſtius aduētū ſic orn.

* I. ſcelus aduerſus Heium.

o v.c. Praxitele: for. Praxiteli:

*V.Strab. l.9.

p v.c.Atq; ille.

q v.c.cum Theſpiadas quæ.

* vide Pli. l.34.c.8.

r L.& certè eſt. Item ante.

s L.erant arubæ,quæ

rij religionem ſignificare poſſent. erant ænea prẹterea duo ſigna, nō maxima, verū eximia venuſtate, virginali habitu, atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſiū virginū repoſita in capitibus ſuſtinebāt.4 [r] Canephoræ ipſæ vocabantur. ſed earum artificem: [u] quémnam? rectè admones. Polycletū eſſe dicebant. Meſſanam vt quiſque noſtrûm venerat, hæc viſere ſolebat: omnibus hæc ad viſendum
6 patebant [x] quotidie: domus erat non domino magis ornamento, quàm ciuitati. C. *Claudi⁹, cuius ædilitatem magnificentiſſimam ſcimus fuiſſe, vſus eſt hoc Cupidine tamdiu, dum forū diis immortalibus, populoque R. habuit ornatum: & cùm eſſet hoſpes Heiorum, Mamertini autem populi patronus, vt illis benignis vſus eſt ad commodandum, ſic ipſe diligens fuit ad reportandum. Nuper homines nobileis eiuſmodi iudices: & quid dico nuper? immò verò modò, ac planè paulo ante vidimus: qui forū, [y] ac baſilicas non ſpoliis prouinciarum, * ſed ornamentis amicorum, commodis hoſpitū, non furtis nocentium, ornarent: qui tamen ſigna, atque ornamenta ſua cuique reddebant, nō ablata [z] ex vrbibus ſociorum 5 quatridui cauſa per ſimulationem ædilitatis, domum deinde, atque
7 ad ſuas villas auferebant. Hẹc omnia, quẹ dixi ſigna, iudices, [a] ab Heio de ſacrario Verres abſtulit: nullum, inquam, horū reliquit, neq; aliud vllum tamen, præter vnum peruetus ligneū, Bonam fortunam, vt opinor. eam iſte [b] domi ſuẹ habere noluit. Prò deûm hominúmque fidem. quid hoc eſt? quæ hẹc cauſa? quæ hẹc impudentia eſt? quẹ dico ſigna, antequam abs te ſublata ſunt,

r L. Canèphorœ ipſę Canephoræ dicebantur quæ ſacra repoſita in capitib. ſublatis manibus ſuſtinebant. Moris n. veteribus erat ita res ſacras ferre ac ducere. Virgil. 2. Geor. & 8. Aen. Var. 4. de ling. lat. Hora. Sat. 8. & 3. Feſtus in Canephoræ. al legunt. Canephorœ: al. Canephoroi.
v L. quem? quémnam & ita v.c.
x v.c. cotidie.
* P. Clodij auus Ciceronis inimici, de cuius ędilitate 2. Offic. & Val. l. 2. c. 5.
y v.c. & baſilicas in baſilicis trib. pl. ius dicebant. * Cùm in foro ludi populo darentur, ſignis ac tabulis pictis partim è Grẹcia, partim ab amicis accōmodatis ytebantur ad ſcenẹ ſpeciem & ornatum. Aſcon. z L. ex vrbib. ſociorum per cauſam & per ſimulationem ędil. a L. ab Heio è ſacrario. b L. habere domi ſuẹ.

Digitized by Google

* L.Meſſanã cum imperio nemo venit.
* al. cuicui modi.al. eiuſmodi. al.cuiuſcuiuſmodi.

ta ſunt,* nemo Meſſanam cum imperio venit,
quin viderit: tot prætores,tot conſules in Sici-
lia,tum in pace,tum etiam in bello fuerunt, 6
tot homines * cuiuſque modi : non loquor de
integris innocentibus,religioſis:tot cupidi, tot
improbi, tot audaces:quorũ nemo ſibi tam ve-
hemẽs,tam potens,tam nobilis viſus eſt, qui ex
illo ſacrario quidquam poſcere,aut tollere,aut
attingere auderet. Verres quod vbiq; erit pul-
cherrimum,auferet?nihil habere præterea cui-
quam licebit? [c] tot domus locupletiſſimas do-
mus iſtius vna capiet ? idcirco nemo ſuperiorũ
attigit, [d] vt iſte tolleret?ideò C.Claudius Pul-
cher retulit,vt C. Verres poſſet auferre ? At nõ
requirebat ille Cupido lenonis domum,ac me-
retriciam diſciplinam facilè illo ſacrario pa-
trio continebatur: Heio ſe à maioribus relictũ
eſſe ſciebat. [e] In hereditate ſacrorum non quæ-
rebat meretricis heredẽ.‖ Sed quid ego tã ve- 8
hementer inuehor? [f] verbo vno repellat. Emi,
inquit. O dij immortaleis præclaram defenſio-
nẽ. [g] mercatorem cum imperio ac ſecuribus in
prouinciam miſimus : qui omnia ſigna ,tabulas
pictas,omne argentum,aurum,ebur,gẽmas coë-
meret:nihil cuiquã relinqueret.Hæc enim mi-
hi ad omnia defenſio patefieri videtur , emiſſe.
Primùm ſi id,quod vis,tibi ego concedam,vt e-
meris:quoniã in toto hoc genere hac vna de-
fenſione vſurus es: quæro cuiuſmodi tu iudicia
Romę putaris eſſe,ſi tibi hoc quemquam cõceſ-
ſurum putaſti,te in prætura,atque imperio , tot
res,tam pretioſas,omneis denique res, quæ ali-
cuius pretij fuerint,tota ex prouincia coëmiſſe.
‖Videte maiorum diligentiam,qui nihil dum e- 9
tiam iſtiuſmodi ſuſpicabantur:veruntamen ea,
quæ paruis in rebus accidere poterant,prouide-
bant.Neminẽ,qui cũ poteſtate,aut legatione in
prouinciã eſſet profectus,tã amentẽ fore [h] puta-
rũt,vt emeret argẽtũ:dabatur enim de publico:
vt

c al. tot domos.

d v.c.vt hic tolleret?

e L. Ad hereditatem ſacrorum non q.

f L.verbo iam vno repell.

g L. mercatorem in prouinciã cum imperio,ac ſecur. miſimus:omnia qui ſigna, &c.& ita v. c.

h L.putauerunt , &c. & ita v. c.

veſtẽ:præbebatur enim legibus mãcipium [i] putauerunt : quo & omnes vtimur, & non præbetur à populo. ſanxerunt , *ne quis emeret* [k] *mancipium , niſi in demortui locum.* ſi quis Romæ eſſet demortuus? immò, [l] ſi quis ibidem.non enim te inſtruere domum tuam voluerunt in prouincia:
10 ſed illum vſum prouinciæ ſupplere. || Quæ fuit cauſa , cur tam diligenter nos in prouinciis ab emtionibus [m] remouerẽt?hæc iudices,quòd putabant ereptionem eſſe,non emtionẽ,cùm venditori ſuo arbitratu vẽdere non liceret. in prouinciis intelligebãt,ſi is,qui eſſet,cum imperio ac poteſtate , quod apud quemque eſſet, emere vellet,idque ei liceret : fore, vti, quot quiſque vellet,ſiue eſſetvenale,ſiue non eſſet,quãti vellet auferret.Dicet aliquis,Noli iſto modo agere cum Verre.noli eius facta ad antiquę religionis rationem [n] exquirere : concede, vt impunè emerit,modò vt bona ratione emerit, nihil pro poteſtate,nihil ab inuito,nihil per iniuriã. Sic agam:ſi quid venale habuit Heius , ſi id quanti æſtimabat,tanti vendidit:deſino quærere,[o] cur
11 emeres. ||Quid igitur nobis [p] faciundũ eſt? num argumentis vtendum in re eiuſmodi? quærendũ eſt,credo, Heius iſte num æs alienum habuerit, num auctionem fecerit:ſi fecit,num tanta difficultas eum rei nummariæ tenuerit,tãta egeſtas, tanta vis [q] oppreſſerit , vt ſacrarium ſuum ſpoliaret:vt deos patrios vẽderet.At hominem video auctionem feciſſe nullam:vẽdidiſſe, præter fructus ſuos, nihil vmquam : non modo in ære alieno nullo,ſed in ſuis nummis multis eſſe, ac ſemper fuiſſe. ſi hæc contrà,ac dico,eſſent omnia:tamen illum hæc quæ tot annos in familia, ſacrarioque maiorum fuiſſent,venditurum non fuiſſe. Quid ſi magnitudine pecuniæ [r] perſuaſum eſt ei ? 7 veriſimile non eſt , vt ille homo * tam locuples,tam honeſtus,religioni ſuę,mo-
12 numentiſq;maiorũ pecuniam anteponeret.||Sũt

iſta:

i L. putarunt. & ita v.c.
k L. vox, mãcipium, non eſt in v.c.
l L. Si qui Romæ eſſet dem.
m al. remouerint?
n fort. exigere.
o L. cur emeris.
p L. faciendum eſt?
q v.c. preſſerit.
r L. ei perſuaſum eſt?
* al. tam locuples, tam copioſus, tam honeſtus.

iſta: verumtamen abducuntur homines nõnunquam etiam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ. Videamus, [s] quanta iſta pecunia fuit, quæ potuerit Heium, hominẽ maximè locupletem, minimè * amarum ab humanitate, à pietate, ab religione deducere. Iſta iuſſiſti, opinor, ipſum in tabulas referre: HAEC OMNIA SIGNA PRAXITELIS, MYRONIS, POLYCLETI, LLS. VI. MILL. VERRI VENDITA SVNT. Recita ex tabulis. TABVLAE HEII. Iuuat me, hæc præclara nomina artificum, quæ iſti ad cœlum ferunt, Verris æſtimatione ſic concidiſſe. [8] [t] Cupidinẽ Praxitelis LLS. CIↃ.IↃC. profectò hinc natum eſt, Malo emere, quàm rogare. || Dicet aliquis, Quid? tu iſta permagno æſtimas? Ego verò ad meam rationem, [u] vſúmq; meũ non æſtimo. verumtamẽ à vobis ita arbitror, ſpectari oportere, quanti hæc eorũ iudicio, qui ſtudioſi ſunt harum rerum, æſtimentur: quanti venire ſoleant: quanti hęc ipſa, ſi palàm, libereq; venirent, venire poſſent: denique ipſe Verres quanti æſtimet. numquam enim, ſi denariis quadringentis Cupidinem illum putaſſet, cõmiſiſſet, vt propter eum, in ſermonem hominum, atque in tantam vituperationem veniret. || Quis [x] veſtrûm igitur neſcit, quanti hæc æſtimentur? In auctione ſignum æneum [y] nõ magnum ? [z] LLS. CXX. millibus venire non vidimus? Quid ſi velim nominare homines, qui aut non minoris, [a] aut etiam pluris emerent, nónne poſſum? etenim qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idẽ eſt æſtimationis. difficile eſt enim finem facere pretio, niſi libidini feceris. Video igitur Heium, neq; voluntate, neq; difficultate aliqua tẽporis, [b] neq; magnitudine pecuniæ adductum eſſe, vt hæc ſigna venderet: teq; iſta ſimulatione emtionis, vi, metu, imperio, faſcibus, ab homine eo, quem vnà cum ceteris ſociis [c] nõ ſolùm poteſtati tuæ, ſed etiam fidei pop. R. cõ-

13 (margin, beside "quàm rogare.")

14 (margin, beside "ret. || Quis")

s L. quanta iſta pecunia fuerit, q.
* L. auarũ
t L. Cupidinem Praxiteli.
v L. vſúmque non.
x al. noſtrûm.
y L. nõ maximum.
z V. C. LLS XL.
a L. aut etiã pluris emerint?
b V. C nec magni.
c L. non ſolùm poteſtati tuę permiſerat ſed etiam fidei populus R. com. V. C. tamen non habet verbum permiſerat

miſerat

15 miſerat,eripuiſſe, atque abſtuliſſe. || Quid mihi tam optandum,iudices,poteſt eſſe in hoc crimine, quàm vt hæc eadem dicat ipſe Heius ? nihil profectò. ſed ne difficilia optemus. Heius eſt Mamertinus : Mamertina ciuitas iſtum publicè communi cõſilio ſola laudat: omnibus ipſe ceteris Siculis odio eſt:ab his ſolis amatur. Eius autem legationis,quæ ad iſtum laudãdum miſſa eſt,princeps eſt Heius.Etenim [d] eſt primus ciuitatis.[10] [e] ne fortè,dũ publicis mãdatis [f] ſeruiat,
16 de priuatis iniuriis reticeat. || Hæc cùm ſcirem & cogitarem,commiſi tamẽ iudices,Heio: produxi eum prima actione : neque id tamen vllo periculo feci.Quid enim poterat Heius reſpondere ſi eſſet improbus,ſi ſui diſſimilis? [g] ſigna illa domi ſuæ eſſe,non apud Verrem?qui poterat quidquã eiuſmodi dicere? vt homo turpiſſimus eſſet,impudentiſſiméque mentiretur, hoc diceret:illa ſe habuiſſe venalia,[h] eáq; ſe,quanti voluerit,vẽdidiſſe. Homo domi ſuæ nobiliſſimus, qui vos de religione ſua, ac dignitate verè exiſtimare maximè vellet, primò dixit ſe iſtum publicè laudare,quòd ſibi ita mandatum eſſet:deinde neque ſe habuiſſe illa venialia,neq̃e vlla conditione,ſi,vtrum vellet,liceret, adduci vmquam potuiſſe,vt venderet illa,quæ in ſacrario
17 fuiſsẽt à maioribus ſuis relicta,& tradita.|| Quid ſedes Verres?quid ſpectas?quid te à Centuripina ciuitate,à Catinenſi,ab Haleſina,Tyndaritana , [i] Aetnenſi, Agyrinenſi , ceteriſque Siciliæ ciuitatibus circumueniri,atque opprimi dicis? tuæ te altera patria , quemadmodum dicere ſolebas , Meſſana circumuenit:tua , inquam Meſſana , tuorum adiutrix ſcelerum , libidinum teſtis, prædarum ac furtorum receptrix. adeſt enim vir ampliſſimus eius ciuitatis , legatus , huiuſce iudicij cauſa , domo miſſus, princeps laudationis tuæ , qui te publicè laudat.ita enim mandatum atque imperatum eſt. tametſi rogatus

d L.primus eſt.

e al.& fortè.al.ſi fortè.

f fort. ſeruit.al.dum plus iniuriis ſeruit, de priuatis mãdatis reticeat.

g L. illa ſigna.v.c.

h L. eáque ſeſe,quanti vol.

i L.Ennenſi.

rogatus de Cybea, tenetis memoria, quid reſpō-
derit : ædificatam publicis operis, publicè co-
actis, eique ædificandæ publicè Mamertinum
ſenatorem præfuiſſe. Idem ad vos priuatim, iu-
dices, confugit : [k] vtitur hac lege, [11] qua iu-
dicium eſt communis, & priuatæ rei ſociorum:
tametſi lex eſt [l] de pecuniis repetundis, ille ſe
negat pecuniam repetere : quam ereptam non
tantoperè deſiderat : ſacra ſe maiorum ſuorum
repetere abs te dicit: deos [m] penates à te patrios
repoſcit. ¶ [n] Ecquis pudor eſt? ecqua religio, Ver- 18
res? [o] ecquis metus? habitaſti apud Heiū Meſſa-
næ. [12] res illum diuinas apud * eos deos in ſuo
ſacrario [13] propè quotidie facere vidiſti. nō mo-
uetur pecunia : denique quæ ornamenti cauſa
fuerunt, non requirit : [14] tibi habe [p] Canepho-
ros : deorum ſimulachra reſtitue. Quæ quia di-
xit, quia tempore dato, modeſtè apud vos ſo-
cius, amicuſque populi Rom. queſtus eſt : *quia
religioni ſuæ non modò in diis patriis repetun-
dis: ſed etiam [q] in ipſo iureiurando, ac teſtimo-
nio proximus fuit. hominem miſſum ab iſto ſci
tote eſſe Meſſanā de legatis vnum illum ipſum,
qui naui iſtius ædificandæ publicè præfuit, qui
à ſenatu peteret, vt Heius ignominia afficere-
tur. ¶ Homo amentiſſime, [r] quid putaſti ? te 19
impetraturum ? quanti is à ciuibus ſuis fieret,
quanti auctoritas eius haberetur, ignorabas?
Verum fac te impetrauiſſe : fac aliquid grauius
in Heium ſtatuiſſe Mamertinos quam putas au-
ctoritatem laudationis eorum futuram, ſi in
eum, quem conſtet verum pro teſtimonio di-
xiſſe, pœnam [t] conſtituerent ? tametſi quæ eſt
[u] iſta laudatio, cùm laudator interrogatus læ-
dat, neceſſe eſt ? Quid ? iſti laudatores tui,
[x] nónne teſtes mei ſunt? Heius eſt laudator: læ-
ſit grauiſſimè. producam ceteros: reticebūt, quæ
poterunt, libenter: dicent, quæ neceſſe erit [y] in-
gratis. Negent iſti onerariam nauem maximam
ædifi

k L. vtitur hac lege, tanquā cō-muni arce ſociorum.
tametſi l. eſt de pec. repet.
l v.c. de repetūdis pecuniis, ille ſe negat pec.
m v.c. penates te patrios repoſ.
n v.c. Ecqui pud. eſt? ecquæ rel.
o v.c. ecqui m.
* al. apud eos in ſuo. al. apud deos in ſuo.
p L. Canophoras.
* Secundum ſcelus Verris in Heium.
q L. in ipſo teſtimonio ac iureiurando. pr.
r L. quid putaſti? impetraturum te? q.
s L. quam tam putas.
t L. conſtituerint.
v v.c. laudatio iſta.
x L. non teſtes mei ſunt.
z L. ingratiis. Ingratiis dicere, eſt inuitè vel inuitus dicere.

ędificatam eſſe Meſſanæ? negent,[z] ſi poſſint. negent ei naui faciundæ ſenatorem Mamertinum publicè præfuiſſe? vtinam negent. Sunt etiã cetera,[a] quæ malo integra reſeruare, vt quã minimum ſit illis temporib. ad meditandum, confir-
20 mandúmque periurium.|| Hæc tibi laudatio procedat in numerum. hi te omnes auctoritate ſua ſubleuent: qui te neq; debẽt adiuuare, ſi poſſint: neq; poſſunt, ſi velint: quibus tu priuatim iniurias plurimas, contumeliáſq; impoſuiſti: quo in oppido[b] multas familias totas in perpetuũ[c] infameis tuis ſtupris, flagitiiſq; feciſti. At publicè commodaſti. Non ſine magno quidem reip. prouinciæque Siciliæ detrimento. Tritici modium LX. millia empta populo R. dare debebant, & ſolebant. abs te ſolo remiſsũ eſt. Reſp. detrimẽtum fecit, quòd per te imperij ius [d] vna in ciuitate imminutũ eſt.[15] Siculi,[e] quod ipſũ non de ſumma frumenti detractum eſt, ſed tranſlatum in Cẽturipinos, & Haleſinos,[f] immuneis populos:
21 & hoc plus impoſitum, quàm ferre poſſent.|| Nauẽ imperare [g] ex fœdere debuiſti. remiſiſti in triennium. militem nullum vnquam popoſciſti per tot annos. feciſti item vti prædones ſolent: qui[h] cũ communes hoſtes ſint omnium, tamen aliquos ſibi inſtituunt amicos, quibus non modò parcant, verùm etiam præda quos augeant, & eos maximè, qui habent oppidũ opportuno loco, quò ſæpe adeundum ſit nauibus: nonnũquam etiam neceſſariò Phaſelis illa, quã cepit P. Seruilius, non fuerat vrbs antè Cilicum [i] atq; prædonũ: *Lycij illam, Græci homines, incolebant. ſed quòd erat eiuſmodi loco, atq; ita proiecta in altum, vt & exeuntes è Sicilia prædones ſæpe ad eam neceſſariò deuenirent: &,[k] cùm ex hiſce ſe locis reciperent, eôdem deferrentur:[l] aſciuerũt ſibi illud oppidum piratæ, primò cõmercio,
22 deinde etiam ſocietate.|| Mamertina ciuitas, improba antea nõ erat: etiam erat inimica impro-

z v. c. ſi poſſunt.

a al. quæ modò integra reſeruare volui, vt, &c.

b al. multas familias in perp. infameis t.

c v. c. infamis.

d L. in vna ciuit.

e al. quòd hoc ipſum non de ſumm. v. c. quod ipſum non de ſ.

f v. c. immunis.

g v. c. debuiſti ex fœdere.

h L. cùm hoſtes comm.

i v. c. & prædonum.

* al. Lucij ita in vetuſto lapide qui effoſſus eſt ad radices rupis Tarpeiæ.

k L. cùm ſe ex hiſce locis.

l L. adſciuerunt ill. ſibi opp.

borũ:quæ C.Catonis,illius qui conſul fuit,im-
pedimenta retinuit. At cuius hominis? clariſſi-
mi,[m] potentiſſimíq;, qui tamen cùm cõſul fuiſ-
ſet,condemnatus eſt.[16] Ita C.Cato,duorum ho-
minum clariſſimorum nepos,L.Paulli,& M.Ca-
tonis,& P.Africani ſororis filius:quo damnato,
[17] tum,cùm ſeuera iudicia fiebant, LLS. XVIII.
millibus lis æſtimata eſt.Huic Mamertini[o] irati
non fuerunt:qui maiorem ſumtum,quàm quan-
ti Catonis lis æſtimata eſt, [18] in Timarchidis
prandium ſæpe fecerunt. || Verùm hæc ciuitas 23
iſti prædoni, ac piratæ Sicilienſi Phaſelis fuit.
Huc omnia vndique [q] deferebantur, apud iſtos
relinquebantur:quod celari opus erat, habebãt
ſepoſitum,[r] ac reconditum: per iſtos, quæ vole-
bat, [s] in nauem clàm imponenda, occultè ex-
portanda curabat:nauim deniq; maximam, quã
onuſtam furtis in Italiam mitteret, apud iſtos
faciendam, ædificandámque curauit. pro hiſce
rebus, vacatio data eſt ab iſto ſumtus, laboris,
militiæ, rerum denique omnium. per triennium
ſoli non modò in Sicilia, verùm, vt opinio mea
fert, his quidem temporibus, in omni orbe ter-
rarum vacui, expertes, ſoluti, ac liberi fuerunt
ab omni ſumtu, moleſtia, munere. || hinc illa 24
[u] Verrea nata ſunt:hinc in conuiuium[x] Sextum
Cominium protrahi iuſſit, in quem ſcyphum de
manu iacere conatus eſt: quem obtorta gula de
conuiuio[z] in vincula, atque in tenebras abripi
iuſſit. hinc illa crux,[a] in quã iſte ciuem Ro.mul-
tis inſpectantibus, ſuſtulit: quam non auſus eſt
vſquam defigere,niſi apud eos, quibuſcum om-
nia ſcelera ſua, ac latrocinia [b] communicauit.
Laudatum etiam vos[c] quemquam venire aude-
tis?qua auctoritate?vtrùm,quam[d] apud ſenato-
rium ordinẽ,an quam apud populum R. habere
debetis? || [e] Ecquæ ciuitas eſt, [f] non modò in 25
pro

[m] L. ac potentiſſimi, qui t.
[n] v. c. tunc cùm iudicia fieb.
[o] v. c. irati fuerunt.
[p] L. Timarchidi prandium.
[q] v. c. deportabantur.
[r] L. & recond. & ita v.c.
[s] duo v. c. non habẽt, in nauem.
[t] for. edificãdam, faciendámq; curauit.
[v] v. c. Verria.
[x] L. Sex. Cominiũ.
[z] L. in vincla.
[a] L. in quã ciuem Ro. iſte.
[b] L. communicaſſet.
[c] L. quemquam venitis?
[d] v. c. apudſenatũ, an, &c. & ita L.
[e] al. Ecqua ciuit. & ita v.c.
[f] L. non in prouinc. & ita v. c.

prouinciis noſtris, verùm in vltimis arationib⁹,
aut tam potens, aut tam libera, aut etiam tam
immanis,ac barbara.Rex denique ecquis eſt,qui
ſenatorem populi R.[g] tecto ac domo non inui-
tet?qui honos non homini ſolùm habetur, ſed
primũ populo R. cuius beneficio nos in hunc
ordinem venimus : deinde ordinis auctoritati,
quæ niſi grauis erit apud ſocios, atque exteras
nationes,vbi erit imperij nomẽ & dignitas Ma-
mertini me publicè non inuitarunt,me,cùm di-
co,leue eſt.Senatorem populi R.ſi non[i] inuita-
uerunt, honorem debitum detraxerunt non no-
mini, ſed ordini.Nam ipſi Tullio patebat dom⁹
locupletiſſima,[k] &ampiiſſima Cn.Pompeij[l] Ba-
ſiliſci:quò,etiam ſi eſſet inuitatus à vobis, [m] ta-
men diuertiſſet. erat etiam Parcenniorum, qui
nunc item Pompeij ſunt, domus honeſtiſſima:
quò L. frater meus ſumma illorum voluntate
[n] diuertit.Senator populi R.quod in vobis fuit,
in veſtro oppido iacuit,& pernoctauit in publi-
26 co.nulla hoc ciuitas* vmquam commiſit. ‖ Ami-
cum enim noſtrum in iudiciũ vocabas.Tu, quid
ego priuatim negotij geram, interpretabere in
minuendo honore ſenatorio? Verùm hæc tum
queremur, ſiquid de vobis per eum ordinem a-
getur, qui ordo à vobis adhuc ſolis contemtus
eſt. In populi R. quidem conſpectum, quo ore
vos commiſiſtis?nec prius illam crucem,quę et-
iam nunc ciuis R. ſanguine redundat : quæ fixa
eſt ad portum,vrbemq; veſtram,reuelliſtis, neq;
in profundum abieciſtis,locúmq; illum omnem
expiaſtis, quàm Romam, atque in horum con-
uentum adiretis? In Mamertinorum ſolo fœde-
rato, atq; pacato monumentum iſtius crudeli-
tatis cõſtitutum eſt.veſtráne vrbs electa eſt,[o] ad
quam cùm adirent ex Italia, crucem ciuis Rom.
priùs, quàm quemquam amicum populi Roma.
viderent?quã vos Rheginis,quorũ ciuitati *in-
uidetis,*itẽ incolis veſtris,ciuib.R.oſtẽdere ſo-

g for. intectum, ac domum non inu.
h v. c. & exteras nat.
i L. inuitarunt,non.
k duo v. c. non habẽt & ampliſſima.
l al. Baſilici.
m L. tamẽ deuertiſſet.
n L.deuertit.
* vmquam alia commiſit.
o ſic duo v. c.al.ad qua qui adirent ex It.
*quia ciues Romani facti.
* al. itémque.

 letis:

letis:quo minus ſibi arrogent, minúſq; vos deſpiciant, cùm videāt ius ciuitatis illo ſupplicio eſſe mactatum.[19] || Verùm hæc emiſſe te dicis. 27
*Quid? illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio, peripetaſmata emere oblitus es? licuit eodem modo, vt ſigna. Quid enim actū eſt? an literis pepercisti? Verùm hominem amentem hoc fugit: minus clarum putauit fore, quod de armario, quàm quod de ſacrario eſſet ablatum. At quomodo abſtulit? non poſſum dicere planiùs, quàm ipſe apud vos dixit Heius. cùm quęſiſſem, numquid aliud de bonis eius perueniſſet ad Verrem, reſpondit iſtum ad ſe miſiſſe, vt ſibi mitteret Agrigentum peripetaſmata. Quæſiui, an miſiſſet. reſpondit id, quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe prætori: miſiſſe. Rogaui, perueniſſéntne Agrigentum: dixit perueniſſe. Quæſiui,[p] an domum reuertiſſent. negauit adhuc reuertiſſe. Riſus populi, [q] atque admurmuratio [r] omnium veſtrûm facta eſt. || Hîc tibi in mentem non venit, iùbere, vt hæc quoque referret, [s] LLS. VI. millibus ɪↄ. ſe tibi vendidiſſe? metuiſti, ne æs alienum tibi creſceret, [t] ſi LLS. D. tibi conſtarent ea, quæ tu facilè poſſes vendere. LLS. CC. millibus? fuit tanti, mihi crede. haberes quod defenderes: nemo quæreret, quanti illa res eſſet, ſi modò te poſſes docere emiſſe: facilè cui velles, tuam cauſam, & factum probares. nūc de peripetaſmatis quemadmodum te expedias, non habes. || Quid? [x] à Philarcho Centuripino, homine locuplete, ac nobili, phaleras pulcherrimè factas, quæ regis Hieronis fuiſſe dicūtur vtrùm tandem abſtuliſti, an emiſti? In Sicilia quidem cùm eſſem, ſic à Centuripinis, ſic à ceteris audiebam: non enim parum res erat clara: tam te has phaleras à Philiarche Centuripino abſtuliſſe dicebant, [y] quàm alias item nobileis, ab Ariſto Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano. Etenim ſi Philiarchus vendidiſſet,

(28 and 29 in right margin beside "admurmuratio" and "dias, non habes" lines.)

* Tertium Verris ſcelus in Heium.

p duo v. c. quemadmodum reuertiſſent.

q v. c. atque admiratio omn. non placet.

r L. omniū facta.

s L. ſi LLS. ɪↄↄ. cɪↄ. ɪↄ. ſe tibi vend.

t L. LLS. VI. millib. ɪↄ. tibi cōſt. al. ſi tibi LLS. D.

v L. quanti pilla res eſſet. ſi modò te poſſes docere emiſſe. facilè, &c.

x v. c. à Philiarch.

y for. quàm alteras.

ſet,non ei,poſteaquã reus factus es,redditurũ te promiſiſſes.quod quia vidiſti plures ſcire,cogitaſti,ſi ei reddidiſſes,[21]te * minus habiturũ,rem nihilominus teſtatam futuram : non reddidiſti. dixit Philiarchus pro teſtimonio,ſe,quod noſſet tuum iſtum morbum,[22]vt amici tui [z] appellant,ſtudioſè cupiſſe te celare de phaleris: cùm abs te appellatus eſſet. negaſſe habere ſeſe:[a] apud alium quoq; eas habuiſſe depoſitas, ne quà inuenirentur:* iſtius tantam fuiſſe ſagacitatem, vt eas per illum ipſum inſpiceres , vbi erant depoſitæ:tum ſe deprehenſum negare non potuiſ-
30 ſe:ita ab ſe inuito[b] ſublatas phaleras gratis.‖ Iã *vt hæc omnia reperire , ac perſcrutari ſolitus ſit,iudices,eſt operæpretium cognoſcere.Cybiratæ ſunt fratres quidã , Tlepolemus, & Hiero: quorum alterum fingere opinor è cera ſolitum eſſe,alterum eſſe pictorem[c] hoſce opinor * Cybiræ,cùm in ſuſpicionem veniſſent ſuis ciuibus fanum expilaſſe Apollinis,veritos pœnam iudicij ac legis,domo profugiſſe.quòd Verrem artificij ſui cupidum cognouerant tũ,*iſte,id quod ex teſtibus didiciſtis,Cybiram cum inanib.ſyngraphis venerat,[d] domo fugiẽtes ad eum ſe exſules,cùm iſte eſſet in Aſia,contulerũt.[e] habuit eos ſecum ab illo tempore:& in legationis prædis,atq; furtis,multum illorum opera, conſilió-
31 que vſus eſt.‖hi ſunt illi,quibus[f] in tabulis[g] retulit ſeſe Q. Tadius dediſſe iuſſu iſtius , Græcis pictoribus.Eos iam bene cognitos, & re probatos ſecum in Siciliam duxit. Quò poſteaquã venerunt , mirandum in modum canes venaticos diceres: ita odorabantur omnia , & perueſtigabant,vt, [23] vbi * quidquid eſſet, aliqua ratione inuenirent.aliud minitando, aliud pollicendo, aliud per ſeruos, aliud per liberos , per amicum aliud, aliud per inimicũ inueniebant. quidquid illis placuerat, perdendũ erat. nihil aliud optabant,quorũ poſcebatur argentum,niſi vt Hiero-

* al. te minus te inuidiæ habiturum.
z L. appellant, vt tu, ſtudium: cupiſſe te cel.
a L. apud alium eas hab.dep.
* L. tuam tantam fu. ſag.
b al. phaleras ſublatas. L. phaleras ablatas gr.
* Digreſſio.
c for. hoſce audio Cybiræ.
* Cybira prouincia Cilicia in qua Verres erat legatus Dolabellæ. vide Strab.li.13. in fine.
* L. tum, cùm iſto.
d v.c. domo profugientes.
e L. habuit ſecum eos ab.
f L. in tabulas ret.
g v.c. refert.
* al. quidque.

Digitized by Google

h v. c. Verùm mehercule hoc, iud.

i v. c. Boëthi. vide Pli. 33. c. 12. & libr. 34. c. 8. & Pauſan. 1. Eliacon.

k L. aduentus.

* Scyphi ſygillati, id eſt, paruis ſignis ornati.

l L. Quid vis, inquiunt, nobis dare,

m L. LLS. cc. millia me, inq.

n fort. refert.

o v. c. Et me hercule.

p v. c. video hom. non placet.

ni, & Tlepolemo diſpliceret. || [h] Verè mehercu- 32
les, hoc, iudices, dicam. memini Pamphilum Lilybętanum, hoſpitem meum, & amicum, nobilē hominem, mihi narrare: cùm iſte ab ſeſe hydriā [i] Boëti manu factam, præclaro opere, & grandi pondere, per poteſtatem abſtuliſſet, ſe ſanè triſtem, & conturbatum, domum reuertiſſe, quod vas eiuſmodi, quod ſibi à patre, & à maioribus eſſet relictū, quo ſolitus eſſet vti ad feſtos dies ad hoſpitum [k] aduentum, à ſe eſſet ablatū. Cùm ſederem, inquit, domi triſtis, accurrit Venerius: iubet me ſcyphos * ſigillatos ad prætorem ſtatim afferre. permotus ſum, inquit: binos habebā: iubeo promi vtroſq; , ne quid plus mali naſceretur, & mecum ad prætoris domum ferri. eò cùm venio, prætor quieſcebat: fratres illi Cybiratæ inambulabant. qui, me vbi viderunt, vbi ſunt, Pamphile, inquiunt, ſcyphi? oſtendo triſtis. laudant. incipio queri, me nihil habiturum, quod alicuius eſſet pretij, ſi etiam ſcyphi eſſent ablati. tum illi, vbi me conturbatum vident: [l] Quid vis nobis dare, vt iſti abs te ne auferantur? ne multa [m] LLS. cc. me, inquit, popoſcerunt: dixi me daturum c. vocat interea prætor: ſcyphos poſcit. tum illos cœpiſſe prætori dicere, putaſſe ſe, id quod audiſſent, alicuius pretij ſcyphos eſſe Pamphili: luteum negotium eſſe, non dignū, quod in ſuo argento Verres haberet. Ait ille, idem ſibi videri. ita Pamphylus ſcyphos optimos [n] aufert. || [o] Et mehercules ego antea, ta- 33
metſi hoc neſcio quid, nugatorium ſciebā eſſe, iſta intelligere: tamen mirari ſolebam iſtum in his ipſis rebus aliquem ſenſum habere: quem ſcirē nulla in re quidquam ſimile hominis habere. Tum primùm intellexi, ad eam rem iſtos fratres Cybyratas fuiſſe, vt iſte in furando manib. ſuis, oculis illorū vteretur. At ita ſtudioſus eſt huius præclaræ exiſtimationis, vt putetur in hiſce reb. intelligēs eſſe, vt nuper ([p] videte hominis amentiam) poſteaquàm eſt cōperendina-

Digitized by Google

tus,cùm iam pro damnato,mortuóque eſſet,ludis Circenſibus mapè apud L. Siſennam, virum primarium,cùm eſſent triclinia ſtrata,argentūque expoſitum in ædibus,cùm pro dignitate L. Siſennæ domus eſſet plena hominum honeſtiſſimorum, acceſſerit ad argentum : contemplari [q]vnumquodque otioſè,& conſiderare cœperit. mirari ſtultitiam alij,quòd in ipſo iudicio,eius ipſius cupiditatis,cuius inſimularetur,ſuſpicionem augeret:alij amentiam,cui comperendinato,cùm tam multi teſtes dixiſſent,quidquam illorum[r] veniret in mentem. pueri autem Siſennæ,credo, [s] qui audiuiſſent, quæ in iſtum teſtiſtimonia [t] eſſent dicta, oculos de iſto nuſquam [u]deiicere , neque ab argento digitum diſcedere.‖Eſt boni iudicis, paruis ex rebus coniecturā

34 facere [x] vniuſcuiuſque & cupiditatis,& incontinentiæ.[y] qui reus& reus lege cōperendinatus, re & opinione hominū pænè damnatus tēperare non potuerit maximo cōuentu,quin L. Siſennæ argentum tractaret,& conſideraret:[a] hūc in prouincia prætorem quiſquam putabit à Siculorū argento cupiditatem , aut manus abſtinere potuiſſe? ‖ Verùm,vti Lilybæū,24 [b] vnde

35 digreſſa eſt,oratio reuertatur,Diocles eſt,Pamphyli gener,illius, à quo hydria ablata eſt, Popillius cognomine.ab hoc abaci vaſa omnia, vt expoſita fuerāt,abſtulit.Dicat ſe emiſſe.etenim hic[c] propter magnitudinē furti,ſunt,vt opinor, literæ factæ. iuſſit Timarchidē æſtimare argētū. Quo modo?quo qui vnquam tenuiſſimè in donatione hiſtrionū æſtimauit. Tametſi iamdudū [d] ego erro , qui tam multa de tuis emtionibus verba faciā,& quærā, [e] vtrùm emeris,& quomodo, & quanti emeris:quod verbo trāſigere poſſum.Ede mihi ſcriptū , quid argenti in prouincia Sicilia pararis, vnde quidque, aut quanti emeris. ‖ Quid fit ? quamquam non debebam

36 ego abs te has literas poſcere. me enim tabulas

q L.vnumquidque
r v. c.veniſſet.
s L qui audiſſent.
t L. dicta eſſent.
v v.c.deicere.
x v. c. vniuſcuiuſq; cup.
y L.qui re• lege& reus comperēd.
z L.ſibi tēperare non p.
a L. hunc prætorem in prouincia.
b L. vnde degreſſa eſt.
c L.propter magnitudinem furti, ſunt literę, vt opinor, factæ.
d L. erro.
e L. vtrùm emeris, nécne:&

Digitized by Google

bulas tuas habere, & proferre oportebat. Verùm negas te horum annorum aliquot confeciſſe. compone hoc, quod poſtulo, de argento: de reliquo videro. Nec ſcriptum habeo, nec poſſum edere. Quid futurum igitur eſt? quid exiſtimas hoſce iudices facere poſſe? [f] domꝰ plena ſignorum pulcherrimorum iam etiam ante prętturam? multa ad villas tuas poſita, apud amicos multa depoſita, multa aliis data, atque conata: tabulæ nullum indicant emtum: omne argẽtum ablatũ ex Sicilia eſt: nihil cuiquam, quod ſuũ dici vellet, relictum. fingitur improba defenſio, prætorẽ omne id argentum coëmiſſe: tamen idipſum tabulis demonſtrari nõ poteſt. ſiquas tabulas profers, in his, quid habeas quomodo habeas, ſcriptum non eſt. horum autem temporum, cùm te plurimas res emiſſe [h] dicis, tabulas omnino nullas [i] profers: nónne te & prolatis, & non prolatis tabulis condemnari neceſſe eſt? ‖ Tu à [k] M. 37
Cælio, equite R. lectiſſimo adoleſcente, quæ voluiſti vaſa argentea Lilybæi abſtuliſti: 25 tu C. Cacurij, promti hominis, & experientis, & in primis gratioſi, ſupellectilem omnẽ auferre non dubitaſti: tu maximam & pulcherrimam mẽſam citreã à Q. Lutatio* Diodoro, ꝗ Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis R. factus eſt, omnibus ſciẽtib. Lilybęi abſtuliſti. Nõ tibi obiicio, quòd hominem digniſſimum tuis moribus, Apollonium, Nicônis filium, Drepanitanum, qui nunc A. Clodius vocatur, omni argẽto optimè facto ſpoliaſti, ac [m] depeculatus es. táceo. non enim putat illi ſibi iniuriam factã: propterea quòd homini iã perdito, & collum in laqueum inſerenti ſubuenit, cùm pupillis Drepanitanis bona patria erepta cum illo partitus es. gaudeo etiam, ſi quid ab eo abſtuliſti: & abs te nihil rectiùs factum eſſe dico. à Liſone verò Lilybętano, primo homine, 26 [o] apud quem diuerſatus es, Apollinis ſignum, ablatum certè non oportuit. At dices te emiſſe. ſcio:

f L. domus eſt plena.
g v. c. iam ante prætu ram. & ita L.
h L. dicas.
i L. profe-ras.
k L. M. Cœlio
l L. promtiſſimi hominis.
*liberti, vel ciues facti Romani prænomen ab eo cuius ope libertate vel ciuitate donabantur, retinebant. vide 13. Fa. epiſt. 30. & 36.
m v. c. depecuniatus es. mendoſè.
n L. ſi quid ab illo abſt.
o L. apud quem deuerſatus es.
p L. ablatum certè eſſe non.

Digitized by Google

ſcio.ᴧᴧs.cıɔ.ita opinor.ſcio,inquam. proferam literas: & tamen id factum non oportuit. A pupillo Heio.[q] cui Marcellus tutor eſt, à quo pecuniam grandẽ eripueras, ſcaphia cũ emblematis Lilybæi verùm emta eſſe dicis, an confiteris
38 erepta? || Sed quid ego iſtius in eiuſmodi rebus mediocreis iniurias colligo: quæ tantummodo in furtis iſtius,& damnis eorũ, à quibus auferebat,verſatæ eſſe videantur? accipite,ſi vultis,iudices,rem eiuſmodi,vt amẽtiam ſingularem,[r] vt furorem iam, non cupiditatem eius perſpicere poſſitis. Melitenſis Diodorus eſt, qui apud vos antea teſtimonium dixit.is Lilybæi multos iam annos habitat, homo & domi nobilis, & apud eos,quò ſe contulit, propter virtutẽ ſplẽdidus, & gratioſus. de hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata:[s] in his pocula duo quædã, 27 [t] quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu, ſummo artificio,facta.quod iſte vbi audiuit, ſic cupiditate inflãmatus eſt nõ ſolùm[u] inſpiciũdi, verùm etiam auferendi: vt Diodorum ad ſe vocaret,ac poſceret. Ille,qui illa nõ inuitus haberet,reſpondit ſe Lilybæi non habere: Melitæ a-
39 pud quendã propinquũ ſuum reliquiſſe.|| Tũ iſte cõtinuò mittit homines certos Melitam:ſcribit ad quoſdãMelitenſeis,vt ea vaſa perquirant:rogat Diodorum,vt ad illum ſuum propinquũ det literas.nihil ei longius videbatur,quàm dum illud videret argẽtũ.Diodorus homo frugi,ac diligẽs,qui ſua ſeruare vellet,[x] propinquo ſuo ſcribit,vt iis,qui à Verre veniſſent,reſpõderet,illud argentum ſe paucis illis diebus miſiſſe Lilybeũ. Ipſe interea recedit.abeſſe[y] ab domo paulisper maluit, quàm præſens illud optimè factum argentum amittere.Quod vbi[z] iſte audiuit, vſque eò eſt commotus, vt ſine vlla dubitatione inſanire omnibus, ac furere videretur.quia non potuerat[a] argentum eripere,ipſe à Diodoro erepta ſibi vaſa optimè facta dicebat: minitari abſenti

q L. cui C. Marcell.

r L. & furorem,non iã cupid.&ita v.c.

s v.c.in his pocula quæ dam.

t L. quæ Thericlea nomin. al. quæ Thericlia nom.

u L. inſpiciendi.

x L.ad propinquum ſuum.

y v. c. à domo.

z L. audiuit iſte.

a v.c. eripere argentũ.

Digitized by Google

Diodoro:vociferari palàm : lachrymas interdũ
vix tenere.*Eriphylam accepimus in fabulis ea
cupiditate,vt,cũ vidiſſet monile, vt opinor, ex
auro & gemmis,pulchritudine eius incenſa,ſa-
lutem viri proderet.ſimilis iſtius cupiditas:hoc
etiam acrior, atq; inſanior, quòd illa cupiebat
id,quod viderat:huius libidines nõ ſolùm ocu-
lis,ſed etiam auribus excitabantur. || Conquiri 40
Diodorum tota prouincia iubet. ille ex Sicilia
[b] caſtra iam mouerat,& vaſa collegerat.Homo,
vt aliquo modo illum in prouinciã reuocaret,
hãc*excogitat rationẽ:ſi hæc ratio potiùs, quã
amentia nominãda eſt. apponit de ſuis canibus
quendã,qui dicat,ſe Diodorum Melitenſem rei
capitalis reum velle facere.Primò mirũ omnib.
videri,Diodorũ reũ,hominẽ quietiſſimũ, ab o-
mni non modò [c] facinore, verùm etiam minimi
errati ſuſpicione remotiſſimũ. deinde eſſe per-
ſpicuum,fieri omnia illa propter argentum.Iſte
nõ dubitat iubere nomen*referri:& tũ primùm
vt opinor iſtũ abſentis nomen recepiſſe. 28 || [d] 41
Reclamat Sicilia tota,propter cælati argẽti cu-
piditatẽ reos fieri rerũ capitaliũ: [e] neq; ſolũ prę-
ſenteis reos fieri, ſed etiã abſenteis. Diodorus
Romæ ſordidatus circũ patronos,atq; hoſpites
curſare:rẽ omnib.narrare. literæ mittuntur iſti
à patre vehemẽtes,ab amicis item, videret quid
ageret,de Diodoro quò progrederetur:rẽ clarã
eſſe,& inuidioſam:inſanire hominẽ: periturum
hoc vno crimine, niſi cauiſſet. Iſte etiã tum pa-
trem,ſi nõ in parẽtis, at in hominũ numero pu-
tabat:ad iudiciũ nondũ ſe ſatis inſtruxerat:pri-
mus annus erat prouinciæ:non,vt in Sthenio,iã
refertus pecunia.itaq; furor eius,paululum non
pudore, ſed metu ac timore repreſſus eſt. con-
demnare Diodorum non audet : abſentem de
reis eximit.Diodorus interea prętore iſto propè
triennium prouincia,domóque caruit. || Ceteri 42
non ſolùm Siculi,ſed etiam ciues R.hoc ſtatue-
rant:

* vi. Hom. Odyſſ. N. Virgil. 6. AEn.Euripidem in Phœniſſis, AEſchylum in Septem ad Thebas, Plato.9. Reip. Pauſan. in Atticis.Propertium.

b L.iam caſtra mouerat.

* L. excogitauit.

c v.c.facinoris.

* L. deferri.

d L. Res clara Sicilia tota. & ita v.c.

e L. neque ſolùm reos fieri,ſ.& ita v.c.

rant:[f] quoniam iſte tantum cupiditate progrederetur, nihil eſſe quòd quiſquam putaret, ſe, quod iſti paulò magis placeret, conſeruare, aut domi retinere poſſe. poſteà verò, quàm intellexerunt, iſti virum fortem, quem ſummè prouincia exſpectabat, Q. Arrium, non ſuccedere: ſtatuerunt ſe nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimũ, promptiſſimumq; eſſet. Tum iſte ab equite R. ſplendido, & gratioſo, Cn. Calidio, cuius filium ſciebat [g] ſenatorem populi R. & iudicem eſſe, [h] equuleos argenteos nobileis, qui Q. Maximi fuerant, aufert.||
43 Imprudens huc incidi, iudices. emit enim, non abſtulit. nollem dixiſſe. iactabit ſe, & in his equitabit equuleis. Emi: pecuniam ſolui. Credo, etiam tabulæ proferẽtur. eſt tãti. cedò tabulas. dilue ſanè crimẽ hoc Calidianũ, dũ ego tabulas aſpicere poſſim. Verumtamen quid erat, quòd Calidius Romæ quereretur ſe, cùm tot annos in Sicilia negotiaretur, [i] abs te ſolo ita eſſe cõtemtũ, ita deſpectum, vt etiã [k] vnà cum ceteris Siculis diſpoliaretur, ſi emeras? quid erat, quod confirmabat, ſe abs te argentũ eſſe repetiturũ, [l] ſi tibi ſua volũtate vendiderat? tu porrò poſſes facere, vt Cn. Calidio non redderes? præſertim cùm is L. Siſẽna, defẽſore tuo, tã familiariter vteretur: [m] cũ & ceteris familiarib. Siſennæ reddidiſſes?||
44 Deinde nõ opinor negaturũ eſſe te, homini honeſto, ſed nõ gratioſiori, quã Cn. Calidius eſt, [n] L. Coridio argentũ per Potamonẽ, amicũ tuũ, reddidiſſe. qui quidẽ ceterorũ cauſã apud te difficiliorem fecit. Nam cùm te [o] compluribus cõfirmaſſes redditurum; poſteaquàm Coridius pro teſtimonio dixit, te ſibi reddidiſſe, finem reddẽdi feciſti: quòd intellexiſti, [p] te, præda de manibus amiſſa, teſtimonium tamen effugere non poſſe. Cn. Calidio, equiti Romano, [q] per omneis alios prætores licuit argentum habere bene

f al. quoniã iſte in tantam cupiditatem p.

g v.c. ſenatorem P.R.

h v.c. eculeos arg. al. culleos argenteos, malè.

i L. à te ſolo.

k L. cum cet.

l L. ſi id tibi.

m L. & cũ ceteris f.

n v.c. L. Curidio L. Cordio.

o L. confirmaſſes cõplur.

p v.c. præda te de man.

q L. per omneis alios pr.

beneſactum: licuit poſſe domeſticis copiis, cùm magiſtratū, aut aliquem ſuperiorem inuitaſſet, ornare, & apparare conuiuium. multi domi Cn. Calidij [r] cū imperio, ac poteſtate fuerunt: nemo inuentus eſt tam amens, qui illud argentum tā præclarum, ac tam nobile eriperet: nemo tā audax, qui poſceret: nemo tam impudens, qui poſtularet, vt venderet.‖ Superbum eſt enim, iudi- 45
ces, & non ferendum, dicere [s] prætorem in prouincia homini honeſto, locupleti, ſplēdido, Vēde mihi vaſa cælata hoc eſt enim dicere, Non es dignus tu, qui habeas, quæ tam benè [t] facta ſint: meç dignitatis iſta ſunt. Tu dignior, Verres, quàm Calidius? qui, vt non conferā vitam, [u] atque exiſtimationem tuam cū illius: (neq; enim eſt conferenda) hoc ipſum conferam, quo tu te ſuperiorem fingis quod IIS. [x] LXXX. millia diuiſoribus, vt prætor renuntiarere, dediſti: trecenta accuſatori, ne tibi odioſus eſſet. ea re cōtemnis equeſtrem ordinem, ac deſpicis? ea re indignum tibi viſum eſt, quidquam, quod tibi placeret, Callidium potius habere, quàm te?‖ Iactat ſe iā- 46
dudum de Callidio: narrat omnibus, [y] ſe emiſſe. Num etiam de L. Papirio, viro primario, [z] locuplete, honeſtóque, equite R. * thuribulum emiſti? qui pro teſtimonio dixit, te, cùm inſpiciēdum popoſciſſes [a] auulſo emblemate remiſiſſe: vt intelligatis, in homine intelligentiam eſſe, non auaritiam: artificij cupidū, non argenti fuiſſe. Nec ſolū in Papirio fuit hac abſtinentia: tenuit hoc inſtitutū in * thuribulis omnibus, quæcumq; in Sicilia fuerunt. incredibile [b] eſt autē, quàm multa, & quàm præclara fuerint. credo tum, cùm Sicilia florebat opibus, & copiis, magna artificia fuiſſe in ea inſula. Nam domus erat ante iſtum prætorem nulla paulò locupletior, qua in domo hæc non eſſent, etiamſi præterea nihil eſſet argenti 29 patella * grandis cum ſigillis, ac ſimulacris deorum: præterea, qua mu

r L. cum poteſtat. atque imperio f. & ita v.c.
s v.c. P.R.
t L. facta ſunt.
u L. neque exiſtim.
x v.c. CCC. diuiſ.
y L. emiſſe ſe.
z L. locuplete.
* L. Turibulum.
a v.c. euulſo.
* L. Turibulum.
b L. autem eſt.
c v. c. P.R.
* vide Feſtū in Patella. Non. 15. in Patella.

mulieres ad res diuinas vterentur* thuribulum. hęc autē omnia antiquo opere,& ſummo artificio facta:vt hoc liceret ſuſpicari,fuiſſe aliquando apud Siculos[c] peræqua proportione cetera: quibus multa fortuna ademiſſet,tamen apud eos remanſiſſe ea,quæ religio retinuiſſet.||
47 Dixi, iudices, multa fuiſſe ferè apud Siculos omneis: ego idem confirmo, nunc ne vnū quidem eſſe. Quid hoc eſt?quod hoc monſtrum,quod prodigium in prouinciam miſimus? nónne vobis id egiſſe videtur,vt non vnius libidinem, nō ſuos oculos,[d] ſed omnium auariſſimorum inſanias, cùm Romam reuertiſſet,expleret?qui ſimul atq; in oppidum quopiam venerat, immittebantur illi cōtinuo Cybiratici canes qui inueſtigabāt, & perſcrutabantur omnia. Si quod erat grande vas,& maius opus inuentum læti auferebant. ſi minus eiuſmodi quippiam venari* poterant:illa quidem certè pro lepuſculis capiebātur, patellæ,pateræ,thuribula.Hic quos putatis fletus mulierum? quas lamentationes fieri ſolitas eſſe in hiſce rebus?quæ forſitā vobis paruæ eſſe videātur: ſed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præſertim, cùm eripiuntur è manibus ea,quibus ad res diuinas vti [f] conſueuerunt,quæ à ſuis acceperunt,quæ in familia ſēper fuerūt.||
48 Hic nolite exſpectare,dū ego [g] hæc crimina agam oſtiatim, ab AEſchylo Tyndaritano iſtum[h] pateram abſtuliſſe,à Thraſone item Tyndaritano patellam, à Nymphodoro Agrigentino thuribulum, cūm teſteis ex Sicilia dabo,[i] quē volet,eligat,quem ego interrogem de patellis,pateris,thuribulis: non modò oppidum nullū,[k] ſed ne domus quidē paulò locupletior, expers huius iniuriæ reperietur.[l] qui cùm in cōuiuium veniſſet, ſi quidquam cælati adſpexerat, [m] manum abſtinere, iudices, non poterat. Cn. Pompeius eſt Philo, qui fuit Tyndaritanus, is cenam iſti dabat apud villam in Tyndaritano.

fecit,

*al.Turibulum.

d L. ſed omnium cupidiſſimorum inſan.

* L.potuerant.

e v.c. accipiebantur, non placet.

f L. conſueuerunt,&c.& ita v. c.

g L.hoc crimen ag.

h L. patellam.

i v.c.quem volet ille, el.

k v. c. ſed ne domus quidem nulla paulò hoc L. ſed ne domus quidem vlla p.loc.

l al.quin cum in c.

m L. manus.

Digitized by Google

beneſactum:licuit poſſe domeſticis copiis,cùm magiſtratũ, aut aliquem ſuperiorem inuitaſſet, ornare,& apparare conuiuium. multi domi Cn. Calidij [r] cũ imperio,ac poteſtate fuerunt: nemo inuentus eſt tam amens, qui illud argentum tã præclarum, ac tam nobile eriperet: nemo tã audax,qui poſceret:nemo tam impudens; qui poſtularet,vt venderet. Superbum eſt enim, iudi- 45
ces,& non ferendum,dicere [s] prætorem in prouincia homini honeſto,locupleti,ſplẽdido, Vẽde mihi vaſa cælata hoc eſt enim dicere, Non es dignus tu, qui habeas, quæ tam benè [t] facta ſint:meę dignitatis iſta ſunt.Tu dignior,Verres, quàm Calidius?qui,vt non conferã vitam, [u] atque exiſtimationem tuam cũ illius: (neq; enim eſt conferenda) hoc ipſum conferam, quo tu te ſuperiorem fingis quod ꝈS. [x] LXXX. millia diuiſoribus,vt prætor renuntiarere,dediſti:trecenta accuſatori, ne tibi odioſus eſſet.ea re cõtemnis equeſtrem ordinem,ac deſpicis? ea re indignum tibi viſum eſt, quidquam, quod tibi placeret, Callidium potius habere, quàm te? Iactat ſe iã- 46
dudum de Callidio: narrat omnibus, [y] ſe emiſſe. Num etiam de L. Papirio, viro primario, [z] locuplete, honeſtóque, equite R. * thuribulum emiſti? qui pro teſtimonio dixit,te,cùm inſpiciẽdum popoſciſſes [a] auulſo emblemate remiſiſſe: vt intelligatis, in homine intelligentiam eſſe, non auaritiam:artificij cupidũ, non argenti fuiſſe.Nec ſolũ in Papirio fuit hac abſtinentia: tenuit hoc inſtitutũ in*thuribulis omnibus, quæcumq; in Sicilia fuerunt. incredibile [b] eſt autẽ, quàm multa, & quàm præclara fuerint. credo tum,cùm Sicilia florebat opibus, & copiis, magna artificia fuiſſe in ea inſula.Nam domus erat ante iſtum prætorem nulla paulò locupletior, qua in domo hæc non eſſent, etiamſi præterea nihil eſſet argenti 29 patella * grandis cum ſigillis, ac ſimulacris deorum: præterea, qua mu

r L. cum po:eſtat. atque impe rio f. & ita v.c.
s v.c.P.R.
t L. facta ſunt.
v L. neque exiſtim.
x v.c.CCC. diuiſ.
y L. emiſſe ſe.
z L.locuplerí.
* L.Turibu lum.
a v.c. euulſo.
* L.Turibu lum.
b L. autem eſt.
c v. c. P.R.
*vide Feſtũ in Patella. Non.15.in Patella.

muſieres ad res diuinas vterentur* thuribulum. hęc autē omnia antiquo opere, & ſummo artificio facta: vt hoc liceret ſuſpicari, fuiſſe aliquando apud Siculos[30] peræqua proportione cetera: ſed quibus multa fortuna ademiſſet, tamen apud eos remanſiſſe ea, quæ religio retinuiſſet.

47 ||Dixi, iudices, multa fuiſſe ferè apud Siculos omneis: ego idem confirmo, nunc ne vnū quidem eſſe. Quid hoc eſt? quod hoc monſtrum, quod prodigium in prouinciam miſimus? nónne vobis id egiſse videtur, vt non vnius libidinem, nō ſuos oculos,[31] [d] ſed omnium auariſſimorum inſanias, cùm Romam reuertiſſet, expleret? qui ſimul atq; in oppidum quopiam venerat, immittebantur illi cōtinuo Cybiratici canes qui inueſtigabāt, & perſcrutabantur omnia. Si quod erat grande vas, & maius opus inuentum læti auferebant. ſi minus eiuſmodi quippiam venari* poterant: illa quidem certè pro lepuſculis capiebātur, patellæ, pateræ, thuribula. Hic quos putatis fletus mulierum? quas lamentationes fieri ſolitas eſſe in hiſce rebus? quæ forſitā vobis paruæ eſſe videātur: ſed magnum & acerbum dolorem commouent, mulierculis præſertim, cùm eripiuntur è manibus ea, quibus ad res diuinas vti [f] conſueuerunt, quæ à ſuis acceperunt, quæ in familia ſemper fuerūt.

48 ||Hic nolite exſpectare, dū ego [g] hæc crimina agam oſtiatim, ab AEſchylo Tyndaritano iſtum [h] pateram abſtuliſſe, à Thraſone item Tyndaritano patellam, à Nymphodoro Agrigentino thuribulum, cūm teſteis ex Sicilia dabo, [i] quē volet, eligat, quem ego interrogem de patellis, pateris, thuribulis: non modò oppidum nullū, [k] ſed ne domus quidē paulò locupletior, expers huius iniuriæ reperietur. [l] qui cùm in cōuiuium veniſſet, ſi quidquam cælati adſpexerat, [m] manum abſtinere, iudices, non poterat. Cn. Pompeius eſt Philo, qui fuit Tyndaritanus, is cenam iſti dabat apud villam in Tyndaritano.

fecit,

*al. Turibulum.

d L. ſed omnium cupidiſſimorum inſan.

* L. potuerant.

e v.c. accipiebantur, non placet.

f L. conſuerunt, &c. & ita v. c.

g L. hoc crimen ag.

h L. patellam.

i v.c. quem volet ille, el.

k v. c. ſed ne domus quidem nulla paulò hoc L. ſed ne domus quidem vlla p. loc.

l al. quin cum in c.

m L. manus.

fecit,quod Siculi non audebant. ille, ciuis Romanus quòd erat, impunitus,id ſe facturum putauit.appoſuit patellam, in qua ſigilla erant egregia. iſte continuò vt vidit,non dubitauit illud inſigne penatium hoſpitaliúmq; deorũ, ex hoſpitali menſa tollere.ſed tamen,quod [n] antea de iſtius abſtinentia dixeram,ſigillis auulſis reliquũ argentũ ſine vlla auaritia reddidit.||Quid? 49
Eupolemo [o] Calactino,homini nobili,Lucullorũ hoſpiti ac perfamiliari, qui nunc apud exercitũ cum L.Lucullo eſt,non idem fecit?cenabat apud eũ. argentum ille ceterum purũ appoſuerat, ne purus ipſe relinqueretur. duo pocula nõ magna,verumtamẽ cum emblematis[p] hic,quaſi feſtiuum acroama,ne ſine corollario de conuiuio diſcederet, ibidem conuiuis [q] inſpectantibus,emblemata [r] auellenda curauit. Neque ego nunc iſtius facta omnia enumerare conor: neq; opus eſt,nec fieri vllo modo poteſt. [s] Tantummodò vniuſcuiuſque de varia improbitate generis iudicia apud vos, & exempla profero. neque enim ita ſe geſſit in his rebus, tanquam rationem aliquando eſſet redditurus: ſed prorſus ita,quaſi aut reus nunquã eſſet futurus,aut, quò plura abſtuliſſet,eò minore periculo in iudiciũ [t] eſſet venturus:qui hæc,quæ dico, iam non occultè,non per amicos,atque interpretes,ſed palàm de loco ſuperiore ageret, pro imperio, & poteſtate.||Catinam cùm veniſſet, oppidum locuples, honeſtum, copioſum, Dionyſiarchum 50
[u] ad ſe Pardiorum,*hoc eſt,ſummum magiſtratum, vocari iubet. ei palàm imperat, vt omne argentum, quod apud quemque eſſet Catinæ, conquirendum curaret,& ad ſe [x] transferendũ. [y] Philarchum Centuripinum, primarium hominem genere,virtute,pecunia, non hoc idem iuratum dicere audiſtis, ſibi iſtum negotium, dediſſe, [z] atque imperauiſſe,vt [a] Centuripinis,in ciuitate totius Siciliæ multò maximam, & locu

n L.antè.
o al.Calatino.al. Gelaſtino.
p v. c. hic tanquam feſt.al.iſte, quæ ſi feſt.
q v. c. ſpectantibus.
r v.c.euellẽda.
s v. c. tantùm vnuſc.
t L. venturus eſſet:& ita v.c.
v al. ad ſe proagorũ, hoc eſt, Proagoras videtur multis Siculis fuiſſe qui Romanis Aedilis.
* al.totum hoc, hoc eſt ſummũ magiſtratum, putãt eſſe gloſſema.
x L.afferendum.
y L.Philiarchum.
z al. atque imperaſſe.
a L Centuripis.

Digitized by Google

cupletiſſima,omne argentum conquireret,& ad
ſe comportari iuberet. Agyrio ſimiliter iſtius
imperio vaſa Corinthia per Apollodorum, quē
51 teſtem audiſtis,Syracuſas deportata ſunt.52||Il-
la verò[b] optima,quòd,cùm Haluntium veniſſet
prætor laborioſus,& diligens,53 ipſe in oppidū
[c]accedere noluit, quòd erat difficili adſenſu,
atq; arduo:Arthagathū Haluntinum, hominem
[d]non ſolùm domi ſuæ,ſed tota Sicilia in primis
nobilem,vocari iuſſit,ei negotiū dedit,vt,quid-
quid Halunti eſſet argenti cælati, aut, ſi quid
etiā Corinthiorū, [e] vt omne ſtatim ad mare ex
oppido deportaretur.adſcendit in oppidū[f] Ar-
tagathus,homo nobilis,[g]qui à ſuis & amari,&
diligi vellet: ferebat grauiter,illam ſibi ab iſto
prouinciam datam : nec,quid faceret, habebat.
pronuntiat,quid ſibi imperatum eſſet: iubet o-
mneis proferre,[h] quæ haberent. metus erat ſū-
mus.ipſe enim tyrannus non diſcedebat lōgius:
[i]Arthagathum, & argentum in lectica cubans
52 ad mare * infra oppidum exſpectabat. || Quem
concurſum [k] factum in oppido putatis? quem
clamorem? quem porrò fletum mulierum? qui
viderent equum Troianum introductū: vrbem
[l]captam eſſe dicerent.* efferri ſine thecis vaſa,
extorqueri alia de manibus mulierum, effringi
multorū foreis,reuelli clauſtra. Quid enim pu-
tatis?ſcuta ſiquando conquiruntur à priuatis in
bello,ac tumultu:tamē homines inuiti dant,et-
ſi ad ſalutem communem dari ſentiunt: ne quē
putetis ſine maximo dolore argentum cælatum
domo, quod alter eriperet, protuliſſe. omnia
deferuntur. Cybyratæ fratres vocantur: pau-
ca improbant: quæ probarant, iis cruſtæ, aut
emblemata[m] detrahuntur. Sic Haluntini, ex-
cuſis deliciis, cum argento puro domum re-
53 uerterūt.||Quod vnquam,iudices: [n] huiuſcemo-
di*euerriculum vlla in prouincia fuit?auertere
ali

b v.c.optima eſt, q.
c L. adſcendere nol. v.c. noluit accedere.
d L.non ſolùm domi, ſed.
e L.id omne ſtatim.
f L. Archagathus.
g L. qui à ſuis amari, & dil.
h v.c.quod haberent.
i L. Archagathum
* al. infra ante oppidum,
k L.in oppido factum p.
l L.captam dicerent.
* al. efferri è gynecis vaſa.
m v.c detrahebantur.
n L. huiuſmodi.
* Euerriculum genus retis piſcatorij à verrendo dictum: vel quòd, ſi quid piſciū fuerit nactum,euerrat.

Digitized by Google

aliquid de publico quàm obſcuriſſimè per magiſtratum ſolebant: [o] etiam aliquid de priuato nonnumquam occultè auferebant: [p] & illi tamẽ cõdẽnabantur.&,ſi quæritis,34 [q] vt egomet mihi detraham:illos ego accuſatores puto fuiſſe,qui huiuſmodi hominũ furta odore, aut aliquo leuiter preſſo veſtigio perſequebantur. Nam nos quidem quid facimus in Verre, quẽ in luto volutatũ totius corporis veſtigiis inuenimus? permagnum eſt in eum dicere aliquid, qui prætериens,lectica paulisper depoſita, non per præſtigias, ſed palàm per poteſtatem, vno imperio oſtiatim totum oppidum [r] compilarit? At tamen, vt poſſit ſe dicere emiſſe, [s] Arthagato imperat, [t] vt aliquid illis,quorum argentũ fuerat, [u] nummulorũ,dicis cauſa,daret. inuenit [x] Artagathus paucos, qui vellent accipere:his dedit. eos nũmos tamen iſte [y] Artagatho non reddidit.voluit Romæ [z] petere Arthagathus:Cn. Lentulus Marcellinus diſſuaſit,ſicut ipſũ dicere [a] audiſtis,atque hac tota de re audiſtis Arthagathi, & Lentuli teſtimonium.||Et,ne fortè hominem exiſti- 54
metis hanc tantam vim emblematum ſine cauſa coaceruare voluiſſe, videte, quanti vos, quanti exiſtimationem populi R.quanti leges, & iudicia,35 quanti [b] teſteis Siculos, negotiatoréſque ferit.poſteaquã tantã multitudinem collegerat emblematum, vt ne vnum quidem cuiquam reliquiſſet:36 inſtituit officinã Syracuſis:in regiã maximam palàm* artifices omneis,cælatores,ac vaſcularios conuocari iubet:& ipſe ſuos [d] compluгeis habebat. 37 eò * conducit magnam hominum multitudinem. menſes octo continuos. [e] opus his non defuit,cùm vas nullum fieret,niſi aureum.tum illa,ex patellis,& thuribulis [f] quæ vellerat, ita ſcitè in aureis poculis illigabat,

ita

o v.c.etiam cùm aliquid.&c. for.etiam tum.
p v. c. & ij tam cõd. al. & hi tamen cond
q v. c. vt ipſe de me detrah.
r v.c. compilauerit? Ac tamen vt poſſit dicere,ſe.
s L.Archagatho.
t v.c. vt illis aliquid.
v L. nummorum.
x L. Archagathus.
y L.Archagatho.
z L. repetere Archagathus. & ita v.c.
a v.c. audiſtis.Rec.Archagathi, & Lentuli teſtimoniũ.
b v.c.teſtis.
c L.Syracuſis in regiã maximam. pal.&ita v. c.al.Syracuſis in regia maxima.
* al. aurifices. d v.c. compluris. * al.eos concludit magna hominum multitudine. e v. c. his opus non def. & ita L. f L. quæ auellerat. v. c. quæ euellerat.

Digitized by Google

ita aptè, in ſcyphis aureis includebat, vt ea ad
illam rem nata eſſe diceres, ipſe tamen prætor,
qui ſua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuiſſe,
in hac officina maiorem partem diei cum tuni-
55 ca pulla ſedere ſolebat,& pallio. || Hæc ego,iu-
dices, non auderem proferre,ni vererer,ne for-
tè plura de iſto ab aliis in ſermone, quàm à me
in iudicio audiſſe vos diceretis. Quis enim eſt,
qui de hac officina,qui de vaſis aureis, qui [g] de
iſtius pallio,tunica pulla non audierit? quẽ vo-
les [h] de conuentu Syracuſanorum virum bonũ
nominato. producã. nemo erit,quin hoc ſe aut
56 vidiſſe,aut audiſſe dicat. || O tempora,ô mores.
nihil nimiùm vetus proferã. [38] [i] Sunt veſtrùm,
iudices, quàm multi,qui L. Piſonem [k] cognouerunt, huius L. Piſonis, qui prætor fuit,patrẽ,
is cùm eſſet in Hiſpania prætor, qua in prouin-
cia occiſus eſt,neſcio quo pacto, dum armis e-
xercetur, [l] annulus aureus,quem habebat,fractꝰ
eſt,& comminutus. cùm vellet ſibi annulum fa-
cere aurificem iuſſit vocari [m] in foro ad ſellam
Cordubę,& ei palàm appendit aurum. hominẽ
in foro [n] ſellam iubet ponere,& facere annulũ,
omnibus præſentibus. Nimirùm fortaſſe dicet
aliquis hunc diligentem. hactenus [p] reprehen-
dat,ſi quis volet: nihil ampliùs. verùm fuit ei
concedendum. filius enim L. Piſonis erat, eius
qui primus de pecuniis repetundis legem tulit.
57 || Ridiculum eſt [q] me nunc de Verre dicere, cũ
de Piſone Frugi dixerim. veruntamen,quantum
intersit,videte iſte cùm aliquot abacorum face-
ret vaſa aurea, [39] [r] non laborauit,qui non mo-
dò in Sicilia,verùm etiam Romæ in iudicio *
audiret. ille in auri ſemuncia tota Hiſpaniam
ſcire voluit, vnde prætori annulus fieret. ni-
mirum, vt hic nomen ſuum comprobauit: ſic
ille cognomen. Nullo modo poſſum omnia
iſtius facta aut memoria conſequi, aut oratio-

g v.c. de iſtius pallio paulò non aud.
h L. è conuentu Syracuſano virum b.& ita v.c.
i L. ſunt veſtrum, iudices,aliquã multi,qui al. alij quã multi.
k L. cognorunt.
l v.c. annulus aureus.
m L. in forum.
n L. iubet ſellam.
o v.c. dicit.
p L. reprehendet,ſi qui volet.
q L. nunc de Verre me dicere.
r L. non laborauit, quid non modò in Sic. al. quin modo ſic. al. quid modo. Vid. Muret. 3. Var. lect.
* al. audiretur.

ne complecti genera ipſa cupio breuiter attin-
gere: vt hic modò me commonuit, Piſonis an-
nulus, quod totum effluxerat. Quàm multis iſtũ
putatis hominibus honeſtis, [s] de digitis annu-
los aureos abſtuliſſe? numquam dubitauit, quo-
tieſcunque alicuius aut gemma, aut annulo de-
lectatus eſt. [t] Incredibilem rem dicam, ſed tam
claram, vt ipſum negaturum non arbitrer. ‖ Cùm 58
Valentio eius interpreti [u] epiſtola Agrigenti
allata eſſet caſu ſignum iſte animaduertit in [x]
cretula placuit ei: exquiſiuit, vnde eſſet epiſto-
la: reſpondit Agrigento [y] iſte literas ad quos
ſolebat, miſit, vt iis annulus ad ſe primo
quoque tempore afferretur in literis iſtius, pa-
trifamilias [z] L. Titio cuidam ciui R. annulus
de digito detractus eſt. Illa verò eius cupiditas
incredibilis eſt, nam vt ſingula conclauia, quæ
iſte nõ modò Romæ, ſed [a] omnibus in villis ha-
bet, tricenos lectos optimè ſtratos cum ceteris
ornamentis conuiuij quæreret, nimiùm multa
comparare videretur. nulla domus in Sicilia lo-
cuples fuit, vbi iſte non [b] textrinam inſtituerit.
‖ Mulier ex Segeſtana perdiues, & nobilis, Lamia 59
nomine per triennium iſti plena domo [c] telarũ,
ſtragulam veſtem confecit: nihil niſi conchylio
tinctũ 40 Attalus homo pecunioſus, [d] nec vul-
gò Lilybæi, Critolaꝰ Ennę, Syracuſis AEſchrio,
Cleomenes, Theomnaſtus, Pelori Archonides,
Megiſtus: [e] vox me citius defecerit, quàm nomi-
na. Ipſe dabat purpuram tantùm, amici operas.
credo. iam enim non libet omnia criminari. [f]
quaſi hoc mihi non ſatis ſit ad crimen, habuiſſe
tam multum, quod daret: voluiſſe deportare tã
multa: 41 hoc denique quod* concedit, amico-
rum operis eſſe in huiuſcemodi rebus vſum. ‖ Iã 60
verò lectos * æratos, & candelabra ænea num
cui præter iſtum Syracuſis per triennium facta
eſſe exiſtimatis? Emebat, credo. Sed tantùm vos
cer-

s L. de digitis annulos abſtuliſſe? & ita v.c.
t L. incredibile dicam: ſed ita clarum vt.
v L. epiſtola Agrigento all. & ita v.c.
x al. cerula.
y L. iſte ad quos ſolebat, literas miſit.
z L. L. Titio, ciui R. annulus.
a v.c. in omnibus villis h.
b v.c. textrinium.
c v.c. tela.
d L. Neti: Lyſo Lilybæi.
e v.c. dies me citius defecerit, q. & ita L.
f L. quaſi verò hoc mihi non.
* al. concepit.
* Vide Pl. li. 34. c. 3.

certiores iudices, facio quid iſte in prouincia prætor egerit, ne cui fortè negligens nimiùm fuiſſe videatur, neque ſe ſatis cùm poteſtatẽ habuerit, inſtruxiſſe & ornaſſe. Venio nunc [g] non ad furtum, non ad auaritiam, non ad cupiditatẽ, [h] ſed ad eiuſmodi facinus, in quo omnia neſaria contineri mihi, atque ineſſe videãtur: in quo [i] dij immortales violati, exiſtimatio atque auctoritas nominis populi R. imminuta hoſpitium ſpoliatum ac proditum abalienati ſcelere iſtius à nobis omnes reges amiciſſimi nationéſq;, quę

61 in eorum regno, ac ditione ſunt. || Nã reges Syriæ, regis Antiochi filios pueros, ſcitis Romæ nuper fuiſſe: qui venerant non propter Syriæ regnum: nam id ſine controuerſia obtinebant, vt à patre, & à maioribus acceperant. ſed regnum Aegypti ad ſe, [k] & ad Selinen matrem ſuã, pertinere arbitrabantur. [l] Hi ipſi poſtquam temporibus populi R. excluſi, per ſenatũ agere quæ voluerant, non potuerunt, in Syriam in regnum patrium profecti ſunt. eorum alter, qui Antiochus vocatur, iter per Siciliã facere voluit. itaq;

62 iſto prætore venit Syracuſas. || hic Verres hereditatem ſibi veniſſe arbitratus eſt, quòd in eius regnum, ac manus venerat is, quem iſte, & audierat multa ſecum præclara habere, & ſuſpicabatur. mittit homini munera ſatis largè: hæc ad vſum domeſticum: [m] vini, olei quod viſum erat: etiã tritici, quod ſatis eſſet, [42] [n] de his decumis, deinde ipſum regem [o] ad cenam vocauit. exornat amplè, magnificéque tricliniũ: exponit ea, quibus [p] abundabat, plurima ac pulcherrima vaſa argentea. námque hæc aurea nondum fecerat, omnibus curat rebus inſtructũ, & paratũ vt ſit conuiuiũ. Quid multa? Rex ita diſceſſit, vt & iſtũ copioſè ornatũ, & ſe honorificè acceptũ arbitraretur. vocat ad cenam deinde ipſe prætorem: [43] exponit ſuas copias omneis, multũ ar-

g L. non iã ad furt.
h v.c. ſed eiuſmodi.
i v.c. di im mort.
k L. & ad Selenem, matr.
l L. Hi poſteaquàm temporibus reip.
m v.c. olei, vini quod viſum eſt. & ita L.
n v.c. de ſuis decumis.
o L. id cenã vocat.
p v.c. habũdabat.

gentum, non pauca etiam pocula ex auro, quæ, vt mos eſt regius, & maximè in Syria, gemmis erant diſtincta clariſſimis. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi,[q] trulla excauata cum manubrio aureo.[r] de qua, credo, ſatis idoneum, ſatis grauem teſtem, Qu. Minucium dicere audiſtis. ‖ Iſte vnumquodque vas in manus 63
ſumere, laudare, mirari. Rex gaudere, prætori populi R. ſatis iucundum, & grãtum illud eſſe conuiuium. poſteaquam inde diſceſſum eſt, cogitare [s] iſte nihil aliud, quod ipſa res declarauit, niſi quemadmodum regẽ ex prouincia ſpoliatum, expilatúmque dimitteret. mittit rogatū vaſa ea, quæ pulcherrima apud illum viderat: ait ſe ſuis cælatoribus velle oſtendere. Rex qui iſtū nõ noſſet, ſine vlla ſuſpicione libentiſſimè dedit. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum:[t] velle eam ſe diligentiùs conſiderare. ea quoque ei mittitur. ‖ Nunc reliquum iudices, attendite, 64.
de quo & vos audiſtis, & populus R. non nunc primùm audiet, & in exteris nationibus vſq; ad vltimas terras peruagatum eſt. Candelabrum è gemmis clariſſimis opere mirabili perfectū, reges hi, quos dico, Romam cùm attuliſſent, vt in Capitolio ponerent:[u] quòd nondum etiam perfectum templum offenderant, 44[x] neque ponere, neque vulgò oſtendere, ac proferre * voluerunt: vt & magnificentius videretur, cùm ſuo tempore [y] in ſella Iouis Opt. Max. poneretur: & clarius, cùm purchritudo eius recens ad oculos hominum, atque integra perueniret. ſtatuerunt id ſecum in Syriam reportare: vt, cùm audiſſent ſimulacrum [z] Iouis Optimi maximi dedicatum. legatos mitterent, qui cum ceteris rebus, illud quoque eximium, atque pulcherrimū donum in Capitolium afferrent. Peruênit res ad iſtius aureis, neſcio quomodo. [a] nam rex id celatum voluerat: [b] non quo quidquam metue-

q L. trulla excauata manubrio aureo.
r v. c. de qua ſatis credo, idõ.
s v. c. nihil iſte aliud, quod &c. al nihil aliud quàm id quod res ipſa declarauit, quemadmodum reg.
t v. c. velle ſe eam dilig. & ita L.
v v. c. q nõ dum perf.
x L. neque ponere potuerunt, nè que vulgò eſt.
* al. potuerunt. vide Non. c. 4. in offendere.
y L. in ſella Iouis.
z v. c. I. O. M.
a v. c. nam rex celatū. voluerat.
b al. non quòd.

tueret,aut ſuſpicaretur,ſed vt ne multi illud ante perciperent oculis,quàm populus R. Iſte petit à rege,& eum pluribus verbis rogat, [c] vti ad ſe mittat:cupere ſe dicit inſpicere,neque ſe a-
65 liis videndi poteſtatem eſſe facturum. ‖Antiochus,qui animo & puerili eſſet, [d] & regio,nihil de iſtius improbitate ſuſpicatus eſt : imperat ſuis,vt id prætorium inuolutum quàm occultiſſimè deferrent. quo poſteaquam attulerunt,inuolucriſque reiectis conſtituerunt: [e] iſte clamare cœpit , dignam rem eſſe regno Syriæ , dignam regio munere,dignam Capitolio.Etenim erat eo ſplendore , qui ex clariſſimis , [f] & plurimis gemmis eſſe debebat:ea varietate operũ, vt ars certare videretur cum copia·ea magnitudine,vt intelligi poſſet,non ad hominum apparatum,ſed ad ampliſſimi templi ornamentum [g] eſſe factum. quòd cùm ſatis iam perſpexiſſe videretur,tollere incipiunt,vt referrent. Iſte ait, ſe velle illud etiam,atque etiã conſiderare: nequaquam ſe eſſe ſatiatum.iubet illos diſcedere,
66 & candelabrum relinquere.‖Sic illi tum inanes ad Antiochum reuertuntur. Rex primò nihil metuere, nihil ſuſpicari. dies vnus,alter,plures: non referri. Tum mittit rex ad iſtum , ſi ſibi videatur,vt reddat. Iubet iſte poſteriùs ad ſe reuerti.mirum illi videri: mittit iterum. non redditur. Ipſe hominem appellat:rogat, vt reddat. Os hominis,inſignémque impudentiã cognoſcite.Quod ſciret,quódq; ex ipſo rege audiſſet, in Capitolio eſſe ponendum : quod Ioui Optimo Maximo,quod populo R. ſeruari videret,id ſibi vt donaret,rogare, [h] & vehementer petere cœpit.Cùm ille ſe & religione Iouis Capitolini,& hominum exiſtimatione impediri diceret, quòd multæ nationes teſtes eſſent illius operis, ac muneris:iſte homini minari acerrimè cœpit. Vbi videt eum nihilo magis minis,[45] quã precibus[i] permoueri:repentè hominẽ de prouincia

c L. vt id ad ſe m.

d v.c.& religioſo,&c. non placet.

e v.c.clamare iſte cœpit.

f v.c. & pulcherrimis g.

g v.c.eſſe factum.cũ ſatis.

h v.c.& vehementiſſimè pet.

i v.c. remoueri.

* Edictum Verris aduerſus Antiochum.

* iubet ante noctem [k] diſcedere. ait ſe compe-
riſſe,ex eius regno piratas in Siciliam eſſe vētu-
ros. ||Rex maximo cōuentu Syracuſis in foro, 67
ne quis fortè me in crimine obſcūro verſari, 46
atque affingere aliquid [l] ſuſpicione hominum
arbitretur, in foro, inquam Syracuſis flens. [m]
deos, hominéſque cōteſtans, clamare cœpit, cā-
delabrum factum è gemmis, quod in Capitoliū
miſſurus eſſet, quod in templo clariſſimo, [n] po-
pulo R. monumentum ſuæ ſocietatis, amicitiæ-
que eſſe voluiſſet: id ſibi C. Verrem abſtuliſſe:
de ceteris operibus ex auro,& gemmis, quæ ſua
penes illum eſſent, ſe non laborare: hoc ſibi eri-
pi miſerum eſſe,& indignum. id etſi antea iam
mente,& cogitatione ſua, fratriſque ſui conſe-
cratum eſſet: tamen tum ſe in illo conuentu ci-
uium Rom. dare, donare, dicare, conſecrare Ioui
Opt. Max. teſtémque ipſum Iouem ſuæ volun-
tatis, ac religionis adhibere. Quæ vox? quæ la-
tera? quę vires huius vnius criminis querimoniā
[o] poſſint ſuſtinere? Rex Antiochus, qui Romæ
ante oculos omnium noſtrûm biennium ferè
comitatu regio, atque ornatu fuiſſet, is cùm a-
micus,& ſocius populi R. eſſet, amiciſſimo pa-
tre, auo, maioribus antiquiſſimis, & clariſſimis
regibus, opulentiſſimo & maximo regno, [p] præ-
ceps è prouincia populi R. exturbatus eſt. || Quē- 68
admodū hoc accepturas nationes exteras: quē-
admodum huius tui facti famam in regna alio-
rū, atque in vltimas terras peruenturam putaſti,
cùm audierint [q] à prætore populi R. in prouin-
cia violatum regem, ſpoliatū hoſpitē, eiectū ſo-
cium populi Ro. atq; amicum? Nomen veſtrū,
populiq; R. odio atque acerbitati ſcitote na-
tionibus exteris, iudices, futurum ſi iſtius hæc
tanta iniuria impunita diſceſſerit. ſic omnes ar-
bitrabātur, præſertim [r] cū hæc omnino fama de
noſtrorū hominū auaritia,& cupiditate percre-
bruerit, nō iſtius ſoliꝰ hoc eſſe facinus, ſed eorū
etiā

* Dictum Verris aduerſus Antiochum.
k v. c. decedere.
l L. ſuſpicioni hominū arb.
m L. atque deos homineſq; cōt.
n v.c. P.R.
o v.c. poſſunt.
p v.c. præceps prouincia P.R.
q v.c. à pr. in prouin.
r L. cùm hæc fama de noſt.

etiã,qui approbarint. Multi reges,multæ liberæ
ciuitates multi priuati,opulẽti,ac potẽtes habẽt
profectò in animo Capitoliũ ſic ornare,vt tẽpli
dignitas, imperiiq́ue noſtri nomẽ deſiderat. qui
ſi intellexerint,interuerſo regali hoc dono,gra-
uiter vos tuliſſe:grata fore vobis,populóq;Ro.
ſua ſtudia,ac dona arbitrabuntur.ſin hoc vos in
rege tam nobili,in re tam eximia , in iniuria tã
acerba,neglexiſſe audierint:nõ erunt tam amẽ-
tes,vt operã,curã,pecuniã impendant in eas res
69 quas vobis gratas fore non arbitrentur. || Hoc
loco, Qu. Catule,te appello. loquor enim de
tuo clariſſimo,pulcherrimóque monumẽto: nõ
iudicis ſolùm ſeueritatem in hoc crimine, ſed
propè inimici,atque accuſatoris vim ſuſcipere
debes. tuus eſt enim honos in illo templo, ſe-
natus,populique R. beneficio:tui nominis æ-
terna memoria ſimul cum tẽplo illo conſecra
tur. tibi hæc cura ſuſcipienda, tibi hæc opera
ſumẽda eſt,vt Capitolium,[s] quomodo magnifi-
cẽtiùs eſt reſtitutum,ſic copioſiùs ornatum ſit,
quàm fuit:vt illa * flãma diuinitus extitiſſe vi-
deatur,[t] non quæ deleret Iouis Opt.Max. tem-
plũ,ſed quæ præclarius,magnificẽtiuſq; depoſ-
70 ceret.||Audiſti,Qu. Minuciũ Rufum dicere, do-
mi ſuæ [u] diuerſatum eſſe Antiochum regẽ Sy-
racuſis: ſe illud ſcire ad iſtum eſſe delatum: ſe
ſcire non redditum.audiſti, [x] & audies omni è
conuentu Syracuſano,qui ita dicant,ſeſe audiẽ-
tibus,illud Ioui Opt.Max. dicatum eſſe [y] ab re-
ge Antiocho,& conſecratum. Si iudex non eſ-
ſes,& hęc ad te delata res eſſet:te potiſſimũ hoc
perſequi, [z] te petere & agere oporteret. Quare
nõ dubito,quo animo iudex huius criminis eſſe
debeas,qui apud alium iudicem multò acrior,
quàm ego ſum, auctor,accuſatorque eſſe debe-
71 res.||Vobis autem,iudices, quid hoc indignius,
aut quid minùs ferendum videri poteſt? Ver-
réſne habebit domi ſuæ [a] candelabrum Iouis

s v.c.quem admodum.

* Mortuo enim Sylla Capitoliũ conflagrauit.

t L. non quæ Iouis Opt. Max. templum deleret, ſed q.

v L.deuerſatum eſſe Ant.

x al. & audies omneis è conuentu Syr.

y v. c. à rege.

z v.c. te petere,te agere op.

a v.c.candelabrum Iouis è gem.

Opt. Max. è gemmis, auróque perfectum? cuius fulgore collucere, atq; illuſtrari Iouis Opt. Max. templum oportebat, id apud iſtū in eiuſmodi conuiuiis conſtituetur, quæ domeſticis ſtupris, flagitiiſq; flagrabunt? In iſtius lenonis turpiſſimi domo ſimul cum ceteris Chelidonis hereditariis ornamentis, Capitolij ornamenta ponentur? Quid huic ſacri vmquam fore, aut quid [b] fuiſſe religioſi putatis, qui nunc tanto ſcelere ſe obſtrictum eſſe non ſentiat? qui in iudicium veniat, vbi ne precari quidem Iouē Opt. Max. atque ab eo auxilium petere more omniū poſſit? à quo etiam dij immortales ſua repetunt in eo iudicio, quod hominibus [c] ad ſuas res repetundas eſt conſtitutum. Miramur Athenis Mineruam, Deli Apollinem, Iunonem Sami, Pergæ Dianam, multos prȩterea ab iſto deos tota Aſia, Græciáque violatos, qui à Capitolio manus abſtinere nō potuerit? quod priuati homines de ſuis pecuniis ornāt, ornaturique ſunt, id C. Verres ab regibus ornari [d] non eſt paſſus. || Itaque 71 hoc nefario ſcelere concepto, nihil poſtea tota in Sicilia neque ſacri, neque religioſi [e] eſſe duxit. ita ſeſe in ea prouincia per trienniū geſſit, vt ab iſto non ſolùm hominibus, verùm etiā diis immortalib. bellum indictū putaretur. || Se- 72 geſta * eſt oppidū peruetus in Sicilia, iudices, q; ab * Ænea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente conditum eſſe demonſtrant. Itaq; Segeſtani non ſolùm perpetua ſocietate, atque amicitia, verùm etiā cognatione ſe cum populo R. coniunctos eſſe arbitrantur. Hoc quondam oppidum, cùm illa ciuitas cum Pœnis ſuo nomine, ac ſua ſponte bellaret, à Karthaginenſib. vi captū, atque deletū eſt: omniáque, quæ ornamento vrbi eſſe poſſent, Karthaginem ſunt ex illo loco deportata. fuit apud Segeſtanos ex ære [f] Dianæ ſimulacrum, tum ſumma atque antiquiſſima præditum religione, tū ſingulari opere,

b v.c. religioſi fuiſſe p.

c al. ad ſuas res repetendas.

d v. c. non paſſus eſt.

e L. duxit eſſe.

* Strab. li. 6. ἄγεστα.

* vide Str. lib. 6.

f L. ſimulacrum Dianæ cū ſumma, atque ant. & ita v.c.

te artificioque perfectum. hoc tranſlatum Kar-
thaginem,locum tantùm,hominéſque mutarat,
religionem quidẽ priſtinã [g] conſeruabat. nam g v.c.ſerua bat.
propter eximiam pulchritudinem,etiam hoſtib.
digna , quam ſanctiſſimè colerent , videbatur.
73 || aliquot ſæculis pòſt, P. Scipio bello Punico
tertio Karthaginem cepit:qua in victoria(vide-
te hominis virtutem,& diligentiam , vt & do-
meſticis præclariſſimæ virtutis exẽplis gaudea-
tis, & in eo maiore odio dignam iſtius incredi-
bilem audaciã iudicetis) 4[7] conuocatis* Siculis * Vide Plu. in Apophteg.& Apiã.
omnibus,quòd diutiſſimè ſæpiſſiméque Siciliã
vexatam à Karthaginenſibus [h] eſſe cognorat, h L. cognorat.
iubet omnia cõquiri:pollicetur,ſibi magnæ cu-
ræ fore,vt omnia ciuitatibus,quæ cuiuſq; fuiſ-
ſent,reſtituerentur. Tum illa,quæ quondã [i] fue- i v.c. erant Him.
rant Himera ſublata,de quib⁹ antea dixi,Ther-
mitanis ſunt reddita:tum alia* Gelenſibus, alia * al.Gellenſibus.
Agrigentinis:in quibus etiam ille nobilis tau-
rus,quem crudeliſſimus omniũ tyrannorũ Pha-
lari habuiſſe dicitur,quò viuos,ſupplicij cauſa,
demittere homines,[k] & ſubiicere flammã ſole- k L.& cui ſubiic.
bat. quem taurũ Scipio cùm redderet Agrigen-
tinis,dixiſſe dicitur,æquum eſſe illos cogitare,
[l] vtrùm eſſet Siculis vtilius,ſuiſne ſeruire,[m] an l v.c.vtrum eſſet Agrigentinis vtilius,&c.
populo R. obtemperare: cùm idem monumen-
tũ & domeſticæ crudelitatis, & noſtræ mãſue-
74 tudinis haberent.|| Illo tempore Segeſtanis ma- m v.c.anne pop.
xima cum cura hæc ipſa Diana,de qua dicimus,
redditur:reportatur Segeſtã: in ſuis antiquis ſe-
dibus ſumma gratulatione ciuium,& lætitia re-
ponitur. Hæc erat poſita Segeſtæ , ſanè excelſa
in baſi:in qua 4[8] grandibus literis P. Africani
nomen erat inciſũ,eũq; Karthaginè capta reſti- * al. antiquius.
tuiſſe,perſcriptũ colebatur à ciuib.ab omnibus
aduenis viſebatur. cũ quæſtor eſſem,nihil mihi * Dianę Segeſtanę ſimulachrũ eiúſque deſcriptio.
ab illis eſt demonſtratum * priùs.*Erat admodũ
amplũ,& excelſum ſignum cum ſtola:verunta-
men inerat in illa magnitudine ætas,atq; habi-

tus virginalis.ſagittæ pendebant ab humero:ſi-
niſtra manu retinebat arcum : dextra ardentem 75
n v.c.ſacrorum omnium, & religionum hoſtis, prædoque vid.
facem præferebat.‖ Hanc cùm iſte [n] ſacrorum
omnium hoſtis,religionúmque prædo vidiſſet:
49 quaſi illa ipſa face percuſſus eſſet,ita flagra-
re cupiditate,atq; amentia cœpit. imperat ma-
giſtratibus iſte,vt eam demoliantur, & ſibi dět:
nihil ſibi gratius oſtendit futurũ. illi verò dice-
o v.c.ſibi id nef.
re,[o] id ſibi nefas eſſe:ſéque cũ ſumma religio-
p v.c.cum petere ab eis,tum.
ne,tum ſummo metu legum,& iudiciorum te-
neri. iſte [p] tum petere ab illis,tum minari, tum
ſpem, tum metum oſtendere. Opponebant illi
q L.P.Africani.
interdum nomen [q] Africani:donum populi R.
illud eſſe dicebant:nihil ſe in eo poteſtatis ha-
bere,quod imperator clariſſimus,vrbe hoſtium
capta, monumentum victoriæ populi Ro. eſſe 76
voluiſſet. ‖Cùm iſte nihilo remiſſiùs,atq; etiam
multò vehementiùs inſtaret quotidie : res agi-
tur in ſenatu:vehementer ab omnibus reclama-
tur. Itaque illo tempore,ac primo iſtius aduen-
tu pernegatur. poſtea,quidquid erat oneris in
nautis remigibúſq; exigendis,in frumento im-
perando,Segeſtanis , præter ceteros imponebat
aliquãtò amplius,quàm ferre poſſent. præterea
r v. c.optimum quẽque, & nobiliſs.
magiſtratus eorum euocabat: [r] optimum,& no-
biliſſimum quemque ad ſe arceſſebat : circum
omnia prouinciæ fora rapiebat : [s] ſingillatim
s v.c.ſingulatim.
vnicuique calamitati fore ſe denuntiabat : v-
niuerſam ſe funditus illàm euerſurum eſſe ci-
uitatem minabatur. Itaque aliquando , multis
malis,magnoque metu victi Segeſtani,prætoris
imperio parendum eſſe decreuerunt. magno cũ
luctu,& gemitu totius ciuitatis,multis cum la-
crymis , & lamentatione virorum mulierúm-
que omnium ſimulacrum Dianæ tollendum
t v. c. religio fuerit.
locatur.‖ Videte quanta [t] religione fuerit. a- 77
pud Segeſtanos repertum eſſe, iudices , ſcitote
neminem , neque liberum , neque ſeruum , ne-
que ciuem,neque peregrinum,qui illud ſignum
auderet attingere. Barbaros quoſdam Lily-

Digitized by Google

beo ſcitote [u] aduocatos eſſe operarios. hi de- v v.c.adductos.
nique illud,ignari totius negotij,ac religionis,
mercede accepta,ſuſtulerunt. quod cùm ex op-
pido [x] exportaretur,quem conuentum mulierũ x L.exportabatur.
factum eſſe arbitramini?quem fletum maiorum
natu? quorum nonnulli etiam illum diem me-
moria tenebant,cum illa eadem Diana Segeſtã,
Karthagine reuecta, victoriam populi R.reditu
ſuo nuntiaſſet. Quàm diſſimilis hic dies illi tẽ-
pori videbatur?tũ imperator populi R. vir cla-
riſſimus,deos patrios reportabat Segeſtanis ex
vrbe hoſtium recuperatos.nunc ex vrbe ſocio-
rum prætor eiuſdem populi turpiſſimus , atque
impuriſſimus eoſdẽ illos deos nefarios ſcelere
auferebat. [y] Quid hoc tota Sicilia eſt clarius, y L. Quid tota Sicilia eſt clarius, quàm omneis.
quàm omneis Segeſtanas matronas , & virgines
conueniſſe,cùm Diana exportaretur ex oppido?
vnxiſſe vnguentis?cõpleſſe coronis,& floribus?
thure, [z] odoribuſque incenſis vſque ad agri fi- z v.c.odoribus incẽſis.
78 neis proſecutas eſſe?|| Hanc tu tantam religionẽ
ſi tum in imperio propter cupiditatem,atq; au-
daciã non pertimeſcebas:ne nunc quidẽ in tãto
tuo,liberorúmque tuorũ periculo perhorreſcis?
Quem tibi aut hominem,inuitis diis immorta-
libus,aut verò deum, tantis eorum religionibꝰ
violatis,auxilio futurum putas?Tibi illa Diana
in pace,atque in otio religionem nullam attu-
lit?quę cùm [a] duas vrbeis,in quibus locata fue- a v.c.ſuas vrbeis.
rat,captas,incenſaſq; vidiſſet,bis ex duorũ bel-
lorum flamma,ferróq; ſeruata eſt: quæ Kartha-
ginienſiũ victoria,loco mutato, religionẽ tamẽ
non amiſit:P.Africani virtute religionem ſimul
cũ loco recuperauit.Quo quidem ſcelere ſuſce-
pto,cùm inanis eſſet baſis, & in ea P. Africani
nomen inciſum:res indigna , atque intoleranda
videbatur omnibus non ſolum religiones eſſe
violatas,verùm etiã P. Africani,viri fortiſsimi,
rerum geſtarũ gloriam,memoriã virtutis , mo-
79 numenta victoriæ , C. Verrem ſuſtuliſſe.|| Quòd
cum

Digitized by Google

cùm iſti renuntiaretur de baſi ac literis, exiſti-
mauit homines in obliuionem totius negotij
eſſe venturos, ſi etiam baſim, tanquam indicem
ſui ſceleris, ſuſtuliſſet. itaque tollendam iſtius
imperio locauerunt: quæ vobis locatio ex pu-
blicis [b] Segeſtanorum literis priore actione re-
citata eſt. Te nunc, P. Scipio, te, inquam lectiſſi-
mum, ornatiſſimumque adoleſcentem appello:
abs te officium tuum, debitum generi, & nomini
requiro, & flagito. Cur pro iſto qui laudem, [c]
honorémq: familiæ veſtræ depeculatus eſt, pu-
gnas? cur eum defenſum eſſe vis? cur ego tuas
parteis ſuſcipio? cur [d] tuum munus ſuſtineo? [e]
M. Tullius P. Africani monumenta requirit: P.
Scipio eum, qui illa ſuſtulit defendit. cùm mos
à maioribus traditus ſit, vt monumenta maiorũ
ita ſuorũ quiſque defendat, vt ea ne ornari qui-
dem nomine alieno ſinat: tu iſti aderis, 50 [f] qui
non obruit aliqua ex parte monumenta P. Sci-
pionis, ſed funditus ſuſtulit, ac deleuit? || Quiſ- 80
nam igitur per deos immortaleis tuebitur P.
Scipionis memoriam mortui? quis monumenta.
atque indicia virtutis, [g] ſi tu ea relinquis, ac de-
ſeris? neque ſolùm ſpoliata illa [h] patiere, ſed
etiam eorum ſpoliatorem, vexatorémq; defen-
des? adſunt Segeſtani, clientes tui, ſocij populi
Ro. atque amici certiorem te faciunt, P. Afri-
canum, Karthagine deleta, ſimulachrum Dianæ
maioribus ſuis reſtituiſſe: ídque apud Segeſta-
nos, eius imperatoris nomine poſitum, ac dedi-
catum fuiſſe: hoc Verrem demoliendum, & aſ-
portandum, noménque omnino P. Scipioni de-
lendum, tollendúmque curaſſe: orant te, atque
obſecrant, vt ſibi religionẽ, generi tuo laudẽ,
gloriámq; reſtituas: vt [i] per Africanũ ꝙ ex vrbe
hoſtiũ recuperarint, id per te ex prędonis domo
conſeruare poſſint. [k] Quid aut tu his reſpõdere
honeſtè potes, aut illi facere, niſi vt te, ac fidem
tuã implorẽt? adeũt, & implorãt. potes domeſti-
cæ lau-

b v.c. literis Segeſtanorum.
c v.c. honorémque tuum, familiæque tuę.
d L. quum onus ſuſtinet?
e v.c. Cur M. Tullius P. Africani monumenta requirit: P. Scipio eũ qui illa ſuſtulit, defendit?
f L. & v.c. qui non obſtruxit aliq. al. qui non obtruſit aliq.
g L. ſi tu ea relinques ac deſeres. nec ſolùm ſpoliata illa,
h v c patiearis.
i L. quod ex vrbe hoſtium per P. Afric. recup. id per te.
k L. quid aut his reſ.

cę laudi amplitudinē,Scipio,tueri,potes:omnia [l] in te ſunt,quę aut fortuna hominib.aut natura largitur.non pręcerpo fructū officij tui:nō alienam mihi laudem appeto: non eſt pudoris mei, P.Scipione florētiſſimo adoleſcente,viuo,&incolumi,me propugnatorem [m] monumentorum

81 P.Scipionis,defenſorémque profiteri. || Quamobrem ſi ſuſcipis domeſticæ laudis patrociniū, me nō ſolùm ſilere de veſtris monumētis oportebit,[n] ſed etiam lætari,P.Africani[o] eiuſmodi eſſe fortunas mortui, vt eius honos ab iis, qui ex eadem familia ſint, defendatur,neque vllum [q] aduentitium requiratur auxilium. [r] Sin iſtius amicitia te impediet:ſi hoc, [s] quod abs te poſtulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere:ſuccedam ego vicarius tuo muneri: ſuſcipiā parteis,quas alienas eſſe arbitrabar, [t] ne iſta præclara nobilitas deſinat queri, populum Ro.hominibus [u] nouis atque induſtriis libenter honores mādare,ſempérque mandaſſe. Non eſt querendū [x] in hac ciuitate,quæ propter virtutem omnibus nationibus imperat, virtutem plurimum poſſe.Sit apud alios imago P.Africani:ornentur alij,mortui virtute,ac nomine.talis ille vir fuit: ita de populo Rom.meritus eſt, vt non vni familiæ,ſed vniuerſę ciuitati commendatus eſſe debeat. Eſt aliqua mea pars virilis, quòd eius ciuitatis ſum,quam ille amplā, illuſtrem,claramq; reddidit: præcipuè quòd in his artibus pro mea parte verſor,quarum ille princeps fuit,æquitate,induſtria,temperātia,defenſione miſerorū,odio improborum: quæ cognatio ſtudiorum,& artium,propemodum non minùs eſt cōiuncta,quàm iſta, qua vos delectami-

82 ni generis,& nominis. || Repeto abs te, Verres, monumentū P.Africani: cauſam Siculorū,quam ſuſcepi relinquo: iudicium de pecuniis repetūdis ne ſit hoc tempore: Segeſtanorum iniuriæ negligantur:baſis P.Africani reſtituatur: [y] nomen

l v.c. ſunt in te. & ita L.
m vox,monumentorum,ab eſt à v.c.
n v.c.ſed & l.
o L.eiuſmodi fortunā eſſe mort.
p v.c. ſunt
q L. aduentitium auxilium requiratur.
r L.Si iſtius
s L.quod ego abs te, &c.
t fort. vt iſta,al.tum modo.
v L. nouis induſtrīs.
x L. in ea ciuit.

mẽ [y] inuictiſſimi imperatoris incidatur: ſignũ pulcherrimũ [z] Karthagine captũ reponatur. Hæc abs te non Siculorum defenſor, non tuus accuſator, non Segeſtani poſtulant: ſed is, qui laudem, gloriámque P. Africani tuendam, conſeruandámque ſuſcepit. Non vereor, ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem: qui cùm res maximas geſſerit, monumentáque [a] ſuarum rerum maximè conſtituat, atque in his elaboret: profectò volet hæc non ſolùm ſuis poſteris, verùm etiam omnibus viris fortibus, & bonis ciuibus defendenda, [b] non ſpolianda improbis trad[...] Non vereor, ne tibi, Q. Catule, diſpliceat, cuius [c] ampliſſimum in orbe terrarum clariſſimúmque monumentum eſt, quàm plurimos eſſe cuſtodes monumentorum, & putare omneis bonos alienæ gloriæ defenſionem ad officium ſuum pertinere. ‖ [d] Et quidem cete- 83
ris iſtius furtis, atque flagitiis ita moueor, vt ea reprehendenda tantùm putem: hìc verò tanto dolore afficior, vt [e] nihil mihi indigniùs ferendum videatur. Verres Africani monumentis domum ſuam, plenam ſtupri, plenam flagitij, plenam dedecoris, ornabit? Verres [f] temperatiſſimi, ſanctiſſimique viri monumentum, Dianæ ſimulacrum virginis, in ea domo collocabit, in qua ſemper meretricum, lenonũmque flagitia verſantur? ‖ At hoc ſolùm Africani monumen- 84
tum violaſti? quid? à [g] Tyndaritanis non eiuſdem Scipionis beneficio poſitum ſimulachrum Mercurij, pulcherrimè factum, ſuſtuliſti? At quemadmodum, dij immortales? quàm audacter! quàm libidinosè! quàm impudenter! audiſtis nuper dicere legatos [h] Tyndaritanos, homines honeſtiſſimos, ac principes ciuitatis: Mercurium, qui ſacris anniuerſariis apud eos, ac ſumma religione coleretur, quem P. Africanus, Karthagine capta, [i] Tyndaritanis nõ ſolùm ſuæ victoriæ, ſed etiam illorum fidei, ſocietatiſque monu

y v. c. inuicti.
z L. Karthathagine capta recuperatum reponatur. al. Karthagine capta receptum reportatur al. captum receptum reponatur.
a L. ſuarum rerum geſtarum quã maxime conſt. al. nunc maximè.
b fort. non improbis ſpolianda trad.
c L. ampliſſimum orbis terr.
d L. Equidẽ ceteris.
e L. nihil me indignius, nihil minus ferend.
f al. tempe rantiſsimi.
g L. Tindaritanis.
h L. Tindaritanos.
i Tindaritanis.

Digitized by Google

monumentum,atq; indicium dediſſet:huius vi, ſcelere,imperióq; eſſe ſublatum.qui vt primùm in illud oppidum venit,ſtatim, tanquam ita fieri non ſolum oporteret,ſed etiam neceſſe eſſet, tanquam hoc ſenatus mandaſſet,populuſq; Ro. iuſſiſſet:ita continuò, ſignum vt demolirentur,
85 & Meſſanam deportarēt,imperauit.¶ Quòd cùm illis,qui aderant, indignum:qui audiebant, incredibile videretur: non eſt ab iſto, primo illo aduentu,perſeueratum. diſcedens mandat proagoro Sopatro,cuius verba audiſtis, vt demoliatur.cùm recuſaret,vehementer minatur.[55] Ita * tum ex illo oppido proficiſcitur. [k] Proagorus refert rem ad ſenatum:vehementer vndique reclamatur.ne multa:iterum iſte [l] aliquanto pòſt ad illos venit,quærit continuò de ſigno. reſpōdetur ei ſenatum non permittere:pœnam capitis conſtitutam,ſi iniuſſu ſenatus quiſquam attigiſſet:ſimul religio commemoratur. Tum iſte: Quam mihi religionem narras? quam pœnam? quem ſenatum? viuū te non relinquam:moriere virgis,[m] niſi ſignum traditur, [n] Sopater iterum flens ad ſenatum defert iſtius cupiditatem, minàſq; demonſtrat. Senatus Sopatro reſponſum nullum dat,ſed commotus,perturbatúſq; diſcedit.[o] Ille prætoris arceſſitus nuntio, rem demōſtrat: negat vllo modo fieri poſſe. Atque hæc (nihil enim prætermittendum de iſtius impudentia videtur) agebātur in cōuentu palàm, de
86 ſella,ac de loco ſuperiore.¶ Erat hiems ſumma: tēpeſtas,vt ipſum Sopatrū dicere audiſtis, perfrigida:imber maximus: cùm iſte imperat lictoribus,vt Sopatrū de porticu,in qua ipſe ſedebat, præcipitē in forū deiiciāt,nudúmq; conſtituāt. [p] Vix erat hoc planè etiam imperatū,cùm illum ſpoliatum, ſtipatúmq; lictoribus videres. [q] omnes ideò putabant,vt miſer,atque innocēs virgis cæderetur.fefellit hæc homines opinio,virgis iſte cæderet ſine cauſa ſocium populi Ro. atque

* al. ſtatim ex illo oppido.
k L. refert rem ille ad ſen. & ita & ita v.c.
l v.c. ad illos aliq. poſt venit.
m L. niſi mihi ſignū tr.
n L. Sopater iterum flens ad ſenatum rem detere: ita v.c.
o v. c. Ille ad prætoris arceſſitus nunt.
p v.c. vix erat hoc planè imperatum.
q L. omneis fore putabant, & ita v.c.

Digitized by Google

atque amicum? non vſque eò eſt improbus: non omnia ſunt [r] in eo vno vitia: numquam fuit crudelis. leniter hominem, clementérque accepit. Equeſtres ſunt medio in foro Marcellorum ſtatuæ, ſicuti ferè ceteris in oppidis Siciliæ: ex quibus iſte C. Marcelli ſtatuã delegit: [s] cuius officia in illa ciuitate, totáq; prouincia recentiſſima erant, & maxima. in ea Sopatrum, hominem [t] tum domi nobilẽ, tum ſummo magiſtratu præditum, * diuaricari, [u] ac deligari iubet. 87
|| quo cruciatu ſit affectus, venire in mentem neceſſe eſt omnibus, cùm eſſet vinctus [x] nudus, in aere, in imbri, in frigore. neque tamen finis huic iniuriæ, crudelitatique fiebat, donec populus, [y] atque vniuerſa multitudo, atrocitate rei, miſericordiáque commota, ſenatum clamore coëgit, vt ei ſimulacrum illud Mercurij polliceretur. clamabant fore, [z] vt ipſi ſeſe dij immortales vlciſcerentur: hominem interea perire innocentem non oportere. Tum frequens ſenatus ad iſtum venit: pollicetur ſignum. Ita Sopater de ſtatua C. Marcelli, cùm iam penè obriguiſſet vix viuus aufertur. Non poſſum diſpoſitè iſtum accuſare, ſi cupiam: opus eſt non ſolùm igenio, verùm etiam artificio quodam ſingulari. 88
|| Vnum hoc crimen videtur eſſe, & à me pro vno ponitur de Mercurio Tyndaritano. plura ſunt: ſed ea quo pacto diſtinguere, ac ſeparare poſſim, neſcio. eſt pecuniarũ captarum, quòd ſignum à ſociis pecuniæ magnæ ſuſtulit. eſt peculatus, [a] quòd publicè populi Rom. ſignum de præda hoſtium captum, poſitũ imperatoris noſtri nomine, non dubitauit auferre. eſt maieſtatis, quòd imperij noſtri gloriæ, [b] rerumque geſtarũ monumenta euertere, atque aſportare auſus eſt. eſt ſceleris, quòd religiones maximas violauit. Eſt crudelitatis, quòd in hominẽ innocentem, in ſocium noſtrum, atque amicum, nouum [d] ac ſingulare ſupplicij genus excogitauit.

Illud

r v.c. in vno vitia.

s L. cuius officia in illam ciuitatem. totámque prouinciam rec.

t v.c. cùm d.

* vide Nonium in de uaricari 147.

u v.c. ac diligari. & ita L.

x L. nudus in ære.

y v.c. & vniuerſa.

z v.c vt ipſi ſe d.

a L. quòd publicum populi Ro. ſignum. & ita v.c.

b L. rerum geſtarum m.

c v.c. innocentem, in hominẽ, in ſocium veſtrum.

d v.c. & ſingul.

89 Illud verò quid ſit, iam non queo dicere: quo
nomine appellem, neſcio, quòd in C. Marcelli
ſtatua. Quid eſt hoc? patronúſne quòd erat? quid
tum? quò id ſpectat? vtrùm ea res ad opem, an
ad calamitatem clientium, atque hoſpitum va-
lere debebat? an vt hoc oſtenderes, contra vim
tuam in patronis, præſidij nihil eſſe? quis [c] hoc
non intelligeret, in improbi præſentis imperio
maiorem eſſe vim, quàm in bonorum abſentiũ
patrocinio? an verò ex hoc illa tua ſingularis
ſignificatur inſolentia, ſuperbia, contumacia?
detrahere videlicet aliquid te [f] de amplitudi-
ne Marcellorum [g] putaſti? Itaq; nunc Siculorum
Marcelli non ſunt patroni: Verres in eorum lo-
90 cum ſubſtitutus eſt. Quam in te tantam virtu-
tem eſſe, aut dignitatem arbitratus es, vt cona-
rere clientelam [h] tam illuſtrem, tam ſplendidæ
prouinciæ, [i] tranſducere ad te auferre à certiſſi-
mis, antiquiſſimiſq; patronis? tu iſta [k] ſtultitia,
nequitia, inertia, non modò totius Siciliæ, ſed
vnius tenuiſſimi, Siculi clientelam tueri potes?
tibi Marcelli ſtatua pro patibulo in clienteis
Marcellorum fuit? tu ex illius honore in eos i-
pſos, qui [l] honorẽ illi habuerant, ſupplicia quæ-
rebas? Quid poſtea? quid tandẽ tuis ſtatuis fore
arbitrabare? [m] an verò id, quod accidit? Nã Tyn-
daritani ſtatuam iſtius, quam ſibi propter Mar-
cellos, altiore etiam baſi poni iuſſerat, deturba-
rũt, ſimulac ſuccẽſum iſti audierũt. [n] Dedit igi-
tur tibi fortuna Siculorũ C. Marcellum iudicẽ,
vt, cuius ad ſtatuã Siculi, te prętore, alligabãtur,
eius religioni te eundem vinctum, 54 adſtrictũ-
91 que dedamus. Ac primò, iudices, hoc ſignum
Mercurij dicebat iſte Tindaritanos [o] C. Marcel-
lo huic AEſernino vendidiſſe: atq; hoc ſua cau-
ſa etiam [p] Marcellum ipſum ſperabat eſſe di-
cturum: quod mihi numquam veriſimile viſum
eſt, adoleſcentem illo loco natum, patronũ Si-
ciliæ, nomen ſuũ iſti ad tranſlationem criminis

c v. c. non hoc intell.
f al. de magnitudine.
g L. putaſti.
h v. c. tam ſplendidæ, tam illuſtris prouinciæ.
i L. traducere ad te.
k v.c. nequitia, ſtultitia, inert.
l v.c. honorem habuerant, ſupp.
m v. c. an verò quod accid.
n L. Dedit nunc igitur tibi fortuna Sic. & ita v.c.
o v.c. M. Marc.
p v.c. M. Marc.

cõmodaturum. Verumtamen [q] ita res mihi tota præuiſa, atq; præcauta eſt, [r] vti, ſi maximè eſſet inuentus, qui in ſe ſuſcipere iſtius culpam, criménq; cuperet: tamen is proficere nihil poſſet. eos enim [s] teſteis deduxi, & eas literas deportaui, vt de iſtius facto dubium nemini eſſe poſſet.

92 ‖Publicæ literæ ſunt, deportatum Mercuriũ eſſe Meſſanã ſumtu publico. [t] dicunt, quanti: pręfuiſſe huic negotio publicè legatum Poleam. Quid? is vbi eſt? præſto eſt: teſtis eſt. Proagori S patri iuſſu. Quis eſt hic? qui ad ſtatuam adſtrictꝰ eſt. Quid? is vbi eſt? teſtis eſt. vidiſtis hominẽ, & verba eius audiſtis. Demoliendum curauit [u] Demetrius gymnaſiarchus, quòd is eo loco præerat. Quid? hoc nos dicimus? immò verò ipſe præſens: Romæ nuper ipſũ iſtum eſſe pollicitũ, ſeſe id ſignũ legatis eſſe redditurũ, ſi eius rei teſtificatio tolleretur, cautúmq; eſſet, eos teſtimoniũ non eſſe dicturos. Dixit hoc apud vos Zoſippus, & Hiſmenias, homines nobiliſſimi, & principes Tindaritanæ ciuitatis.

93 ‖Quid? Agrigẽto nónne eiuſdẽ P. Scipionis monumentũ, ſignũ Apollinis pulcherrimum, cuius [x] in feminę, literulis minutis argenteis nomen Myronis erat inſcriptũ, ex AEſculapij religioſiſſimo fano ſuſtuliſti? [y] quod iſte, iudices, cùm clam feciſſet: cùm ad ſuum ſcelus illud, [z] furtúmque nefarios quoſdam homines improbos, duces, atq; adiutores adhibuiſſet: vehementer cõmota ciuitas eſt. [a] Vno eodem tempore Agrigentini beneficiũ Africani, religionem domeſticã, ornamentũ vrbis, indicium victoriæ, teſtimoniũ ſocietatis, requirebant. [b] Itaq; ab illis, qui principes in ea ciuitate erant, præcipitur, & negotiũ datur quęſtoribus, & ædilibus, vt noctu vigilias agerent ad ædeis ſacras. etenim iſte Agrigenti (credo propter multitudinem illorum hominum, atq; virtutem, & quòd ciues Romani, viri fortes, ac ſtrenui, & honeſti permulti in illo oppido,

con

q L. ita mihi res tota prouiſa, atque.

r v.c. vt, ſi m.

s v.c. deduxi teſtis, &c. al. teſteis adduxi, &

t v.c. dicẽt.

v L. Democritus gymn.

x v.c. in femore, literis minutis, &c. & ita L.

y v.c. Quid, quid iudices? cùm iſte clam feciſſet: nõ placet.

z L. furtúmque, nefarium, q. & ita v.c.

a L. Vno, & eodem temp.

b L. Itaque ab iis, qui pr.

coniunctiſſimo animo, cum ipſis Agrigentinis viuunt, ac negotiantur) nō audebat palàm[c] po-
94 ſcere aut tollere, quæ placebant. || Herculis tēplum eſt apud Agrigentinos, nō lōgè à foro, ſanè ſanctum apud illos, & religioſum. ibi eſt ex ære ſimulachrum ipſius Herculis, quo non facilè [d] quidquam dixerim me vidiſſe pulchrius (tametſi non tam multum in iſtis rebus intelligo, quàm multa vidi) vſque eò, iudices, [55][e] vt rictus eius, ac mentum paulò ſit attritius, quòd in precibus, & gratulationibus nō ſolùm id venerari, verùm etiā oſculari ſolent. Ad hoc templum, cū eſſet iſte Agrigenti, duce Timarchide, repentè, nocte intēpeſta, ſeruorum armatorum fit concurſus, atque impetus. clamor à vigilibus, faniq; cuſtodibus tollitur. Qui primò cùm obſiſtere, ac defendere conarentur, [56] [f] malè mulcati clauis, ac fuſtibus repelluntur. poſtea conuulſis repagulis, effractiſque valuis, demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conātur. Interea ex clamore fama tota vrbe [g] percrebruit, expugnari deos patrios, [57] [h] non hoſtiū aduentu, neque repentino prædonum impetu, ſed ex domo, [i] atque cohorte prætoria, manum fugitiuorum inſtructā,
95 armatámque veniſſe. || nemo Agrigenti neque ætate tam affecta, neque viribus tā [k] infirmis fuit, qui non illa nocte eo nūtio, excitatus ſurrexerit, telúmque, [58] [l] quod cuique ſors offerebat, arripuerit. Itaq; breui tempore ad fanū ex vrbe tota concurritur. [m] Hora amplius iam in demoliendo ſigno permulti homines moliebantur. [n] illud interea nulla lababat ex parte: cùm alij vectibus ſubiectis conarentur commouere, alij deligatum omnibus membris rapere ad ſe funibus. [o] Repentè Agrigentini concurrunt: fit magna lapidatio: dant ſeſe in fugam iſtius præclari imperatoris nocturni milites. duo tamen ſigilla perparuula tollunt, ne omnino

DD 2 ina

c L. tollere, aut poſcere.
d L. dixerim quidquam.
e L. vt rictū eius, ac ment. vid. Non. c. 3. Rictus. c. 3. 185. & c. 6. 43. & Feſtū in Rictus.
f lib. vul. malè mulctati. al. malè multati &c. mendosè.
g al. percrebuit.
h L. non hoſtium aduētu nec opinato, neque repentino, &c.
i v. c. atque ex cohorte prætoris.
k v. c. infirmus.
l L. quod cuique fors off. & v. c.
m al. Horam amplius.
n al. illud interea nulla nutabat ex parte.
o v. c. Ac repentè Agr.

inanes ad iſtum prædonem religionum reuerte-
p aſ. tantū mali eſt Sic.
rentur. Numquam[p] tam malè eſt Siculis, quin a-
liquid facetè, & commodè dicant: velut in hac
re. aiebant in labores Herculis non minùs hunc
immaniſſimum Verrē, quàm, illum aprum Ery-
manthium referri oportere. Hanc virtutem A- 96
grigentinorum imitati ſunt Aſſorini poſteà, vi-
ri fortes, & fideles, ſed nequaquam ex tā ampla,
q L. neque ex tam nobili.
[q] neq; tā ex nobili ciuitate* Chryſas eſt amnis,
qui per Aſſorinorum agros fluit. is apud illos
* Vrſin. Cryſas.
habetur deus, & religione maxima colitur. fanū
eius eſt in agro propter ipſam viam, qua Aſſoro
itur Ennam. in eo Chryſæ eſt ſimulacrū, præcla-
rè factum è marmore. id iſte poſcere Aſſorinos
propter ſingularem eius fani religionem non
auſus eſt. Tlepolemo dat, Hieroniq; negotium.
r v.c. armatáque.
illi noctu, facta manu,[r] armatiq; veniunt: fores
ædis effringunt:59 [s] æditui, cuſtodéſq; maturè
s L. æditimi, cuſtodeſque. vide Gell. l. 12. c. 10.
ſentiunt: ſignum, quod erat notum vicinitati,
buccina datur: homines ex agris cōcurrunt: eii-
citur, fugatúrq; Tlepolemus: neque quidquam
ex fano Chryſæ, præter vnum perparuulum ſi-
gnū ex ære, deſideratum eſt. Matris magnæ fa- 97
nū apud Enguinos eſt. iam enim mihi non mo-
dò breuiter de vnoquoque dicendum eſt, ſed
etiā prætereunda videntur eſſe permulta, vt ad
maiora iſtius, & illuſtriora in hoc genere furta,
& ſcelera veniamus. In hoc fano loricas, galeáſ-
t v.c. grandis, ſimili genere.
que æneas, cælatas opere Corinthio, hydriaſq;
[t] grandeis, ſimili in genere, atque eadē arte per-
fectas, idem ille P. Scipio, vir omnib. rebus præ-
v v.c. ſcripſerat.
cellentiſſimus, poſuerat, & ſuum nomen[u] inſcri-
x v.c. poſt hæc.
pſerat. Quid iā de iſto plura dicam, aut querar?
omnia illa, iudices, abſtulit: nihil in religioſiſſi-
y L. ac ſupellectile C. Verr. v.c. atque in ſupellectile C. Verr.
mo fano, præter veſtigia violatæ religionis, no-
ménq; P. Scipionis, reliquit. hoſtium ſpolia, mo-
numenta imperatorum, decora, atque ornamen-
ta fanorum [x] poſthac, his præclaris nomini-
bus amiſſis, in inſtrumento, [y] ac ſupellectili C.
Ver

98 Verris[a] numerabuntur.|| Tu videlicet ſolus vaſis Corinthiis delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſollertiſſimè perſpicis? hæc Scipio ille non intelligebat, homo doctiſſimus, atque humaniſſimus? tu ſine vlla bona arte, ſine humanitate, ſine ingenio, ſine literis, intelligis, & iudicas, vide, ne ille non ſolùm temperantia, ſed etiam intelligentia te, atque iſtos, qui ſe eleganteis dici volunt, vicerit. nam quia, quàm pulchra eſſent, intelligebat, idcirco exiſtimabat, ea, non ad hominum luxuriẽ, ſed ad ornatũ fanorum, atq; oppidorum eſſe facta, vt poſteris noſtris monumenta religioſa eſ-
99 ſe videantur.|| Audite etiã ſingularem eius, iudices, cupiditatem, audaciam, amentiã in his præſertim ſacris polluendis, quæ non modò manib. attingi, ſed ne cogitatione quidẽ volati fas fuit. Sacrarium Cereris eſt apud Catinenſeis, eadem religione, qua Romæ, qua in ceteris locis, qua propè in toto orbe terrarum. In eo ſacrario intimo[b] fuit ſignum Cereris perantiquũ: quod viri, non modò cuiuſmodi eſſet, ſed ne eſſe quidẽ ſciebant. aditus enim in id ſacrarium non eſt viris: ſacra per mulieres, ac virgines confici ſolẽt. hoc ſignum noctu clàm iſtius ſerui ex illo religioſiſſimo, atque antiquiſſimo fano ſuſtulerunt. poſtridie ſacerdotes Cereris,[c] atque illius fani antiſtites, maiores natu, probatæ ac nobiles mulieres, rem ad magiſtratus ſuos deferunt. omnibus acerbum, indignum, luctuoſum deniq;
100 videbatur. || Tum iſte permotus illa atrocitate negotij, vt ab ſe ſceleris[d] iſtius ſuſpicio[e] remoretur, dat hoſpiti ſuo cuidã negotium, vt aliquẽ reperiret, quẽ ea feciſſe inſimularet: darétque operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipſe eſſet in crimine. Res non procraſtinatur. nã cùm iſte Catinam profectus eſſet: ſerui cuiuſdam nomen defertur. is accuſatur: ficti teſtes in eũ dantur; rem cunctus ſenatus Catinenſium legibus

a v.c. nominabantur.

b L. ſignum fuit.

c L. atque illius fani antiſtitæ, om. & ita v. c. vide Priſc. l. 5.

d L. illius ſuſp. & ita v.c.

e v.c. dimoueretur.

iudicat. Sacerdotes vocantur: ex his quæritur [f] ſecretò in curia, [g] quid eſſet factū: queadmodū arbitrarentur ſignum eſſe ablatum. reſpondent illæ, Prætoris in loco ſeruos eſſe viſos. res, quæ eſſet antea non obſcura, ſacerdotum teſtimonio perſpicua eſſe cœpit. itur in conſilium: ſeruus ille [h] innocens omnibus ſententiis abſoluitur, quò faciliùs vos hunc omnibus ſententiis condemnare poſſetis. || Quid enim poſtulas Verres? quid ſperas? [i] quid ſpectas? quem tibi [k] aut deorum, aut hominū auxilio putas futurum? eóne tu ſeruos ad ſpoliandū fanum immittere auſus es, quò liberos adire, ne orandi quidē cauſa, fas erat? hiſne rebus manus afferre non dubitaſti, à quibus etiā oculos cohibere te religionū iura cogebāt? 61 tametſi *ne oculis quidē captus in hanc fraudem tam ſceleratam, ac tam nefariā [l] deciſti. nam id concupiſti, quod numquam videras: id, inquā, adamaſti, quod antea nō adſpexeras. auribus tu tantam cupiditatem concepiſti, vt eam non metus, non religio, non deorum vis, non hominum exiſtimatio contineret. || At ex [m] viro bono, credo, audieras, & bono auctore. 101

102

62 [n] Qui id poteſt, qui ne ex viro quidem audire potueris? Audiſti igitur ex muliere: quoniam id viri neq; vidiſſe, neq; noſſe poterāt. Qualē porrò [o] illam fœminam fuiſſe putatis, iudices? quàm pudicā, quæ cū Verre loqueretur? quàm religioſā, quæ ſacrarij ſpoliandi [p] oſtenderet rationē? At minimè mirum, quæ ſacra per ſummā caſtimoniam virorū, ac mulierū fiant, eadē per iſtius ſtuprum, ac flagitium eſſe violata. Quid ergo? hoc ſolùm auditione expetere cœpit, cùm id ipſe non vidiſſet? immò verò alia complura: ex quibus eligam ſpoliationem nobiliſſimi, atque antiquiſſimi fani: de qua priore actione teſteis dicere audiſtis. nunc eadem illa, quæſo, audite, & diligenter, ſicut adhuc feciſtis, attendite. || Inſula eſt Melita, iudices, ſatis lato [q] ab Sicilia mari,

f χωρίς. g v.c. quid eſſe factum arbitrarentur: quemadmodum ſignum eſſet ablatū. h v.c. omnib. ſententiis innocēs abſ. i L. quid exſpectas? k L. aut deorum, aut hominum auxil. & ita v.c. * al. non. l al. incidiſti.

m v.c. bono viro. n L. Qui id poteſt? & ita v.c. al. qui id pote eſt. o v.c. non habet, illā p v.c. rationem oſtenderet? & ita L.

q L. à Sicilia.

ri,periculoſóque diſiuncta: in qua eſt eodẽ no-
mine oppidũ,quò iſte numquam acceſſit : quod
tamen iſti textrinum per trienniũ ad muliebrẽ
veſtem conficiendam fuit.Ab eo oppido nõ lõ-
gè,[63] [r] in promontorio fanum eſt Iunonis anti-
quum:quod tanta religione ſemper fuit,vt non
modò illis Punicis bellis, quæ in his ferè locis
[s] nauali prœlio geſta,atque verſata ſunt: ſed et-
iam in hac prædonum multitudine ſemper in-
uiolatum, ſanctumque fuerit. Quin etiam hoc
memoriæ proditum eſt,claſſe quondam [t] Maſi-
niſſæ regis ad eum locum appulſa, præfectũ re-
gium denteis eburneos,incredibili magnitudi-
ne,è fano ſuſtuliſſe, & eos in Africam portaſſe
[v] Maſiniſſæque donaſſe, [x] Regem quidẽ primò
delectatũ eſſe munere: pòſt, vbi audiſſet, vnde
eſſent, ſtatim certos homines in quinqueremi
miſiſſe,qui eos denteis [y] reportarent.itaque [z] in
his inſcriptum literis Punicis fuit, Regẽ Maſi-
niſſam imprudentem accepiſſe:re cognita, [a] re-
ponendos,reſtituendóſque curaſſe. Erat præte-
rea magna vis eboris,multa ornamenta, in qui-
bus eburneæ Victoriæ,antiquo opere,ac ſumma
104 arte perfectæ.|| Hęc iſte omnia,ne multis morer,
vno impetu,atque vno nuntio per ſeruos Vene-
rios,quos eius rei cauſa miſerat,tollenda,atque
aſportãda curauit.Pro dij immortales, quẽ ego
hominẽ accuſo?[64] quem legibus, [c] ac iudiciali
iure perſequor?de quo vos ſententiã per * tabel-
lã feretis? dicunt legati Melitẽſes publicè,ſpo-
liatũ templũ eſſe Iunonis : nihil iſtũ in religio-
ſiſſimo fano reliquiſſe:quem locũ claſſes hoſtiũ
ſæpe acceſſerint:vbi piratæ ferè quotannis hie-
mare ſoleant:quod neq; prædo violarit [d] antea,
neq; vnquam hoſtis attigerit, id ab vno iſto ſic
ſpoliatũ eſſe, vt nihil omnino ſit relictum. Hic
nũc aut iſte reus,aut ego accuſator,aut hoc iu-
diciũ appellabitur? criminibus enim coargui-
tur,aut ſuſpicionibus in iudicium vocatur? dij

r in promũtorio f.
s L. nauali copia.
t L. Maſſaniſſæ.
v L.Maſſaniſſæque.
x L.Regem primo delectatum eſſe m.
y v.c reponerent.
z L.in his ſcriptum lit.Pun.
a Regem Maſſaniſſ.
b v c.reportandos curaſſe.
c v. c. aut iudiciali iure.al.ac iure.
* per tabellam iudiciariam.
d L.antè, neque hoſtis.

Digitized by Google

ablati, ſana vexata, nudatæ vrbes reperiuntur. earum autem rerum nullam ſibi iſte neque inficiandi rationem,neq; defendendi facultatẽ reliquit:omnibus in rebus coarguitur à me, cõuincitur à teſtibus,vrgetur confeſſione ſua,manifeſtis in maleficiis tenetur,& manet etiam,ac tacitus facta mecum ſua recognoſcit.‖ Nimium 105
mihi diu videor in vno genere verſari criminũ. ſentio iudices, occurrendum eſſe ſatietati aurium, animorúmq; veſtrorũ.Quã ob rem multa prætermittam ad ea autẽ,quæ dicturus ſum,reficite vos,quæſo, iudices, per deos immortaleis, per eos ipſos,de quorum religione iamdiu dicimus,dum id eius facinus cõmemoro,&profero, quo prouincia tota commota eſt.de quo ſi paulò altiùs ordiri,ac repetere memoriã religionis videbor,ignoſcite. Rei magnitudo me breuiter perſtringere atrocitatem criminis nõ ſinit.‖Ve- 106
tus eſt hæc opinio,iudices, quæ conſtat ex antiquiſſimis Græcorum literis, [e] atque monumẽtis,inſulam Siciliam totã,eſſe Cereri, & Liberæ conſecratã.hoc cùm ceteræ gentes ſic arbitrantur,tum ipſis Siculis * ita perſuaſum eſt, [g] vt in animis eorum inſitum,atq; innatum eſſe videatur.Nã & natas eſſe has in his locis deas,& fruges in ea terra primùm [h] repertas arbitrantur:& raptam eſſe Liberam,quã eandem Proſerpinam vocant,ex Ennenſium nemore:qui locus, quòd in media eſt inſula ſitus, vmbilicus Siciliæ nominatur. quam cùm inueſtigare, & conquirere Ceres vellet,dicitur inflammaſſe tædas iis ignibus,qui ex AEtnæ vertice erumpunt: quas ſibi cùm ipſa præferret: orbẽ omniũ peragraſſe terrarum.‖Enna autem,vbi ea,quæ dico, geſta eſſe 107
memorantur, [k] eſt loco præcelſo,atq;edito:quo in ſummo eſt æquata agri planities,& aquę perennes. [l] tota verò ab omni aditu circũciſa, [m] atque diremta eſt,quã circa lacus,luciq; ſunt plurimi, [n] & lætiſſimi flores omni tempore anni: locus

e v.c.ac monumentis, &c. & ita L.
f v.c. arbitrentur.
* L. tam perſuaſum eſt.
g L.vt animis eor.
h v.c. & L. repertas eſſe arb.
i L. omnẽ orbem per agr. & ita v c.
k al.eſt loco perexcelſo.
l L.tota verò omni aditu.
m v.c. atq; directa eſt.
n al. & lætiſſimi flores, &c.v.c. atque latiſſimi flores omni tẽp.

locus vt ipſe raptum illum virginis, quem iam
à pueris accepimus, declarare videatur. Etenim
[o] propè eſt ſpelunca quędam, conuerſa ad Aqui-
lonem, infinita altitudine, [p] qua Ditem patrem
ferũt repentè cum curru [q] exſtitiſſe, abreptámq;
ex eo loco virginem ſecũ aſportaſſe, & ſubitò
non longè à Syracuſis penetraſſe ſub terras, la-
cúmque in eo loco repentè exſtitiſſe: vbi vſque
ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniuer-
ſarios agunt, celeberrimo virorum, mulierúmq;
conuentu. Propter huius opinionis vetuſtatem,
quòd eorum in his locis veſtigia, ac propè in-
cunabula reperiuntur deorum, mira quædam
tota Sicilia priuatim, ac publicè religio eſt Ce-
reris Ennenſis. Etenim multa ſæpe prodigia vim
eius, numénque declarant: multis ſæpe in diffi-
cillimis rebus præſens auxilium eius oblatum
eſt, vt hęc inſula ab ea non ſolùm diligi, ſed et-
108 iam incoli, cuſtodiriq; videatur. || Nec ſolùm Si-
culi, verùm etiam ceteræ gentes, nationéſque
Ennenſem Cererem maximè colunt. Etenim, ſi
Athenienſium ſacra, ſumma cupiditate expetũ-
tur, ad quos Ceres in illo errore veniſſe dicitur,
frugéſque attuliſſe: quantam eſſe religionem
conuenit eorum, apud quos eam natam eſſe, &
fruges inueniſſe conſtat. Itaq; apud patres no-
ſtros atroci, ac difficili reip. tempore, cùm Ti.
Graccho occiſo, magnorum periculorũ metus
ex oſtentis portẽderetur, [r] P. Mucio, L. Calpur-
nio coss. aditum eſt ad libros Sibyllinos: in qui-
bus inuentum eſt, Cererem antiquiſſimam pla-
cari oportere. Tũ ex ampliſſimo collegio decẽ-
uirali ſacerdotes populi R. cùm eſſet in vrbe no
ſtra Cereris pulcherrimum, & magnificentiſſi-
mum templum, tamen vſque Ennam profecti
ſunt. tanta enim erat auctoritas, & vetuſtas il-
lius religionis, vt cùm illuc irent, non ad ædem
Cereris, ſed ad ipſam Cererẽ proficiſci videren-
109 tur. || Non obtundam diutius [s] aureis veſtras:

o L. propter.
p L. ex qua Ditem patrem.
q al. exiſſe.
r v. c. P. Mutio,
s L. veſtras. Etenim iã dudum ver. v. c. tres non habent has duas voces, aureis veſtras.

iamdudum vereor, ne oratio mea, aliena ab iu-
diciorum ratione,[t] & quotidiana dicendi con-
ſuetudine eſſe videatur. hoc dico, hãc ipſã Ce-
rerem, antiquiſſimam, religioſiſſimam, principẽ
omnium ſacrorum quæ apud omneis genteis,
nationéſque fiunt, à C. Verre ex ſuis templis, ac
ſedibus eſſe ſublatã. Qui acceſſiſtis Ennam, & vi-
diſtis ſimulacrum Cereris è marmore, & in al-
tero templo Liberæ. ſunt ea perampla, atq; præ-
clara, ſed non ita antiqua. Ex ære fuit quodam
modica amplitudine, ac ſingulari opere, cum fa-
cibus, perantiquum, omnium illorum, quæ ſunt
in eo fano, multò antiquiſſimum.[u] id ſuſtulit, ac
tamen eo contentus non fuit.|| Ante ædem Ce- 110
reris in aperto, ac propatulo loco ſigna duo ſũt,
Cereris vnum, alterum[x] Triptolemi, & pulcher-
rima, & perampla. his pulchritudo periculo, am-
plitudo ſaluti fuit, quòd eorũ demolitio, atque
aſportatio perdifficilis videbatur. inſiſtebat in
manu Cereris dextra ſimulacrum pulcherrimè
factũ Victoriæ. hoc iſte è ſigno Cereris auellen-
dum, aſportandúmque curauit. Qui tãdem iſtius
animus eſt nunc 65 [y] in recognitione ſcelerum
ſuorum, cùm ego ipſe in commemoratione eo-
rum nõ ſolùm animo commouear, verùm etiam
corpore perhorreſcam? venit enim mihi fani,
loci, religionis illius in mentem: verſantur ante
oculos omnia: dies ille,[z] quo ego Ennam cùm
veniſſem, præſtò mihi ſacerdotes Cereris cum
*infulis: ac verbenis fuerunt: contio, conuen-
túſque ciuium: in quo cùm ego loquerer,[a] tanti
fletus, gemitúſque fiebant, vt acerbiſſimus tota
vrbe luctus verſari videretur.||non illi decuma- 111
rum imperia, non bonorum direptiones, non
iniqua iudicia, non[b] importuniſſimas iſtius li-
bidines, non vim, non contumelias,[c] quibus
operti, oppreſſique erant, conquerebantur: Ce-
reris numen, ſacrorum vetuſtatem, fani reli-
gionem, iſtius ſceleratiſſimi, atque audaciſſimi
ſuppli

t v.c. & à cotidiana.

u L. id ſuſtulit. nec tamen eo cõtentus fuit. duo v.c. cõſentiunt cum lib. vulg.

x v.c. Triptolemi, pulcherr.

y v.c. in recordatione.

z al. quo cũ ego Enn. veniſſ.

* Infula ornamenta quibus ſacerdotes ornati ſacrificabant.

a v.c. tanti gemitus, fletúſque fiebant. & ita L.

b L. importunitas iſt. & ita v.c.

c v.c. quib. vexati, oppreſſi.

Digitized by Google

ſupplicio expiari volebant: omnia ſe cetera pati, ac negligere dicebant. Hic dolor erat tantus, vt Verres, alter Orcus, veniſſe Ennam, & nõ Proſerpinam aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur. Etenim vrbs illa non vrbs videtur, ſed fanum Cereris eſſe. habitare apud ſeſe Cererem Ennenſes arbitrantur: vt mihi non ciues illius ciuitatis: ſed omnes ſacerdotes, omnes accolæ, atque antiſtites Cereris eſſe videantur.

112 ‖ [d] Ennæ tu ſimulacrum Cereris tollere audebas? Ennæ [66] tu de manu Cereris Victoriam [e] diripere, & deam deæ detrahere conatus es? quorum nihil violare, nihil attingere auſi ſunt, in quibus erãt omnia, quæ ſceleri propiora ſũt, quã religioni. tenuerũt. n. P. Popillio P. Rupilio coss. illũ locũ ſerui, fugitiui, barbari, hoſtes. ſed neque tam ſerui illi dominorum, quàm tu libidinum: neque tam fugitiui illi à dominis, quàm tu [f] à iure, & à legibus: neque tã barbari lingua, & natione illi, quàm tu natura & moribus, neque illi tam hoſtes hominib9, quàm tu diis immortalib9. Quę deprecatio eſt igitur ei reliqua, qui indignitate ſeruos, temeritate fugitiuos, ſcelere barbaros, crudelitate hoſteis vicerit?

113 ‖ Audiſtis Theodorum, & Numiniũ, & Nicaſionem, legatos Ennenſeis, publicè dicere, [g] ſeſe à ſuis ciuib. hæc habere mandata, vt ad Verrem adirent, & eum ſimulacrum Cereris, & Victoriæ repoſcerent. id ſi impetraſſent, tum vt morem veterem Ennenſium conſeruarent: publicè in eum, tametſi vexaſſet Siciliam: tamen, quoniam [h] hæc [67] à maioribus conſtituta accepiſſet, teſtimoniũ ne quod dicerent, ſin autem ea non reddidiſſet, tum vt iudicio adeſſent, tũ vti de eius iniuriis iudices docerent, [i] ſed multò maximè de religione quererentur. quas illorũ querimonias nolite, per deos immortaleis, aſpernari, nolite contemnere, ac negligere, iudices. Aguntur iniuriæ ſociorum: [k] agitur vis legũ: agitur exiſtima

ſtima

d v.c. Enna tu, &c. & ita infrà.
e L. deripere. al. eripere.
f v.c. ab iure & ab legib.
g v. c. ſeſe à ſuis ciuibus hab. m.
h L. hæc à maiorib. iuſtit. ac. & ita v.c.
i v. c ſed maximè de relig.
k L. agitur ius legum:

Digitized by Google

ſtimatio, veritáſque iudiciorum. quæ ſunt om-
nia permagna : verùm illud maximũ:tanta reli-
gione obſtricta tota prouincia eſt: tanta ſuper-
ſtitio ex iſtius facto menteis omnium Siculorũ
occupauit , vt, quæcunque accidant[l] publicè,
priuatimq; incommoda,[68] [m] propter eam cau-
ſam ſcelere iſtius euenire videatur. || Audiſtis, 114
Centuripinos,Agyrinenſeis,Catinẽſeis, [n] Her-
bitenſeis,Ennenſeis, complureis alios, publicè
dicere,quæ ſolitudo [o] eſſet in agris, quæ vaſti-
tas,quæ fuga aratorũ, quàm deſerta, quã incul-
ta,quã relicta omnia. Ea tametſi iſtius multis &
variis iniuriis acciderunt: tamen hæc vna cauſa
in opinione Siculorum plurimum valet , quòd
Cerere violata,omneis cultus,fructúſq; Cereris
in his locis interiiſſe arbitrantur.Medemini re-
ligioni ſociorum, iudices : [69] [p] conſeruate ve-
ſtrã auctoritatẽ.Neq; enim hæc externa[q] nobis
eſt religio,neq; aliena. quòd ſi eſſet,ſi ſuſcipere
eam nolletis: tamẽ in eo, qui violaſſet, ſancire
vos velle oporteret.||Nunc verò in cõmuni om- 115
niũ gentiũ religione,inq; his ſacris, quæ maio-
res noſtri ab exteris nationib.adſcita,[r] atq; ar-
ceſſita coluerunt:quæ ſacra,vt erant re vera, ſic
appellari*Græca voluerũt : negligentes,ac diſ-
ſoluti,ſi cupiamus eſſe,quî poſſumus? Vnius et-
iam vrbis,[s] omniũ pulcherrimæ , atq; ornatiſſi-
mæ, Syracuſarũ direptionẽ cõmemorabo , & in
mediũ proferã,iudices:vt aliquando totã huius
generis orationẽ concludã,ac definiam. Nemo
ferè veſtrûm eſt, quin, quemadmodũ captæ ſint
à M. Marcello Syracuſæ, ſæpe audierit, nonnũ-
quã etiã in annalibus legerit. cõferte hãc pacẽ
cum illo bello:huius prętoris aduentũ,cũ illius
imperatoris victoria: huius cohortẽ impurã, cũ
illius exercitu inuicto:huius libidines, cũ illius
cõtinentia:ab illo,qui cœpit,conditas: ab hoc,
qui cõſtitutas accepit,captas dicetis Syracuſas.
||Ac iam illa omitto,quæ diſpersè à me[t] multis 116
in

l L. publicè, vel priuatim incõm.

m L. propter ſcelus iſtius eueni re vid. al. ſceleris al. ſcelúſque. alij hanc vocem, ſcelus,ſiue ſcelere , ſiue ſceleris ex pugnunt.

n v. c. Ennẽſeis, Herbitenſeis.

o v. c. in agris eſſet, &c. & ita L.

p L. conſeruate veſtrã. Neque.

q v.c.vobis eſt relig.& ita L.

r al. atque accepta co.

* vide Feſtum in Græca ſacra.

s L. omniũ Græcarum vrbium pulch.

t v.c.multis in locis.

in locis dicentur.ac dicta ſunt:forum Syracuſanorum [u] quod introitu Marcelli à plurima cæde ſeruatũ eſt,id aduentu Verris Siculorũ innocentiũ ſanguine redundaſſe: portũ Syracuſanorum,qui tũ & noſtris claſſibus, & Karthaginiēſium clauſus fuiſſet,eum,iſto prætore, Cilicum myoparoni,prædonibúſq; patuiſſe.Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamiliâs violatas: [x] quæ tum, vrbe capta, commiſſa non ſunt, neque odio hoſtili, neq; licentia militari, neque more belli,neque iure victoriæ:mitto, inquam, hæc omnia, quæ ab iſto per triennium perfecta ſunt.ea, quæ coniuncta cum illis rebus ſunt, de

117 quibus antea dixi,cognoſcite.|| Vrbem Syracuſas [y] maximam eſſe Græcarum vrbium, pulcherrimámque omnium, ſæpe audiſtis. Eſt, iudices, ita,vt dicitur.nam & ſitu eſt cùm munito, tum ex omni aditu,vel terra, vel mari, præclaro ad adſpectum:& portus habet propè in ędificatione,adſpectúq; vrbis incluſos: qui cùm diuerſos inter ſe aditus habeant,in exitu coniunguntur, & confluunt. Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur* Inſula,mari diſiuncta anguſto,

118 ponte [z] rurſum adiungitur,&continetur.||Ea tāta eſt vrbs,vt ex* quatuor vrbibus maximis cōſtare dicatur:quarum vna eſt ea,quam dixi, Inſula:quæ duobus [a] portubus cincta, in vtriuſq; portus oſtium, aditúmque proiecta eſt: in qua domus eſt,quæ [b] regis Hieronis fuit,qua prætores vti ſolent. in ea ſunt ædes ſacræ complures: ſed duæ,quæ longè ceteris antecellunt. Dianæ vna:& altera,quæ fuit ante iſtius aduentum ornatiſſima, Mineruæ. In hac inſula extrema, eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine,pleniſſimus piſcium:qui fluctu totus operiretur,niſi munitione, ac mole

119 lapidum [c] à mari diſiūctus eſſet. || Altera autem eſt vrbs Syracuſis: cui nomen Acradina eſt: in qua forum maximum,pulcherrima porticus,ornatiſſi

u L. quod in introitu Marcelli purum à cæde ſeruatum eſt, &c. alij li. vet. purum cæde

x v. c. quæ tum in vrbe capta.

y v.c. maxima Græcarũ,pulcherrimáque omnium, ſ.

* Strab. l. 6. Orygiam eam inſulā vocat.

z v. c. rurſus adiungitur. al. rurſum coniũgitur, & cont.

* Strab. vbi ſuprà quinque eſſe putat.

a v.c. portib.

b v.c. Hieronis regis.

c v.c diſiunctus eſſet à mari.

natiſſimum* prytaneum, [illegible]oliſſima eſt curia, tēplúmque egregium Iouis Olympij. d ceteræque vrbis partes vna lata via perpetua, multiſq; transuerſis diuiſæ, priuatis ædificiis continentur. Tertia eſt vrbs, quæ, quòd in ea parte, Fortunæ fanum antiquum fuit, e Tyche nominata eſt: f in qua & gymnaſium ampliſſimum eſt, & complures ædes ſacræ: colitúrque ea pars, & habitatur frequentiſſimè. g Quarta autem eſt, quæ quia poſtrema ædificata eſt, Neapolis nominatur: quam ad ſummam theatrum eſt maximum: præterea duo templa ſunt egregia. Cereris vnum, alterum Liberæ: ſignúmque Apollinis, 71 qui h Teſmotes vocatur, pulcherrimum, & maximum: quod iſte ſi portare potuiſſet, non dubitaſſet auferre. ‖ Nunc ad Marcellum reuer- 120
tar, ne hæc à me ſine cauſa commemorata eſſe videantur: qui cùm tam præclaram vrbem, vi copiiſque cepiſſet, non putauit ad laudē populi R. hoc pertinere, hāc pulchritudinē, ex qua præſertim nihil periculi oſtenderetur, delere, & extinguere. itaque ædificiis i omnibus, publicis, & priuatis, ſacris, & profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet. in ornatu vrbis habuit victoriæ rationem, habuit humanitatis. victoriæ putabat eſſe, multa Romā deportare, quæ ornamento vrbi eſſe poſſent: humanitatis, non planè k ſpoliare vrbem præſertim quam conſeruare voluiſſet.
‖In hac partitione ornatus, non plus victoria 121
Marcelli populo R. appetiuit, quàm humanitas Syracuſanis reſeruauit. Romam quæ l aſportata ſunt, ad ædem Honoris, m atque Virtutis, itémque aliis in locis videmus. nihil in ædibus, nihil in hortis poſuit, nihil in ſuburbano: putauit, ſi vrbis ornamenta domum ſuam non contuliſſet,

72 n do

* Prytaneū Athenis locus vbi οἱ πρυτάνεις iudicabant & bene de rep. meriti publicè alebantur, cuius ad ſimilitudinem hoc Syracuſanum Prytaneum.
d L. & v.c. cetereque vrbis partes, quæ vna via lata per. &c.
e v. c. Tucha.
f v. c. in qua gymnaſ.
g v. cod. Quarta autē eſt vrbs quæ q. & ita L.
h L. qui Temenites vocatur. al. Tennites. al. Themicles. al. Themiſes. al. Themites. al. Theſmotheles. Vide Turneb. 8. Aduerſ. c. 2.
i v.c. publicis omnibus, & &c. L.

priuatis. k v. c. exſpoliare. l v. c. apportata ſunt, deportata ſ. m v. c. & Virtutis.

72 [n] domum ſuam ornamento vrbi futuram.Syracuſis autem permulta, atque egregia reliquit: deũ verò nullum violauit,nullũ attigit. Cõferte Verrem : nõ vt hominẽ cum homine cõparetis, nequa tali viro mortuo fiat iniuria : ſed vt pacẽ cum bello,leges cum vi:forum & iuriſdictionem cum ferro& armis,aduentum & comitatum cum exercitu & victoria cõferatis.

n l.domui ſuæ ornamento vrbem futuram.

122 [o] Aedes Mineruæ eſt in inſula,de qua ante dixi:quã Marcellus non attigit , quam plenam , atque ornatam reliquit:quæ ab iſto ſic ſpoliata,atque direpta,[p] non vt ab hoſte aliquo, qui tamen in bello,religionum,& conſuetudinis iura retineret,ſed vt à barbaris prędonibus vexata eſſe videatur.Pugna erat equeſtris 73 [q] Agathoclis regis in tabulis picta præclarè: his autem tabulis [r] interiores tẽpli parietes veſtiebãtur.nihil erat ea pictura nobilius: nihil Syracuſis,quod magis viſendum putaretur. has tabulas M. Marcellus, cùm omnia illa victoria ſua profana feciſſet,tamen religione impeditus non attigit. iſte cùm illa iam,propter diuturnam pacem,fidelitatemq́ue populi Syracuſani,ſacra,religioſáque accepiſſet,omneis eas tabulas abſtulit:parietes,quorum ornatus tot ſæcula[s] manſerat,tot bella effugerat,nudos ac deformatos reliquit.

o v.c.Aedis Min.

p al.vt non ab hoſte aliquo qui t. in b. relig. & conſ. iura ret. ſed à barb.

q l. Agathocli regis.

r v.c. interioris.

s v.c. manſerant , tot bella effugerant.

123 Et Marcellus,qui, ſi Syracuſas cepiſſet , duo templa ſe Romæ dedicaturum vouerat, [t] id,quod erat ædificaturus, his rebus ornare, quas ceperat, noluit:Verres,qui non Honori,neque Virtuti, [u] vt ille,ſed Veneri,& Cupidini vota deberet,is Mineruæ tẽplũ ſpoliare conatus eſt. ille deos deorum ſpoliis ornare noluit:hic ornamẽta Mineruæ virginis in meretriciam domũ trãſtulit. Viginti, & ſeptem præterea tabulas pulcherrimè pictas ex eadẽ ęde ſuſtulit:in quibus erant imagines Siciliæ regũ,ac tyrannorum, quæ non ſolùm pictorẽ artificio delęctabãt,[x] ſed etiã cõmemoratione hominũ, & cognitione formarũ. Ac vide

t L. & v. c. is id, quod erat.

v v.c. quẽadmodum ille,ſed Vẽ.

x v.c.ſed & comm.

Digitized by Google

videte, quanto tætrior hic tyrannus Syracuſanis
fuerit, quàm quiſquam ſuperiorum: [y] cùm illi
tamen ornarint templa deorũ immortaliũ, [z] hic
etiam deorum monumenta, atque ornamenta
ſuſtulerit. || Iam verò quid ego de valuis illius 124
templi commemorem? vereor, ne hæc qui non
viderunt, omnia me nimis augere atque ornare
arbitrentur: quod tamen nemo ſuſpicari debet,
[74] tam* eſſe me cupidum, vt tot viros primarios
velim, præſertim ex iudicum numero, qui Syracuſis fuerint, qui hęc viderint, eſſe temeritati, & mẽdacio meo conſcios. Cõfirmare hoc liquidò, iudices, poſſum, valuas magnificentiores, ex auro, atq; ebore perfectiores [75] [a] nullas vnquã vllo tempore fuiſſe. incredibile dictu eſt, quàm multi Græci [b] de valuarum harũ pulchritudine ſcriptũ reliquerint. nimiùm forſitã hæc illi [c] mirantur, atq; efferunt. Eſto: verũtamen honeſtius eſt [d] reip. noſtræ, iudices, ea, quæ illis pulchra eſſe videantur, imperatorẽ noſtrũ in bello reliquiſſe, quã pretorem in pace abſtuliſſe. Ex ebore diligentiſſimè [e] perfecta argumenta erant in valuis. ea detrahenda curauit omnia. Gorgonis os pulcherrimum, [f] crinitũ anguibus, reuellit, atq; abſtulit: & tamẽ indicauit, ſe non ſolùm artificio, [g] ſed etiam pretio, quæſtuq; duci. nã bullas [h] omneis aureas ex his valuis, quæ [i] erãt & multæ, & graues, nõ dubitauit auferre: quarũ iſte nõ opere delectabatur, ſed pondere. Itaq; eiuſmodi valuas reliquit, vt, quæ olim ad ornandum templum erãt maximè, nũc tantùm ad claudendum
factæ eſſe videãtur. [76] || Etiámne* gramineas ha- 125
ſtas? vidi enim vos in hoc [k] nõ minimè, cùm teſtes dicerent, commoueri, quòd erant huiuſmodi, vt ſemel vidiſſe ſatis eſſet: in quibus neque manu factũ quidquã, neq; pulchritudo erat vlla, ſed tãtùm magnitudo incredibilis, de qua vel audire ſatis eſſet: nimium, videre plus, quàm ſemel. etiámne id concupiſti? Nam Sappho, quæ

y v. c. quia illi t.
z L. hic etiam illorũ mon.
* al. me criminandi cupidum.
a L. nullas vmquam vllo in templo fuiſſe. & ita v. c. vide Turn. 8. Aduerſ. c. 12.
b L. de harum valuarum p.
c al. mirentur, atque efferant.
d v. c. noſtræ reip.
e L. perfecta erant argumenta in v. al. ante pagmenta fuiſſe
f al. cinctũ
g v.c. ſed & pr.
h v. c. aureas omnis.
i v.c. erant multæ, & gr.
* al. fraxineas.
k L. non minimùm, cùm t.

quæ ſublata de prytaneo eſt,dat tibi iuſtam ex-
cuſationem,propè vt cōcedendū, atque ignoſ-
126 cendum eſſe videatur.77 || [l] M. Syllanionis opus
tam perfectum,tam elegās,tam elaboratū, quiſ-
quam non modò priuatus,ſed populus potius
haberet,quàm homo elegantiſſimus,atque eru-
ditiſſimus Verres?nimirum cōtrà dici nihil po-
teſt. noſtrûm enim vnuſquiſque, qui tam beati,
quàm iſte eſt,non ſumus, tam delicati eſſe non
poſſumus: [m] ſiquando aliquid iſtiuſmodi videre
volet, eat ad ædem Felicitatis, ad monumentū
Catuli,in porticum Metelli:det operam, vt ad-
mittatur in alicuius iſtorum Tuſculanum: [n] ſpe-
ctet forum ornatum,ſiquid iſte ſuorum, * ædili-
bus cōmodauit:Vetres hæc habeat domi? Ver-
res ornamentis fanorum, atque oppidorum ha-
habeat plenam domum,villas refertas?Etiámne
huius operarij ſtudia,ac delicias, iudices perfe-
retis? qui ita [o] natus eſt,ita educatus, ita factus
& animò,& corpore,vt multò appoſitior ad de-
ferenda,quàm ad auferenda ſigna eſſe videatur.
127 || [q] Atque hæc Sapho ſublata quantum deſide-
rium ſui reliquerit,dici vix poteſt. [r] nam tum
ipſa fuit egregiè facta,tum epigramma Græcum
pernobile inciſum eſt in baſi,quod iſte eruditus
homo & Græculus, qui hæc ſubtiliter iudicat,
qui ſolus intelligit,ſi vnam literam Græcā ſciſ-
ſet,certè non ſuſtuliſſet. nunc enim [t] quod in-
ſcriptum eſt inani in baſi,declarat, quid fuerit,
& id ablatum indicat. Quid?ſignum [u] Pæanis ex
æde Aeſculapij præclarè factum,ſacrum,& reli-
gioſum,nō ſuſtuliſti?quod omnes propter pul-
chritudinem viſere, propter religionem cole-
128 re ſolebant. || Quid?ex æde Liberi ſimulacrum
Ariſtei non tuo imperio palàm ablatum eſt?
Quid? ex æde Iouis religioſiſſimum ſimulacrū
Iouis Imperatoris, quem Græci * Vrion nomi-
nant, pulcherrimè factum, nonne abſtuliſti?

l L. Silanionis opus tam perf. vide Pl. li. 34. c. 8.
m al. ſi quis aliquid.
n L. ſpectet eorum ornatum, ſi quid iſte ſuorum ædilib. accōmodauit.
* al. ædibus.
o V C. & L. ita natus, ita educatus eſt, ita factus,&c.
p L. adferēda.
q al. Atqui h.
r L. nam cùm ipſa fuit egr.
s L.& v.c. inciſum habuit in baſi.
t L.& v.c. quod ſcriptum eſt.
v L. Pæonis.
* quòd terminis & finibus præeſſet. vide Demoſth. περὶ τῆς ἀλοννήσου, & Halacaſ. de Antiq.

Quid? ex æde Liberi paruum illud caput pulcherrimum, quod viſere ſolebamus, nunc dubitaſti tollere? [x] Atque ille Pæan ſacrificiis anniuerſariis ſimul cum Æſculapio apud illos colebatur. Ariſteus, qui, vt Græci ferant, Liberi filius inuentor olei eſſe dicitur, vnà cum Libero patre apud illos eodem erat in templo conſecratus. || Iouem autem imperatorem quanto ho- 129
nore in ſuo templo fuiſſe arbitramini? [y] hinc colligere poteſtis, ſi recordari volueritis, quanta religione fuerit eadem ſpecie, atque forma ſignum illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio poſuerat [z] Flaminius. Etenim tria ferebantur in orbe terrarum ſigna Iouis imperatoris vno in genere pulcherrimè facta: vnum illud Macedonicum, quod in Capitolio videmus: alterum, in Ponti ore, & anguſtiis: tertium quod Syracuſis ante Verrem prætorem fuit. [a] illud Flaminius ita ex æde ſua ſuſtulit, vt in Capitolio, hoc eſt in terreſtri domicilio Iouis poneret.
|| Quòd autem eſt ad introitum Ponti, id, cùm 130
tam multa ex illo mari bella emerſerint, tam multa porrò in Pontum inuecta ſint, vſque ad hanc diem integrum, inuiolatúq; ſeruatum eſt. Hoc tertiũ, quod erat Syracuſis, quod M. Marcellus, armatus & victor viderat: quod religioni conceſſerat: quod ciues, atque incolæ Syracuſani colere, aduenæ non ſolùm viſere, verùm etiã venerari ſolebant: [b] id C. Verres ex templo Io- 131
uis ſuſtulit. || Vt ſæpius ad M. Marcellũ reuertar, iudices, ſic habetote: plureis eſſe à Syracuſanis iſtius aduẽtu deos, quã victoria Marcelli homines deſideratos. Etenim ille requiſiſſe dicitur etiã Archimedẽ illum, sũmo ingenio hominẽ, ac diſciplina, *eúmq; cùm audiſſet interfectũ, permoleſtè tuliſſe. Iſte omnia, quæ requiſiuit, non vt [c] ſeruaret, verùm vt aſportaret, requiſiuit. Iã illa, [d] quia leuiora videbãtur, ſi hoc loco dicẽtur, ideò præteribo, q iſte menſas Delphicas è mar-

x L. Atque ille Pæon ſacr.

y L. hinc cõicere poteiſtis.

z L. Flamininus.

a L. illud Flamininus ita ex.

b L. id Verres ex t.

* al. quem cùm audiſſet.

c L. conſeruaret & ita v.c.

d v.c. quæ leuiora vid.

marmore, [e] crateras ex ære pulcherrimas, vim maximam vaſorum Corinthiorum, * ex omni-
132 bus ædibus ſacris [f] Syracuſis abſtulit. || Itaque iudices, [g] hi, qui hoſpites ad ea, quæ viſenda ſunt [h] ducere ſolent, & vnumquidq; oſtendere, quos illi myſtagogos vocant, conuerſam iam habent demonſtrationem ſuã. nam vt antè demonſtrabant, quid vbique eſſet: ita nunc, quid * vndique ablatum ſit, oſtendunt. Quid tum? mediocrine tandẽ dolore eos affectos eſſe arbitramini? non ita eſt, iudices, primùm, quòd omnes religione mouentur: & deos patrios, quos à maiorib. acceperunt, colendos ſibi diligenter, & retinendos eſſe arbitrantur: deinde hic ornatus hæc opera, atque artificia, ſigna, tabulæ pictæ, Græcos homines nimio opere delectant. Itaque ex illorũ querimoniis intelligere [i] poſſumus, hæc illis acerbiſſima videri, quæ forſitã nobis leuia, & cõtemnenda eſſe videantur. mihi credite, iudices (tametſi voſmetipſos hęc eadẽ audire certò ſcio) cùm multas acceperint per hoſce annos ſocij, atq; exteræ nationes calamitates, & iniurias, nullas Gręci homines [80] grauiùs tulerunt, nec ferũt, quã huiuſcemodi ſpoliationes fanorũ
133 atq; oppidorũ. || Licet iſte dicat emiſſe ſe, ſicuti ſolet dicere: [k] credite mihi iudices, nulla vmquã ciuitas tota Aſia, & Græcia, ſignum vllũ, tabulã pictã, vllum denique ornamentum vrbis, ſua voluntate cuiquã vendidit. niſi fortè exiſtimatis, poſteaquàm iudicia ſeuera Romę [l] fieri deſierint, Græcos homines [81] hæc venditare cœpiſſe, quæ tum non modò, non [m] vendebant, cùm iudicia fiebant, verùm etiam coëmebant: aut niſi arbitramini, L. Craſſo Qu. Scæuulæ, C. Claudio, potentiſſimis hominib. quorũ ædilitates ornatiſſimas vidim⁹ cõmercium iſtarũ rerũ cũ Gręcis hominib. non fuiſſe: iis, qui poſt iudiciorum
134 diſſolutiones ædiles facti ſunt, fuiſſe. || Acerbiorem etiam ſcitote eſſe ciuitatibus falſam

e al. crateras ex ęre pulcherrimos.
* vide Pli. lib. 34 c. 7.
f L. abſtulit Syracuſis.
g L. ij, qui hoſp.
h v.c. ſolẽt ducere.
* al. quid vbique ablatum ſit. al. vndequę. Ant. Aug. vndéque.
i v.c. poſsimus.
k v.c. credite hoc mihi, iud.
l L. fieri deſierunt, Gręcos homines hęc vendere cœp.
m v.c. venditabant.

iſtam, & ſimulatā emtionem, quàm ſi quis clàm ſurripiat, aut eripiat palàm, atque auferat. nam turpitudinem ſummā eſſe arbitrātur, referri [n] in literas publicas, pretio adductam ciuitatem, & pretio paruo, ea, quę accepiſſet à maiorib. vendidiſſe, atque [o] abalienaſſe. etenim mirādum in modū Gręci rebus iſtis, quas nos contemnimus, delectantur. Itaque maiores noſtri facilè patiebantur, hæc eſſe [p] quamplurima apud ſocios, vt imperio noſtro quàm ornatiſsimi, florentiſsimique eſſent. apud eos autem quos vectigaleis, aut ſtipendiarios fecerant, tamen hæc relinquebant, vt illi quibus ea iucunda ſunt, quæ nobis leuia [q] videbātur, haberent hæc oblectamenta, & ſolatia ſeruitutis. ‖ Quid arbitramini Rheginos, qui iā ciues Romani ſunt, [r] merere velle, [82] vt ab eis marmorea [s] Venus illa ne auferatur? quid Tarentinos, [t] vt ne Europam in tauro ſedentem amittant? vt Satyrum, qui apud illos in æde Veſtę eſt? vt cetera? quid Theſpienſeis, vt Cupidinis ſignum, propter quod vnum viſuntur Theſpiæ? quid Cnidios, vt Venerem marmoreā? quid vt pictā, Coos? quid Epheſios, vt Alexandrum? quid Cyzicenos, vt Aiacem, aut Medéam? quid Rhodios, [u] vt Ialyſium? quid Athenieſeis, vt ex marmore Iacchum, aut [x] Parhalum pictū, aut ex ære, Myronis buculam? Longum eſt, & non neceſſarium, cōmemorare, quæ apud quoſque viſenda ſunt tota Aſia & Græcia: verùm illud eſt, quamobrem hæc [y] cōmemorarim: quòd exiſtimare vos hoc volo, [83] [z] mirū quendā dolorem accidere iis, ex quorum vrbibus hæc [a] auferantur. ‖ Atque, vt ceteros omittamus, de ipſis Syracuſanis cognoſcite: ad quos ego cùm veniſſem, [b] ſic primò exiſtimabam vt Romæ ex iſtius amicis acceperam, ciuitatem Syracuſanam, propter Heraclij hereditatem, non minus eſſe iſti amicam, quàm Mamertinam propter prædarum, ac furtorum omnium ſocietatem: ſimul

135 (beside "& ſolatia ſeruitutis. ‖ Quid arbitramini Rhegi-")

136 (beside "ferantur. ‖ Atque, vt ceteros omittamus, de ipſis")

n v.c. in tabulas. pr.
o L. alienaſſe.
p L. apud illos quàm plurima, vt imp.
q v.c. videntur.
r al. mereri.
s L. & v.c. Venus illa auferatur? Vide Turn. ad. 12. c. 8.
t L. vt Europā in tauro amittāt? & ita v.c.
u L. Ialyſū.
x al. Paralum.
y v.c. cōmemorem.
z L. mirum quendam dolorē accipere eos, ex quor.
a v.c. auferuntur.
b v.c. ſic primùm.

mul & verebar, ne mulierum nobilium, & formoſarum gratia, quarum iſte arbitrio [c] præturã per triennium geſſerat, virorúmque quibuſcum illæ nuptæ erant, 84 nimia in iſtum non modò * lenitudine, ſed etiam liberalitate oppugnarer, ſiquid [d] ex literis Syracuſanorum conquire-
137 rem. || Itaque Syracuſis cum ciuibus Romanis eram: eorum tabulas [e] exſcribebam, iniurias cognoſcebam. cùm diutiùs in negotio, curáq; fueram: vt requieſcerẽ, curámq; animi remitterem, ad Carpinatij præclaras tabulas reuertebar: vbi cum equitibus Rom. ex illo conuentu honeſtiſſimis, illos Verrutios, de quib antè dixi, explicabã: à Syracuſanis prorſus nihil adiumenti, neque publicè, neque priuatim exſpectabã: neque erat in animo poſtulare. Cùm hæc agerẽ, repẽtè ad me venit Heraclius is, qui tũ magiſtratũ Syracuſis habebat, homo nobilis, qui ſacerdos Iouis fuiſſet, qui honos [f] apud Syracuſanos eſt ampliſsimus. agit mecum, & cũ Quint. fratre meo, vt, ſi nobis videretur, adiremus ad eorũ ſenatũ: frequenteis eſſe in curia: ſe iuſſu ſenatus à nobis
138 petere, vt veniremus. || Primò nobis fuit dubiũ, quid ageremus: deinde citò venit in mentẽ, non eſſe vitandum [g] nobis illum conuentum, & locum. Itaque in curiam venimus, honorificè ſanè conſurgitur. nos rogatu magiſtratus aſſedimus. Incipit is loqui, qui & auctoritate, & ætate, &, vt mihi viſũ eſt, vſu rerũ antecedebat Diodorus Timarchides, cuius omnis oratio hanc habuit primò ſententiã: Senatum, [h] populúmque Syracuſanũ moleſtè, grauitérque ferre, quod ego, cùm in ceteris Siciliæ ciuitatibus, ſenatum populúmque docuiſſem, quid eis vtilitatis, quid ſalutis afferrem, & cùm ab omnibus mandata, legatos, literas, teſtimoniáque ſumſiſſem, in illa ciuitate nihil eiuſmodi facerem. Reſpondi, neque Romæ in conuentu Siculorum, cùm à me auxilium communi omnium legationum con-

c L. per trienniũ præturam geſſ. & ita v. c.
* al. lentitudine.
d v.c. è literis.
e L. & duo v.c. exquirebam.
f L. eſt apud Syracuſanos ampl. & ita v.c.
g v.c. illum nobis.
h v.c. & populum Syracuſanũ.

Digitized by Google

i L.totius prouincię ad me def. & ita v.c.

ſilio petebatur,cauſáque [i] totius ad me Siciliæ deferebatur,legatos Syracuſanorum affuiſſe:neque me poſtulare , vt quidquam contra C. Verrem decerneretur in ea curia in qua inauratam C. Verris ſtatuam viderem.|| Quod poſteaquàm 139
dixi,tantus eſt gemitus factus adſpectu ſtatuę,& & cõmemoratione,vt illud in curia poſitũ monumentum ſcelerum,non beneficiorum,videretur.Tum pro ſe quiſque,quantum dicendo aſſequi poterat,docere me cœpit,ea quæ paulò antè commemoraui:ſpoliatam vrbem, fana direpta: [k] ex Heraclij hereditate,quam [l] palæſtritis cõceſſiſſet,multa maximam partem ipſum abſtuliſſe:neque poſtulandum fuiſſe,vt ille palæſtritas diligeret,qui etiam inuentorem olei deum ſuſtuliſſet:neque illam ſtatuã eſſe ex pecunia publica,neq; publicè datam:ſed eos,qui hereditatis diripiendæ participes fuiſſent,faciẽdam ſtatuendãque curaſſe:eoſdẽ Romę fuiſſe legatos, illius adiutores improbitatis,ſocios furtorum, conſcios flagitiorum,eo minus mirari me oportere,ſi illi cõmuni legatorũ voluntati, & ſaluti Sicilię defuiſſent.||Vbi eorũ dolorẽ ex illius in- 140
iuriis nõmodò nõ minorẽ,ſed propè maiorẽ,quã [m] ceterorum Siculorũ eſſe cognoui: [n] tum meũ animũ in illos,tum mei conſilij,negotiique totius ſuſcepti cauſam,rationémq; propoſui: tum eos hortatus ſum,vt cauſæ communi,ſalutiq;ne deeſſent:*vt illam laudationem,quam ſe vi , ac metu coactos,paucis illis diebus,decreſſe dicebant,tollerent. Itaque,iudices, Syracuſani hæc faciunt,iſtius clientes,atque amici:primùm mihi literas publicas,quas in ærario ſanctiore cõditas habebant, proferunt:in quibus oſtendunt omnia, quæ dixi ablata eſſe,perſcripta , & plura etiã,quàm ego potui dicere : perſcripta autem hoc modo , quòd ex æde Mineruæ hoc & illud abeſſet:quòd ex æde Iouis,quòd ex æde Liberi.

k v.c.de Heraclij.
l L.palęſtris cõceſſ.
m v.c. Siculorum ceterorum.
n L.tũ ego meũ anim.
* L. vt ei illam laudationem.

vt

vt quiſque eis * rebus tuendis,[89] conſeruandiſque præfuerat, ita perſcriptum erat, cùm rationẽ [o] ex lege redderet,& quæ acceperat [p] deberet tradere:petiſſe,vt ſibi,quòd hæ res abeſſent, ignoſceretur:itaq; omneis liberatos deceſſiſſe, & eſſe ignotum omnibus:quas ego literas obſignandas publico ſigno,deportandáſque curaui.
141 || De laudatione autem ratio [q] ſic reddita eſt. primùm cùm [r] à Verre literæ aliquanto antè aduẽtum meum de laudatione veniſſent,nihil eſſe decretum : deinde cùm quidam ex illius amicis commonerent,oportere decerni, [s] maximo eſſe clamore,& conuitio repudiatos:poſteaquã meus aduentus appropinquarit, imperaſſe eum, qui ſummam poteſtatem haberet,vt decernerẽt: decretum ita eſſe,vt multo plus [u] illi laudatio mali,quàm boni [x] poſſit afferre.[y] Id ideò,iudices,vt mihi ab illis demonſtratum eſt,ſic vos ex
142 me cognoſcite. [90] || Mos eſt Syracuſis, vt ſi qua de re ad ſenatum referatur, dicat ſententiam, qui velit. nominatim nemo rogatur. & tamen, vt quiſque [z] ætate & honore antecedit,ita primus ſolet ſua ſponte dicere: ídque à ceteris ei conceditur.* ſi quando taceant omnes, tunc * ſortitò coguntur dicere. Cùm hic mos eſſet,refertur ad ſenatũ de laudatione Verris. In quo primùm, vt aliquid eſſet moræ,multi interpellant: de Sext. Peducæo, qui de illa ciuitate, totáque prouincia optimè meritus eſſet, ſeſe anteà, cùm audiſſent ei negotium faceſſitum, cúmque eum publicè pro plurimis eius, & maximis meritis laudare cuperent, à C. Verre prohibitos eſſe : iniquum eſſe, tametſi Peducæus eorum laudatione iam non vteretur, tamen non id prius decernere, quod aliquando voluiſſent, quàm [a] quod tum cogerẽ-
143 tur. || Conclamant omnes,& approbant ita fieri

* al. eis reb. tuẽdis prę- eſſet.
o L. è lege redderet. alij li. redderent. & quę accepe rant.
p L. tradere deberet. q. v. c. trade re deberẽt.
q L. ſic mihi reddita eſt.
r L. à C. Verre.
s v. c. maximo clamore eſſe & conuic.
t al. repudiatos:& poſteaquã m.
v al. illa laud. m.
x L. & v. c. poſſet.
y L. id adeò iudices.
z L. honore & ętate.
* al ſin quã do.
* al. ſortitione.
a v. c. quod tunc cog.

Digitized by Google

oportere. Refertur de Peducæo.vt quiſque ætate,& honore antecedebat,ita ſententiā dixit ex ordine. Id adeò ex ipſo S. C. cognoſcite.[9] [b] nā principium ſententiæ perſcribi ſolet. Recita. QVOD VERBA FACTA SVNT DE SEX. PEDVCAEO. Dicit,qui primi ſuaſerint. decernitur. refertur deinde de Verre. dic,quæſo,quomodo? QVOD VERBA FACTA SVNT DE C. VERRE. Quid poſtea ſcriptū eſt?CVM SVRGERET NEMO,NEQVE SENTENTIAM DICERET.Quid hoc eſt? SORS DVCITVR.Quamobrem nemo erat voluntarius laudator præturæ tuæ,defenſor periculorum [c] tuorū, pręſertim cùm inire à prætore gratiā poſſet?nemo.[d] ipſi illi tui conuiuæ,cōſiliarij, & conſcij, verbum facere non[e] audebant. in qua curia ſtatua tua ſtabat,[f] & nuda filij in ea,nemo fuit,quē ne nudus quidem filius in nuda prouincia commoueret.||Atque etiam hoc me docent. [g] eiuſ- 144
modi ſenatuſconſulto ſeſe feciſſe laudationem, vt omnes intelligere poſſent,non laudationem, ſed potius irriſionem eſſe illam,[h] quæ commonefaceret iſtius turpem,calamitoſámque pręturam.Etenim ſcriptum eſſe ita, QVOD iſte virgis neminem cecidiſſet:à quo cognoſcitis,nobiliſſimos homines, atque innocentiſsimos ſecuri eſſe percuſſos:QVOD vigilanter prouinciam adminiſtraſſet. cuius omneis vigilias [i] in ſtupris conſtat,adulteriiſque eſſe conſumtas.* hoc verò ſcriptum eſſe,ꝙ proferre non auderet reus, accuſator recitare non deſineret,QVOD prædones procul ab inſula Sicilia prohibuiſſet Verres:quos etiam intra Syracuſanam inſulam recepiſſet.||[k] Quæ poſteaquàm ex illis cognoui, 145
diſceſſi cum fratre è curia,vt nobis abſentibus, ſi quid vellent, decernerent. [l] Decernunt ſtatim:primùm,vt L. fratri hoſpitium publicè fieret,quòd is eādem voluntatē erga Syracuſanos ſuſcepiſſet,quā ego ſemper habuiſſē,id nō mo-

dò

b L.Nam principium ſententię perſcribi ſolent,al. nam principio ſententię pręſcri- ſolent.
c v.c. non habet, tuorum,neque L.agnoſcit.
d L. illi ipſi tui conuiuę,conſiliarij,conſcij, ſocij,&c.& ita v.c.
e v.c.audent.
f L.& nuda in ea tibi n.
g for. eiuſmodi ſenatuſcōſultū ſeſe feciſſe de laudatione,vt.
h L.qua cō moneface ret de iſtius turpi, calamitoſáque prętura.
i v.c. in ſtupris cōſtat eſſe cōſūt.
* L. hoc autem ſcriptū etiam.
k L. & v.c. Hęc poſtea quā ex ill.
l v.c.Decernunt ſtatim vt cum fratre l.hoſpi.public.

dòtū ſcripſerunt, verùm etiā in ære inciſum nobis tradiderunt. Valdè hercle te Syracuſani tui, quos crebrò cōmemorare ſoles, diligunt: qui cū accuſatore tuo ſatis iuſtam cauſam coniungendę neceſsitudinis putāt, quòd te accuſaturus ſit, [m] & quòd ad inquirendum in te venerit. poſtea decernitur, ac non variè, ſed propè * cunctis ſententiis, vt laudatio, quæ C. Verri decreta eſſet,

146 tolleretur.|| [n] In eo cùm iam nō ſolùm diſceſsio facta eſſet, ſed etiā perſcriptum, atque in tabulas relatum, prętor appellatur. At quis appellat? magiſtratus aliquis? nemo. ſenator? ne id quidem. Syracuſanorū aliquis? minimè. quis igitur prætorem appellat? qui quæſtor iſtius fuerat, Cæcilius. O rem ridiculam: [o] ô deſertum hominē: ô deſperatū, ac relictū à magiſtratu Siculo. ne S.C. Siculi homines facere poſſent, [p] ne ſuū ius, ſuis moribus, ſuis legibus obtinere poſſent, nō amicus iſtius, non hoſpes, non denique aliquis Siculus, ſed quæſtor prætorem appellat. [q] Quis hoc vidit? aut quis audiuit? Prætor æquus, & ſapiens dimitti iubet ſenatū: concurrit ad me maxima multitudo. primū ſenatores clamare, [r] eripi ſibi ius, eripi libertatē: populus ſenatū laudare, gratias agere: ciueis Ro. à me nuſquam diſcedere. quo quidem die, nihil ægrius factū eſt, [s] multo labore meo, quàm vt manus ab illo appella-

147 tore abſtinerētur.|| Cùm ad prætorem in ius adiſſemus, excogitat [t] ſanè diligenter, & cautè, quid decernat. nam antè quàm verbum facerē, de ſella ſurrexit, atq; abiit. Itaq; tum de foro cū iā adueſperaſceret, diſceſsimus. Poſtridiè manè ab eo poſtulo, vt Syracuſanis liceret S.C. quod pridie feciſſent mihi reddere. Ille enimuerò negat: & ait, indignum facinus eſſe, quòd ego in ſenatu Græco verba feciſſem: quod quidē apud Grecos Grecè locutus eſſem, id ferri nullo modo poſſe. Reſpondi homini, vt potui, [u] vt volui, vt debui. [x] tū multa, tum etiā hoc me memini

m L. & q inquiſitum in te vend.
* L. coniunctis.
n L. At verò cùm iā non ſolùm diſceſ. facta eſſ. ſed cùm etiā id eſſet perſcr.
o v. c. ô deſert. hom. deſperatū relict.
p v. c. ne ſuum.
q v. c. quis hoc vidit? quis audiuit?
r v. c. ſibi eripi ius, or.
s v. c. labore meo multo.
t v. c. ſanè acutè, quid dec.
v v. c. vt debui, vt volui.
x L. cùm multa tū,

dicere facilè eſſe perſpicuũ,quantũ inter hunc, & illum Numidicum, verum,ac germanum Metellum intereſſet:illũ noluiſſe ſua laudatione [y] iuuare L.Lucullum, ſororis virum, [z] quicũ optimè conueniſſet: hunc homini alieniſſimo, ac ciuitatibus laudationes per vim & metum comparare. || Quod vbi intellexi, multùm apud
illũ recenteis nuntios,multũ tabulas nõ cõmẽ- 148
datitias,ſed tributarias valuiſſe:admonitu [b] ipſorũ Syracuſanorũ impetũ in eas tabulas facio, in quibus S.C.perſcripta erant. Ecce autẽ noua turba,atque rixa,ne tamen iſtũ omnino Syracuſis ſine amicis,ſine hoſpitibus,planè nudũ eſſe. ac deſertum putetis. retinere [c] incipit tabulas Theomnaſtus quidam, homo ridiculè inſanus, quem Syracuſani Theoractum vocant:qui illic eiuſmodi eſt,vt eũ pueri ſectentur:vt omnes, cũ loqui cœperit, irrideant. Huius tamen inſania, quę ridicula eſt aliis,mihi tũ moleſta ſanè fuit. nã cùm ſpumas ageret in ore, [d] arderẽt oculi,vo-
ce maxima vim me ſibi afferre clamaret : copu- 149
lati in ius peruenimꝰ. ||Hic ego poſtulare cœpi, vt mihi tabulas obſignare,ac deportare liceret.
92 [e] Ille contrà dicere negare eſſe illud S.C. in P.R.appellatus eſſet,negare id mihi tradi oportere.e go legẽ recitare, omniũ mihi tabularũ & literarũ fieri poteſtatẽ oportere.Cõtrà ille furioſus vrgere,nihil ad ſe noſtras leges pertinere: Prætor intelligens,negare ſibi placere,quod S.C.ratũ eſſe nõ deberet,id me Romã deportare.Quid multa? niſi vehementiùs homini minatus eſsẽ:niſi [f] legũ ſanctionẽ, pœnãq; recitaſsẽ: tabularũ mihi poteſtas facta non eſſet. Ille autẽ inſanus:qui pro iſto [g] contra me vehemẽtiſſimè declamaſſet,poſtquàm nõ impetrauit: credo,vt in gratiã mecũ rediret,libellum mihi dat, in quo iſtius furta Syracuſana perſcripta erant: quæ ego antea iam ab aliis cognoram, & ac-
ceperam.|| Laudent te ſanè iam Mamertini, 93 15
qui

y L. ale.L. Lu.ſor. iuuari à ſe L. Luc.
z L.quicũ ei optimè conueniſſ.
a v.c.Syracuſan.ipſor.
b L. in quibus ſingula perſcripta erant v. c. in quibus S.C perſcripſerant.
c L cœpit.
d v. c. oculis arderet.
e L. ille cõtrà negare illud ſenatuſconſultum,in quo pr.appellatus eſſet,mihi tradi oportere. ego legem recitare, inſtare omniũ mihi tabu.alij leg. Ille cõtrà inſtare, ego omniũ mihi tab.& lit.fieri poteſtatẽ.Ille fur.
f v.c. legi.
g v.c.vehementiſsimè contrà me.
h L. iam antea.

[i] qui ex tanta prouincia ſoli ſunt, qui te ſaluum velint: ita tamen laudent, vt Heius [k] qui eius princeps legationis eſt, adſit: ita laudent, [94] vt ad ea [*], quæ rogati erant, mihi parati ſint reſpondere. ne ſubitò à me opprimantur, hæc ſum rogaturus: [l] nauē P.R. debeántne? fatebuntur. præbuerintne, prætore C. Verre? negabunt. ædificauerintne nauem onerariā maximā publicè, quam Verri dederunt? negare non potuerunt. frumentúmne ab his ſumſerit Verres, quod populo R. mitteret, ſicuti ſuperiores? negabunt. Quid militū, aut nautarum per triennium dederint? nullum datum dicent: Fuiſſe Meſſanam omnium iſtius furtorum, [95] ac prædarum receptricē, negare non poterunt. permulta multis nauibus illinc exportata: [m] hanc denique nauē maximā à Mamertinis datam, [n] onuſtam, cum iſto prætore profectam fatebuntur.

151 Quamobrem tibi habe ſanè iſtā laudationē [o] Mamertinā: Syracuſanam quidem ciuitatē, vt abs te affecta eſt, ita in te eſſe animatā videmus: apud quos etiā Verrea illa flagitioſa ſublata ſunt. etenim minimè conueniebat, ei deorum honores haberi, qui ſimulacra deorum [p] ſuſtuliſſet. Etiam mehercule illud in Syracuſanis meritò reprehenderetur, ſi, cùm diem feſtum ludorum de faſtis ſuis ſuſtuliſſent celeberrimum, & ſanctiſſimū, quòd eo ipſo die Syracuſæ à Marcello captæ eſſe dicuntur, iidem diem feſtū Verris nomine agerent: cū iſte Syracuſanis, quæ ille calamitoſus dies [q] reliquerit, ademiſſet. At videte hominis impudentiā, atque arrogantiā, iudices, qui nō ſolū [r] Verrea hæc turpia, ac ridicula ex Heraclij pecunia conſtituerit: verùm etiam [s] Marcellea tolli imperarit, vt ei ſacra facerent quotannis, cuius opera omnium annorum ſacra, deoſque patrios amiſerant: eius autem familiæ dies feſtos tollerent. per quam ceteros quoque feſtos dies recuperarant.

i Lamb. qui ex tota prou.
k L. qui princeps legationis eſt.
* L. Ac ne ſubitò à me oppri.
l L. nauem debeántne.
f al. L. nauē populo R.
m v.c hanc nauem denique.
n L. onuſtā cum iſto profectam, fatebūtur.
o v.c. Mamertinorū.
p v.c. abſtuliſſet.
q L. reliquerat. & ita v.c.
r v.c. Verrea.
s v.c. Marcellia.

Digitized by Google

ACCVSATIONIS IN C. VERREM, LIBER* ſeptimus De ſuppliciis.

L. Quint.

ORATIO DECIMA.

De re bellica, De ſuppliciis & qui ciues Romani à Verre virgis cæſi, in latumiis negati, & in crucem ſublati. Peroratio.

NEMINI video dubium eſſe, iudices, quin apertiſſimè C. Verres in Sicilia, ſacra, pro fanáque omnia & priuatim, & publicè ſpoliarit, verſatúſque ſit ſine vlla nõ modò religione, verùm etiã diſſimulatione in omni genere furandi, atque prædandi. ſed quædam mihi magnifica, & præclara [a] eius defenſio oſtẽditur: cui quemadmodum reſiſtã, [b] multò mihi antè eſt, iudices, prouidendum. Ita enim cauſa conſtituitur, prouinciam Siciliam virtute [c] iſtius, & vigilantia ſingulari, dubiis, formidoloſiſque tẽporibus, à fugitiuis, atque à belli periculis tutã eſſe ſeruatam. || Quid agam, iudices? quò accuſationis meę rationem conferam? quò me vertam? ad omneis enim meos impetu[illegible] ſi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur. Noui locũ: video, vbi ſe iactaturus ſit Hortẽſius: belli pericula, tempora reipu. imperatorum penuriam cõmemorabit: tum deprecabitur, à vobis, tum etiam pro ſuo iure contendet, ne patiamini, talẽ imperatorem populo R. Siculorum teſtimoniis eripi: [d] ne obteri laudem imperatoriã criminibus auaritiæ velitis. || Non poſſum diſſimulare, iudices: timeo, ne C. Verres propter [e] hanc virtutem eximiam in re militari, omnia, quæ fecit,

1 2 3

a v.c. defenſio eius.
b L. multò antè eſt mihi prouidẽdum. al. multò antè iudices, mihi eſt prouid. multò mihi antè iudices, prouidendum.
c L. eius.
d L. néve obteri lau.
e L. hanc eximiam virtutem.

fecit, impunè fecerit. venit enim mihi in men-
tem, in iudicio * M'. Aquillij quantum aucto-
ritatis, quantum momenti [l] oratio M. Antonij
habuiſſe exiſtimata ſit: qui, vt erat in dicendo
non ſolùm ſapiens, ſed etiam fortis, cauſa
propè perorata, ipſe arripuit M'. Aquillium,
conſtituitque in conſpectu omnium, tunicám-
que eius à pectore abſcidit, vt cicatrices popu-
lus.R.iudiceſque adſpicerent, aduerſo corpore
exceptas. ſimul & de illo vulnere, quod ille in
capite ab hoſtium duce acceperat, multa dixit:
eoque adduxit eos, qui erant iudicaturi, vehe-
menter vt vererentur, ne, quem virũ fortuna ex
hoſtiũ telis eripuiſſet, cùm ſibi ipſe non peper-
ciſſet, hic non ad populi Romani laudẽ, ſed ad
iudicum crudelitatem videretur eſſe [f] ſeruatus.
4 || Hæc eadẽ nunc ab illis defenſionis ratio, via-
que [g] tentatur: idem quæritur, Sit fur, ſit ſacri-
legus, ſit flagitiorum omniũ, vitiorúmque prin-
ceps: at eſt bonus imperator, [h] at felix, & ad
dubia reipu. tempora reſeruandus. Non agam
ſummo iure tecũ: non dicam id, quod debeam
forſitan obtinere: cùm iudiciũ certa lege ſit [i]
conſtitutũ, non quid in re militari fortiter fe-
ceris, ſed, quemadmodũ manus ab alienis pecu-
niis abſtinueris, àbs te doceri oportere: non,
inquam, ſic agam, ſed ita quæram, quemadmo-
dum te velle intelligo, quæ tua opera, & quanta
5 fuerit [k] in bello. || Quid dices? an bello fugi-
tiuorum Siciliam virtute tua liberatam? [l] ma-
gna laus, & honeſta oratio: ſed tamẽ quo bel-
lo? nos enim poſt id bellũ quod M'. Aquillius
cõfecit, ſic accepimus, nullũ in Sicilia fugitiuo-
rũ bellum fuiſſe. * At in Italia fuit: fateor, & ma-
gnũ quidẽ, [m] ac vehemẽs. nũ igitur ex eo bello
partẽ aliquã laudis appetere conaris: nũ tibi il-
lius victoriꝫ gloriã cũ M. Craſſo, aut Cn. Põpeio
cõmunicandam putas? non arbitror hoc etiam
[n] deeſſe tuæ impudentię, vt quidquam eiuſmodi
dicere

* qui de repetũdis ex Sicilia eſt accuſatus à L. Fuſio 2. Offi.

f L. ſeruatus. Eadem nunc ab ill.

g v.c. temtatur: non placet.

h al. & felix

i v. c. non habet conſtitutum.

k v.c. in bello Romano.

* REFVTATIO & de bello fugitiuorum.

l L. magna laus, honeſta oratio. Spartaco duce quem vicit Craſſus. Pluta. in Craſſo. Appian. 1. ciuil. Aug. 3. de Ciuitate ca. 16.

m v.c. & vehemens.

n v. c. tuæ deeſſe imp.

dicere audeas. Obſtitiſti videlicet, ne ex Italia tranſire in Siciliam fugitiuorum copiæ poſſent. vbi? quando? qua ex parte? cùm [o] aut nauibus, aut ratibus conarétur accedere? nos enim nihil vmquam prorſus audiuimus: & illud audiuimus, M. Craſſi, fortiſſimi viri, virtute conſilioq; factũ, ne ratibus coniunctis freto fugitiui ad Meſſanã tranſire poſſent: à quo illi conatu non tantopere prohibendi fuiſſent, [p] ſi vlla in Sicilia præſidia ad illorum aduentum oppoſita putarentur.

o v. c. aut ratibus aut nauib.

p v. c. ſi vlla præſidia in Sicilia.

6 ¶ [q] At cùm eſſet in Italia bellum tam propè à Sicilia, tamẽ in Sicilia non fuit? Quid mirum? ne cùm in Sicilia quidẽ fuit, eodẽ interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruaſit. Etenim [s] propinquitas locorum ad vtram partem hoc loco profertur? vtrùm aditum facilem hoſtibus, an contagionem imitandi eius belli periculoſam fuiſſe? Aditus omnis hominibus ſine vlla facultate nauiũ nõ modò diſiunctus, ſed etiã clauſus fuit: vt illis, quibus Siciliam propinquam fuiſſe dicis, facilius fuerit ad Oceanũ peruenire, quàm ad* Peloridem accedere.

q L. At cũ in Italia bellum

r al. tum in Sicil.

s L. propinquitas.

* Peloris promontoriũ Siciliæ Italiam ſpectãs. Solin. l. 11.

7 ¶ Contagio autem iſta ſeruilis belli, cur abs te potius, quàm ab iis omnibus, qui ceteras prouincias obtinuerunt, prædicatur? an quòd in Sicilia iam antè bella fugitiuorum fuerunt? At ea ipſa cauſa eſt, cur ipſa prouincia minimo in periculo ſit, & fuerit. Nam poſteaquam illinc M'. Aquillius deceſſit, omniũ inſtituta, atque edicta prætorum fuerunt eiuſmodi, vt ne quis cum telo ſeruus eſſet. Vetus eſt quod dicam, & propter ſeueritatem exempli nemini fortaſſe veſtrùm inauditum, L. Domitium * prætorem in Sicilia, cùm aper ingens ad eum allatus eſſet, admiratũ requiſiſſe, quis eum percuſſiſſet. cùm audiſſet, [2] paſtorem cuiuſdam fuiſſe, eum ad ſe vocari iuſſiſſe: illum cupidè ad prætorem, quaſi ad laudem, [y] atque præmium accurriſſe. quæſiſſe Domitium, [3] qui tantam beſtiam percuſſiſſet: illum reſpondiſſe, venabulo. ſtatim

* Valer. l. 6. c. 3.

r v. c. allatus eſſet ad eum.

v L. atq; ad præmium atq; & ita v. c.

ſtatim deinde iuſſu prætoris in crucem eſſe ſublatum. Durum hoc fortaſſe videatur: neque ego vllam in partem diſputo. tantùm intelligo, maluiſſe Domitium crudelem in animaduertendo,

8 quàm in prætermittẽdo diſſolutum videri. || Ergo his inſtitutis prouinciæ, iam tum, cùm bello fugitiuorũ tota Italia arderet, homo non acerrimus, nec fortiſſimus [x] Cn. Norbanus, in ſummo otio fuit. perfacilè enim ſeſe [y] Sicilia tuebatur, 4 ne quod in ipſa bellum poſſet exiſtere. etenim cùm nihil tam coniunctum ſit, quàm negotiatores noſtri cum Siculis, vſu, re, ratione, cõcordia: & cùm ipſi Siculi res ſuas ita cõſtitutas habeãt, vt his pacem expediat eſſe: imperium autẽ populi Rom: ſic diligant, vt id imminui, aut commutari minimè velint, cúmque hæc [z] ab ſeruorum bello pericula, & prætorũ inſtitutis, & dominorum diſciplina prouiſa ſint: nullũ eſt malum domeſticum, quod ex ipſa prouincia naſci

9 poſſit. || Quid igitur? nulli? nullíne motus in Sicilia ſeruorum [a] Verre prætore? nullæne * conſenſiones factæ eſſe dicuntur? nihil ſanè, quod ad S.P.Q.R. peruenerit: nihil, quod iſte Romam publicè [b] ſcripſerit: & tamen cœptum eſſe in Sicilia moueri aliquot locis ſeruitium ſuſpicor. id adeò non tam ex re, quàm ex iſtius factis, decretíſque cognoſco. Ac videte, quàm non inimico animo ſim acturus. ego ipſe hæc, [c] quæ ille quærit, quæ adhuc numquam audiſtis, comme-

10 morabo & proferam. || [d] In Tricalino, quem locum fugitiui iam antè tenuerunt, Leonidæ cuiuſdam Siculi familia in ſuſpicionem vocata eſt coniurationis. res delata ad iſtum: ſtatim (vt par fuit) iuſſu eius homines, [e] qui nominati fuerant, comprehenſi ſunt, adductique Lilybæum. 5 domino denũtiatum eſt, vt adeſſet: cauſa dicta damnati [f] ſunt. Quid deinde? quid cenſetis? furtum fortaſſe, aut prædam exſpectatis aliquam? Nolite vſquequaque [g] eadem quærere.

x L. C.Norbanus.
y L. Sicilia iam tueb.
z L. à ſeruorum b.
a v. c. prætore Verre?
* al. coitiones. malè.
b al. conſcripſerit, & ita L.
c L. quę iſte q
d L. in Triocalino.
e al. qui nominati erat compr.
f v.c. nõ habent ſunt.
g v.c. idem quær.

In

h v. c. furādi locus qui pot. & ita L.

In metu belli, [h] furādi qui locus poteſt eſſe? etiā ſiqua fuit in hac re occaſio, prætermiſſa eſt. Tum potuit à Leonida nummorum aliquid auferre, cùm denuntiauit, vt adeſſet. fuit nundinatio aliqua, & iſti nō nouo, ne cauſam [i] diceret. etiam alter locus, vt abſoluerētur. dānatis quidem ſeruis, quæ prædandi poteſt eſſe ratio? produci ad ſuppliciū neceſſe eſt. teſtes enim ſunt, qui in conſilio fuerunt: teſtes, publicæ tabulæ: teſtis, ſplendidiſſima ciuitas Lilybætana: teſtis, honeſtiſſimus, maximúſq; conuentus ciuiū R. [k] nihil poteſt: producendi ſunt. Itaq; ꝓducuntur, & ad palum alligantur. ‖ [l] Etiā num mihi expectare videmini, iudices, quid deinde factum ſit: quòd iſte nihil vmquā fecit ſine aliquo quęſtu, atque præda. Quid in eiuſmodi re fieri potuit? quod cōmodum eſt? exſpectate facinus, quàm vultis, improbū: vincam tamen exſpectationem omniū. 6 [m] nomine ſceleris, coniurationiſque dānati, ad ſuppliciū traditi, ad palum alligati, repente multis millibus hominū inſpectantibus ſoluti ſunt, [n] & Leonidæ illi domino redditi. Quid hoc loco potes dicere, homo amētiſſime? niſi id, quod ego non quæro: quod deniq; in re tam nefaria, tametſi dubitari non poteſt, tamē, ne ſi dubitetur quidem, quæri oporteat: quid, aut quantum, aut quomodo acceperis. remitto tibi hoc totum, atq; iſta te cura libero. neq, enim metuo, ne hoc cuiquā perſuadeatur, vt, ad quod facinus nemo, præter te, vlla pecunia adduci potuerit, id tu gratis ſuſcipere conatus ſis. verùm de iſta furandi, prędandíq; ratione nihil dico: de hac imperatoria iā tua laude diſputo. ‖ Quid ais, bone cuſtos, defenſorq; prouinciæ? tu, quos ſeruos arma capere, [o] ac bellum facere in Sicilia voluiſſe cognoras: & * de conſilij ſententia iudicaras: hos ad ſuppliciū iam more maiorum traditos, [p] & ad palū alligatos, ex media morte eripere, ac liberare auſus es? vt, quam damna

i L. diceret & ita v. c.

k L. fieri nihil poteſt: & ita v. c.

11 l L. Etiam nunc mihi.

m v. c. homines ſcel. & ita L. al. omniū ſceleris. & vt h. c. & Triochalino illi red.

n v. c. & Triochalino illi red.

o v. c. & bellum facere.

* ex hoc loco conſtat ex conſilij ſentētia iudicaſſe prætores.

12 p v. c. duo non habēt, & ad palū alligatos.

damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc*indemna-
tis videlicet ciuibus R. reſeruares? Perditæ ci-
uitates[q] deſperatis omnibus rebus, hos ſolent e-
xitus exitialeis habere, vt damnati in integrum
reſtituantur, vincti ſoluantur, exſules reducan-
tur, res iudicatę reſcindantur. quę cùm accidũt,
nemo eſt, quin intelligat ruere illam remp. hæc
vbi[r] eueniunt, nemo eſt, qui vllam ſpem ſalutis
13 reliquam eſſe arbitretur.|| atque hęc ſicubi facta
ſunt: facta ſunt, vt homines populares, aut no-
bileis ſupplicio, aut exſilio leuarentur: 7[s] vt nõ
ab his ipſis, qui iudicaſſent: [t] vt non ſtatim, vt
non eorũ facinorũ damnati, quę ad vitam, &*ad
fortunas omnium pertinerent. Hoc verò nouũ
& eiuſmodi eſt, vt magis propter reũ, quã pro-
pter rẽ ipſam*credibile eſſe videatur, vt homi-
nes ſeruos, vt ipſe, qui iudicarat, vt ſtatim è me-
dio ſupplicio dimiſerit, vt eius facinoris dam-
natos ſeruos, quod ad omnium liberorum caput
14 & ſanguinem pertineret.|| O præclarum impera-
torem, nec iam cum M'. Aquillio, fortiſſimo vi-
ro, ſed verò cũ Paullis, Scipionibus, Mariis con-
ferendum. Tantúmne vidiſſe in metu, periculó-
que prouinciæ? cùm ſeruitiorum animos in Si-
cilia ſuſpenſos propter bellum Italiæ fugitiuo-
rum videret: ne quis commouere auderet, quan-
tum terroris iniecit? Comprehendi iuſſit. quis
non pertimeſcat? 8 [u] cauſam dicere dominos.
quid ſeruis tam formidoloſum? FECISSE VIDE-
RI pronuntiauit. exortam videtur flammã pau-
corũ dolore ac morte reſtinxiſſe. Quid deinde
ſequitur? verbera, atque ignes, & illa extrema ad
ſuppliciũ damnatorũ, metũ ceterorũ, cruciatus,
& crux. hiſce omnibus ſupplicij ſunt liberati.
Quis dubitet, quin ſeruorũ animos ſumma for-
midine oppreſſerit, cùm viderent ea facilitate
prætorem, vt ab eo ſeruorũ, ſceleris, coniuratio-
niſq; damnatorũ vita, vel ipſo carnifice inter-
15 nuntio, redimeretur?|| Quid? hoc in Apolloniẽſi

* L. hanc indemnatis ciuibus R. reſer.
q V.C. & L. deſperatis iam omnibus rebus.
r L. veniũt
s L. at non ab iis ipſ.
t L. at non ſtatim, at non eorum facin.
* L. & omnium fortunas pertinerent.
* L. credibile videatur.
u L. cauſam dicere. quid ſeruis tam form.

Ariſtodamo? quid?[9] [x] in Leonte Magàrenſi non
idem feciſti? Quid? iſte motus[y] ſeruorum, bellí-
que ſubita ſuſpicio, vtrùm tibi tandem diligen-
tiam cuſtodiendæ prouinciæ, an nouam rationẽ
improbiſſimus quæſtus attulit? Halicienſis Eu-
menidæ nobilis hominis & honeſti, magnæ pe-
cuniæ villicus cùm impulſu tuo inſimulatus eſ-
ſet,[z] LLS. LX. à domino accepiſti: quod nuper i-
pſe iuratus docuit, quemadmodum geſtum eſ-
ſet. Ab equite R. C. Matrinio abſente, cùm is eſ-
ſet Romæ, quod eius villicos, paſtoréſque tibi
in ſuſpicionem veniſſe dixeras[a] LLS. cẽtum ab-
ſtuliſti. dixit hoc L. Flauius, qui tibi eam pecu-
niã numerauit, procurator C. Matrinij: dixit ipſe
C. Matrinius: dicet clariſſimus vir Cn. Lentulus
cenſor, qui Matrinij honoris cauſa, recenti ne-
gotio ad te literas miſit, mittendáſque curauit.
|| Quid? de Apollonio,[c] Dioclis filio Panormita- 16
no, cui gemino cognomen eſt, præteriri poteſt?
ecquid hoc tota Sicilia clari[9]? ecquid indigni[9]?
ecquid manifeſtius proferri poteſt? quem is, vti
Panormum venit, ad ſe vocari; & de tribunali
citari iuſſit concurſu magno frequentiáque cõ-
uentus. Homines ſtatim loqui: mirari, quòd A-
pollonius homo pecunioſus, tãdiu ab iſto ma-
neret integer: excogitauit: neſcio quid attulit.
profectò homo diues repentè à Verre non ſine
cauſa citatur. exſpectatio ſumma[d] omniũ, quid-
nam id eſſet: cùm exanimatus ſubitò ipſe accur-
rit cũ adoleſcente filio. nã pater, grandis natu,
iamdiu lecto tenebatur. || nominat iſte ſeruum, 17
quem magiſtrum pecoris eſſe diceret. eũ dicit
coniuraſſe,[e] & alias familias concitaſſe. is om-
nino ſeruus in familia non erat. eum ſtatim ex-
hiberi iubet. Apollonius[f] affirmat ſeruum ſe o-
mnino illo nomine habere neminem.[g] Iſte ho-
minẽ[10] arripi à tribunali, & in carcerem[h] cõiici
iubet.[i] ille clamare, cùm raperetur, nihil ſe mi-
ſerum feciſſe, nihil commiſiſſe: pecuniam ſibi
eſſe

x L. In Leonida Acharenſi. al. Megarenſi. al. Imacharenſi.
y v.c. ſeruitiorum.
z L. LLS. LX. millia à dom.
a L. LLS. centum millia abſt.
b v.c. dixit ipſe Matrinius, vir clariſſ. Cn. Lent.
c L. Dioclis fil.
d L. hominum. & ita v.c.
e v.c. & famil concit.
f v.c. affirmare, ſe omnino nomine illo ſeruum hab. nem.
g L. Iſte hominem abripi à trib. & ita v.c.
h v.c. conici.
i v.c. clamare ille.

Digitized by Google

eſſe in nominibus:numeratam in præſentia non
habere.Hęc cùm maximè ſumma hominum fre-
quentia teſtificaretur,vt quiuis intelligere poſ-
ſet,eum, quòd pecuniam non dediſſet , idcirco
illa tā acerba iniuria affici : cùm maximè,vt di-
co,hoc de pecunia clamaret, in vincla cōiectus
18 eſt.|| Videte conſtantiam prætoris , & eius præ-
toris,qui nunc reus non ita defendatur , vt me-
diocris prætor:ſed ita laudetur,vt optimus im-
perator.Cū ſeruorū bellū metueretur, quo ſup-
plicio dominos * indēnatos afficiebat,hoc ſer-
uos damnatos liberabat. Apollonium, [k] locu-
pletiſſimum hominē,qui, ſi fugitiui bellū in Si-
cilia facerent , ampliſſimas fortunas amitteret,
belli fugitiuorū nomine,indicta* cauſa,in vin-
cla coniecit:ſeruos,quos ipſe [l] cū conſilio belli
faciendi cauſa cōſenſiſſe iudicauit, eos ſine cō-
ſilij ſententia,ſua ſponte, omni ſupplicio libe-
19 rauit.|| [m] Quid ſi ab Apollonio aliquid commiſ-
ſū eſt,quamobrē iure in eum animaduerteretur:
taménne hāc rem ſic agemus,vt crimini,aut in-
uidiæ reo putemus eſſe oportere, ſi quo de ho-
mine ſeueriùs [n] iudicauit ? Non agam tam acer-
bè:nō vtar iſta accuſatoria cōſuetudine, ſiquid
eſt factū clemēter , vt diſſolutè factū criminer:
ſiquid vindicatū [o] ſeuerè eſt,vt ex eo crudelita-
tis inuidiam colligam. non agam iſta ratione:
tua ſequar iudicia:tuam defendam auctoritatē,
quoad tu voles. ſimul ac tute cœperis tua iudi-
cia reſcindere : mihi ſuccenſere deſinito. meo
enim iure contendā,eum,qui [p] ſuo iudicio con-
dēnatus ſit,iuratorū iudicū ſententiis damnari
20 oportere.|| Non defendam Apollonij cauſam,a-
mici, atque hoſpitis mei, ne tuum iudicium vi-
dear reſcindere : nihil de hominis frugalitate,
virtute,diligentia dicā : prætermittā illud etiā,
de quo antea dixi, fortunas eius ita conſtitutas
fuiſſe , familia,pecore,villis, pecuniis creditis,
vt nemini minus expediret, vllum in Sicilia

* indemnatos ſupplicio affici lege XII.tabularum erat vetitum Auguſt.1.de ciuit.c 19.
k L. hominem locupletiſſ. & ita v.c.
* 1.de legib. vt dictator quem vellet ciuium indicta cauſa interficeret.
l v.c. de cōſilio.for. de conſilij ſententia.
m v.c.ſi aliquid ab Apoll. commiſſ. eſt, quamobrē iure in eum animaduerteretur:tamen non h.r.
n v.c. iudicauerit?
o v.c.eſt ſeuerè.
p L. ſuo iudicio cōdānatus ſit.

Digitized by Google

quæ iſte in Apollonio fecit, ea primùm breuiter cognoſcite, quot & quanta ſint: deinde hæc expendite, atque æſtimate pecunia. reperietis, idcirco hæc in vno homine pecunioſo tot cõſtituta, vt ceteris formidines ſimilium incommodorum, atque exempla periculorum * proponeret. Primùm inſimulatio eſt repentina, capitalis, atque inuidioſi criminis. Statuite, quanti hoc putetis, & quàm multos redemiſſe. Deinde crimen ſine accuſatore, ſententia ſine conſilio, dãnatio ſine defenſione. Aeſtimate harum rerum omniũ pretia: & cogitate, in his iniquitatibus vnũ hæſiſſe Apollonium: ceteros profectò multos ex his incommodis pecunia ſe liberaſſe. Poſtremò tenebræ, [y] vincula, carcer, incluſum ſupplicium, atque à conſpectu parentũ, ac liberũm denique à libero ſpiritu, [z] & communi luce ſe-
24 cluſũ. || Hæc verò, quæ vel vita redimi rectè poſſunt, æſtimare pecunia non queo. hæc omnia ſerò redemit Apollonius, iam mærore, ac miſeriis perditus: ſed tamen ceteros docuit, antè iſtius [a] auaritiæ, ac ſceleri occurrere. Niſi verò exiſtimatis, hominem pecunioſiſſimum [b] ſine aliqua cauſa quæſtus [c] iniectum ad tam incredibile crimen, aut ſine eadem cauſa repentè è carcere emiſſum, aut hoc prædandi genus ab iſto in illo vno adhibitum, ac tentatum, & non per illũ omnibus pecunioſis Siculis metum propoſitũ, &
25 iniectũ. || Cupio mihi, iudices, ab illo [d] ſubiici, quoniã de militari eius gloria dico, ſiquid fortè prætereo. Nam mihi [e] videor de omnibus iam rebus eius geſtis dixiſſe, quæ quidem [f] ad belli fugitiuorum pertinerent ſuſpicioné: certè nihil ſciens prætermiſi. Habetis hominis conſilia, diligentiam, vigilantiam, cuſtodiã, defenſionéq; prouincię. Sũma illuc pertinet, vt ſciatis, quoniã plura genera ſunt imperatorum, ex quo genere iſte ſit. Ne diutius in tanta pænuria virorum fortium talem imperatorem ignorare poſſitis:

* L. proponerentur.

y L. vincla.

z L. atque communi l. & ita v. c.

a L. auaritiæ ſcelerique occ.

b v. c. ſine cauſa qu.

c al. obiectum ad tã incr. v. c. electum ad tam incr.

d v. c. ſubici.

e v. c. videor iam de omnibus rebus.

f L. ad belli fugitiu. ſuſpicionẽ pertinerẽt. & ita v. c.

non* ad Q. Maximi ſapientiam, neque ad illius
ſuperioris Africani in re[g] gerenda celeritatem,
neque ad huius, qui poſtea fuit, ſingulare con-
ſilium, neque ad Paulli rationem, ac diſciplinã,
neque ad C. Marij vim atque virtutem,[11] [h] ſed
ad aliud genus imperatorũ ſanè diligenter re-
tinendum, & conſeruandum, quæſo, cognoſci-
te. || Itinerum * primùm laborem, qui vel maxi- 26
mus eſt in re militari, iudices, & in Sicilia[i] ma-
ximè neceſſarius, accipite quàm facilè ſibi iſte,
& iucundum ratione, conſilióque reddiderit.
Primùm temporibus hibernis, ad magnitudinẽ
frigorum,[k] & ad tempeſtatum vim, [l] atque im-
brium, præclarum[m] ſibi hoc remedium [n] com-
parat. vrbem Syracuſas elegerat: cuius hic ſitus,
atque hæc natura eſſe loci, cælique dicitur, vt
nullus vmquam dies tam magna,[o] turbulentá-
que tempeſtate fuerit, [12] quin aliquo tempore
ſolem eius diei homines viderent. hîc ita viue-
bat iſte bonus imperator hibernis menſibus, vt
eum non facilè, non modò extra tectum, ſed ne
extra lectum quidem quiſquam videret. ita diei
breuitas conuiuiis, [q] noctis longitudo, ſtu-
pris & flagitiis conterebatur. || Cùm autem ver 27
eſſe cœperat, cuius initium iſte non à Fauonio,
neque ab aliquo aſtro notabat: ſed, cùm roſam
viderat, tũc incipere ver arbitrabatur: dabat ſe
labori, atque itineribus: in quibus [r] vſque eò
ſe præbebat patientem, atque impigrum, vt eum
nemo vnquam in equo ſedentem videret. Nam,
vt mos fuit Bithyniæ regibus, [s] lectica octo-
phoro ferebatur: in qua [13] puluinus erat [t] per-
lucidus Melitenſi roſa farctus: ipſe autem coro-
nam habebat vnam in capite, alteram in collo,
*reticulúmq;[14][v] ad nareis ſibi admouebat, te-
nuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ. Sic

con

* plura imperatorum genera in Maximo enim ſapiẽtia, in Africano maiore celeritas, in minore Africano conſilium, in Paulo diſcipłina, in Mario, vis & virtus.

g v.c. gerũda.

h L. ſed ad aliud genus imperatorum eſſe referendum, ſanéque d. l.

* LVXVRIOSA Verris itinera.

i L. minimè neceſſ.

k v. c. & tempeſtatum.

l al. ac fluminum.

m v.c. hoc ſibi.

n L. compararat.

o v. c. ac turbulentatem.

p L. quin aliquo tempore eius diei, ſolem homines viderint. & ita v.c. q v.c. longitudo noctis. r L. eo vſque s L. lectica hexaphora fereb. t L. pellucidus, Melitenſis, roſa fart. * vide Nonium cap. 3. in reticulum. 188. v L. ad nareis ſibi apponebat.

confecto itinere, cùm ad aliquod oppidũ venerat, eadem lectica vſque* ad cubiculum deferebatur. eò veniebãt Siculorum magiſtratus, [x] veniebant equites R. id quod ex multis iuratis audiſtis. controuerſiæ ſecretò deferebantur: paulò poſt palàm decreta auferebantur. deinde, vbi paulliſper in cubiculo, pretio, non æquitate iura deſcripſerat: Veneri iam, & Libero reliquum
28 tempus deberi arbitrabatur. || quo loco [y] mihi non prætermittenda videtur pręclari imperatoris egregia, ac ſingularis diligentia. Nam ſcitote eſſe oppidum in Sicilia nullum ex iis oppidis, in quibus prætores, conſiſtere & conuentum [z] agere ſolent, quod in oppido non iſti ex aliqua familia [a] non ignobili, [b] delecta ad libidinem mulier eſſet. Itaque nonnullæ ex eo numero in conuiuium adhibebantur palam. ſi quæ caſtiores erant, ad tempus veniebãt: lucem, conuentúmque vitabant.* erant autem conuiuia non illo ſilentio* P.R. prætorum, atq; imperatorum, neq; eo pudore, qui in magiſtratuum cõuiuiis verſari ſolet, ſed cũ maximo clamore, atque conuitio. nonnunquam etiam [c] res ad manus, atque ad pugnam veniebat. Iſte enim prætor ſeuerus, ac diligens, qui populi R. legib. numquam paruiſſet, [d] illis legibus, quæ in poculis ponebãtur, diligenter obtemperabat. Itaque erant exitus eiuſmodi, vt alius inter manus è conuiuio, tanquam è prœlio, auferretur: alius, tanquam occiſus, relinqueretur: plerique fuſi ſine mente, ac ſine vllo ſenſu iacerent, [e] quiuis vt cùm adſpexiſſet, non ſe prætoris conuiuium, [f] ſed vt Cannenſem pugnã nequitiæ videre ar-
29 bitraretur. || Cùm verò æſtas ſumma eſſe iam cœperat, quod tempus [g] omnes Siciliæ ſemper prætores in itineribus conſumere conſueuerunt, propterea quòd tum putant obeundum eſſe maximè prouinciam, cùm in areis frumenta

* L. in cubiculum.
x v. c. duo non habẽt, veniebant.
y L. nõ prætermittenda mihi vid.
z v. c. agere ſoleant.
a v. c. non ignorabili.
b L. dilecta ad lib. & ita v. c.
* CONVIVIA Veneris diſſoluta.
* L. illo ſilentio prætorum atq; imperato.
c v. c. res ad pugnã, atq; ad manus vocabatur.
d L. illis diligenter legibus, quæ in pauculis poneb. obr.
e L. vt quiuis, cum adſpex.
f L. ſed Can.
g L. omnes Siciliæ præt. ſemper in itineribus.

ta ſunt, quòd & familiæ cõgregantur, & magni-
tudo ſeruitij perſpicitur,[16] & labor operis ma-
ximè[h] offenditur, & fruměti copia commonet,
tempus anni non impedit: tum, inquam, cũ con-
curſant ceteri prætores, iſte nouo quodam ex
genere imperator,[17] pulcherrimo[i] Syracuſarum
loco ſtatiua ſibi caſtra faciebat.|| nã in ipſo adi- 30
tu, atq; ore portus[18] * vbi primùm ex alto ſinus
[k] ad vrbem ab littore inflectitur, tabernacula
*carbaſeis intenta velis collocabat. huc ex illa
domo prętoria, quę regis Hieronis fuit, ſic emi-
grabat,[l] vt per eos dies nemo iſtum [19] [m] extra
illum locum videre poſſet. in eum autem ipſum
[n] locum aditus erat nemini, niſi qui aut ſocius,
aut miniſter libidinis eſſe poſſet. Huc omnes
mulieres, quibuſcũ iſte conſueuerat, conuenie-
bant: quarum incredibile eſt quanta multitudo
fuerit Syracuſis. huc homines digni iſtius ami-
citia, digni vita illa conuiuiſque veniebant. In-
ter eiuſmodi viros, [o] ac mulieres, adulta ætate
filius verſabatur: vt eum, etiamſi natura à parẽ-
tis ſimilitudine abriperet, conſuetudo tamẽ, ac
diſciplina[p] patri ſimilẽ eſſe cogeret.|| Huc Ter- 31
tia illa perducta per dolũ, atq; inſidias ab Rho-
dio tibicine maximas in iſtius caſtris effeciſſe
turbas dicitur: cũ indignè pateretur vxor Cleo-
menis Syracuſani, nobilis mulier,[q] itémque Ae-
ſchrionis, honeſto loco nata, in conuentũ ſuũ
mimi Iſiodori filiam veniſſe. iſte autem [r] Anni-
bal, qui in ſuis caſtris *virtute putaret oportere, non
genere certari*, ſic hanc Tertiam dilexit vt eam ſe-
cum ex prouincia[s] exportaret.*Ac per eos dies,
cùm iſte cum pallio purpureo, talarique tunica
verſaretur in conuiuiis muliebribus, non offen-
debantur homines [t] neque moleſtè ferebant,
abeſſe à foro magiſtratum, non ius dici, non
iudicia fieri:[20] [u] lucum illum littoris percrepa-
re totũ mulierum vocibus, cantúque ſympho-
niæ: in foro ſilentium eſſe ſummum cauſſarum,
atque

h L. & v.c. offenditur, frumenti cop. al. offendi, al. oſtenditur.
i al. Syracuſarum luco ſt.
* al. vt primum
k v. c. ab littore ad vrbem.
* vide Pli. l. 19. c. 1.
l L. vt per illos dies n.
m al. extra illum lucũ litoris v.
n al. lucum
o v. c. & mulieres.
p L. patris ſimilem.
q L. itémque vxor Aeſchr.
r v.c. Hannibal.
s v.c. deportaret. & ita L.
* VESTITVS Verris.
t al. in eo: neque moleſtè f.
v l. locum illum litoris.

atque iuris:non ferebant homines moleſtè. nõ enim ius abeſſe videbatur à foro, neq; iudicia, ſed vis, & crudelitas, & bonorum acerba, atque
32 indigna direptio.|| Hunc tu igitur imperatorem eſſe defendis, Hortenſi? huius furta, rapinas, cupiditatem, crudelitatem, ſuperbiam, ſcelus, audaciam, rerum geſtarũ magnitudine, atque imperatoriis laudibus tegere conaris? Hic ſcilicet eſt metuendum, ne ad exitum defenſionis tuæ, vetus illa Antoniana dicẽdi ratio, atque auctoritas proferatur: ne excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus R. adſpiciat, ex mulierum morſu veſtigia libidinis, at-
33 que nequitię.|| Dij faciãt, vt rei militaris, vt belli mentionem facere audeas. cognoſcẽtur enim omnia iſtius æra illa vetera, vt, non ſolũ in imperio, verùm etiam in ſtipendiis qualis fuerit, intelligatis. renouabitur prima illa militia, cùm iſte è foro* abduci, nõ, vt ipſe prædicat,[21] [x] perduci ſolebat. aleatoris Placentini caſtra commemorabuntur: in quibus cum frequens fuiſſet, tamen ære* dirutus eſt. multa eius in ſtipendiis damna proferentur: quæ ab iſto, ætatis fructu
34 diſſoluta, & compenſata ſunt.|| Iam verò, cùm in eiuſmodi patientia turpitudinis, aliena, non ſua ſatietate obduruiſſet: qui vir fuerit, quot præſidia, quàm munita pudoris, & pudicitię, vi & audacia ceperit, quid me attinet dicere,[y] aut coniungere cum iſtius flagitio, cuiuſquam præterea dedecus? non faciam, iudices: omnia vetera prętermittam. duo ſola recentia ſine cuiuſquã infamia ponam: ex quibus coniecturam facere de omnib. poſſitis. vnũ illud, quod ita fuit illuſtre, notúmq; omnibus, vt nemo tam ruſticanus homo, L. Lucullo, & M. Cotta Coſs. Romam ex illo municipio vadimonij cauſa venerit, quin ſciret,[22] iura[z] omnia populi R. nutu, atq; arbitrio Chelidonis meretriculę gubernari: alterũ, quod,

* Adoleſcẽtes abducebantur è foro, vt oratores audirent.
x al. produci.
* ęre diruti, ſtipendio ob ignominiam multati. Feſtus in dirutũ.
y L. ac coniungere c. & ita v. c.
z L. omnia prætoris vrbani, nutu. al. omnia prætoris populi R. natu. al. omnia P. R.

Digitized by Google

cū *paludatꝰ exiſſet, votáq; pro imperio ſuo,[23] cōmuniq; populi R. nuncupaſſet, noctu, ſtupri cauſa, lectica in vrbem introferri ſolitus eſt ad mulierem, nuptam vni, propoſitam omnibus, cōtra fas, contra auſpicia, contra omneis diuinas, atque humana religiones. || O dij immortales! 35
quid intereſt inter menteis hominum, & cogitationes? Ita mihi meam voluntatem, ſpémque reliquæ vitæ veſtra, populiq; R. exiſtimatio cōprobet, vt ego, quos adhuc mihi magiſtratus, populus R. mandauit, ſic eos accepi, vt me omniū officiorū obſtringi religione arbitrarer. Ita quæſtus ſum factus, vt mihi honorē illū tū[24] nō ſolū datū, ſed etiā creditū[a] ac cōmiſſū putarem. ſic obtinui quæſturā[b] in prouincia Sicilia, vt omniū oculos in me vnū coniectos arbitrarer: vt me, quæſturāq; meam,[25] quaſi in aliquo [d] orbis terræ theatro verſari exiſtimarē:[c] vt omnia ſēper, quæ iucūda vidētur eſſe, non modò his extraordinariis cupiditatib. ſed etiā[26] ipſi naturæ, ac neceſſitati denegarem. || Nūc ſum deſignatus ædilis: habeo rationē, quid à populo R. accepe- 36
rim: mihi ludos ſanctiſſimos: maxima cū cura & cæremonia Cereri, Libero, Liberæq; faciēdos: mihi Floram matrem populo, plebique R. ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſūt nominati, maxima cum dignitate, ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæq; eſſe faciundos: mihi ſacrarū ædium procurationē, mihi totā vrbē tuendā eſſe commiſſā: ob earū rerū laborē, & ſollicitudinē fructꝰ illos datos, antiquiorem in ſenatu ſentētiæ dicendæ locū, togā prætextā, ſellā curulē, * ius, imagines[27] [h] ad memoriā, poſteritatémq; prodēdā. Ex his ego[i] rēb. omnibus, iudices, ita mihi deos

f L. videntur eſſe, ea non m. g L. maxima cum cæremonia. al. maxima tū cura, tum cærem.* Lipſ. Electorū l.1.c.29. emendat, vide & Gell. l. 14. c. 7. h fort. ad memoriam prodendā. vide Non. c. 4. in prodere. i v.c. omnib. reb.

*Paludamē tū Feſto, & Varr. 6. de ling. & Dioni inſigne eſt ornamētū militare. Plutarch prætorium Cæſari imperatorium poſtea chlamis dicta. Non. c. 14 neq; id militibus modò, ſed imperatorib. erat in vſu. Togā. n. togam enim paludamento mutabāt imperatores, Salluſt. pallium autem imperatorium, coco, purpura & auro diſtinctum refert Iſid. l.9.c.23.
a v.c. & cōmiſſum.
b v.c. in Sicilia prouincia.
c v.c. in me cōiect. arb.
d L. orbis terrarum th.
e v.c. vt ſēper omnia, &c. & ita L. monia. al. ius imaginis poſteritati

deos omneis propitios eſſe velim, vt, tametſi
mihi iucundiſſimus eſt honos populi, tamẽ ne-
quaquam tãtũ capio voluptatis, quantũ[k] ſolli-
citudinis, & laboris, vt hæc ipſa ædilitas, non
quia neceſſe fuerit, alicui candidato data, ſed
quia ſic oportuerit, rectè collocata, & iudicio
populi [28] * digno in loco poſita eſſe videatur.
37 ||Tu cũ eſſes prætor renuntiatus quoquo modo
(mitto enim, & prætereo, quid tum ſit actũ) ſed
cũ eſſes renũtiatus, vt dixi, non ipſa * præconis
voce excitatus es, qui te toties ſeniorũ, iuniorũq;
centuriis illo honore affici pronũtiauit, vt hoc
putares, aliquã reip. partẽ tibi creditã? annũ ti-
bi illum vnum domo carendum eſſe meretricis?
Cũ tibi ſorte obtigiſſet, [l] vt ius diceres: quantũ
negotij, [29] quid oneris haberes, numquã cogi-
taſti: neque illud rationis habuiſti, ſi fortè ex-
pergefacere te poſſes, eã prouinciã, quam tueri
ſingulari ſapientia, atq; integritate difficile eſ-
ſet, ad ſummã ſtultitiam nequitiámque veniſſe.
Itaq; [m] non modò domo tua Chelidonẽ in prę-
tura [30] excludere noluiſti, ſed in Chelidonis do-
38 mum præturã tuam totã detuliſti.|| Secuta pro-
uincia eſt: in qua tibi numquã venit in mẽtem,
non tibi idcirco faſceis, & ſecureis, & tantam
imperij vim, tantámque ornamentorum omniũ
dignitatem datam, vt earum rerum vi, & aucto-
ritate omnia repagula [n] iuris, pudoris, & offi-
cij perfringeres: vt omnium bona, prædam tuã
duceres: [o] nullius res tuta, nullius domus clauſa,
nullius vita ſæpta: nullius pudicitia munita con-
tra tuã cupiditatẽ, & audaciã poſſet eſſe. in qua
tu te ita geſſiſti, [p] vt, cũ omnib. teneare rebus, ad
bellum fugitiuorum confugias, ex quo iam [q] in-
telliges, non modò tibi nullam defenſionem,
ſed maximam vim criminũ exortam, niſi fortè
[r] Italici belli fugitiuorum reliquias, atq; illud
[31] [s] Tẽpſanum incommodum proferes [t] ad quos
recẽs cũ te peropportunè fortuna obtuliſſet, ſi-
quid

k L. & ſollicit. & ita v. c.
* al. populi, in loco poſita.
* præconis voce denũciabantur magiſtratus.
l v. c. vti ius diceres.
m al. non modo à domo t.
* L. extrudere.
n v. c. duo non habẽt, iuris.
o v. c. vt nullius.
p L. vt, omnibus cùm ten.
q L. intelligis. & ita v. c.
r L. Italici fugitiuorũ belli rel.
s L. Tenſanum incomm. cũ Tempſanũ oppidum Brutiorum reſidua Spartarum victimanus occupauit.
t v. c. id quod recens, cùm peropportunè fortuna att.

Digitized by Google

quid in te virtutis,atq; induſtriæ fuiſſet : idem,
qui ſemper fueras,inuentus es.|| Cũ ad te*Valẽ- 39
tini veniſſent, & pro his homo diſertus, & no-
bilis M.Marius, loqueretur, vt negotium ſuſci-
peres,vt,cùm penes te [u] prætorium imperium,ac
nomen eſſet, ad illã paruam manum exſtinguẽ-
dam,ducem te,principémque præberes:nõ mo-
dò id refugiſti, ſed eo ipſo tempore, cùm eſſes
in littore,Tertia illa tua, [x] quam tecum depor-
tabas,erat in omnium conſpectu.ipſis autẽ Va-
lentinis ex tam illuſtri,nobiliq; municipio, tã-
tis de rebus reſponſum nullũ dediſti,cũ eſſes cũ
tunica pulla,*& pallio.Quid hunc proficiſcen-
tem*, quid in ipſa prouincia feciſſe exiſtimatis,
qui cũ iã ex prouincia,non ad triumphũ,ſed ad
iudiciũ decederet, ne illã quidẽ infamiã fuge-
rit,quã ſine vlla voluptate capiebat?|| O diuina 40
ſenatus frequentis in æde Bellone admurmura-
tio.Memoria tenetis, iudices, cũ aduesperaſce-
ret,& paulò antè eſſet de hoc [y] Thẽpſano incõ-
modo nuntiatũ,cũ inueniretur nemo,qui in illa
loca cum imperio mitteretur,dixiſſe quendam,
Verrẽ eſſe nõ lõgè à [z] Thempſa: quã valdè vni-
uerſi [a] admurmurarint,quã palàm principes [b] di-
xerint cõtrà.Et is tot criminibus teſtimoniiſq;
conuictus,in eorũ [c] tabellis ſpẽ ſibi aliquã*pro-
ponit,quorũ omnium palã,cauſa incognita,vo-
ce dãnatus eſt?||Eſto:nihil ex fugitiuorũ bello, 41
aut ſuſpicione celli laudis adeptus eſt, ꝙ neque
bellũ eiuſmodi,neq; belli periculũ fuit in Sici-
lia,neq; ab iſto prouiſum eſt,ne ꝙ eſſet.At verò
cõtra bellum prędonũ claſſem habuit ornatam,
diligentiãq; adhibuit in eo ſingularẽ. [d] Itaq;,
*iſto prætore, præclarè defenſa prouincia eſt.
Sic de bello prodonũ,ſic de claſſe Sicilienſi,iu-
dices,dicã, vt hoc iã antè confirmẽ, in hoc vno
genere omneis ineſſe culpas iſtius maximas, 32
auaritiæ: [e] maieſtatis,demẽtiæ,libidinis, crude-
litatis.Hæc dum breuiter expono, quæſo, vt fe-
ciſtis

* Valentinorum vrbs olim Vibona. Strab. li. 6. & Pli. lib. 1. Valentiam vocát.
u v. c. prætorium nomen eſſet.
x v. c. quã ta tecum.
*pulla erat tunica plebeia húncque colorem, vt indecorum notat in Verre. vide Lep. 1. Electo. c. 13.
y L. Tempſano inc.
z L. à Temſa:
a v. c. admurmurauerint.
b L. contra dixerint.
c v. c. tabella.
* L. ponit.
d v.c. Itaq; ab iſto pr. præcl.
*Crimina Verris in bello piratico admiſſa.
e L. maieſtatis deminutæ, libid.

42 ciſtis adhuc diligenter attendite. || Rem naualē primùm ita dico eſſe adminiſtratam, nō vti prouincia defenderetur, ſed vt claſſis nomine pecunia quæreretur. Superiorum prætorum conſuetudo cùm hæc fuiſſet, vt naues ciuitatibus, certúſque numerus nautarum, militúmque imperaretur, maximæ, & locupletiſſimæ ciuitati Mamertinæ nihil horum imperauiſti. [f] ob quā rem quid tibi Mamertini clàm dederint pecuniæ, [g] pòſt ſi videbitur: ex ipſorum literis, & te-
43 ſtibus quæremus. || nauem verò Cybeam maximam, triremis inſtar, pulcherrimam, atque ornatiſſimam, palàm ædificatā ſumtu publico, [h] ſciēte Sicilia, per magiſtratum ſenatúmque Mamertinum tibi datam, donatámq; eſſe dico. hęc nauis onuſta præda Sicilienſi, cùm ipſa quoque eſſet ex præda, ſimul cùm iſte decederet, appulſa Veliam eſt [i] cum plurimis rebus, & iis, [k] quas ante Romam mittere cum ceteris furtis noluit, quòd erant cariſſimæ, maximéque eum delectabant. Eam nauē nuper egomet vidi Veliæ, multique alij viderunt, pulcherrimam, atque ornatiſſimam, iudices. quę quidem omnibus, qui eam adſpexerant, proſpectare iam exſulium, atq; ex-
44 plorare fugam domini videbatur. || Quid mihi hoc loco reſpōdebis? niſi fortè id, quod tametſi probari nullo modo poteſt, tamen dici quidem in iudicio de pecuniis repetundis neceſſe eſt, de tua pecunia [l] ædificatam eſſe eam nauim. Aude hoc ſaltē dicere, quod neceſſe eſt. noli metuere, Hortenſi, ne quæram, cui licuerit ædificare nauem ſenatori. antiquæ ſunt iſtæ leges, & mortuæ, quemadmodum tu ſoles dicere, quæ verāt. 33 [m] Fuit iſta reprehenſio quondam, fuit iſta ſeueritas in iudiciis, vt iſtam rē accuſator in magnis criminib. obiiciendam putaret. quid enim tibi [n] naue op⁹ fuit? [o] qui ſiquò publicè proficiſceretis, & prædij, & vecturæ cauſa, ſumtu publico nauigia præberentur: priuatim autem nec

pro

f v. c. ob hanc rem.
g L. pòſt videbitur, ex ipſ. lit.
h L. ſciente tota Sicilia.
i L. cum plurimis rebus iis, quas antè R.
k al. quas iſte Romā m.
l al. cōſtare ædificatam tamen. v. c. omnes verbum, conſtare, non habēt, neque L. agnoſcit.
m al. Fuit iſta reſp. quondam.
n L. naui.
o L. cui, ſi quo publ.

Digitized by Google

proficiſci quóquã potes , nec arceſſere res trã-
marinas ex iis locis 34 [p] in quib. tibi habere ni-
hil licet. || Deinde cur quidquam contra leges 45
paraſti ? Valeret hoc crimen in illa veteri ſeue-
ritate ac dignitate reip. Nunc nõ modò te hoc
crimine non arguo: ſed ne illa quidem cõmuni
vituperatione reprehẽdo. Poſtremò tu tibi hoc
numquam turpe , numquam crimiNoſum, num-
quam inuidioſum fore putaſti, celeberrimo lo-
co palàm tibi ædificari onerariam nauem in ea
prouincia, quàm tu cũ imperio obtinebas? Quid
eos loqui, qui videbant, quid exiſtimare eos, qui
audiebãt, arbitrare? inanem te [r] nauẽ eſſe in Ita-
lia * adducturũ, nauiculariam, cùm Romã veniſ-
ſes, eſſe facturum? Ne illud quidẽ quiſquã pote-
rat ſuſpicari, [s] te habere in Italia maritimũ fun-
dum, & ad fructus deportandos onerariã nauem
comparare. Eiuſmodi [t] de te voluiſti ſermonem
eſſe omnium, palàm vt loquerentur, te illã na-
uem parare, quæ prædã ex Sicilia deportaret, &
quæ ad ea furta, quæ reliquiſſes, cõmearet? || Ve- 46
rùm hæc omnia, ſi doces, nauem de tua pecunia
ædificatam remitto, atq; concedo. ſed hoc, ho-
mo amentiſſime , non intelligis priore actione
[x] ab iſtis ipſis tuis Mamertinis laudatorib. eſſe
ſublatũ? Nã dixit Heius princeps ciuitatis, prin-
ceps iſtius legationis , quæ ad tuam laudationẽ
miſſa eſt, nauem tibi operis publicis Mamerti-
norum eſſe [y] ædificatam, eiq́ue faciendæ ſena-
torem Mamertinum publicè præfuiſſe. Reliqua
eſt materies. hanc Rheginis, vt ipſi dicunt (ta-
metſi tu negare non potes) publicè , quòd Ma-
mertini materiẽ non habẽt, imperauiſti. Si & ex
quo fit nauis, & qui faciunt, [z] imperio tibi tuo,
non pretio, præſtò fuerunt : vbi tãdem iſtuc la-
tet, quod tu de tua pecunia dicis impẽſum? || At 47
Mamertini in tabulis nihil habent. Primùm vi-
deo potuiſſe fieri, vt ex ærario nihil darent (et-
enim vel Capitoliũ, ſicut apud maiores noſtros
factum

p L. in quib. tibi habere mercari nihil l.

q v. c. duo nõ habẽt, Poſtremò.

r L. nauem illam eſſe in Ital. v. c. duo, nauem eſſe illam in lit.

* L. deducturum? nauiculariam te, tum Romam.

s v. c. te in Italia maritimum habere f.

t L. voluiſti de te , &c. & ita v. c.

v al. deportaret : quæ ad.

x L. ab ipſis iſtis Mamertinis, tuis laud.

y v. c. factam.

z v. c. imperio tibi, nõ tuo pretio, præſtò f.

factum eſt,[a] publicè,coactis fabris,operiſq; im-
peratis, gratis exædificari, atque effici potuit)
[b] deinde id quod perſpicio, & quod oſtendam,
cùm iſtos produxero,ipſorum ex literis,multas
pecunias iſti erogatas in operũ locationes fal-
ſas,atque inaneis, eſſe perſcriptas.[35] Nam illud
minimè mirum eſt, Mamertinos, à quo ſummũ
beneficium acceperant, quem ſibi amiciorem,
quàm populo R. eſſe cognouerant, eius capitis
literis ſuis peperciſſe. Sed ſi argumento eſt Ma-
mertinos[c] pecuniam tibi non dediſſe,quia ſcri-
ptũ nõ habent:ſit argumento tibi gratis cõſtare
nauem,quia,quid emeris, aut quid [d] locaueris,
48 ſcriptũ proferre nõ potes.|| At enim idcirco na-
uẽ Mamertinis nõ imperaſti,quòd ſũt fœderati.
Dij approbent.habemus hominẽ[36] in fetialium
*manibus educatũ:vnum,præter ceteros, in pu-
blicis regionib. fœderum ſanctum & diligentẽ.
[f] omnes,qui ante te prætores fuerunt,dedantur
Mamertinis, quod iis nauem contra pactionem
fœderis imperarint.Sed tamen, tu,ſancte homo,
ac religioſe,cur Taurominitanis item fœderatis
nauẽ imperaſti?an hoc probabis, in æqua cauſa
populorum ſine pretio varium ius, & diſparem
49 conditionẽ fuiſſe? || Quid, ſi eiuſmodi eſſe hæc
duo fœdera duorũ populorum, iudices, doceo,
vt Tauromitanis nominatim cautũ, & exceptũ
ſit fœdere,ne nauem dare debeant: Mamertinis
in ipſo fœdere ſanctum,atq; perſcriptũ ſit, [g] vti
nauem dare neceſſe ſit:iſtum autẽ contra fœdus
& Taurominitanis imperaſſe,& Mamertinis re-
miſiſſe? num cui dubiũ poterit eſſe, quin Verre
prætore,plus Mamertinis Cybea,quã Tauromi-
nitanis fœdus opitulatũ ſit?Recitentur fœdera.
MAMERTINORVM, ET TAVROMINITANORVM
CVM POPVLO R. FOEDERA. Iſto igitur tuo, quẽ-
admodum eſſe prædicas, beneficio: vt res in-
dicat, pretio, atque mercede, minuiſti maieſta-
tem [h] reip.minuiſti auxilia [i] populi R.minuiſti

copias

a L. publicè gratis, coactis fabris, operiſque imperatis, exæd.
b L. deinde id quoque perſpicio, quod & oſtendam, cùm ipſos produxero, ex ipſorum litt. & ita v.c.
c L. pecunias.
d v.c. locaris.
* al. moribus.
e L. ac diligentem.
f v.c. omnes qui ante te fuerunt prætores.
g v.c. vt nauem.
h v.c. P. R. L. populi R.
i L. reip.

copias maiorum,virtute,ac ſapientia compara-
tas:ſuſtuliſti ius imperij, conditionem ſociorũ,
memoriam fœderis. Qui ex fœdere ipſo nauem
vel vſque ad Occeanum, ſi imperaſſemus, ſum-
tu, periculóque ſuo armatam, atque ornatam
mittere debuerunt: hi, ne in freto ante ſua te-
cta,& domos nauigarent:ne ſua mœnia,portúſ-
que defenderent, pretio abs te ius fœderis: &
imperij conditionẽ [k] redemerunt.|| Quid cẽ- 50
ſetis in hoc fœdere faciundo voluiſſe Mamer-
tinos impendere laboris,operæ,pecuniæ,ne hęc
biremis adſcriberetur, ſi id vllo modo poſſent
[l] à noſtris maioribus impetrare?ſ7 nã, cùm hoc
munus [m] imponebatur tam graue ciuitati, ine-
rat neſcio quo modo in illo fœdere ſocietatis
quaſi quædam nota ſeruitutis. Quod tum recẽ-
tibus ſuis officiis, integra re, nullis populi Ro.
difficultatibus,à maioribus noſtris fœdere aſſe-
qui non potuerunt, id nunc nullo nouo officio
ſuo,tot annis pòſt, [n] iure imperij noſtri quoti-
dianis vſurpato, ac ſemper retento, ſumma in
difficultate nauium, à C. Verre pretio aſſecuti
ſunt.|| [o] At non hoc ſolùm ſunt aſſecuti, ne na- 51
uem darent. Ecquem nautam,ecquem militem,
qui aut in claſſe,aut in præſidio eſſet, te præto-
re,per triennium Mamertini dederunt?Denique
cùm ex ſenatuſconſulto,itemque * ex lege Te-
rentia,& Caſſia frumentum æquabiliter emi ab
omnibus Siciliæ ciuitatibus oporteret: id quo-
que munus leue, atque commune Mamertinis
remiſiſti. Dices, frumentum Mamertinos non
debere. Quomodo non debere? an, vt ne ven-
derent? non enim erat hoc genus frumenti ex
eo genere, quod exigeretur, ſed ex eo, quod
emeretur. Te igitur auctore, & interprete, ne
foro quidem, & commeatu Mamertini [p] po-
pulum Rom. iuuare debuerunt. || Quæ tan- 52
dem ciuitas fuit, quæ deberet? Qui publi-
cos agros arant, certum eſt quid [q] ex lege
cen

k L. emerunt.
l al. à veſtris.
m L. imperaretur tã gr. & ita v. c. al. imperabatur.
n L. iure imperij noſtri quotannis vſurpatum, ac ſẽper retentum.
o al. At ſũt hoc ſolum aſſecuti. li. vulg. At hoc ſolum aſſecuti.
* lata eſt hæc lex M. Terentio, Lucullo & C. Caſſio Varro Coss. anno vrbis, DCLXXX.
p v.c. iuuare populũ Rom. deb.
q v.c. è lege cepiſ id eſt, ex conuentione.

cenſoria dare debeant. Cur iis quidquam præterea ex alio genere imperauiſti?[r] Quid? decumani nũquid preter ſingulas decumas ex lege Hieronica debent: cur iis quoque ſtatuiſti, quantum ex hoc genere frumenti emti darent?[s] qui ſunt immunes, ij certè nihil debẽt.[t] At iis nõ modò imperaſti: verùm etiam quò plus darent, quã poterant, hæc ſexagena millia modiûm, quæ Mamertinis remiſeras, addidiſti. Neque hoc dico, ceteris,[u] nõ rectè imperatum eſſe.[x] Mamertinis, qui erant in eadem cauſa: quibus ſuperiores omnes prætores item vt ceteris imperarant, pecuniámque ex S.C. & ex lege diſſoluerant, his dico non rectè remiſſum.[x] Et, vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit, & de conſilij ſententia Mamertinis ſe
53 frumentum non imperare pronuntiat. || Audite decretũ[y] mercenarij prætoris ex ipſius cõmẽtario: & cognoſcite, quãta in ſcribendo grauitas, quanta in conſtituendo iure ſit auctoritas.[z] Recita commentarium. DECRETVM EX COMMENTARIO. Libẽter ait ſe facere: itaq; perſcribit. Quid, ſi hoc verbo non eſſes vſus, Libenter? nos videlicet inuitum te quæſtum facere putaremus? ac de conſilij ſententia præclarũ recitari conſiliũ, iudices, audiſtis, vtrùm vobis conſilium[a] recitari tandem prætoris videbatur, cùm audiebatis nomina, an prædonis improbiſſimi ſocietas,
54 atque comitatus? ||En fœderum interpretes, ſocietatis pactores, religionis auctores. numquam in Sicilia frumẽtum publicũ eſt emtũ, quin Mamertinis pro portione imperaretur, ante quàm hoc delectũ, prçclarũque conſiliũ iſte dedit, vt ab his nummos acciperet, ac ſui ſimilis eſſet. Itaque tantũ valuit iſtius decreti auctoritas, quãtũ debuit eius hominis, qui à quibus frumentũ emere debuiſſet, iis decretum vendidiſſet. Nam ſtatim L. Metellus, vt iſti ſucceſſit, ex C. Sacerdotis,

r al. Quid decumani?
s L. Quid immunes? ij certè & ita v.c.
t v.c. At eis
v v.c. non rectè imperatum: ſed Mamert.
* al. Sed Mamertinis.
x al. At, vt h. L. Atq; vt hoc benef.
y v c. mercenarij pr.
z L. Recita decretũ ex commentario, hic locus eſt argumento, commentarium rerũ à ſe geſtarũ prætores perſcripſiſſe.
a L. tandẽ prætoris recitari vid. & ita v.c.

dotis,& Sex. Peducæi inſtituto, ac literis frumentũ Mamertinis imperauit. Tũ illi intellexerunt, ſe id quod à malo auctore emiſſent, diutiùs obtinere non poſſe. || Age porrò, tu,[a] qui te 55
tam religioſũ exiſtimari voluiſti interpretem fœderum, cur Taurominitanis frumentum, cur Netinis imperaſti? quarum ciuitatũ vtraq; fœderata eſt. Ac Netini quidem ſibi non defuerũt. nam ſimulac pronũtiaſti,[b] libenter te Mamertinis remittere te adierunt & eãdem ſuam cauſam fœderis eſſe docuerunt. tu aliter decernere in eadem cauſa non potuiſti. Pronuntias Netinos frumentũ dare [c] non oportere: [d] & ab his tamen exigis. Cedò mihi eiuſdem prætoris [e] literas & rerum decretarum, & frumenti imperati, tritici emti. LITERAE PRAETORIS RERVM DECRETARVM, FRVMENTI IMPERATI, ET FRVMENTI EMTI. Quid potius in hac tanta, [f] ac tã turpi inconſtantia ſuſpicari poſſumus, iudices: quàm id quod neceſſe eſt, aut iſti à Netinis pecuniam cùm poſceret, non datã: aut id eſſe actũ, vt intelligerent Mamertini, bene ſe apud iſtũ tam multa pretia, ac multa collocaſſe, cùm idem alij iuris ex eadem cauſa non obtinerent? || Hic mihi etiam audebit mentionem fa- 56
cere Mamertinæ laudationis? in qua quàm multa ſint vulnera, quis eſt veſtrûm, iudices, qui intelligat. 58 Primùm, vt in iudiciis, qui * decem laudatores dare non poteſt, * honeſtius eſt ei nullum dare, quàm illũ quaſi legitimũ numerũ conſuetudinis non * explere: tot in Sicilia ciuitates ſunt, quibus tu per trienniũ præfuiſti: arguũt ceteræ: paucę & paruę, metu repreſſæ ſilẽt: vna laudat. Hoc quid eſt, niſi intelligere, [g] quid habeat vtilitatis vera laudatio? 59 ſed tamẽ ita * prouinciæ præfuiſſe, vt hac vtilitate neceſſariò ſit

a v.c. qui tam rel. exi. te vol.
b L. libenter te Mamertinis quiddã remittere. al. libenter te Mamertinis quidem rem.
c L. non debere: & ita v.c.
d L. & ab his tamen exegiſti C.
e L. literas & rerum decretarũ, & fru. imp. & tritici emti.
f v.c. & tam turpi.
* Laudatores in grauioribus cauſis dabãtur. refert enim Aſc. Scaurum qui à Cicerone defenſus eſt, à nouem conſularib. laudatum & vno adoleſcente fauſto ipſius Scauri fratre; filio Syllæ. * al. honeſtius nullũ daret.
* al. explere. g L. quid habeat vtilitatis vera laudatio: ſed tamẽ ita prouinciæ præfuiſſe, vt * al. ita Verres prouinciæ præfuiſti.

Digitized by Google

57 [h] ſit carendū. || Deinde id quod alio loco antè dixi, quæ eſt iſta tandem [i] laudatio, cuius laudationis legati principes & publicè tibi nauē ædificatā, & priuatim ſeipſos abs te ſpoliatos, expilatoſque [k] eſſe dixerūt? Poſtremò quid aliud iſti faciunt, cū te ſoli ex Sicilia laudāt, niſi teſtimonio nobis ſunt [l] te omnia ſibi eſſe largitum, quæ tu de rep. noſtra detraxeris? Quæ colonia eſt in Italia tā bono iure, quod tā immune municipium, quod per hoſce annos tam commoda [m] vacatione ſit vſum omniū rerū, quàm Mamertina ciuitas per triennium? ſoli ex fœdere quod debuerunt, non dederunt ſoli iſto prætore, omniū rerū immunes fuerunt: ſoli in iſtius imperio [n] ea condicione vixerunt, vt populo Ro. nihil
58 darent, Verri [o] nihil denegarent. || Verùm vt ad claſſem, quo ex loco [p] ſum digreſſus, reuertar: accepiſti à Mamertinis nauē [q] contra legē: remiſiſti contra fœdera. ita in vna ciuitate bis improbus fuiſti: cū & remiſiſti, quod non oportebat: & accepiſti quod non licebat. Exigere te oportuit nauem, quæ contra prædones, nō quæ cum præda nauigaret: quæ defenderet, ne prouincia ſpoliaretur, [r] non quæ prouinciæ ſpolia portaret. Mamertini tibi & vrbē, quò furta vndique deportares, & nauem, quæ exportaculum prædæ fuit: illi homines teſtes, cuſtodeſq; præbuerunt. illud tibi oppidum receptatores [s] furtorū: illi tibi & locum furtis, & furtorum vehiculum comparauerūt. Itaque ne tum quidē: cùm claſſem auaritia ac nequitia tua perdidiſti, [t] nauē Mamertinis imperare auſus es, quo tempore in tanta inopia nauiū, tantáq; calamitate prouinciæ etiam ſi precariò eſſent rogandi, tamen ab his impetraretur. reprimebat enim tibi & imperandi vim, & rogandi conatū præclara illa nō populo R. reddita biremis, ſed prætori donata Cybea. Ea fuit merces imperij, * auxilium, iuris, conſuetudinis, fœderis,

h L. tibi ſit carendum.
i v.c. laudatio? quæ vis laudationis legati?
k v.c. eſſe dixerunt.
l v.c. omnia te ſibi.
m v.c. vacatione omnium rerū ſit vſum q.
n L. ea condicione vitæ fuerunt, vt al. ea cōdicione vſi fuerunt, vt. p.
o v c. nihil negarent.
p L. ſum degreſſus.
q v.c. contra leges.
r L. non quæ noua prouinciæ ſpol. port.
s al. furtorū fuerunt illi t.
t v. c. Mamertinis nauem.
* al. auxilij iuris.

Digitized by Google

‖ Habetis vnius ciuitatis firmum auxiliũ amiſ- 59
ſum,ac venditum pretio. cognoſcite nunc nouam prædandi rationem,ab hoc primùm excogitatam.Sumtum omnem in claſſem frumento, ſtipendio,ceteriſq; rebus [u] nauarcho ſuo quæque ciuitas ſemper dare ſolebat. is neque vt accuſaretur à nautis,committere audebat,& ciuibus ſuis rationem referre debebat, [x] & in illo omni negotio,non modò labore,ſed etiã periculo ſuo verſabatur. Erat hoc , vt dico, factitatum ſemper, [y] nec ſolùm in Sicilia,ſed in omnibus prouinciis,etiam in ſociorum, & Latinorum ſtipendio,ac ſumtu,tum cùm illorum auxiliis vti ſolebamus. Verres poſt imperium conſtitutum primus imperauit,vt ea pecunia omnis à ciuitatibus ſibi adnumeraretur, [a] vt is eã pecuniam tractaret,quẽ ipſe præfeciſſet.‖ Cui po- 60
teſt eſſe dubium,quamobrem & omniũ conſuetudinem veterem primus immutaris , & tantam vtilitatẽ per alios tractandæ pecuniæ neglexeris,& tantam difficultatem cum crimine, moleſtiam cum ſuſpicione ſuſceperis? Deinde alij quæſtus inſtituũtur ex vno genere nauali, videte , quàm multi accipere à ciuitatibus [b] pecunias,ne nautas darent pretio certo miſſos facere nautas:miſſorum omne ſtipẽdium lucrari,reliquis,quod deberet,nõ dare. Hæc omnia ex ciuitatum teſtimoniis cognoſcite. Recita teſtimonia ciuitatum. TESTIMONIA CIVITATVM.
‖ [c] Hunccine hominẽ?hanccine impudentiã,iu- 61
dices?hanccine audaciã?ciuitatibus pro numero militũ pecuniarum ſummas deſcribere? [d] certum pretiũ ſexcẽtos nummos nautarum miſſione conſtituere?quos qui dederat,commeatũ totius æſtatis abſtulerat:41 [e] iſte , quod eius nautæ nomine,pro ſtipendio,frumentóque acceperat,lucrabatur. [f] Itaque quæſtus duplex vnius miſſione fiebat. Atque hæc homo amentiſſimus in tanto prædonum impetu, [g] tantoque periculo

u v.c. ſuo quæque nauarcho ciuitas &c.& ita L.
x L. in illo omni neg. & ita v. c.
y al. non ſolùm.
a L. vt is pecun.
b L. pecuniam & ita v.c.
c Huncine hom. hanci ne imp. iud. hancine aud.
d L. certo pretio ſexcentenos nummos nautarum miſsioni cõſtituere?
e L. iſte q̃ militis, & nautæ no. al. quid eius nautę nomine.
f v.c. Ita quæſtus.
g v.c. tanto in periculo.

culo prouinciæ,ſic palã faciebat, vt & ipſi prædones ſcirent, & tota prouincia teſtis eſſet.
62 ‖Cùm* propter iſtius hanc h tantam auaritiam,
42 i nomine claſſis, eſſent in Sicilia re quidem vera naues inanes,quæ prædam prætori, nõ quæ prædonibus metum afferrent:tamen,cùm P.Ceſecius,& P.Tadius decem nauibus his ſemiplenis nauigarent,nauẽ quandam piratarum præda refertam,43 non ceperunt,ſed abduxerunt:onere ſuo planè captam,atq; depreſſam. Erat ea nauis plena iuuentutis formoſiſſimæ,plena argenti facti,atque ſignati,multa cum ſtragula veſte. Hæc vna nauis à claſſe noſtra non capta eſt, ſed inuenta ad Megaridem:qui locus eſt non longè à Syracuſis. quod vbi iſti nuntiatum eſt,44 k tametſi noctu cum mulierculis iacebat ebrius, erexit ſe tamen,& ſtatim quæſtori legatoque ſuo cuſtodes miſit complureis, vt omnia ſibi integra quàmprimùm exhiberentur.
63 ‖ l Appellitur nauis Syracuſas:45 * exſpectatur ab omnibus: ſupplicium ſumi de captiuis putatur. iſte, quaſi præda ſibi aduecta non prædonibus captis, ſiqui ſenes,aut deformes erant, eos in hoſtium numero ducit:qui aliquid formæ ætatis, artificiique habebant, abducit omneis: nonnullos * ſcribis, filio, cohortique diſtribuit:ſymphoniacos ſex cuidam amico ſuo Romam muneri miſit. nox illa tota exinanienda naui conſumitur. Archipiratam ipſum videt nemo, de quo ſupplicium ſumi oportuit. hodieque omnes 46 ſic * habent (quid eius ſit, m vos coniectura quoque aſſequi debetis) iſtum clàm à piratis ob hunc archipiratam pecuniam acce-
64 piſſe. ‖ Coniectura bona eſt. iudex eſſe bonus nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non mouetur. hominem noſtis: n conſuetudinemque

*MAGISTAS diminuta à Verre.
h vox tantam,abeſt à duobus v.c.
i L.nomine claſsis eſſet in Sicilia, re quidem vera, naues in.
k L. tametſi in acta cum mul. & ita v. c.
l L. Appel. nau.Syracuſas: exſpectatur ab omnibus ſupplicium iſte, quaſi pr.
* al. ſpectatur.al. ſpectatur ab omnibus exſpectatur ſupp. al.exſpectatum ab omnibus ſumi ſuppliciũ.
*al.ſcr.ſuis
* al. ſic habẽt perſuaſum(quid eius ſit,&c.
m L. vos coniect. aſſ. deb. & ita v.c. n L.conſuetudinem omnium tenetis.

que omnium tenetis:qui ducem prædonum,aut hoſtium ceperit,quàm libenter eum palàm ante oculos omnium eſſe patiatur. Hominem in tanto conuentu Syracuſis vidi neminem, iudices,qui archipiratam [o] captum vidiſſe ſe diceret,cùm omnes,vt mos eſt,vt ſolet fieri, cōcurrerent,quærerent,videre cuperent. Quid accidit,cur tantopere iſte homo occultaretur,vt eū ne caſu quidem quiſquam adſpicere poſſet? 46 * Homines maritimi Syracuſis, qui ſæpe iſtius ducis nomen [p] audiſſent,ſæpe timuiſſent, cùm eius cruciatu , atque ſupplicio paſcere oculos, animumque exſaturare vellent: poteſtas adſpiciendi nemini facta eſt.|| Vnus plureis prædonū 65
duces viuos cœpit P. Seruilius , quàm omneis antea.Ecquando igitur iſto fructu quiſquā caruit,vt videre piratam captū 47 non liceret? At contrà quacumque iter fecit,hoc iucundiſſimū ſpectaculum omnibus [q] vinctorum,captorumq; hoſtium præbebat. Itaque ei concurſus [r] vndique fiebant , vt non modò ex his oppidis , quà ducebantur,ſed etiam ex finitimis,viſendi cauſa conuenirent. Ipſe autem triumphus quāobrē omnium triumphorū gratiſſimus populo R.fuit [s] atq; iucundiſſimus?quia nihil eſt victoria dulcius. Nullum eſt autē teſtimoniū victoriæ certius,quàm quos ſæpe metueris , eos te vinctos ad ſuppliciū duci videre.|| Hoc tu quāobrem nō 66
feciſti?quamobrem [t] ita iſte pirata celatus eſt, quaſi eum [u] adſpicere nefas eſſet?quamobrem ſupplicium non ſumſiſti:quā ob cauſam hominem reſeruaſti? [x] ecquem audiſti in Sicilia anteà captum archipiratam , qui non ſecuri percuſſus ſit? vnum cedò auctorem tui facti:vnius profer exemplum. Viuum tu archipiratam ſeruabas , quem per triumphum,credo,quem ante currum tuum duceres. Neque enim quidquam erat iam reliquum , niſi vt claſſe populi Rom. pulcherrima, amiſſa prouinciaque lacerata triū

phus

o v.c.captū eſſe vidiſſe diceret.

* al. erant homines Mamertini Syracuſis, al.homines ſunt Mamertinis.

p L.audiſſent,cùm eum ſæpe timuiſſent, cū eius cr.

q v.c. victorum,&c.nō placet.

r v.c.fiebat vndique.

s L. & incū diſsimus?

t L. & ita pirata iſte occultatus eſt.

v v. c.adſpici.

x v. c. ecquem ſcis in Sicil.

67 phus [y] naualis tibi decerneretur. || Age porrò
cuſtodiri ducem prædonum nouo more, quàm
ſecuri [z] feriri omniũ exemplo magis placuit.
Quę ſunt iſtæ cuſtodiæ?apud quos homines
quemadmodum eſt aſſeruatus? 48 [a] lautumias
Syracuſanas omnes audiſtis , plerique noſtis.
opus eſt ingens,magnificum,regum, ac tyrãno-
rum: totum eſt [b] ex ſaxo in mirandã altitudinẽ
depreſſo, & multorum operis penitus exciſo.
nihil tam clauſum [c] ad exitus , nihil tam ſæptũ
vndique,nihil tam tutũ [d] ad cuſtodias nec fieri,
nec cogitari poteſt. In has lautumias,ſiqui pu-
blicè cuſtodiendi ſunt,etiã ex ceteris oppidis
68 Siciliæ deduci imperantur.|| Eò quòd multos ca-
ptiuos ciueis Romanos coniecerat, & quòd eo-
dem ceteros piratas [e] condi imperarat:intelle-
xit,ſi hunc ſubdititium archipiratã in eandem
cuſtodiam dediſſet , fore , vt à multis illis in [f]
lautumiis verus ille dux quæreretur.Itaq;homi-
nem huic optimæ, tutiſſimæque cuſtodiæ , non
audet committere. denique Syracuſas totas ti-
met : amandat hominem. quò? Lilybæum for-
taſſe. Video:tamen homines maritimos nõ pla-
nè reformidat.Minimè,iudices:Panormum igi-
tur?Audio:quamquam Syracuſis , [g] quoniam in
Syracuſano captus erat , maximè ſi minus ſup-
plicio affici,aut cuſtodiri oportebat.Ne Panor-
69 mũ quidem ||[h] Quid igitur?quò putatis?Ad ho-
mines à piratarum metu,& ſuſpicione alieniſ-
ſimos : à nauigando rebuſque maritimis remo-
tiſſimos,ad Centuripinos,homines maximè me
diterraneos,ſummos aratores : qui nomen nũ-
quam timuiſſent maritimi prædonis : vnum te
prætore, horruiſſent Apronium, terreſtrem ar-
chipiratam. Et,vt quiuis facilè perſpiceret , id
ab iſto actum eſſe,vt ille ſuppoſitus,facilè,& li-
bẽter ſe illũ,qui nõ erat,eſſe ſimularet:imperat
Cẽturipinis,vt is victu,ceteriſq; reb.quã libera-
70 liſſimè,49 cõmodiſſimeque*habeatur.|| Intereą

y L.tibi naualis d. & ita v.c.
z v.c.ferire
a L. latomias. v.c. lautomias
b v.c. è ſaxo.
c v.c.ad exitum.
d L. ad cuſtodiã nec f.& ita v.c.
e L.contrudi imp.
f L. latomiis.al. lautomiis.al. litotomias.
g v.c. qui in Syr.
h L.quo igitur? & ita v.c.
* al. adhibeatur. al. adhiberetur.

Syracuſani, homines periti & humani, qui non
modò ea, quæ perſpicua eſſent, videre, verùm e-
tiã* occulta ſuſpicari poſſent: [i] habebant ratio-
nem omnes quotidie piratarum, qui ſecuri feri-
rentur, quàm multos eſſe oporteret, [k] ex ipſo
nauigio, quod erat captum, & ex remorũ nume-
ro, [l] coniiciebant. Iſte, quòd omneis, qui arti-
ficij aliquid habuerant, aut formæ remouerat,
atque abduxerat, reliquos ſi, vt conſuetudo eſt,
vniuerſos ad palum alligaſſet, clamorem popu-
li fore ſuſpicabatur, cùm * tanto plures abducti
eſſent, quàm relicti, propter hanc cauſam cũ in-
ſtituiſſet alios alio tempore producere: tamen
in tanto conuentu nemo erat, quin rationem,
numerumque haberet, & reliquos non deſide-
raret ſolùm, ſed etiam poſceret, & flagitaret.
|| [m] Cùm maximus numerus deeſſet, tũ iſte homo 71
nefarius in eorum locum, quos domum ſuam de
piratis abduxerat, ſubſtituere & ſupponere cœ-
pit ciueis Romanos, quos in carcerem antea cõ-
iecerat: quorum alios, Sertorianos milites fuiſ-
ſe inſimulabat, & ex Hiſpania fugienteis ad Si-
ciliã appulſos eſſe dicebat: alios, qui à prædoni-
bus erant capti, cùm mercaturas facerent, aut
[n] aliquam ob cauſàm nauigarent, ſua voluntate
cum piratis fuiſſe arguebat. Itaque alij ciues R.
ne cognoſcerẽtur, capitibus obuolutis à carce-
re ad palum, atq; ad necem rapiebantur, alij cùm
à multis ciuibus R. [o] cognoſcerentur, ab om-
nibus defenderentur, ſecuri feriebantur. Quorũ
ego de acerbiſſima morte, crudeliſſimóque cru-
ciatu dicam, cùm eum locum tractare cœpero: &
ita dicam, vt, ſi me in ea querimonia, quàm
ſum habiturus de iſtius crudelitate, & de ciuiũ
R. indigniſſima morte, nõ modò vires, verùm e-
tiã vita deficiat, id mihi præclarũ, & iucũdũ pu-
tẽ. || Hęc igitur eſt geſta res, hęc victoria præcla- 72
ra: * myoparone piratico capto, dux liberatus,
ſymphoniaci Romã miſſi: formoſi homines, &
adoleſcentes, & artifices domum [p] abducti: in

* L. occultata.
i al. habebant rationem omniũ quotidie pir. al. habeb. rat. quotidie pir.
k L. ex ipſo nauigio, ꝙ erat factũ & ex remorum numero, &c.
l v.c. coniiciebant.
* al. cum altero tanto plures abducti eſſent. al. adducti.
m v.c. & L. Cùm magnus num.
n L. aliquã aliam ob cauſ.
o L. recognoſcerentur.
* Verris facinus.
p L. adducti: &, & ita v.c.

by Google

eorum locum,& ad eorũ numerũ ciues R.hoſtilẽ in modum cruciati,[q] & necati:omnis veſtis ablata : omne aurũ, & argentũ,ablatũ, & auerſum. At quemadmodum ipſe [r] ſeſe induit priore actione qui tot dies tacuiſſet,repentè [s] in M. Annij hominis ſplendidiſſimi,teſtimonio , cùm is ciueis R.[t] dixiſſet,& archipiratã negaſſet ſecuri eſſet percuſſum,exſiluit, conſcientia ſceleris, & furore ex maleficiis concepto excitatus: dixit,ſe,quòd ſciret ſibi crimini datum iri , pecuniã accepiſſe,neq; verò de archipirata [u] ſumſiſſe ſuppliciũ,ideo ſecuri non percuſſiſſe: domi
73 eſſe apud ſeſe archipiratas dixit duos. || O clemẽtiam populi R.ſeu potius patientiam miram, ac ſingularem. Ciuem Ro.ſecuri eſſe percuſsũ [x] M. Annius, eques Ro.dicit: taces. archipiratam negat:fateris.fit in eo gemitus omniũ,& clamor, cùm tamen à pręſenti ſupplicio tuo ſe cõtinuit populus R.& repreſſit , & ſalutis tuæ rationem iudicum ſeueritati reſeruauit. Quî ſciebas tibi crimini datum iri?quãobrem ſciebas?quãobrem etiã ſuſpicabare?inimicum habebas neminem. ſi haberes,tamen non ita vixeras, vt metum iudicij propoſitum habere deberes.An te,id quod fieri ſolet,conſcientia timidum,ſuſpicioſúmque faciebat?50 *Quid igitur,cùm eſſes cum imperio,[y] iam tum iudicium & crimẽ horrebas:reus cùm tot teſtibus coarguare,potes de damnatio-
74 ne dubitare?|| Verũ ſi crimẽ hoc metuebas, nequis [z] abs te ſuppoſitum eſſe diceret , qui pro archipirata ſecuri feriretur: vtrùm tandem tibi ad defenſionem firmius fore putaſti, in iudicio, coactu,atque efflagitatu meo , 51 producere ad ignotos tantò poſt eum,quem archipiratam eſſe diceres:an, recentire , Syracuſis,apud notos, inſpectante Sicilia pęnè tota,ſecuri ferire? vide, quid interſit , vtrum faciendum fuerit. In illo reprehenſio nulla eſſe potuit : hîc defenſio nulla eſt. Itaque illud ſemper [a] omnes fece-

q v.c. duo non habẽt, & necati.
r v.c. ſe induit pr.
s L. in M. Anneij.
t L.dixiſſet archip.
u al.ſupplicium ſumſiſſe.
x L. Anni⁹.
* al.quî.
y v.c. iam tum crimẽ & iudicium horreres: cum t. non p.
z L. ſuppoſitum abs te d.& ita v.c.
* al.iudicio coactus.al. in iudicium coactus.
a v.c. homines f.nõ pl.

b v.c. quis ante te, præter te f.
c L. quod cum imp.
d L. M. Aciliũ Glabr.

runt. hoc[b] quis ante te, quis præter te fecerit, quæro. Piratam viuum tenuiſti. Quem ad finẽ? dum cum imperio fuiſti. quamobrẽ? quã ob cauſam? quo exemplo? cur tamdiu? cur inquam ciuibus Romanis, quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis vſuram tã diuturnã dediſti? ‖ Verùm eſto: ſit tibi illud liberum omne tempus, quoad [c] cũ imperio fuiſti. Etiámne priuatus? etiámne reus? etiámne pænè dãnatus, hoſtium duces priuata in domo retinuiſti? Vnum, alterum menſem, propè annum denique domi tuæ piratæ, à quo tẽpore capti ſunt, quoad per me licitũ eſt, fuerunt: hoc eſt quoad per [d] M. Acilium Glabrionem licitum eſt: qui, poſtulãte me, produci, atque in carcerẽ condi imperauit. Quod eſt huiuſce rei ius? quę conſuetudo? quod exemplum? Hoſtem acerrimũ, atque infeſtiſſimum populi Ro. ſeu potius communem hoſtem gẽtium, nationumque omniũ quiſquã omnium, mortaliũ priuatus intra mœnia domi ſuæ retinere poterit? ‖ Quid ſi pridie, quàm à me tu coactus es confiteri, ciuibus R. ſecuri percuſſis, prędonũ ducẽ viuere, [e] apud te habitare: ſi inquã, pridie domo tua profugiſſet, ſi aliquã manum [f] contra populum R. facere potuiſſet, quid diceres? Apud me habitauit: mecũ fuit: ego illum ad iudiciũ meũ, quò faciliùs crimen inimicorũ diluere poſſem, viuum atque incolumen reſeruaui. Itáne verò? tu tua pericula cõmuni periculo defendes? tu ſupplicia quę debentur hoſtibus victis ad tuũ [g] non ad Reip. R. tempus conferes populi R. hoſtis [52] priuatis * cuſtodiis aſſeruabitur? At etiam qui triumphãt, [53] eóque diutius viuos hoſtiũ duces [h] ſeruãt, vt his per triũphum ductis pulcherrimũ ſpectaculũ, fructũque victoriæ populus Romanus percipere poſſit: tamen cùm de foro in Capitolium [i] currum flectere incipiunt, illos * duci in carcerem iubẽt, idem

65 · 76

e v.c. habitare apud te.
f v.c. contra remp.
g L. non ad populi tempus.
* al. priuati hominis cuſtodiis, priuatis enim carcerem habere non licet.
h L. reſeruant. al. eo quòd diutius viuos hoſtium duces reſeruant.
i v.c. currus fl.
* Sic qui dies victoribus triumphum, idẽ victis vitæ finẽ adfert.

idémque dies & victoribus imperij, & victis vitæ finem facit. || [k] Eſt nunc, credo, cuiquã dubiũ, quin tu id commiſſurus non fueris, præſertim cũ ſtatuiſſes, vt ais, tibi cauſam eſſe dicendã, vt ille archipirata non potius ſecuri feriretur, quàm quod erat antè oculos poſitum, tuo periculo viueret. Si enim eſſet mortuus, tu, qui crimen ais te metuiſſe, quæro, cui probares? cùm conſtaret, iſtum Syracuſis ab nullo viſum eſſe archipiratam, ab omnibus deſideratũ, cùm dubitaret nemo, quin abs te pecunia liberatus eſſet: cùm vulgò loquerentur, ſuppoſitum in eius locum, quem pro illo probare velles: [l] cũ tute faſſus eſſes, te id crimẽ tãto antè metuiſſe: ſi eum diceres eſſe mortuũ, quis te audiret? nũc, cùm viuũ iſtũ 54 neſcio quẽ [m] produces, tamẽne id credi voles? || Quid ſi aufugiſſet? ſi vincla rupiſſet, ita vt Nico ille nobiliſſim⁹, pirata fecit, quem P. Seruilius, qua felicitate ceperat, eadem recuperauit? quid diceres? Verùm hoc erat. ſi ille. ſemel verus archipirata ſecuri percuſsus eſſet: pecuniam illã non haberes. ſi hic falſus eſſet mortuus, aut profugiſſet: non eſſet difficile aliũ ſuppoſiti locũ ſupponere. Plura dixi, quàm volui, de illo archipirata: & tamen ea, quæ certiſſima ſunt huius criminis argumenta, prætermiſi. [n] Volo enim mihi totum eſſe crimen hoc integrum. eſt certus locus, certa lex, certũ tribunal, quò hoc reſeruetur. || Hac * tanta præda auctus, mancipiis, argento, veſte, locupletatus, nihilo diligentior ad claſſem ornandã, milites reuocãdos, alendóſq; cœpit, cùm ea res non ſolùm prouinciæ ſaluti, verùm etiam ipſi prædæ [o] eſſe poſſet. Nam æſtate ſumma quo tempore ceteri prætores obire prouinciam, & [p] concurſare conſueuerunt, aut etiam in tanto prędonum metu, & periculo ipſi nauigare: eo tempore ad luxuriam, libidinéſque ſuas domo ſua regia, quæ regis Hieronis fuit, qua prætores

77 (margin, at "tæ finem facit")
78 (margin, at "quis te audiret")
79 (margin, at "ta lex, certũ tribunal")

k v.c. Et nunc cuiquam credo eſſe dubium, quin tum id cõ.

l v.c. cùm tu te faſſ. eſſ. id. cr.

m v.c. producis, tamẽ te derideri vide. Q. nõ pl.

* al. fugit.

n v.c. Volo enim eſſe totũ mihi crimen hoc integr.

* Libido Verris.

o v.c. poſſet eſſe.

p L. circum curſare conſ.

res

res vti ſolent, contentus non fuit. Tabernacu-
la, quemadmodum conſueuerat temporibus æ-
ſtiuis, [q] quod antea iam demõſtraui, * carbaſeis
intenta velis collocari iuſſit in litore: quod eſt
litus in inſula Syracuſis poſt Arethuſæ fontem,
propter ipſum introitum, atque oſtium portus,
amœno ſanè, & ab arbitris remoto loco. || Hic 80
dies æſtiuos [r] ſexaginta prætor populi Ro. cu-
ſtos, defenſorque prouinciæ, ſic vixit, vt mulie-
bria quotidie conuiuia eſſent, vir accuberet ne-
mo præter ipſum, & prætextatum filium. [s] ta-
metſi rectè ſine exceptione dixeram, virum. cùm
iſti eſſent, neminem fuiſſe. Nonnumquam etiam
libertus Timarchides adhibebatur. mulieres au-
tem nuptæ nobileis, præter vnam mimi. Iſiodori
filiam, quã iſte propter amorẽ, ab Rhodio tibi-
cine abduxerat, Pippa quædam vxor Aeſchrio-
nis Syracuſani: de qua muliere plurimi verſus,
qui in iſtius cupiditatem facti ſunt, tota Sicilia
percelebrantur. 56 || [t] Erat Nice, facie eximia, 81
vt prædicatur vxor Cleomenis Syracuſani. hanc
Cleomenes vir amabat, verumtamen huius libi-
dini aduerſari nec poterat, nec audebat: & ſimul
ab iſto donis, beneficiiſque [u] plurimis deuincie-
batur. Illo autem tẽpore iſte, tametſi ea eſt ho-
minis impudentia, quam noſtis, ipſe tamen, cùm
vir eſſet Syracuſas vxorem eius parum poterat
animo ſoluto, ac libero 57 tot in acta dies ſecũ
habere. itaque excogitat rẽ ſingularem. naueis,
quibus legatus prçfuerat, Cleomeni tradit: claſ-
ſi populi R. Cleomenem Syracuſanum [x] præeſ-
ſe iubet, atque imperare. Hoc eò facit, vt ille ſo-
lùm abeſſet à domo tum, cùm nauigaret; ſed e-
tiam libenter cum magno honore, beneficio-
que abeſſet: ipſe autem, remoto, atque able-
gato viro, non liberiùs, quàm antè (quis enim
vmquã iſtius libidini obſtitit?) ſed paulò ſolu-
tiore tamen animo ſecum illam haberet, ſi non
tanquam virum, at tanquã æmulum remouiſſet.

Acci

q v.c. quod antea dem.
* Vide Noniũ in Carbaſeis c.4. nu.18.
r v.c. duo non habẽt, ſexaginta.
s v.c. etſi recte.
t L. erat & Nice. al. Berenicę.
v v.c. multis d.
x L. prçeſſe iuber. atque imperat. H.

Digitized by Google

82 || Accipit nauem ſociorum,atq; amicorũ Cleo-
menes Syracuſanus. Quid primùm aut accuſem,
aut querar, iudices? Siculóne homini,legati,
quæſtoris, prætoris denique poteſtatem hono-
rem,auctoritatem dari? Si te impediebat iſta cõ-
uiuiorum.mulierúmque occupatio:vbi quæſto-
res? vbi legati? vbi ternis denariis æſtimatum
frumentum? vbi muli? vbi tabernacula? vbi tot,
tantaq; ornamenta magiſtratibus, & legatis à
ſenatu,populóque Ro.permiſſa,& data? denique
vbi præfecti,[y] & tribuni tui? Si ciuis Ro.dignus
iſto negotio nemo fuit,quid ciuitates quæ in a-
micitia,fidéque populi R.perpetuò manſerant?
vbi Segeſtana? vbi Centuripina ciuitas,quę tum
officiis, fide, vetuſtate, [z] tum etiam cognatio-
83 ne populum Ro. attingunt? || O dij immortales
quid,ſi harum ipſarum ciuitatum militibus, na-
uibus,nauarchus,Syracuſanus Cleomenes iuſſus
eſt imperare? non omnis honor ab iſto digni-
tatis, æquitatis, officiique ſublatus eſt? Ecquod
in Sicilia bellum geſſimus,quin Cẽturipinis ſo-
ciis,Syracuſanis hoſtibus vteremur? Atque[a] hac
omnia ad memoriam vetuſtatis, non ad contu-
meliam ciuitatis referri volo. [b] Itaque ille vir
clariſſimus,ſummúſq; imperator,M. Marcellus,
cuius virtute captę,miſericordia cõſeruatæ ſunt
Syracuſæ, habitare in ea parte vrbis,quæ inſula
eſt,[c] Syracuſanum neminem voluit. Hodie,in-
quam, Syracuſanum in ea parte habitare non
licet. eſt enim locus, quem vel pauci [d] poſſunt
defendere. Committere igitur eum non fideliſ-
ſimis hominibus noluit:ſimul quòd ab illa par-
te vrbis nauibus aditus ex alto eſt. Quãobrem
qui noſtros exercitus ſæpe excluſerã, iis* clau-
84 ſtra loci committenda non exiſtimauit. || Vide
quid interſit inter tuam libidinem, maiorúm-
que auctoritatem: inter amorem, furorém-
que tuum, & illorum conſilium, atque pru-
dentiam. Illi aditum litoris Syracuſanis ade-

merunt:

y L.vbi tribui tui & ita v.c.

z L.tum etiam cognatione populi R. nomẽ attingunt?

a v.c. hæc ego ad me. & ita L.

b L. itaque vir ille clariſſ.

c v.c.Syracuſanorum nem.

d L.poſſent defend.

* clauſtra à claudendo, Var. 6. de ling. lat.15. Iſid.7.

Digitized by Google

merunt: [c] tu maritimum imperium conceſſiſti. Illi habitare [f] in eo loco Syracuſanũ,59 quò naues accedere poſſent,noluerunt:tu claſſi, & nauibus Syracuſanum præeſſe voluiſti. quibus illi vrbis ſuæ*partem ademerunt,iis tu noſtri imperij partem dediſti , &, quorum ſociorum opera Syracuſani nobis dicto audientes ſunt,eos [g] Syracuſanis dicto audienteis eſſe iuſſiſti. || Egreditur * in Centuripina quadriremi Cleomenes è portu : ſequitur Segeſtana nauis , Tindaritana, Herbitenſis,Heraclienſis,Apollonienſis,Haluntina,præclara claſſis in ſpeciem:ſed inops,& infirma,propter dimiſſionem propugnatorum, atque remigum. Tamdiu in imperio ſuo claſſem iſte prætor diligens vidit , quamdiu conuiuium eius flagitioſiſſimũ prætervecta eſt. ipſe autem, qui viſus multis diebus non eſſet,tum ſe tamen in conſpectum nautis pauliſper dedit. Stetit ſoleatus prætor populi Ro. cum pallio purpureo, tunicáque talari,muliercula nixus in litore.Iam hoc ipſo iſtum veſtitu Siculi, ciuéſque Ro.permulti ſæpe viderunt. ||Poſteaquam paulùm pro- 85

e v.c. tu imperium marit.
f L.in eo loco, quà naues acced. al.quàm naues.
* al. portá.
g v. c. Syracuſano d.
* L. non habet,in

uecta claſſis eſt, & Pachynum quinto die denique appulſa eſt:nautæ [h] fame coacti,radices palmarum agreſtium, quarum erat in illis locis, ſicut in magna parte Siciliæ multitudo , colligebant,& his miſeri, perditique alebantur. Cleomenes autem,qui alterum ſe Verrem cùm luxuria,atque nequitia,tum etiam imperio, putaret: ſimiliter totos dies, in litore,tabernaculo poſito,perpotabat.Ecce autem repentè ebrio Cleomene,eſurientibus ceteris, nuntiatur piratarum [i] naueis eſſe in portu Ediſſæ. nã ita is locus nominatur , noſtra autem claſſis erat in portu Pachyni.Cleomenes autem,60 [k] quod erat terreſtre,preſidiũ non re,ſed nomine ſperabat,iis militibus , quos ex eo loco deduxiſſet , explere ſe numerum nautarum,& remigum poſſe. Reperta eſt eadem iſtius hominis auariſſimi ratio in preſidiis, 86

h v. c. coacti fame.
i v.c.nauis.
k L. quòd erat ibi terreſtre pr.

ſidiis,quæ in claſsibus.nam erant perpauci reli-
87 qui,ceteríque dimiſſi. || Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi,vela fieri, præcidi anchoras imperauit:& ſimul,vt ſe ceteri ſequerentur,ſignum dari iuſſit. Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis.nam ſcire iſto prætore nemo poterat,[l] quid quæque nauis remis facere poſſet:etſi in hac quadriremi propter honoré, & gratiam Cleomenis minimè multi remiges,& milites deerant. Euolarat iam è cōſpectu ferè fugiens quadriremis, cùm etiam tum cæteræ naues [m] vno in loco moliebantur.
88 ||Erat animus in reliquis,quamquam erat pauci, quoquo modo [n] ſeſe res habebat, pugnare tamen ſe velle clamabant:&,quod reliquum vitę, viriúmq;fames fecerat,id ferro potiſſimùm reddere volebant. [o]Quòd ſi Cleomenes non tanto antè fugiſſet,aliqua tamen ad reſiſtendum ratio fuiſſet. erat enim ſola nauis cōſtrata, & ita magna,vt propugnaculo ceteris poſſet eſſe. quæ, ſi in prædonū pugna verſaretur, [p] vrbis inſtar habere inter illos piraticos myoparones videretur:ſed tunc inopes relicti * à duce, præfectóq; claſſis,eundem neceſſariò curſum tenere cœperunt.
89 ||*Pelorum verſus,vt ipſe Cleomenes,[q] ita ceteri nauigant.[r] neque hi tamen tam prædonū fugiebant impetum, quàm imperatorem ſequebantur.Tum vt quiſque in fuga poſtremus,[s] ita periculo princeps erat.poſtremam enim quamque nauem piratæ primam adoriebantur.ita prima Halūtinorum nauis capitur, cui præerat Haluntinus,homo nobilis,Philarchus:quem ab illis prædonibus Locrenſes poſteà publicè redemerunt:ex quo vos priore actione iurato rem omnem, cauſámque cognoſtis. deinde Apolloníenſis nauis capitur, & eius præfectus Anthropinus occiditur.
90 || Dum hæc aguntur, interea [t]Cleomenes iam ad Pelori litus peruenerat: iā ſeſe in terrā è naui eiecerat,quadriremémq;[u] in ſalo

l L. quid quęque nauis remis poſſet: &c. nam, facere,olet gloſſam.
m L. ſuo in loco.
n v.c res ſe habeb.&ita L.
o L. Quòd niſi Cleomenes tanto, &c. & ita v.c.
p v.c. vrbis inſtar habere.
* v.c.ab duce,pr.
* Ant.Aug. Elorum.
q L. ita ceteri nauigabant.
r L. neque hi tam prædonum impetū fugiebant,quàm imp.
s L. ita in periculo p.
* L. Hæc dum.
t v.c.iam Cleomenes
v v.c. fluctuantem in ſalo.

Digitized by Google

x v.c.Relicti.

y v.c.Tum.

z L. expulſam atque eiectam. q. v. c. expulſam, eiectā.

a v.c inueſperaſceret.

ſalo fluctuantem reliquerat. [x] Reliqui præfecti
nauium, cùm in terram imperator exiſſet, cùm
ipſi neque repugnare, neque mari effugere vllo
modo poſſent, appulſis ad Pelorū nauibus, Cleo
menem perſecuti ſunt. [y] Tunc prædonum dux
Heracleo, repentè, præter ſpem, non ſua virtute,
ſed iſtius auaritia, nequitiáque victor, claſſem
pulchertimam populi Ro. in littus [z] expulſam,
& eiectam, cùm primùm [a] adueſperaſceret, inflā-
mari, incendíque iuſſit. O tempus miſerū, atque 91
acerbum prouinciæ Siciliæ: ô caſum illū multis
innocentibus calamitoſum, atque funeſtum: ô
iſtius nequitiam, ac turpitudinem ſingularem.
Vna, atque eadem nox erat, qua prætor amoris
turpiſſimi flamma, ac claſſis populi Ro. prædonū
incendio conflagrabat. Affertur nocte intempe-
ſta grauis huiuſce mali nuntius Syracuſas: cur-
ritur ad prætorium, quò iſtum è conuiuio illo
præclaro reduxerant paulò antè mulieres cum
cātu, atque ſymphonia. Cleomenes, quamquam
nox erat, tamen in publico eſſe non audet: in-
cludit ſe domi: neque aderat vxor, quæ conſo-
lari hominē in malis poſſet. Huius autem præ- 92
clari imperatoris ita erat ſeuera domi diſcipli-
na, [b] vt in re tanta, in tam graui nuntio nemo
admitteretur: nemo eſſet, qui auderet aut dor-
mientem excitare, aut interpellare vigilantem.
Iam verò, re ab omnibus cognita, concurſabat,
vrbe tota maxima multitudo. non enim, [c] ſicut
antea conſuetudo erat, prædonum aduentum ſi-
gnificabat ignis è ſpecula ſublatus, aut tumulo:
ſed flamma ex ipſo incendio nauium & calami-
tatem acceptam, & periculum reliquum nun-
tiabat. Cùm prætor quæreretur, [d] & conſtaret,
ei neminem nuntiaſſe: fit ad domum eius cum
clamore concurſus, atque impetus. [e] Tum iſte 93
excitatus exit: audit rem omnem ex Timar-
chide: ſagum ſumit. Lucebat iam ferè: pro-
cedit in medium, vini, ſomnī, ſtupri plenus.

b al. vt in re tanta, & tam gr.

c v.c. ſicut erat nuper cōſuetudo, prædon.

d L. & conſtaret, neminem ei nuntiaſſe.

e v. c. Tum iſte excitatus, audit r:

* Sagum veſtimentum militare. Noni. c.19.

Exci

Excipitur ab omnibus eiuſmodi clamore, vt ei Lampſaceni periculi ſimilitudo verſaretur ante oculos[f] hoc etiam maius hoc videbatur, quòd in odio ſimili multitudo hominum hæc erat maxima.[61][g] Tum iſt ius acta commemorabãtur: tum flagitioſa illa conuiuia: tum appellabantur à multitudine mulieres nominatim: tum querebatur ex ipſo palàm, tot dies continuos, per quos nũquam viſus eſſet, vbi fuiſſet, quid egiſſet: tum imperator ab iſto præpoſitus Cleomenes flagitabatur: neque quidquam propiùs eſt factum, quàm vt illud Vticenſe exemplum [i] de Hadriano, transferretur Syracuſas? vt duo ſepulchra duorum prętorum improborum,[k] duabúſque in prouinciis conſtituerentur. verùm habita eſt à multitudine ratio temporis,[l] habita eſt tumultus, habita etiam dignitatis, exiſtimationiſq; communis, quod is eſt conuentus Syracuſis ciuium Romanorum, vt non modò illa prouincia, verùm etiã hac rep. digniſſimꝰ exiſtime-
94 tur. || Confirmant ipſi ſe,[62] cùm [m] is etiã tũ ſemiſomnis ſtuperet: arma capiunt: totum forũ, atque inſulã, quæ eſt vrbis magna pars, cõplent. Vnam illam [n] ſolam noctem prædones ad Pelorum, commorati, cùm fumanteis etiam noſtras naueis reliquiſſent, accedere [o] incipiunt ad Syracuſas. Qui videlicet ſæpe audiſſent, nihil eſſe pulchrius, quàm Syracuſarum mœnia, ac portus. [p] ſtatuerant, ſeſe, ſi ea Verre prætore non vidiſ-
95 ſent, nũquam eſſe viſuros. || Ac primò ad illa æſtiua prætoris accedunt, ipſam illam ad partem litoris, vbi iſte per eos dies, tabernaculis poſitis, caſtra luxuriæ collocarat. quę poſtea quàm inanem locũ offenderunt, & prætorem cõmouiſſe ex eo loco caſtra ſenſerũt: ſtatim ſine vllo metu [q] in portum ipsũ penetrare cœperunt. Cùm in portũ dico, iudices (explanandum eſt enim diligentiùs, eorũ cauſa, qui locum ignorant) in vrbem dico, atq; in vrbis intimam partem ve-

f L. hoc etiam maius videbatur.
g L. Tum iſtius acta commemorabatur.
h v. c. tum quærebant ex ipſo palàm
i al. de Adriano.
k L. duabus in prouinc.
l v.c. habita etiam tu tumultus, habita dign.
m v. c. hic: al. iſte.
n L. noctem ſolã præd. & ita v.c.
o v.c. incipiunt Syrac.
p L. ſtatuerant, ſe, ſi ea Verre pr.
q v. c. in ipſum portum.

niſſe piratas.non enim portu illud oppidũ clau-
ditur, ſed vrbe portus ipſe cingitur & conclu-
ditur:⁶⁵ [r] non vt alluantur à mari mœnia extre-
ma, [s] ſed ipſe influat in vrbis ſinũ portus. || Hîc, 96
te prætore, Heracleo archipirata cum quatuor
myoparonibus paruis ad arbitrium ſuum naui-
gauit.Prò,dij immortales! piraticus myoparo,
cùm [t] imperium populi R. nomen ac faſces eſ-
ſent. Syracuſis, [u] vſque ad forum.Syracuſanorũ
& ad omneis vrbis crepidines acceſſit:quò neq;
Karthaginienſiũ glorioſiſſimæ claſſes, cùm mari
plurimum poterant, multis bellis ſæpe conatæ
vnquam adſpirare potuerunt : neque populi R.
inuicta ante te prætorẽ gloria illa naualis, vm-
quam tot Punicis,Sicilienſibuſque bellis pene-
trare potuit:qui locus eiuſmodi eſt, vt ante Sy-
racuſani in mœnibus ſuis,in vrbe,in foro hoſtẽ
armatum,ac victorem,quàm in portu vllam ho-
ſtium [x] nauem viderent.||hîc,te prætore, prædo- 97
num nauiculæ peruagatæ ſunt,quò Athenienſiũ
claſſis ſola poſt hominum memoriam ccc.naui-
bus,vi, ac multitudine inuaſit : quæ in eo ipſo
portu,loci ipſius, portúſq; natura, victa, atque
ſuperata eſt. hîc primùm opes [y] illius ciuitatis
victæ,comminutæ, depreſſæq; ſunt:in hoc por-
tu Athenienſiũ nobilitatis,imperij,gloriæ nau-
fragiũ factum exiſtimatur.Eóne pirata penetrà-
uit,quò ſimul atq; adiſſet,nõ modò à latere,ſed
etiã à tergo magnam partem vrbis relinqueret?
Inſulã totam præteruectus eſt : [a] quæ eſt vrbis
magna pars Syracuſis ſuo nomine,ac mœnibus
quo in loco maiores (vt antè dixi) Syracuſanũ
quemquã habitare vetuerunt:ꝙ,qui illã partem
vrbis tenerent, in eorũ poteſtatem portum fu-
turũ intelligebant.||At quemadmodum eſt per- 98
uagatus?radices palmarum agreſtium,[b] quas in
noſtris nauibus inuenerant,iaciebant,vt omnes
iſtius improbitatẽ, & calamitatem Siciliæ poſ-
ſent cognoſcere.Siculóſne milites?aratorúmne
libe

r v.c. vt nõ abluantur mari. al. vt non alluãtur à mari.

s L. ſed ipſe influat in ſ vrbis. & ita v.c.

t v.c. imperij P. R. nom.

u L. vſque ad forum, & omn.

x v.c. nanim viderint.

y L. ipſius ciuitatis comminutæ. depreſſæque ſunt.

a L. quæ eſt vrbs Syracuſis ſuo nom. & ita v.c.

b L. quas in noſtris nauibus inuenerat, iactabat, vt omn.

liberos? quorum patres tantum labore ſuo frumenti exarabant, vt populo Ro. totique Italiæ ſuppeditare poſſent, eóſne in inſula Cereris natos, vbi primùm fruges inuentæ eſſe dicuntur, eo cibo eſſe vſos, à quo maiores eorum ceteros quoque, frugibus inuentis remouerunt? Te prætore Siculi milites palmarum ſtirpibus, prædones Siculo frumento alebantur.

99 O ſpectaculum miſerum, atque acerbũ! ludibrio eſſe vrbis gloriam, [c] populi R. nomẽ: 4 hominum conuentu, atque multitudine, piratico myoparone, in portu Syracuſano de claſſe populi Romani triumphum agere piratam, cùm prætoris [d] nequiſſimi, inertiſſimiq; oculos prædonum remi [e] reſpergerent. Poſtea quã è portu piratæ nõ metu aliquo affecti, ſed ſatietate [f] exierãt: tum cœperũt quærere homines cauſam illius tantæ calamitatis. dicere omnes, & palàm diſputare, minimè eſſe mirandum, [g] ſi, remigibus militibúſq; dimiſſis, reliquis egeſtate, & fame perditis, prætore tot dies cũ mulierculis perpotãte, tanta ignominia, & calamitas eſſet accepta.

100 Hæc * autem iſtius vituperatio, atq; infamia confirmabatur eorum ſermone, qui à ſuis ciuitatib. illis nauibus præpoſiti fuerant: qui ex illo numero reliqui Syraſas, claſſe amiſſa, refugerant. Dicebant, quos ex ſua quiſque naui miſſos ſciret eſſe. Res erat clara: neq; ſolùm argumentis, ſed etiam certis teſtibus iſtius audacia tenebatur. Homo certior fit, agi nihil in foro, & conuentu [h] toto die, niſi hoc quæri ex nauarchis, quẽadmodũ claſſis eſſet amiſſa: illos reſpondere, & docere vnũquẽq; [i] miſſione remigum, fame reliquorũ, Cleomenis timore, & fuga. [k] Quod poſtea quã iſte cognouit, hãc rationem habere cœpit. cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat iam antè, quàm hoc [l] vſu venit, ita vt ipſũ priore actione dicere audiſtis. videbat, illis nauarchis teſtibus, tantũ hoc crimẽ ſuſtinere ſe nullo modo poſſe. conſiliũ capit

c L. populi R. nomen, hominum conuentũ, atq; multitudinem, piratico myoparoni? in portu Syr.

d v.c. inertiſſimi, nequiſſimiq;.

e L. reſpergerent?

f L. exierunt.

g L. ſi militibus, remigibúſque.

* CRVDELITAS Verris in Nauarchos.

h L. tota die, niſi hoc quæri à nauarch. q. cl. ſit amiſſa.

i al. dimiſſione.

k al. Quod poſt quàm.

l L. vſu veniret.

Digitized by Google

primò ſtultum,verumtamen clemens.||Cleome- 101
nem, & nauarchos ad ſe vocari iubet. veniunt.

m L.ſermones de ſe hab. & ita v.c.

accuſat eos,quòd eiuſmodi[m] de ſe ſermones ha-
buerint : rogat vt id facere deſiſtant , & in ſua
quiſque naui dicat ſe tãtum habuiſſe naturarũ,
quantum oportuerit,neque quemquam eſſe di-
miſſum:enimuerò ſe oſtendunt, quòd vellet,eſ-
ſe facturos.Iſte non procraſtinat, aduocat ami-
cos ſtatim:quærit ex his ſingillatim,qũot quiſ-

n L.reſpondet vnuſq;. & ita v. c.

que nautas habuerit. [n] reſpondit vnuſquiſque,
vt erat præceptum. Iſte in tabulas refert : obſi-
gnat ſignis amicorum,prouidens homo:vt con-

o L. eſſe credo hom. & ita v.c.

tra hoc crimen,ſiquando opus eſſet,hac videli-
cet teſtificatione vteretur.||Deriſum[o] credo eſ- 102

p L. quæ vellet, è ciuitatum literis tolli, & in eas ref. v. c. quæ vellet, in literas ciuitatum tolli, & referri iub. non pl.

ſe hominem amentem à ſuis conſiliariis, & ad-
monitum,haſce ei tabulas nihil profuturas: et-
iam plus ex nimia prætoris diligentia ſuſpicio-
nis in eo crimine futurum. Iã iſte erat hac ſtul-
titia multis in reb.vſus,vt publicè quoq;,[p] quæ
vellet,in ciuitatũ literis & tolli,& referri iube-
ret: quæ omnia nũc intelligit ſibi nihil prodeſ-
ſe,poſtea quàm certis literis,teſtibus,auctorita-
tibúſque conuincitur,vbi hoc videt, illorũ cõ-
feſſionem, teſtificationem ſuam, * tabellas ſibi
nullo adiumẽto futuras:init conſilium,non im-

* L. tabulas.

probi prætoris(nam id quidẽ eſſet ferendũ) ſed
importuni,atq; amentis tyranni. ſtatuit , ſi hoc

q L. Quid Cleomene fiet?& ita v.c.

crimẽ extenuare vellet (nã omnino tolli poſſe
nõ arbitrabatur) nauarchos omneis, teſteis ſui
ſceleris,vita eſſe priuãdos.|| Occurrebat illa ra- 103
tio;[q] quid Cleomeni fiet?poteróne animaduer-

r v.poteſtatem imperiúmque perm.

tere in eos,quos dicto audiẽteis eſſe iuſſi ? miſ-
ſũ facere eũ,cui[r] imperiũ , poteſtatémque per-
miſi?poteróne eos afficere ſupplicio, qui Cleo-

s v. c. eſſe in eos veh.

menem ſecuti ſunt? ignoſcere Cleomeni , qui
ſecũ fugere,& ſe conſequi iuſſit? poterónę [s] in

* L. qui naueis inanes non modo.

eos eſſe vehemens,qui naueis * non modò ina-
neis habuerũt,ſed etiã apertas:in eũ diſſolutus,
qui ſolus habuerit conſtratam nauem,& minus
ex

exinanitam? pereat Cleomenes vnà. Vbi fides?
vbi[t] exſecrationes? vbi dextræ, cõplexúſq;? vbi
vbi contubernium muliebris militiæ in illo de-
licatiſſimo litore? fieri nullo modo poterat,
104 quin Cleomeni parceretur.|| [u] Cleomenẽ vocat.
dicit ei, ſe ſtatuiſſe animaduertere in omneis na
uarchos: ita ſui periculi rationes ferre, ac poſtu-
lare. Tibi vni parcam, & totius iſtius culpæ cri-
men, vituperationémq; inconſtantiæ potiùs ſu-
ſcipiam,[x] quàm aut in te ſim crudelis: aut tot,
tam[y] graueis teſteis viuos, incolumeiſq; eſſe pa-
tiar.[z] Agit gratias Cleomenes: approbat conſi-
lium: dicit, ita fieri oportere. Admonet tamen
illud, quod iſtũ fugerat, in Phalargum Centuri-
pinum, nauarchum, non poſſe animaduerti, pro-
pterea quòd ſecum [b] fuiſſet vnà in Centuripi-
na quadriremi. Quid ergo? iſte homo ex eiuſmo
di ciuitate, adoleſcẽs nobiliſſimus, teſtis relin-
quetur? [65] In præſentia, inquit Cleomenes, quo-
niã ita neceſſe eſt: ſed pòſt aliquid videbimus,
105 ne iſte nobis obſtare poſſit.|| Hæc poſteà quàm
acta, & conſtituta ſunt, procedit iſte repentè è
prætorio, inflãmatus ſcelere, furore, crudelitate
in forũ venit: nauarchos vocari iubet. Qui ni-
hil metuerent, nihil ſuſpicarẽtur, ſtatim accur-
runt. Iſte hominib. miſeris,[c] innocentibúſque
iniici catenas imperat. Implorare illi fidẽ popu-
li R. & quare id faceret, rogare. Tũc iſte hoc cau
ſę dicit, quòd claſſem prędonib. prodidiſſẽt. [66]
Fit clamor, & [d] admiratio populi, tantam eſſe in
homine impudentiã, atq; audaciam, vt aut aliis
cauſam calamitatis attribueret, quę omnis pro-
pter auaritiã ipſius accidiſſet: aut, [67] cùm ipſe
prædonum ſocius [e] putaretur, aliis proditionis
crimẽ inferret: deinde, hoc quintodecimo die
crimen eſſe natũ, poſtquàm claſſis eſſet amiſſa.
106 ||Cùm hæc[f] fierẽt, quęrebatur, vbi eſſet Cleome-
nes: [g] nõ quò illũ ipſum, [h] cuiuſmodi eſſet, quiſ-
quam ſupplicio, propter illud incõmodum, di-

t dexi.
v v.c. vocat Cleomenẽ.
x v. c. quã in te ſim cr.
y v.c. grauis teſtis
z for. Agit ei gratias.
a L. in Phararchum Centurip. al. in Philarchum Cent.
b L. vnà fuiſſet. & ci & ita v.c.
c v.c. innocentibus iniici cat.
d for. admurmuratio pop.
e v.c. arbitraretur.
f v.c. ita fierent.
g v.c. non quo ipſ.c.
h L. cuicuimodi eſſe

Digitized by Google

gnum putaret. nam quid Cleomenes facere potuit? (non enim poſſum quemquam inſimulare falsò (ⁱ quid, inquã, magnopere potuit Cleomenes facere, iſtius auaritia nauib. exinanitis? Atque eum vident ſedere ad latus prætoris, & ad aurem familiariter, vt ſolitus erat, inſuſurrare. Tum verò omnib. indigniſſimũ viſum eſt, homines honeſtiſſimos, electos ex ſuis ciuitatibus, in ferrum, ᵏ atque in vincla coniectos, Cleomenẽ propter flagitiorum, ˡ ac turpitudinis ſocietatẽ, familiariſſimũ eſſe prætoris.|| Apponitur his tamen accuſator Næuius Turpio quidam, qui, C. Sacerdote prætore, iniuriarum damnatus eſt, homo benè appoſitus ad iſtius audaciam: quem iſte in decumis, in reb. capitalib⁹, in omni ᵐ calumnia, præcurſorem habere ſolebat, & emiſſarium. Veniunt Syracuſas parentes, propinquiq; miſerorum adoleſcentium, hoc repentino calamitatis ſuæ ⁿ commoti nuntio: vinctos adſpiciũt catenis liberos ſuos cùm iſtius auaritiæ pœnam collo, & ceruicibus ſuis ſuſtinerent. adſunt, defendũt, proclamant fidẽ tuam, quæ nuſquã erat, nec vmquam fuit, implorant. Pater aderat ᵒ Dexio Tindaritanus, homo nobiliſſimus, hoſpes tuus: cuius tu domi fueras, quem hoſpitem appellaras. 68 eum ᵖ cùm illa auctoritate, & miſeria *videres præditum, non te eius lacrymæ, ᑫ non ſenectus, non * hoſpitij ius, atque nomen à ſcelere aliquã ad partẽ humanitatis reuocare potuit.|| Sed quid ego hoſpitij iura in hac tã immani belua cõmemoro? qui Stheniũ Thermitanũ, hoſpitem ſuum, cuius domum per hoſpitiũ exhauſit, & exinaniuit, abſentẽ in reos retulerit, cauſa indicta, capite dãnarit: ab eo nunc hoſpitiorum iura, atque officia quæramus? cũ homine enim crudeli nobis res eſt; an cũ fera, atq; immani belua? ʳ te patris lacrymę de innocentis filij periculo non mouebant? cùm patrem domi reliquiſſes: filium tecum haberes; te neque præſens

i L. quid, inquam, Cleomenes magnopere facere potuit, iſt. & ita tres v. c. alij, vt lib. vulg.

k v. c. atque vincula.

l v c. ac turpitudinum ſoc.

m v. c. kalumnia.

n v. c. nuntio commoti.

o v. c. Dexo Tind.

p L. cũ illa auctoritate, ætate, miſeria vid.

* al. videret.

q v. c. nec ſeneƈt. nec hoſp.

* De hoſpitij iure vide Gell. li. 5. c. 13.

r v. c. te lacrimæ patris.

107 (margin, beside "familiariſſimũ eſſe prætoris.|| Apponitur his ta-")

108 (margin, beside "tuit.|| Sed quid ego hoſpitij iura in hac tã imma-")

ſens filius de liberorum caritate, neque abſens
109 pater de indulgentia patria commonebat?|| Catenas habebat hoſpes tuus Ariſteus,[s] Dexionis filius. quid ita?[t] Prodiderat claſſem. quod ob præmium? deſeruerat exercitum. quid Cleomenes? ignauus fuerat. At eũ tu ob virtutẽ corona aurea donaras. Dimiſerat nautas. at ab omnib9 tu mercedem miſſionis acceperas. Alter parens ex altera parte erat Herbitenſis Eubulida, homo domi ſuæ clarus, & nobilis: qui, quia Cleomenẽ in defendendo filio læſerat, nudus pænè eſt deſtitutus. Quid erat autem, quod quiſquam diceret, aut defenderet? Cleomenem nominare non licet. At cauſa cogit. Moriere, ſi appellaris. numquam enim iſte[u] eſt cuiquã mediocriter minatus. At remiges non erat. Prætorem tu accuſas? frange[x] ceruicẽ. Si neque prætorem, neque prætoris æmulũ appellare licebit. cũ in his duobus
110 tota cauſa ſit: quid futurũ eſt?|| Dicit etiam cauſam Heraclius Segeſtanus, homo domi ſuæ ſummo loco natus. Audite, vt veſtra humanitas poſtulat, iudices. audietis enim de magnis incommodis, iniuriiſq; ſociorũ. Hũc ſcitote fuiſſe Heraclium in ea cauſa: qui propter morbũ oculorũ tum non nauigauit,[y] & iuſſu eius, qui poteſtatẽ habuit, in commeatu Syracuſis remanſerit.[z] Is certè neq; prodidit claſſem, neq; metu perterritus fûgit, neq; exercitum deſeruit. Etenim tunc eſſet hoc animaduerſum, cùm claſſis Syracuſis proficiſcebatur. Is tamen in eadem cauſa fuit, quaſi eſſet in aliquo manifeſto ſcelere deprehenſus: in quem[a] ne falsò quidem cauſa con-
111 ferri criminis potuit.|| Fuit in illis nauarchis Heracli enſis quidam Furius (nam habent illi nonnulla huiuſcemodi Latina nomina) 69 homo, quamdiu vixit,[b] domi ſuæ, non ſolùm poſt

s v.c. Dexonis.
t L. Prodiderat claſſem: deſeruerat exercitium. Quod ob præmium? Quid Cl. al. v.c. prodiderat claſſem. Quod ob præmiũ deſeruerat? Quid Cleõ. mendosè.
v v. c. cuiquam eſt med.
x v.c. ceruices.
y L. & iuſſu eius, qui poteſtatem habuit, cũ commeatu Syracuſis rem. al. & iuſſu eius. qui pot. habuit in commeatu, Syracuſis rẽ. al. & iuſſu eius, qui poteſtatem habuit, in commeatu Syracuſis remanſ.
z L. Iſte certè neq;

a v. c. ne falſi quidem cauſa crim. conf. b v. c. non domi poſt mort. non placet. al. non ſolum domi ſuæ, ſed per omnem Siciliam clarus & nobilis.

&ita L. a v. c. ſuæ ſolum, per omnem

mortem, tota Sicilia clarus, & nobilis. in quo
homine tantum animi fuit, non ſolùm vt iſtum
liberè læderet (nam id quidem, quoniã morien-
dum videbat, ſine periculo ſe facere intellige-
bat) verùm, morte propoſita, cùm lacrymas in
carcere mater nocteis, dieſque aſſidêret, 70 de-
fenſionem cauſæ ſuæ ſcripſit: quam nunc nemo
eſt in Sicilia, quin habeat, quin legat, quin tui
ſceleris, & crudelitatis ex illa oratione com-
monefiat. in qua docet, quot à ciuitate ſua nau-
tas acceperit: quot, & quanti quemque dimiſe-
rit: quot ſecum habuerit: item de ceteris naui-
bus dicit. quæ cùm apud te diceret, virgis ocu-
li verberabãtur. ille morte propoſita, facilè do-
lorẽ corporis patiebatur. clamabat, id quod ſcri
ptum reliquit, "facinus eſſe indignum, plus
impudiciſſimæ mulieris apud te de Cleomenis
ſalute, quàm de ſua vita lacrymas matris vale-
re." deinde etiam illud video eſſe dictum, quòd, 112
ſi rectè vos populus R. cognouit, [c] non falsò il-
le iam in ipſa morte de vobis prædicauit: "nõ
poſſe Verrem, teſteis interficiendo, crimina ſua
extinguere: grauiorem apud ſapienteis iudices
ſe fore ab inferis teſtem, quàm ſi viuus in iudi-
cium produceretur: tum, auaritiæ ſolùm, ſi viue-
ret: nunc, cùm ita eſſet necatus, ſceleris, auda-
ciæ, crudelitatis teſtem fore. Iam illa præclara,
non teſtium modò cateruas, cùm tua res agere-
tur, [d] ſed à diis manibus, innocentium pœnas,
71 * ſceleratorúmque furias in tuum iudicium
eſſe venturas: ſeſe ideo leuiorem caſum ſuum
fingere, quòd iam antè aciem ſecurium tuarũ,
[e] Sextiique, tui carnificis, vultum, & manum
vidiſſet, cùm in conuentu ciuium Rom. iuſſu
tuo ſecuri ciues Romani ferirentur." Ne mul- 113
ta, iudices, [f] libertatem, quam vos ſociis
dediſtis, 72 hac ille in acerbiſſimo ſupplicio
miſerrimæ ſeruitutis abuſus eſt. Condemnat
[g] omnes de conſilij ſententia, tamen neq; iſte

in

c L. non falsò ille de vobis iam in ipſa morte prædicauit.
d al. ſed tũ à diis manibus v.c. ſed ab diis manib. al. ſed etiam à diis.
* al. ſceleratorúmq; tuorum furias.
e al. Seſtiique.
f al. libertate, quã vos ſociis dediſtis, hac ille in acerb. al. libertatem quã vos ſociis dediſtis, hanc ille, &c. & ita v.c.
g v.c. omnis.

in tanta re,tot hominum,totque ciuium cauſa,
P.Vettium ad ſe[h] accerſit quæſtorẽ ſuum,cuius h L. arceſ-
conſilio vteretur:neque P.Ceruium,talem virũ, ſit.
legatum,qui,quia legatus,iſto prætore, in Sici-
lia fuit, primus ab iſto iudex reiectus eſt:ſed de
latronum,hoc eſt,de comitum ſuorum ſenten-
114 tia cõdemnat omneis.|| Hic cuncti Siculi, fideliſ
ſimi,atque antiquiſſimi ſocij,plurimi affecti be-
neficiis à maioribus noſtris, grauiter commo-
uentur,73 & de ſuis*periculis,fortuniſq; omni- * al. pecu-
bus pertimeſcunt. Illam clementiam, manſue- niis.
tudinémq; noſtri imperij in tantam crudelita- i L.& rectè
tem,inhumanitatémque eſſe conuerſam? con- videtur.nã
demnari tot homines vno tempore nullo cri- k v.c. omnis.
mine?defenſionem ſuorum furtorum prætorem l L.Phararchum Cẽt.
improbum ex indigniſſima morte innocentium al. Phalarchum al.
quærere?Nihil addi iam videtur,iudices,ad hãc Philariſũ.
improbitatem,amentiam,crudelitatémq; poſſe. m L. accedit ad hominem Timarchides.
74[i] & rectè nihil videtur. nam ſi cum aliorum
improbitate certet,longè[k] omneis,multúmque
115 ſuperabit.|| Sed ſecũ ipſe certat: id agit, vt ſem- n v.c.ſe ob hunc metum, pec.
per ſuperius ſuum facinus nouo ſcelere vincat.
[l] Phalargum Centuripinum dixerã exceptũ eſſe
à Cleomene,quòd in eius quadriremi Cleome- o v.c.Leuia hæc ſunt in hoc reo, metum.
nes vectus eſſet:tamen quia pertimuerat adole-
ſcens,quòd eandem ſuam cauſam videbat eſſe,
quam illorum,qui innocentes peribãt:[m] ad ho-
minem accedit Timarchides: à ſecuri negat ei p L.nauarchus,homo nobiliſſimus ſuæ ciu. & ita v.c.
eſſe periculum: virgis ne cæderetur, monet vt
caueat. Ne multa, ipſum dicere adoleſcentem
audiſtis,[n] ſe ob hunc virgarum metum,pecuniã
116 Timarchidi numeraſſe.||[o] Leuia ſũt hæc in hoc
reo crimina.metum virgarum75[p] nauarchus no- q v.c.humanum eſt.
biliſſimæ ciuitatis pretio redemit:[q] humanum.
alius,ne condemnaretur,pecuniã dedit:[r] vſitatũ r v.c.vſitatum.non vult.
eſt. non vult populus Ro. obſoletis crimini-
bus accuſari Verrem: noua poſtulat, inaudita s v.c.ſed de nefario tyr.
deſiderat:non de prætore Siciliæ, [s] ſed de cru-
deliſſimo tyranno fieri iudicium arbitratur.

Includuntur in carcerem cōdemnati : ſuppliciū
conſtituitur in illos,[76][t] ſumitur de miſeris pa-
rentibus nauarchorum: prohibentur adire [v] ad
filios ſuos:prohibentur liberis ſuis cibum , ve-
ſtitúmq; ferre.|| Patres hi,quos videtis, iacebāt 117
in limine, matreſq; miſeræ pernoctabant ad o-
ſtium carceris , ab extremo complexu liberūm
excluſæ:quæ nihil aliud orabant,[77][x]niſi vt filio-
rum extremūm ſpiritum excipere ſibi liceret.
Aderat ianitor carceris,carnifex prętoris mors,
terrórq; ſociorum,& ciuium,lictor[y] Seſtius:cui
[z] ex omni gemitu, doloréque certa merces cō-
parabatur.vt adeas,tantum dabis:[a] vt cibum ti-
bi intrò ferre liceat , tantum nemo recuſabat.
Quid,[b] vt vno ictu ſecuris afferam mortem filio
tuo,quid dabis?ne diu crucietur ? ne ſæpius fe-
riatur?ne cū ſenſu doloris aliquo , aut cruciatu
ſpiritus auferatur?Etiā ob hanc cauſam pecunia
lictori dabatur.||O magnum,atq; intolerandum 118
dolorem!ò grauem,acerbámque fortunam!non
vitam liberūm, ſed mortis celeritatē pretio re-
dimere cogebantur parentes. Atque ipſi etiam
adoleſcentes[c] cum Seſtio de eadem plaga,& de
vno illo ictu loquebantur, idque poſtremū pa-
renteis ſuos liberi orabant,vt leuandi[d] crucia-
tus ſui gratia lictori pecunia daretur. Multi , &
graues dolores inuēti parētibus, & propinquis:
multi. verumtamen mors ſit extrema. non erit.
Eſt ne aliquid vltrà , quò progredi crudelitas
poſſit?reperietur.Nam, illorum liberi cùm erūt
ſecuri percuſſi,ac necati, corpora feris obiiciē-
tur.hoc ſi luctuoſum eſt parenti,redimat pretio
ſepeliendi poteſtatem.||Onaſum Segeſtanū,ho- 118
minem nobilem, dicere audiſtis, ſe ob ſepultu-
ram Heraclij nauarchi pecuniam [e] Timarchidi
dinumeraſſe. [f] hoc ne poſſis dicere , patres e-
nim veniunt,amicis filiis , irati : Vir primarius,
homo nobiliſſimus, dicit : neque de filio dicit.
Iam hoc , quis tum fuit Syracuſis , [g] quin
au

t L.ſumitur de miſeris parētibus , p.
v v.c.ad filios: proh.
x L.& v.c filiorū ſuorū extremum ſpiritum ſibi ore excip. ita Non.c.4.in excipere filiorum ſuorum poſtremum ſpiritum ore excipere liceret.
y L.Sextius.
z v.c.ex omnium gem.
a L.vt cibū tibi,veſtitūque intro f. & ita q. v.c.
b v. c. vt vno ſecuris ictu.
c L. cum Sextio de vna plaga.
d L. v. c. cruciatus ſui cauſa.
e L. Timarchidi numeraſſe.
f v. c. ne hoc poſſes dicere.
g L. qui nō audierit.

audierit, quin ſciat,[g] has per Timarchidem pactiones ſepulturæ cum viuis etiam illis eſſe factas? nō palàm cū Timarchide loquebantur? non omnes hominum propinqui adhibebantur? non palàm viuorum funera locabantur? [h] Quib. rebus omnibus actis, atque deciſis, producuntur è carcere, & deligantur ad palum. || [i] Quis tam fuit illo tempore durus, & ferreus, quis tam inhumanus, præter vnum te, qui non illorum ætate, nobilitate, miſeria cōmoueretur, ecquis fuit, quin lacrymaretur? quin ita calamitatem putaret illorum, vt fortunam tamen non alienam, periculū autem commune agi arbitraretur? Feriuntur ſecuri. lætaris tu in omnium gemitu, & triūphas: teſteis auaritiæ tuæ gaudes eſſe ſublatos. Errabas, Verres, & vehementer errabas, cùm te maculas furtorum, & flagitiorum tuorum, ſociorū innocentium ſanguine eluere arbitrabare: præceps amentia ferebare, qui te exiſtimares auaritiæ vulnera crudelitatis remediis poſſe ſanare. Etenim quāquā illi ſunt mortui ſceleris tui teſtes, tamen eorum propinqui neq; tibi, neque illis deſunt: tamen ex illo ipſo numero nauarchorum aliqui viuunt, & adſunt: quos, vt mihi videtur, ab illorum innocentium pœna fortuna ad hanc cauſam reſeruauit. || Adeſt [k] Philarchus Haluntinus, qui, quia cum Cleomene non fugit, oppreſſus à prædonib. & captus eſt: cui calamitas ſaluti fuit: qui niſi captus à piratis eſſet, in hūc prædonem ſociorum incidiſſet. dicet is pro teſtimonio de miſſione nautarum, de fame, de Cleomenis fuga. Adeſt Cēturipinus, [l] Phalargus, in ampliſſima ciuitate, ampliſſimo loco natus, eadem dicit: nulla in re diſcrepat. || Per deos immortaleis, iudices, quo tādē animo ſedetis? aut hæc quemadmodū auditis? Vtrùm ego deſipio, 78 [m] & plus quàm ſatis eſt, doleo in tanta calamitate, miſeriaque ſociorum an vos quoque hic acerbiſſimus innocentium cruciatus,

&

120 / 121 / 122 (margin paragraph numbers beside "carcere", "ad hanc causam", "eadem dicit")

[g] v.c. ha Timarchidi p.
[h] v.c. Quibus omnib. rebus
[i] v.c. Quis tam f. illo temp. ferreus, qui &c.
[k] I. PHararchus al. Phylarchus ſup. Philargus.
[l] I. Pharar chus.
[m] I. & plus quàm ſatis opus eſt, dol.

& mæror pari ſenſu doloris afficit?Ego enim cũ
Herbitenſem,cùm Heracliẽſem ſecuri eſſe per-
cuſſum dico,verſatur mihi ante oculos indigni
tas calamitatis. Eorúmne populorũ [n] ciueis,eo-
rúmne agrorum colonos,ex quibus maxima vis
frumenti quotannis plebi Romanæ, illorũ ope-
ris,ac laboribus quæritur,qui à parentibus, ſpe
noſtri imperij,noſtræque æquitatis, ſuſcepti, e-
ducatiq; ſunt,ad C. Verris nefariam immanita-
tem,[o] &ad eius ſecurem funeſtam eſſe ſeruatos?
‖Cùm mihi Tindaritani illius venit in mentem, 123
cùm Segeſtani,tum iura ſimul ciuitatum, atque
officia conſidero.quas vrbeis P.Africanus etiam
ornandas eſſe ſpoliis hoſtium arbitratus eſt,eas
C.Verres non ſolùm illis ornamentis,ſed etiam
viris nobiliſſimis nefario ſcelere priuauit. En
quod Tindaritani libenter prædicent : Nos in
ſeptem decem populis Siciliæ numeramur : nos
ſemper in omnibus Punicis,Sicilienſibúsq; bel-
lis amicitiã,fidẽq; populi R.ſecuti ſumus:à no-
bis omnia populo R. ſemper & belli adiumen-
ta,[p] & pacis ornamenta adminiſtrata ſunt.Mul-
tum verò hæc his iura profuerunt in iſtius im-
perio,ac poteſtate.‖ Veſtros quondã nautas cõ- 124
tra Karthaginem Scipio duxit.[q] at nunc naueis
contra prædones pænè inaneis Cleomenes du-
cit.Vobiſcũ Africanus hoſtiũ ſpolia & præmia
laudis cõmunicauit.at nũc per me ſpoliati, na-
ue à prędonibus abducta,ipſi in hoſtium nume-
ro,locoq; [r] ducemini.Quid verò?illa Segeſtano-
rum non ſolùm literis tradita,[s] neque comme-
morata verbis, ſed multis officiis illorum vſur-
pata , & comprobata * cognatio , quos tan-
dem fructus huiuſce neceſſitudinis in iſtius im-
perio tulit?Nempe hoc fuit iure,iudices,vt[t] ex
ſinu patris nobiliſſimus adoleſcens, & è cõple-
xu matris ereptus innocens filius, iſtius carnifi-
ci[u] Seſtio dederetur.Cui ciuitati maiores noſtri
maximos agros,atq;* optimos cõceſſerũt:quam
immu

n v.c.ciuis.
o L. & ad eius funeſtam ſecurem eſſe ſer.
p L. & pacis ornamẽta miniſtra ta ſunt. & ita v.c.
q v.c. at nunc nauẽ contra pr. p.inanem Cleom.
r L.ducimini.
s L.& commemoratã.
* quod ab Aenea oriundi ſup. l.6.
t v.c. ex ſinu patriæ nob.
v L.Sextio.
* al.opimos.

immunem eſſe voluerunt: hęc tãta apud te cognationis, fidelitatis, vetuſtatis auctoritate, ne hoc quidem iuris obtinuit, vt vnius honeſtiſſimi, atque innocentiſſimi ciuis mortem, & ſan-
125 gninem deprecaretur. || Quò confugient ſocij? quem implorabunt? qua ſpe denique, vt viuere velint, tenebuntur, ſi vos eos deſeritis? [x] Ad ſenatum deuenient, qui de Verre ſupplicium ſumat? non eſt vſitatum, non ſenatoriũ. Ad populum R. confugient? facilis eſt cauſa populi. [z] legem enim ſe ſociorũ cauſa iuſſiſſe, & ei legi cuſtodes, ac vindices præpoſuiſſe dicet. Hic locus eſt igitur vnus, quò perfugiant: hic portus, hæc arx, hæc ara ſociorum, quò quidem nũc non ita confugiunt: vt antea in ſuis repetendis reb. ſolebant. non argentum, non aurum, non veſtem, non mancipia repetunt: non ornamenta, quæ ex vrbib⁹, faniſq; erepta ſunt. metuũt homines imperiti, ne iam hæc populus R. [b] concedat, & ita fieri velit. Patimur enim [c] iã multos, & ſilemus, cùm videamus, ad paucos homines omneis omnium nationum pecunias [d] peruenire. quod eo magis ferre æquo animo, atq; concedere videmus, quia nemo iſtorum diſſimulat: nemo labo-
126 rat, vt obſcura ſua cupiditas eſſe videatur. || In vrbe noſtra pulcherrima, atq; ornatiſſima, quod ſignum, quæ tabula picta eſt, quæ non ab hoſtibus victis capta, [e] atque apportata ſit? At iſtorũ villæ, [f] ſociorum fideliſſimorũ plurimis, & pulcherrimis ſpoliis ornatæ, refertęq; ſunt. Vbi pecunias exterarũ nationũ eſſe arbitramini, [g] quibus nunc omnes egent cùm Athenas, Pergamũ, Cyzicum, Miletum, Chium, Samum, totã deniq; Aſiam, Achaiã, Græciã, Siciliam iã in paucis villis incluſas eſſe* videtis? Sed hæc, vt dico, omnia iã ſocij veſtri relinquunt, & negligunt, iudices. Ne publicè à populo R. ſpoliarentur, officiis ac fide prouiderunt. Paucorum cupiditati tum, cùm obſiſtere non poterant, tamen ſuffice-

x L. Ad ſenatum venient.
y v.c. populi cauſa.
z L. legem enim ſoc. cauſa iuſſ. & eius legis cuſt.
b L. concedat, & iam fieri velit.
c L. multos iam annos, & ſilemus. An. Aug. iã multos, & ſil.
d L perueniſſe.
e L. atque deportata ſit?
f v.c. ſociorum fideliſſ. & plu. & pulcher.
g v.c. quæ nunc omnes.
* L. videatis.

re aliquo modo poterant. Nunc verò iam adēta
eſt non modò reſiſtendi , verùm etiam ſuppedi-
tandi facultas.Itaque res ſuas negligunt. pecu-
nias,quo nomine iudicium hoc appellatur,[h] nō
repetunt:relinquunt,& negligunt. || Hoc ſi or- 128
natu ad vos confugiunt.adſpicite,adſpicite,iu-
dices,ſqualorem, ſordeiſq; ſociorum. Sthenius
hic Thermitanus cū hoc capillo,atq; veſte,do-
mo ſua tota expilata,mentionem tuorū furtorū
non facit ; ſeſe ipſum abs te repetit , nihil am-
plius. totū enim tua libidine , & ſcelere ex ſua
patria,[80] in qua multis virtutibus,[i] &beneficiis
princeps fuit,ſuſtuliſti.[k] Dexio hic,quem vide-
tis,non quæ publicè[l] Tindari,non quę priuatim
ſibi eripuiſti,[m] ſed vnicū miſer abs te filiū opti-
mū,atq;innocentiſſimum flagitat.non[*] ex litib.
æſtimatis tuis pecuniā domum:ſed ex tua cala-
mitate cineri,atque oſſibus filij ſui ſolatiū vult
aliquod reportare.Hic tā grandis natu Eubuli-
da,hoc tantum, exacta ętate , laboris , itineriſ-
que ſuſcepit,[81] non vt aliquid [n] ex huius bonis
recuperaret,ſed vt,[82] quibus oculis cruētas cer-
uices filij ſui viderat , iiſdem te condemnatum
videret.|| Si per L.Metellum licitum eſſet, iudi- 128
ces,matres illorū, vxores, ſororéſq; veniebant.
quarum vna,cum ego ad Heracliam noctu acce-
derem,cū omnib. matronis eius ciuitatis, & cū
multis facib.mihi obuiā venit:& ita,me ſuā ſa-
lutem appellans,te ſuū carnificem nominans,fi-
lij nomē implorās,mihi ad pedes miſera iacuit,
[o] quaſi ego excitare filium eius ab inferis poſ-
ſem.Faciebant hoc[p] idem in ceteris ciuitatibus
grandes natu matres, & itē paruuli liberi miſe-
rorum:quorū vtrorumq; ætas laborem, & indu-
ſtriam meam,fidem & miſericordiam veſtrā re-
quirebat.|| Itaque ad me, iudices, [q] præter cete- 129
ras, [83] hanc querimoniam Sicilia detulit lacry-
mis.Ego ad hoc non gloria inductus acceſſi:ſed
ne falſa damnatio , ne carcer , ne catenæ , ne
ver

h v. c. non repetunt, relinquūt. Hoc &c.
i L. ac beneficiis fuit princeps. al. & princeps floruit
k L. Dexo h. c.
l L. Tyndaride, non
m L. ſed vnicum abs te miſer til. & ita v. c.
* Ant. Aug. ex litibus æſtimatis tuis non pecuniam domum.
n L. de ſuis, bonis vſurparet:, ſed vt.
* Doloris remedium inimici dolor.
o B. quaſi ego eius filium ab inferis excitare poſſ.
p v. c. itidē
q v. c. hanc querimoniam, præter ceteras detul.
r L. detulit lacrymās. Ego huc non gl.

verbera, ne ſecures, ne cruciatus ſociorum, ne
ſanguis innocentium, ne denique etiam exſan-
guium corpora mortuorum, ne mœror parentũ,
ac propinquorũ, magiſtratibus noſtris quæſtui
poſſet eſſe. Hunc ego ſi metum Siciliæ, damna-
tione iſtius, per veſtram fidem, & ſeueritatem
deiecero, iudices: ſatis officio meo, ſatis illorũ
voluntati, qui à me hoc petiuerunt, factum eſſe
130 arbitrabor. ‖ Quapropter ſiquem forte inuene-
ris, qui hoc nauale crimen conetur defendere,
is ita defendat: illa communia, quæ ad cauſam
nihil pertinent, prætermittat:[84] [s] me culpã for-
tunæ aſſignare, calamitatem crimini dare: me
amiſſionẽ claſſis[t] obiicere, cùm multi viri for-
tes in cõmuni incertóq; periculo belli, & terra,
& mari ſæpe offenderint. Nullam tibi[v] obiicio
fortunam. nihil eſt, quòd ceterorum res minus
commodè geſtas proferas: nihil eſt, quòd mul-
torum naufragia fortunæ colligas. ego naueis
inaneis fuiſſe dico: remiges, nautáſq; dimiſſos:
reliquos ſtirpibus vixiſſe palmarum præfuiſſe
claſſi populi R. Siculũ,[x] perpetuò ſociis, atque
amicis Syracuſanũ: te illo tẽpore ipſo, ſuperio-
ribúſq; diebus omnibus in litore cum mulier-
culis perpotaſſe dico: harum rerum omniũ au-
131 ctores, teſteiſque produco. ‖ Nũ tibi inſultare in
calamitate, nũ intercludere [y] perfugium fortu-
næ, nũ caſus bellicos exprobrare, [z] aut obiice-
re videor? Tametſi ſolent ij fortunã ſibi[a] obiici
nolle, qui ſe fortunæ commiſerunt, qui in eius
periculis ſunt, ac varietate verſati. Iſtius quidẽ
calamitatis tua fortuna particeps nõ fuit. Homi
nes enim in prœliis, nõ in cõuiuiis,[b] belli fortu-
nã tẽtare, ac periclitarĩ ſolẽt. In illa autẽ calami
tate nõ Martẽ fuiſſe cõmunẽ, ſed Venerẽ poſſu-
mus dicere. Quòd ſi fortunã[c] obiici tibi nõ opor
tet, cur tu fortunæ illorũ innocẽtiũ veniã, ac lo-
132 cũ nõ dediſti? ‖ [d] Etiã illud præcidas licet, quòd
ſupplicium more maiorum ſumſeris, ſecurique
per

s L. me culpam fortunæ tibi aſſign. & ita v.c.
t v.c. obicere.
v v.c. obicio.
x L. perpetuis ſociis, atque
y L. perfugia for. & ita v.c.
z v. c. aut obicere.
a v c. obici
b v. belli fortunam periclitarĩ ſ.
c al. obiicere tibi non op.
d L. Etiam illud prædices licet, te, quòd ſuppl.

Digitized by Google

perculſeris, idcirco à me in crimen, & inuidiam vocari. Non in ſupplicio crimẽ meum vertitur: non ego ſecuri nego quemquã feriri debere: nõ ego metũ ex re militari, nõ ſecuritatẽ imperij, non pœnam flagitij, tolli dico oportere, fateor non modò in ſocios, ſed etiã in ciueis, militéſque noſtros, perſæpe eſſe ſeuerè, ac vehementer vindicatum. Quare hæc quoq; prætermittas licet. Ego culpã non in nauarchis, ſed in te fuiſſe demonſtro:[85] [c] pretio milites, remigéſque dimiſiſſe arguo. hoc nauarchi reliqui dicunt: hoc Netinorum fœderata ciuitas publicè dicit, hoc Herbitenſes, hoc Ameſtratini, hoc Ennẽſes, hoc Agyrinẽſes, Tindaritani, Locrenſes publicè dicũt: tuus deniq; teſtis, [f] tuus imperator, tuus hoſpes Cleomenes hoc dicit, ſeſe in terram eſſe egreſsũ, [g] vti Pachyno, è terreſtri præſidio, milites colligeret, quos in nauibus collocaret. quod certè nõ feciſſet, ſi ſuum numerum naues haberent. ea eſt enim ratio inſtructarũ, ornatarúmq; nauiũ, vt nõ modò plures, ſed ne ſinguli quidẽ poſſint accedere.|| Dico præterea, illos ipſos re- 133
liquos nautas, fame, atq; inopia rerũ omniũ cõfectos fuiſſe, ac perditos. dico, aut omneis extra culpã fuiſſe, aut, ſi vni attribuẽda culpa ſit, in eo maximã fuiſſe, qui optimã nauẽ, plurimos nautas haberet, ſummũ imperiũ obtineret: aut ſi omnes in culpa fuerint, nõ oportuiſſe Cleomenẽ cõſtitui ſpectatorẽ illorum mortis, atq; cruciatus. dico etiã, [h] in illo ſupplicio mercedẽ lacrymarum, mercedẽ vulneris, atq; plagæ: mercedem funeris, ac ſepulturæ cõſtitui nefas fuiſſe.|| Qua- 134
propter ſi mihi reſpondere voles, hæc dicito: claſſẽ inſtructã, atq; ornatã fuiſſe,[86] [i] nullũ propugnatorum abfuiſſe, nullũ vacuum tranſtrum fuiſſe, remigi rẽ frumentariã eſſe ſuppeditatam: mentiri nauarchos, mẽtiri [k] tot, & tã graueis ciuitates, mentiri etiam Siciliam totam: [l] proditum eſſe te à Cleomene: qui ſe dixerit exiſſe

in

e L. te pretio remiges, militéſque dimiſ. & ita v. c.
f L. tuus imperator, tuus æmulus, tuus hoſp.
g v. c. vt Pachyno.
h v. c. In ipſo ſuppl.
i L. nullum propugnatorem abfuiſſe, & ita v. c.
k v. c. tot, tam gr.
l al. proditũ te eſſe à Cleo.

n terram,vt Pachyno deduceret milites:animũ
llis,non copias defuiſſe:Cleomenem acerrimè
ugnantem ab his relictum eſſe,atque deſertũ:
ummum ob ſepulturam datum nemini. quæ ſi
lices,tenebere.ſin alia dices:[m] ea quæ à me di-
ta ſunt,non refutabis.|| Hic tu etiam dicere au-
lebis, Eſt in iudicibus ille familiaris meus, eſt
aternus amicus ille?[87] non, vt quiſque maxi-
mè eſt,quicum tibi aliquid ſit, [n] ita tui huiuſ-
emodi criminis maximè eum pudet? Paternus
micus eſt. Ipſe pater ſi iudicaret, per deos
mmortaleis, [88] [o] quid facere poſſet, cùm tibi
æc diceret? Tu in prouincia populi R. prætor,
cùm tibi maritimum bellum eſſet adminiſtran-
lum,Mamertinis,ex fœdere quam deberent na-
iem, per triennium remiſiſti:tibi apud eoſdem
priuatim nauis oneraria maxima publicè eſt æ-
lificata:tu à ciuitatibus pecunias claſſis nomi-
ie coegiſti:tu pretio remiges dimiſiſti:tu[p] cùm
nauis eſſet à quæſtore, & ab legato capta præ-
lonum, archipiratam [q] ab omnium oculis re-
nouiſti:tu,qui ciues Ro.eſſe dicerentur, qui à
nultis cognoſcerentur, [89] ſecuri ferire * po-
uiſti : [99] tu tuam domum piratas [r] abdu-
cere in iudicium archipiratam domo produ-
cere auſus es : || tu in prouincia tam ſplen-
lida, [s] apud ſocios fideliſſimos,ciueis R.hone-
tiſſimos in metu,periculoque prouinciæ, dies
otinuos complureis in litore,conuiuiiſque ia-
uiſti:te per eos dies nemo domi tuæ conueni-
e,nemo in foro videre potuit:tu ſociorum atq;
micorum ad ea conuiuia matresfamilias adhi-
uiſti:tu inter eiuſmodi mulieres prætextatum
uum filium,nepotem meum,collocauiſti: vt æ-
ati maximè lubricæ atque incertæ exempla ne-
uitiæ parentis vita præberet:tu prætor in pro-
uincia [t] cum tunica,pallioque purpureo viſus
s:tu propter amorem,libidinémque tuam,im-
erium nauiũ legato populi R.ademiſti,Syracu-

m L. quæ à me d.

n for ita te in eiuſmodi crimine maximè eius pudere debes? ex antiq.ſcrip. veſtigiis.al. Imò vero: vt quiſque eſt.

o L.quid facere poſſes,cùm.

p v.c. nauis cùm eſſet.

q v.c. ab oculis omnium.

* al. iuſsiſti vel,voluiſti

r al adducere.

s L.& v.c. tu apud ſocios f.

t L.cum tunica talari pall.

ſano tradidiſti : tui milites in prouincia Sicilia
frugibus,frumẽtoque[u] caruere:tua luxuria,atq;
auaritia claſſis populi R.à prædonibus capta, &
incenſa eſt. || poſt Syracuſas conditas, quem in 137
portũ numquam hoſtis acceſſerat,in eo te præ-
tore,primùm piratæ nauigauerunt : neque hæc
tot,tantaque dedecora diſſimulatione tua,neq;
obliuione hominũ,ac taciturnitate tegere vo-
luiſti:ſed etiam nauiũ præfectos ſine vlla cauſa
91 de complexu parentũ ſuorũ hoſpitũq; tuorũ
ad mortem cruciatúmq; rapuiſti:[x] neque in pa-
rentum luctu,atq; lacrymis,te mei nominis cõ-
memoratio mitigauit:tibi hominum innocen-
tiũ ſanguis nõ modò voluptati,ſed etiam quę-
ſtui fuit. Hæc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes
ab eo veniam petere?poſſes , vt tibi ignoſceret,
poſtulare?||Satis*eſt factũ Siculis, ſatis officio, 138
ac neceſſitudini,iudices,92 [z] ſatis promiſſo mu-
neri noſtro,ac recepto.Reliqua eſt ea cauſa,iu-
dices,quæ non iam recepta,ſed innata:neq; de-
lata ad me,ſed in anima,ſensúque meo penitus
affixa,atque inſita eſt:quæ non ad ſociorum ſa-
lutem,ſed ad ciuiũ R.hoc eſt ad vniuſcuiuſque
noſtrûm vitam,& ſanguinem pertinet. In qua
nolite à me quaſi dubium ſit aliquid, argumen-
ta,iudices,exſpectare.[c] omnia quæ dicã de ſup-
plicio ciuium R.ſic erunt clara,& illuſtria,vt ad
ea probanda totã Siciliã teſtẽ adhibere poſſim.
Furor enim quidam,ſceleris,& audaciæ comes,
iſtius effrenatum animũ, importunámque natu-
ram tanta oppreſſit amentia,vt numquam dubi-
taret in conuentu palàm ſupplicia,quæ in con-
uictos maleficij ſeruos conſtituta ſunt , ea in
ciueis R.expromere.||Virgis * quàm multos ce- 139
ciderit,quid ego cõmorerer?Tantùm[d] breuiſſi-
mè dico,iudices.nullum fuit omnino iſto præ-
tore,in hoc genere diſcrimen.Itaq: iam cõſue-
tudine ad corpora ciuiũ Ro.etiã ſine iſtius nutu
ferebatur manus ipſa lictoris.Nũ potes hoc ne-
gare,Verres,in foro Lilybæi,maximo conuẽtu,

u v.c.carue runt : & ita L.

x L.de com plexu parẽ tum ſuorũ hoſpitum tuorum ad m.ita Hor. l.3.od.24.

y v.c.neque te in paren tum luctu atq; lacr. mei nom.

*NARRA- TIO de ſuppliciis in ciues Ro manos.

z L. ſatis promiſſo ac recepto.

a v.c. quæ iam non re cepta,ſed.

b L.penitus defixa,atq;

c v.c.omnia,quæ di cam ſic e- runt illu- ſtria , vt ad ea pr.

* DE HIS qui virgis cęſi à Ver- re.

d v.c.bre- uiſſimè,iu- dices, dico.

C. Seruilium ciuem Ro.[c] in conuentu Panormitano, veterem negotiatorem, ad tribunal, ante pedes tuos, ad terram virgis, & verberibus abiectū? aude hoc primùm negare, ſi potes. nemo Lilybæi fuit, quin viderit: nemo in Sicilia, quin audierit. Plagis confectum dico à lictoribus tuis ciuem R. ante oculos tuos concidiſſe.‖[f] At quā ob cauſam, dij immortales? tametſi iniuriā facio communi cauſæ, & iuri ciuitatis. quaſi enim poſſit eſſe vlla cauſa, cur hoc cuiquam ciui Ro. iure accidat, ita quæro, quæ in Seruilio cauſa fuerit. Ignoſcite in hoc vno, iudices, in ceteris enim non magnopere cauſas requirā. Locutus erat liberiùs de iſtius improbitate, atq; nequitia. Quod iſti ſimul ac renuntiatum eſt: hominem iubet Lilybæum vadimonium Venerio ſeruo promittere. Promittit. Lilybæū venitur. cogere eum cœpit, cùm ageret nemo, poſtularet, LLS. duobus millibus ſponſionem facere cū lictore ſuo, ni furtis quæſtū faceret. Recuperatores de cohorte ſua [g] dicit daturū. Seruilius & recuſare, & deprecari, ne iniquis iudicibus, nullo aduerſario, iudiciū capitis in ſe conſtitueretur.

141 ‖Hęc cùm maximè loqueretur. ſex * lictores circumſiſtunt valentiſſimi, & ad pulſandos, verberandoſque homines exercitatiſſimi: cædunt acerrimè virgis: denique proximus lictor (de quo [h] ſæpe iam dixi) [i] Seſtius 92 conuerſo bacillo, oculos miſero tundere vehementiſſimè cœpit. [k] Itaq;, illi cùm ſanguis os, oculóſque compleſſet, concidit: cùm illi nihilo minus iacenti latera tunderentur, vt aliquando ſpōdere ſe diceret. Sic ille affectus, illinc tū pro mortuo ſublatus, breui poſtea eſt mortu⁹. Iſte autē homo Venerius, & affluēs omni lepôre, & venuſtate, de bonis illius in æde Veneris argenteū Cupidinē poſuit. Sic etiā fortunis hominū abutebatur ad nocturna vota cupiditatū ſuarū.

142 ‖ Nā * quid ego de ceteris ciuiū R. ſuppliciis ſingillatim

c v.c. è conuentu Pan.

f Lamb. Ob quā cauſā.

g L. dicit ſe daturum.

* Lictores eum circūſiſtunt val.

h v.c. iam ſæpe.

i L. Sextius conuerſo baculo.

k L. Itaq; ille, cùm eſſ ſanguis os, oculóſque cōpleſſet.

* DE HIS qui in lautumiis necati à Verre.

tim potiùs, quàm generatim, atque vniuerſè loquar? Carcer ille qui eſt à crudeliſſimo tyranno Dionyſio factus Syracuſis, quæ [l] Lautumiæ vocantur, in iſtius imperio domicilium ciuium Romanorum fuit. Vt quiſque iſtius animũ, aut oculos offenderat, [m] in Lautumias ſtatim [n] cõiiciebatur. Indignum hoc video videri omnib. iudices: & id iã priore actione, cùm hæc teſtes dicerent, intellexi. retineri enim putatis oportere iura libertatis, non modò hic, vbi tribuni plebis ſunt, vbi ceteri magiſtratus, vbi plenum forum iudiciorum, vbi ſenatus auctoritas, vbi exiſtimatio populi R. & frequentia, ſed, vbicumque terrarum, & gentium violatum ius ciuiũ R. ſit, ſtatuitis id pertinere ad communem cauſam libertatis, & dignitatis. || In externorũ hominũ, 143
& maleficorum, ſceleratorúmque, in prædonũ, hoſtiúmque cuſtodias tu tantum numerum ciuium Ro. includere auſus es? [o] numquámne tibi iudicij, numquã contionis, numquã huius tãtæ frequentiæ, quæ nunc animo te iniquiſſimo, infeſtiſſimoque intuetur, venit in mentem? [p] numquã tibi populi R. abſentis dignitas, nũquam ſpecies ipſa [q] huiuſcemodi multitudinis, in oculis, animoque verſata eſt? numquam te in horum conſpectum rediturum, numquam in forum populi R. venturum, numquam ſub legum, & iudiciorum poteſtatem caſurum eſſe [r] putaſti? At quæ erat iſta libido crudelitatis exercendæ? quæ tot ſcelerum ſuſcipiendorum cauſa? nulla, iudices, præter prædandi nouam ſingularẽque rationem. || Nam vt illi, quos à poetis accepimus, ſinus quoſdam obſediſſe maritimos, aut aliqua [s] promontoria, aut prærupta ſaxa tenuiſſe dicuntur, vt eos, qui eſſent appulſi nauigiis, 93
interficere poſſent, ſic iſte in omnia maria infeſtus ex omnibus Siciliæ partibus imminebat. 94
Quæcumque nauis ex Aſia, quæ ex Syria, quæ Tyro, quæ Alexandria venerat, ſtatim certis indici

l L. latomiæ.
m al. in Latomias ſt.
n v.c. conijcebatur.
o v.c. nunquid ne tibi iudicij nunquid cont. &c. nõ pl.
p v.c. nunquid tibi populi, &c. non pl.
q v.c. huiuſce mult.
r L. & v.c. duxiſti?
s L. promũtoria, & ita v.c.

Digitized by Google

dicibus,& cuſtodibus tenebatur vectores omnes in [t] lautumias coniiciebantur:onera atque merces in prætoriam domum deferebantur : 95 Verſabatur in Sicilia longo interuallo alter nõ Dionyſius ille,nec Phalaris (tulit .n. illa quondam inſula multos,& crudeleis tyrannos) ſed quoddã nouũ monſtrũ,ex vetere illa immanita-
145 te, [x] quæ in iiſdem locis verſata eſſe dicitur.|| nõ enim Charybdini tam infeſtam,neque Scyllam nautis,quàm iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. hoc etiã iſte infeſtior,quòd multò ſe 96 [y] pluribus & maioribus canibus ſuccinxerat. Cyclops alter multò importunior. hic enim 97 totam inſulam obtinebat:ille Aetnam ſolam,&eã Siciliæ partem tenuiſſe dicitur. At quæ cauſa tũ [a] ſubiiciebatur ab ipſo, iudices, huius tã nefariæ crudelitatis? eadẽ, quæ nunc in defenſione cõmemorabitur. Quicumque acceſſerant ad Siciliam paullo pleniores,eos Sertorianos milites eſſe,atque à *Dianio fugere dicebat. Illi ad deprecandũ periculum proferebant,alij purpuram Tyriam:thus alij,atque odores, 98 veſtémque linteam:gemmas alij,& margaritas:vina nõnulli Græca,venaleiſque Aſiaticos: vt intelligeretur ex mercibus, quibus ex locis nauigarent. [b] Non intelligebant,eas ipſas ſibi cauſas eſſe periculi,quibus adiumentis ſe ad ſalutẽ vti arbitrabantur. Iſte enim hæc eos ex piratarũ ſocietate adeptos eſſe dicebat : ipſos in [c] lautumias abduci imperabãt:naueis eorũ,atq; onera dili-
146 genter aſſeruanda curabat. || His inſtitutis cùm cõpletus iã mercatorũ carcer eſſet,tũ illa fiebãt, quæ L. Suetiũ equitẽ R. lectiſſimũ virum, dicere audiſtis,quæ ceteros audietis. Ceruices in carcere frangebãtur indigniſſimè ciuiũ R. [d] vt etiã illa vox, & illa imploratio. CIVIS ROMANVS SVM,quæ ſæpe multis in vltimis terris,opẽ inter barbaros,& ſalutẽ tulit, ea mortẽ illis acerbiorẽ,& ſuppliciũ maturius ferret. Quid eſt, Ver-

t al. Latomias conic.
v L. longo interuallo non Dion.
x L. quæ in iiſdem verſata locis eſſe dicitur.
y L. plurib. & immanioribus.
z v.c. obſidebat.
a v c. ſubiiciebatur.
* al. Diano.
b v.c. Non prouiderat &c. ſor. Nõ prouidebant.
c L. latomias.
d v. c. vt ſã illa vox, &

res? quid ad hæc cogitas reſpondere? num mentiri me? num fingere aliquid? num augere crimẽ? num quid horum dicere iſtis defenſoribus tuis audes? Cedò mihi, quæſo, ex ipſius ſinu literas Syracuſanorum, quas iſte ad arbitrium ſuum cõfectas eſſe arbitratur. cedò rationem carceris, quæ diligentiſſimè conficitur, quo quiſque die datus in cuſtodiam, quo mortuus, quo necatus ſit. LITERAE SYRACVSANORVM.|| Videtis ciueis 147
Romanos gregatim cõiectos in [e] lautumias: videtis indigniſſimo in loco coaceruatã multitudinẽ veſtrorum ciuiũ. Quærite nunc veſtigia, [f] quib. exitus illorum ex illo loco compareant. nulla ſunt. Omnéſne mortui? Si ita poſſet defendere, tamen fides huic defenſioni non haberetur. Sed ſcriptũ extat in iiſdem literis, quod iſte homo barbarus, ac diſſolutus neq; attendere vnquam, neq; intelligere potuit, ἐδικαιώθησαν, inquit, hoc eſt, vt Siculi loquuntur, ſupplicio affecti, ac necati ſunt.|| Si quis rex, ſi qua ciuitas exterarũ 148
gentium, ſi qua natio feciſſet aliquid [g] in ciuẽ R. eiuſmodi, nónne publicè vindicaremus, non bello perſequeremur? poſſemus hanc iniuriam, ignominiámque nominis Romani, inultam, impunitámq; dimittere? [h] Quot bella maiores noſtros, & quanta ſuſcepiſſe arbitramini, quòd ciues Romani iniuria affecti, quòd nauicularij retenti, quòd mercatores ſpoliati dicerentur? [i] At ego retentos non queror: ſpoliatos, ferendũ puto, nauibus, mancipiis, mercibus adẽtis in vincula coniectos eſſe mercatores, & in vinculis ciueis Rom. necatos eſſe arguo.|| Si hæc apud Scy- 149
thas dicerẽ, non hîc in tanta multitudine ciuiũ apud ſenatores lectiſſimos ciuitatis, non in foro pop. R. de tot, & tã acerbis ſuppliciis ciuiũ Ro. tamen animos etiã barbarorum hominũ permouerẽ. Tanta enim huius imperij amplitudo, tanta nominis Romani dignitas eſt apud omneis

natio

[e] L. latomias.

[f] L. quibus exitus eorũ ex illo loco cõpareat. & ita v.c.

[g] v.c. in cioueis R.

[h] vet. cod. Quot bella arbitramini maiores noſtr. & quanta ſuſcep quod ciues R.

[i] v.c. At ego iá ret.

nationes, vt iſta in noſtros homines, crudelitas, nemini [k] conceſſa eſſe videatur. [l] Num ego tibi vllã ſalutẽ, vllũ perfugium putẽ, cùm te implicatũ ſeueritate iudicũ, circũretitũ frequentia
150 populi R. eſſe videã? ‖ [m] Si me hercules ([n] id quod fieri intelligo nõ poſſe) ex his laqueis te exueris, [o] ac te aliqua vi, ac ratione explicaris: in illas tibi maiores plagas incidẽdũ eſt, in quibus te ab eodem me ſuperiore ex loco confici, & concidi neceſſe eſt. Cui ſi etiã id, quod defẽdit, velim cõcedere: tamen [p] illa ipſa defenſio non minùs eſſe ei pernicioſa, quàm mea vera accuſatio debeat. Quid enim defendit? ex Hiſpania fugiẽteis ſe excepiſſe, & ſupplicio affeciſſe dicit. Quis tibi id permiſit? [q] quo id iure feciſti? quis idẽ fecit? qui tibi id facere licuit? ‖ Forũ plenũ,
151 & baſilicas iſtorum hominũ videmus, & animo æquo videmus. Ciuilis enim diſſenſionis, & ſiue amentiæ, [r] ſiue fati, ſeu calamitatis, non eſt iſte moleſtus exitus: in quo reliquos ſaltẽ ciueis incolumeis licet cõſeruare. Verres ille, vetus proditor conſulis, tranſlator quæſturæ, auerſor pecuniæ publicæ, tantùm ſibi auctoritatis in repu. ſuſcepit, vt quibus hominibus per ſenatum, per populũ R. per omnes magiſtratus, in foro, in ſuffragiis, in hac vrbe, in rep. verſari liceret: iis omnibus mortem acerbã, crudelémq; proponeret, ſi fortuna eos ad aliquam partem Siciliæ detuliſſet. ‖ Ad Cn. Pompeium clariſſimum virum, &
152 fortiſſimũ, [s] permulti, occiſo Perperna, ex illo Sertoriano numero [t] militum confugerũt. Quẽ non ille ſummo cum ſtudio ſaluum, incolumẽque ſeruauit? cui ciui [u] ſupplici non illa dextera inuicta & fidẽ porrexit, & ſpem ſalutis oſtẽdit? itáne verò? quibus fuit portus apud eum, [x] contra quem arma tulerunt: iis apud te, [y] cuius [100] nullum in repub. vmquam monumentum fuit, mors & cruciatus erat conſtitutus? Vide quàm [z] commodam defenſionem excogi-

k L. conceſſa videatur.
l L. nunc tibi ego vl. & ita v.c.
m v.c. ſi me hercule.
n L. (id quod fieri nõ poſſe intelligo) ex his te laqueis exueris. & c. & ita v.c.
o L. ac te aliqua via ac rat. & ita v.c.
p v.c. ipſa quam illa.
q L. & v. c. quo iure feciſti.
r v.c. ſeu fati.
s v.c. Perperna occiſo permulti ex illo S.
t q. lib. vet. non habent militum.
v v c. ſupplicanti.
x v.c. quem contra arma tulerãt & ita L.
y L. cuius nullum in rep. monẽtum vnquã fuit, m.
z v.c incommodã def. non pl.

cogitaris. Mâlo, mâlo mehercule, id quod tu defendis, his iudicibus populoque R. quàm id ꝗ ego inſimulo, probari. mälo, inquam te iſti generi hominum, quàm mercatoribus, & nauiculariis inimicum, atq; infeſtum putari. meũ enim crimen auaritiæ te nimiæ coarguit: tua defenſio furoris cuiuſdã & immanitatis, & inauditæ crudelitatis, & pæne nouę proſcriptionis. || Sed non 153
licet me iſto tanto bono, iudices, vti, non licet.
a v.c. aſſunt.
[a] adſunt enim puteoli toti: frequentiſſimi venerunt ad hoc iudicium mercatores, homines locupletes, atque honeſti, qui partim ſocios ſuos, partim libertos ab iſto ſpoliatos, in vincla coniectos: [101] partim in vinclis necatos, partim ſecuri percuſſos [b] eſſe dicent. Hic vide quàm me
b L. eſſe dicunt. & ita v.c.
c v.c. abs te.
ſis vſurus æquo. Cùm ego P. Granium teſtẽ produxero, qui ſuos libertos à te ſecuri percuſſos eſſe dicat, qui [c] à te nauem ſuam, merceiſq; repetat: refellito, ſi poteris. meum teſtẽ deſerã, tibi fauebo: te inquam, adiuuabo: oſtendito illos cum Sertorio fuiſſe, à Dianio fugienteis ad Siciliã eſſe delatos. Nihil eſt, quod te malim probare. nullum enim facinus, quod maiore ſupplicio dignum ſit, reperiri, neque proferri poteſt.
|| Reducam iterum equitem Ro. L. Flauium, ſi 154
voles: quoniam priore actione, vt patroni tui dictitant, noua quadam ſapientia: vt omnes intelligunt, cõſcientia tua, atq; auctoritate meorum teſtium, teſtem nullum interrogaſti. interrogetur Flauius. ſi voles, quinã fuerit L. Herennius, is, quem ille argentariam Lepti feciſſe dicit: qui cùm amplius centum ciueis Rom. haberet ex conuentu [d] Syracuſano, qui eum non ſolùm cognoſcerent, ſed etiam lacrymantes, ac te implorantes defenderent: [e] tamen à te, inſpectantibus omnibus [f] Syracuſis, ſecuri percuſſus eſt. hunc quoque teſtem meum refelli, & illum Herennium Sertorianum fuiſſe abs te demonſtrari, & probari volo. || Quid de illa multitudi- 155
d L. Syracuſanorũ qui.
e v.c. tamẽ, inſp. o. Syr. ſec. perc. eſt.
f L. Syracuſanis.

Digitized by Google

ne dicemus eorum,qui,capitibus inuolutis, in piratarũ,captiuorúmque numero producebantur,vt ſecuri ferirentur?quæ iſta noua diligentia?quam ob cauſam [g] abs te excogitata? an te L. Flauij,ceterorúmque de L.Herennio vociferatio commouebat?an M. [h] Annij grauiſſimi, atque honeſtiſſimi viri ſumma auctoritas [i] paulò diligentiorem,timidiorémque fecerat? qui nuper pro teſtimonio, non aduenã,neſcio quẽ, nec alienum,ſed eum ciuẽ Romanum, [k] qui omnibus in illo conuentu notus,qui Syracuſis na-

156 tus eſſet,à te ſecuri percuſsum eſſe dixit.||Poſt hanc illorum vociferationem,poſt hanc cõmunem famam,atque querimoniam non mitior in ſupplicio,ſed diligentior eſſe cœpit. Capitibus inuolutis ciueis Romanos ad necẽ producere inſtituit:quos tamen idcirco negabat palàm, ꝙ homines in conuentu(id quod antea [l] dixim⁹) nimiùm diligenter prædonum numerũ requirebant. [m] Hæccine plebi Rom.te prætore,eſt conſtituta condicio?hæc negotij gerendi ſpes? hoc capitis. vitæque diſcrimen? Parúmne multa mercatoribus ſunt neceſsariò pericula ſubeunda fortunæ, niſi etiam hæ formidines ab noſtris magiſtratibus,atq; in noſtris prouinciis impendebunt?ad eámne rẽ fuit hæc ſuburbana, ac fidelis prouincia Sicilia,plena optimorũ ſociorum, [n] & honeſtiſſimorum ciuiũ Rom. quæ ciueis Roma. omneis ſuis ipſa ſedibus libentiſſimè ſemper accepit, vt qui vſque ex vltima Syria,atq; Aegypto nauigarent: qui apud barbaros propter * togæ nomen in honore aliquo fuiſsent:qui ex prædonum inſidiis, qui ex tempeſtatũ periculis profugiſsent:in Sicilia ſecuri ferirentur,cùm ſe iam domum veniſse arbitra-

157 rentur?||Nam * quid ego de P. Gauio Coſsano municipe dicam,iudices?aut qua vi vocis, qua grauitate verborum,quo dolore animi dicã?tametſi dolor me,non deficit. vt cetera mihi in

[g] L. abs te cogitata?
[h] al. Anneij.
[i] L. paulò te dilig. timid. quæ fec.
[k] v.c. qui illo conuentu notus.
[l] v.c. dixi)
[m] L. Hęcine plebe Romanæ te pr.
[n] v.c. honeſtiſsimorũ que ciuiũ quæ c.
* toga enim ſoli vtebantur Roma.
* De iis qui in crucem à Verre ſublati.

gitized by Google

dicendo digna re,digna dolore meo ſuppetant, [o] magis elaborandum eſt.quod crimen eiuſmodi eſt,vt cùm primùm ad me delatũ eſt , vſurum me illo nõ putarem.Tametſi enim veriſſimũ eſſe intelligebã,tamen credibile fore non arbitrabar.Coactus lacrymis omniũ ciuiũ R. qui in Sicilia negotiantur,adductus Valentinorũ hominum honeſtiſſimorũ teſtimoniis omniúmque Rheginorũ,multorúmq; equitũ Ro.qui caſu tũ Meſſanæ fuerunt,[p] dedi tantum priore actione teſtimonium , res vt nemini dubia eſſe poſſet. 158

|| Quid nũc agam?Cùm iã tot horas de vno genere,ac de iſtius nefaria crudelitate dicam:cùm propè omnem vim verborũ eiuſmodi,quæ ſcelere iſtius digna [q] ſint,aliis in rebus conſumſerim, neq; hoc prouiderim,vt varietate criminũ vos attentos tenerem:quemadmodũ de tanta re dicam?Opinor,vnus modus,atq; vna ratio eſt. Rem in medio ponam : quæ tantum habet ipſa grauitatis,[102] vt neq; mea,quæ nulla eſt,neque cuiuſquam ad inflammandos veſtros animos eloquentia requiratur.|| Gauius hic, quem dico: 159

[r] Cõſanus,[s] cùm in illo numero ciuiũ R. ab iſto in vincla coniectus eſſet , & neſcio qua ratione clàm è lautumiis profugiſſet , Meſſanamq; veniſſet·qui propè iam Italiam, & mœnia Rheginorum videret,& ex illo metu mortis , ac tenebris quaſi luce libertatis , & odore aliquo legũ recreatus reuixiſſet:[t] loqui Meſſanæ cœpit , & quæri,ſe ciuem Ro.in vincla eſſe coniectũ : ſibi rectà iter eſſet Romã:Verri ſe præſtò aduenienti futurũ.Non intelligebat miſer , nihil intereſſe, vtrùm hæc Meſſanæ,an apud ipſum in prætorio loqueretur.Nã,vt antè vos docui,hanc ſibi iſte vrbem delegerat,quam haberet adiutricem ſcelerũ,[103] [u] furtorũ receptricẽ, flagitiorũ omniũ [x] ſociam.Itaq; ad magiſtratum Mamertinũ ſtatim deducitur Gauius : eóq; ipſo die caſu Meſſanã Verres venit. Res ad eũ defertur,eſſe ciuẽ

Roma.

o v. c. magis labor.

p L. dedi tãtum priore actione teſtium,r.& ita v.c.

q L.ſunt.

r L. Coſſanus.

s L.cum illo in numero ab iſto in vincla coni.

t v.c. loqui Meſſanæ,& quæri cœpit ſe,&c, & ita L.

v al. furtorum receptatricem.

x v.c. conſciam & ita L.

Rom. qui ſe Syracuſis in lautumiis fuiſſe quere-
retur: quẽ iam ingredientem [y] nauẽ, & Verri ni- y v.c. in nauim,
mis atrociter minitantem à ſe retractum eſſe, &
áſſeruatũ, vt ipſe in eum ſtatueret, quod videre-
160 tur.|| Agit hominib. gratias, & eorũ [z] erga ſe be- z v.c. beniuolentiam
neuolentiam, diligentiamq; collaudat. Ipſe * erga ſe.
inflammatus ſcelere, & furore, in forũ venit. Ar- * Vide Gel.
debant oculi: toto ex ore [104] [a] crudelitas emi- lib. 10. ca. 3.
nebat. exſpectabant omnes, quò tandem pro- a L. crudeli
greſſurus, aut quidnam acturus eſſet, [105] cùm re- tas emicabat.
pentè hominem proripi, atq; in foro medio nu- vide
dari, ac deligari, & virgas expediri iubet. Cla- Qu. li. 6. c. 15
mabat ille miſer, ſe ciuem eſſe Ro. municipem [b] & Gell. vbi
Conſanũ: [c] meruiſſe cũ L. Pretio, ſplendidiſſimo ſuprà.
equite Rom. qui Panormi negotiaretur, ex quo b L. Coſſanum.
hæc Verres ſcire poſſet. Tũ iſte ſe cõperiſſe ait, c L. meruiſſe ſecum L.
eũ ſpeculandi cauſa in Siciliã ab ducibus fugi-
tiuorũ eſſe miſsũ: cuius rei neq; index, neq; ve-
ſtigiũ aliquod, neq; ſuſpicio cuiquam eſſet vl-
la: deinde iubet vndique hominem proripi, ve-
161 hementiſſiméq; verberari.|| Cædebatur virgis in
medio foro Meſſanæ ciuis Roma. iudices, cùm
interea nullus gemitus, nulla vox alia [d] iſtius d v.c. illius miſeri.
miſeri, inter dolorem, crepitúmq; plagarum au-
diebatur, niſi hæc, CIVIS ROMANVS SVM. Hac ſe
cõmemoratione ciuitatis, omnia verbera depul-
ſurum, cruciatúmq; à corpore deiecturum arbi-
trabatur. Is non modò hoc non perfecit, vt vir-
garũ vim deprecaretur: ſed cùm imploraret ſę-
pius, vſurparétq; nomẽ ciuitatis: crux, crux, in-
quam, infelici, & ærumnoſo, qui numquã iſtam
poteſtatẽ viderat, cõparabatur. O nomen dulce
libertatis: ô ius eximium noſtræ ciuitatis: ô lex
Porcia, legéſque Semproniæ: ô grauiter deſide-
rata, & aliquãdo reddita plebi R. tribunitia po-
162 teſtas!|| [e] Huccíne tandẽ omnia reciderũt, vt ci- e L. Hucíne.
uis R. in prouincia pop. R. [f] in oppido fœderato f L. oppido fœder.
ſũ, ab eo, qui beneficio pop. R. faſceis, & ſecureis
habe

habĕret, deligatus in foro virgis cæderetur?
Quid,cùm ignes, candentéſque laminæ ceteri-
que cruciatus admouebantur?Si te illius acer-
ba imploratio, [106], & vox miſerabilis [g] non
inhibebat:ne ciuium quidem Romanorum,qui
tum aderant,fletu, & gemitu maximo cõmoue-
bare?In crucẽ tu agere auſus es quemquã qui ſe
ciuem Romanum eſſe diceret?Nolui [h] tam ve-
hementer agere hoc prima actione,iudices,no-
lui. Vidiſtis enim,vt animi multitudinis in iſtũ
dolore,& odio,& communis periculi metu cõ-
citarentur.[107] Statui egomet mihi tũ modum [i]
orationi meæ,& C. Numitorio,equiti R. [k] pri-
mario homini teſti meo:& Glabrionẽ, id quod
ſapientiſſimè fecit,facere lætatus ſum,vt repen-
tè conſilio in medio,teſtem dimitteret.Etenim
verebatur ne populus R.ab iſto eas pœnas vi re-
petiſſe videretur,quas veritus eſſet,ne iſte legi-
bus, & veſtro iudicio non eſſet perſoluturus.
‖ Nunc quoniã iam exploratũ eſt omnibus,quo 163
loco cauſa tua ſit,& quid de te futurum ſit : ſic
tecum agã.Gauiũ iſtum,quem repentinũ ſpecu-
latorẽ fuiſſe dicis, oſtendã in [l] Lautumias Sy-
racuſis à te eſſe coniectũ:neque id ſolùm ex li-
teris oſtendã Syracuſanorũ,ne poſſis dicere,me,
quia ſit aliquis in literis Gauius,hoc fingere, &
eligere nomen,vt hunc illũ eſſe poſſim dicere:
ſed ſecundum arbitriũ tuum teſteis dabo, qui
iſtum ipſum Syracuſis abs te in [m] Lautumias cõ-
iectũ eſſe dicãt:producam etiã [n] Conſanos mu-
nicipes illius,ac neceſſarios,qui te nũc ſerò do-
ceant,iudices,non ſerò,illũ P. Gauium,quem tu
in crucẽ egiſti,ciuẽ R.municipem [o] Conſanum,
nõ ſpeculatorẽ fugitiuorũ fuiſſe.‖Cùm hæc om 164
nia,quæ polliceor.[168] [p] cumulatè tuis proximis
plana fecero:tum iſtuc ipſum tenebo,quod abs
te mihi datur. eo contentum me eſſe dicã.Quid
enim nuper tu ipſe,cum populi R.clamore,atq;
impetu perturbatus exſiluiſti, quid, inquam,
lo-

g L. non leniebat: ne ciuium q.

h L.tam vehementer hoc agere pr.

i L.for. orationi meæ faciendum, & C.Num.

k v.c.primo homini.

l al.Latomias.

m al. Latomias.

n L. Coſſanos.

o L. Coſſanum.

p L.fort.cumulatè teſtibus productis plana fe.

locutus es? Illum, quòd moram ſupplicio quæreret, ideò clamitaſſe, ſe eſſe ciuem Romanũ: ſed ſpeculatorẽ fuiſſe. Iam mei teſtes veri ſunt. Quid enim dicit aliud C. Numitorius? quid M. & P. Cotij, nobiliſſimi homines, ex agro Taurominitano? Quid Quint. Luceius, qui argentariã Rhegij maximam fecit? quid ceteri? Adhuc enim teſtes ex eo genere à me ſunt dati[q] nõ qui nouiſſe Gauium, ſed qui ſe vidiſſe dicerẽt, cùm is, qui ſe ciuem Ro. eſſe clamaret, in crucem ageretur. Hoc tu, Verres, idem dicis. hoc tu conſiteris, illum clamitaſſe, ſe ciuem eſſe Romanum: apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuiſſe, vt dilationem aliquam crucis: vt crudeliſſimi, teterrimique ſupplicij aliquam paruã moram ſaltem poſſet afferre. || Hoc teneo, hic hæreo, iudices, hoc ſum contentus vno, omitto, ac negligo cetera: ſua confeſſione induatur, ac iuguletur, neceſſe eſt. Qui eſſet, ignorabas? ſpeculatorem eſſe ſuſpicabare? nõ quæro, qua ſuſpicione: tua te accuſo oratione. Ciuem Rom. ſe eſſe dicebat. Si tu apud Perſas, aut in extrema India deprehenſus, Verres, ad ſuppliciũ ducerere: quid aliud clamitares, niſi te ciuem eſſe Romanum? &, ſi tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis, atque vltimis gentibus poſitos, nobile, & illuſtre apud omneis nomen tuæ ciuitatis profuiſſet: ille, quiſquis erat, quẽ tu in crucẽ rapiebas, qui tibi eſſet ignotus, cùm ciuẽ ſe Romanum eſſe diceret: apud te prętorem ſi non effugium, ne moram quidẽ mortis, mentione, atque vſurpatione ciuitatis, aſſequi potuit? || Homines tenues, obſcuro loco nati, [r] nauigãt: adeunt ad ea loca: quæ numquam antea viderunt: vbi neque noti eſſe iis, quò venerũt, neq; ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. [s] Hac vna tamẽ fiducia ciuitatis nõ modò apud noſtros magiſtratus, qui & legũ, & exiſtimationis periculo continetur; neq; apud ciueis ſolùm

Rom

q L. qui ſe nouiſſe Gauiũ, ſed qui vidiſſe d.

r L. nauigãt, adeunt que ad ea loca.

s L. Hac vna tantùm fid. al. Hac tamen.

Romanos,qui & ſermonis,& iuris,& multarum rerum ſocietate iuncti ſunt, fore ſe tutos arbitrantur:ſed,quocumque venerint,[109] hanc ſibi

* L.ſperant futuram.

rem præſidio*ſperant eſſe futuram.‖Tolle hanc 167
ſpem,tolle hoc præſidium ciuibus Romanis:cōſtitue nihil eſſe opis in hac voce,CIVIS R. SVM: poſſe impunè prætorem, aut alium quemlibet, ſupplicium,quod velit,in eum cōſtituere,qui ſe

t L. [quod quis ignorat?]

ciuem R.eſſe dicat;t [101] quod quis ignoret:iam omneis prouincias,iam omnia regna,iā omneis liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui ſemper noſtris hominibus maximè patuit, ciuibus Ro. iſta defenſione præcluſeris. Quid,ſi L.Pretium equitem R. qui tum in Sicilia negotiabatur, nominabat? etiámne id magnum fuit, Panormū literas mittere? aſſeruaſſe hominem?

v L. clauſúmque habuiſſe dum Pretius veniret? Si cognoſceret hominem: aliq.de ſummo ſuppl.

cuſtodiis Mamertinorum tuorū vinctum,v clauſum habuiſſe,dum Panormo Pretius veniret?cognoſceret hominem:aliquid de ſummo ſupplicio remitteres,ſi ignoraret:tum, ſi ita tibi videretur, hoc iuris in omneis conſtitueres, vt, qui neque tibi notus eſſet,neque cognitorem locupletem daret,quamuis ciuis Ro.eſſet,in crucem tolleretur.‖Sed quid ego plura de Gauio?quaſi 168
tuGauio tum fueris infeſtus,ac non nomini,generi,iuri ciuium hoſtis. non illi,inquam, homini,ſed cauſæ cōmuni libertatis inimicus fuiſti. Quid enim attinuit,cùmMamertini more,atque inſtituto ſuo crucem fixiſſent poſt vrbem,in via Pompeia:te iubere in ea parte figere,quæ ad fretum ſpectaret:& hoc addere,quod negare nullo modo potes, quod omnibus audientibus dixiſti palàm,te idcirco illum locum deligere, vt ille, qui ſe ciuēRo.eſſe diceret,ex cruce Italiam cernere,ac domum ſuam proſpicere poſſet? x Itaq;

x L.Itaque crux illa ſola,iud.

y L. perangusto freto diuiſa ſeruit.

illa crux ſola,iudices,poſt conditam Meſſanam illo in loco fixa eſt.Italiæ conſpectus ad eam rē ab iſto delectus eſt,vt ille in dolore,cruciatuq; moriens,[120] y perangusto freto diuiſa ſeruitu-

tis

tis,ac libertatis iura cognoſceret : Italia autem
alumnum ſuum,[121] ſeruitutis extremo,ſummóq;
169 ſupplicio*affectum videret.|| [z] Facinus eſt,vinci-
ri ciuem Rom. ſcelus, verberari : propè parrici-
dium,necari:quid dicam in crucem tollere?ver-
bo ſatis digno tam nefaria res appellari nullo
modo poteſt. Non fuit his omnibus iſte conten
tus.Spectet,inquit,patriam:in conſpectu legum,
libertatiſq; moriatur.Non tu hoc loco Gauium,
non vnum hominem neſcio quem,ciuem Rom.
ſed communem libertatis,& ciuitatis cauſam in
illum cruciatum,& crucem egiſti. Iam verò vi-
dete hominis audaciã. Nónne eum grauiter tu-
liſſe arbitramini,quòd illam ciuibus Ro.crucem
non poſſet in foro,nõ in comitio,non in roſtris
[a] defigere?[122] quod enim his locis in prouincia
ſua,celebritate ſimillimum, regione proximum
potuit,elegit.monumentum ſceleris,audaciæq;
ſuæ voluit eſſe in conſpectu Italiæ,veſtibulo Si
ciliæ,prætervectione omnium,qui vltro,citróq;
170 nauigarent. || * Si hæc non ad ciueis Rom. non
ad aliquos amicos noſtræ ciuitatis, non ad eos,
qui pop.Rom.nomen audiſſent:denique, ſi non
ad homines,verùm ad beſtias,aut etiam,vt lon-
giùs progrediar,ſi in aliqua deſertiſſima ſolitu-
dine,[b] ad ſaxa,& ſcopulos hæc conqueri,& de-
plorare vellem:tamen omnia muta,atque inani-
ma,[123] tanta,&tam indigna rerũ [c] atrocitate cõ
mouerentur. Nunc verò cùm loquar apud ſena-
tores populi Ro.legum [d] iudiciorúmque,& iu-
ris auctores timere non debeo,ne non vnus iſte
171 ciuis Roman. illa cruce dignus, ceteri omnes
ſimili periculo indigniſſimi iudicentur. || Pau-
lò antè, iudices,lacrymas in morte miſera, [e] at
que indigniſſima nauarchorum nõ tenebamus:
& rectè , ac meritò ſociorũ innocentiũ miſeria
commouebamur. Quid nunc in noſtro ſangui
ne tandem facere debemus ? nam ciuium Rom.
ſan-

* al.affixũ. al. fixũ ita Non.c.4.in Alumnos.

z L. Facinus eſt vincere ciuem Ro. ſcelus, verberare : prope parricidiũ , necare: q.

a L.defigere ? quem enim locũ in prouincia ſua,cel.

* PERORATIO, in qua iudicibus cauſam cõmendat.Hortenſio minatur,nobiles adducit in inuidiã, repetit Verris crimina.

b L. ad ſaxa:&ad ſcopulos

c v.c. acerbitate.

d v.c, legũ, & iudiciorum, & iuris auct.

e L.atque indigna nauarch &ita v.c.

Digitized by Google

ſanguis coniunctus exiſtimandus eſt: quoniam id & ſalutis omnium ratio,[124] [f] &veritas poſtulat omnes hoc loco ciues Ro.& qui adſunt,[g] & qui vbique ſunt, veſtram ſeueritatem deſiderãt, veſtram fidem implorãt, veſtrũ auxilium requirunt:omnia ſua iura,cõmoda,auxilia, totam denique libertatem[125] in veſtris ſententiis*verſari arbitrantur.||A me,tametſi ſatis habẽt,tamen, 172
ſi res aliter acciderit,plus habebũt fortaſſe,quã poſtulant.[h] nam ſi qua vis iſtum de veſtra ſeueritate eripuerit, id quod neque metuo, iudices, neq; vllo modo [k] fieri poſſe video: ſed ſi in hoc me ratio fefellerit:Siculi cauſã ſuã periſſe querẽtur,& mecũ pariter moleſtè ferẽt: pop.quidẽ Ro. breui, quoniã mihi poteſtatẽ apud ſe agẽdi dedit ius ſuũ,me agente,ſuis ſuffragiis ante Kal. Febr.recuperabit.Ac,ſi de mea gloria,[l] & amplitudine quæritis,iudices:non eſt alienũ meis rationibus, iſtũ mihi ex hoc iudicio ereptũ ad illud pop.R.iudicium reſeruari.Splendida eſt illa cauſa:probabilis mihi, & facilis:populo grata, atq; iucũda.Deniq;, ſi videor hic, id ꝙ ego non quæſiui,de vno iſto voluiſse creſcere:iſto abſoluto, ꝙ ſine multorũ ſcelere fieri non poteſt,de multis mihi creſcere licebit.Sed,[m] mehercules, veſtra,reiquepu.cauſa iudices,nolo [n] in hoc delecto cõſilio tãtũ flagitiũ eſse cõmiſsũ:nolo eos iudices,quos ego probarim, atq; delegerim, ſic in hac vrbe notatos,iſto abſoluto, ambulare,vt nõ cera,ſed cœno oblitiꝰ eſse videantur.||Quam- 173
obrẽ te quoq;, Hortẽſi,[126] [o] ſi quis monẽdi locus eſt,ex hoc loco moneo:videas etiã,atq; etiã, & cõſideres,quid agas,quò progrediare:quẽ hominẽ,& qua ratione defẽdas,neq; de illo [p] quidquã tibi præfinio,quo minus ingenio mecũ,atq; omni dicẽdi facultate cõtẽdas.cetera,ſi qua putas te [127] occultius extra iudiciũ [q] quæ ad iudiciũ pertinẽt facere poſse:ſiquid artificio, conſilio,poteſtate,gratia,copiis iſtius moliri cogitas:

magno

f L.& ſecuritas omniũ poſtul. o. al. &l veritas omniũ.
g L. & qui vbicumq. ſ.
* al.vert.
h L.nam & ſi qua vis iſt.
i for.veſtræ ſeueritati eripuerit.
k L. poſſe fieri vid. & ita v.c.
l L.atq; amplitudine q.& ita v.c.
m v. c. mehercule.
n fort. in hoc dilecto conſ.
o L. quia monẽdi locus eſt.
p L. tibi quidquam præf. & ita v.c.
q L.quæ ad iudiciũ pertineant,ſ.& ita v.c.

magnopere cenſeo deſiſtas:& illa, quæ[r] tentata iam,& [s] cœpta ab iſto ſunt, à me autem perueſtigata,& cognita moneo vt*extinguas,& longiùs progredi ne ſinas.magno tuo periculo peccabitur in hoc iudicio, maiore, quàm putas. r v.c. temptata iam, &c. mendosè. s v.c.& cœpta ſunt ab iſto. * al. reſtinguas.

174 || Quòd enim te liberatum iã exiſtimationis metu defunctum honoribus, deſignatum Cos. cogites:mihi crede ornaméta iſta,& beneficia populi R.non minore negotio retinentur, quàm comparantur, tulit hæc ciuitas, quoad potuit, quoad neceſſe fuit,regiam iſtam veſtram dominationem in iudiciis,&in omni republica tulit, ſed quo die populo R.tribuni pleb.reſtituti ſũt, omnia iſta vobis (ſi fortè nõdum intelligitis) adempta,atque erepta ſunt: omnium nunc oculi coniecti ſunt: hoc ipſo tempore in vnumquéq; noſtrûm, qua fide ego accuſem, qua religione

175 hi iudicẽt,qua tu ratione defendas.|| De omnib. nobis, ſi quis tantulum de recta regione deflexerit,nõ illa tacita exiſtimatio, quã antea contemnere ſolebatis:ſed vehemens, ac liberũ populi R.iudicium conſequetur.nulla tibi, Quincte,cũ iſto cognatio eſt,nulla neceſſitudo. quibus excuſationibus antea nimium in aliquo iudicio ſtudium tuum defendere ſolebas, earum habere in hoc homine nullam potes.quę iſte in prouincia palàm dictitabat, cùm ea,quæ faciebat, tua ſe fiducia facere dicebat: ea ne vera pu-

176 tẽtur,tibi maximè eſt prouidendũ.|| [t] Ego mei iã rationẽ officij confido eſſe [128] omnib.iniquiſſimis meis perſolutã. Nã iſtũ paucis horis primæ actionis,omniũ mortalium ſententiis,condemnaui.Reliquũ iudiciũ non iam de mea fide,quæ perſpecta eſt:neq; * de iſtius vita, quæ damnata eſt:ſed de iudicibus,&,verè vt dicam, de te futurum eſt. At quo tempore futurũ eſt? (nam id maximè prouidendum eſt: etenim cùm omnibus in rebus,tum in rep.permagni momenti eſt, ratio, atque inclinatio temporum) nempè eo, t v. c. Ego mei rationem jam off. * l. neque iſtius vita.

cùm populus R.aliud genus hominum,atq; aliũ
ordinem ad res iudicandas requirit:[u] nempe ea
lege de iudiciis,[129][x] iudicibúſq;nobis promul-
gata,quã non is promulgauit,[130] cuius nomine
*proſcriptam videtis:ſed hic reus.hic, inquam,
ſua ſpe,atque opinione , quam de vobis habet,
legem illam ſcribendam, promulgandámq; cu-
rauit.||Itaq; cùm primò agere cœpimus,lex non 177
erat promulgata:cùm iſte,veſtra ſeueritate per-
motus,multa ſigna dederat, [y] quamobrẽ reſpõ-
ſurus non videretur , mentio de lege nulla fie-
bat.Poſtea quàm iſte recreari, & confirmari vi-
ſus eſt:lex ſtatim promulgata eſt. cui legi cùm
veſtra dignitas vehementer [z] aduerſetur: iſtius
ſpes falſa , & inſignis impudentia maximè ſuf-
fragatur.Hic ſiquid erit commiſſum à quoquam
veſtrûm,quod reprehendatur : aut populus Ro.
iudicabit[131] de*eo homine, quem iam antea iu-
diciis indignum putauit: aut ij, qui propter of-
fenſionem iudiciorum de veterib. iudicib. lege
noua noui iudices erunt conſtituti.|| Mihi por- 178
rò,vt ego non dicam , quis omnium mortalium
non intelligit, quàm longè progredi ſit neceſ-
ſe? Potero ſilere, Hortenſi ? potero diſſimulare,
cùm tantum reſp.vulnus acceperit, [a] vt expila-
tæ prouinciæ,vexati ſocij , dij immortales ſpo-
liati,ciues R.cruciati, & necati impunè , me a-
ctore,eſſe videantur? [b] potero hoc onus tantum
aut in hoc iudicio deponere,[c] aut diutiùs taci-
tus ſuſtinere?non agitanda res erit? non in me-
diũ proferenda?nõ populi R. fides imploranda?
nõ omnes qui tãto ſe ſcelere obſtrinxerint , vt
aut fidẽ ſuã corrũpi paterẽtur , aut iudiciũ cor-
rũperent in diſcrimen,ac iudiciũ vocãdi?||Quę- 179
ret aliquis fortaſſe, [d] Tãtúmne igitur laborem,
tãtas inimicitias ,tot hominum, ſuſcepturus es?
Non ſtudio quidẽ hercule vllo,neque volunta-
te.ſed non idem [e] mihi licet, quod iis , qui no-
bili genere nati ſunt : [f] quibus omnia populi
R.

u L.nempe lege de iud.
x L.iudicibúſque nouis prom.
* al.perſcriptam.
y L.quamobrem is reſpõſurus.
z L. aduerſaretur.
* al. de eodem ordine.
a v.c. vt ex pilata prouincia , vex.
b L.potero ego hoc on.& ita v.c.
c v.c.aut tacitus ſuſtinere?
d v.c. Tantúmne tibi l.
e v.c. licet mihi.
f L. quibus omnia à populo R. ben.

R.beneficia dormientibus deferũtur:longè alia mihi lege in hac ciuitate,& conditione viuendum eſt.Venit in mentem M. Catonis,[g] hominis ſapientiſſimi:qui cùm ſe virtute,nō genere, populo R.commendari putaret,cũm ipſe [h] ſui generis initium,ac nominis,ab ſe gigni, & propari vellet: hominum potentiſſimorum ſuſcepit inimicitias, & maximis in laboribus vſque ad
180 ſummã ſenectutẽ,ſumma cũ gloria vixit.|| Poſteáq; * Pōpeius,humili atq; obſcuro loco nat9, nónne plurimis inimicitiis, [i] maximiſque ſuis periculis,ac laboribus ampliſſimos honores eſt adeptus?Modò L.Fimbriã,C.Mariũ,C. Cœlium vidimus non mediocribus inimicitiis, ac laboribus contendere, vt ad iſtos honores peruenirent,ad quos vos per ludum,& per negligentiam perueniſtis.Hæc eadem eſt noſtræ rationis regio,& via:harum nos hominum ſectam,atque inſtituta perſequimur.Videmus quanta ſit inuidia,quantóque in odio apud quoſdam homines nobileis nouorũ hominum virtus, & induſtria: ſi tantulum oculos deiecerimus, præſtò eſſe inſidias:ſi vllũ locum aperuerimus ſuſpicioni,aut crimini, accipiendũ eſſe ſtatim vulnus:eſſe nobis ſemper vigilandum,ſemper laborandum videmus.
181 demus.|| Inimicitiæ ſunt? ſubeantur: [k] labores? ſuſcipiantur. Etenim tacitæ magis,& occultæ inimicitiæ timendæ ſunt, quàm indictæ, & apertæ. Hominum nobilium non ferè quiſquam noſtræ induſtriæ fauet: nullis noſtris officiis beniuolentiam illorum allicere poſſumus: quaſi natura, & genere diſiuncti ſint. ita diſſident à nobis animo, [l] ac voluntate. Quare quid habent eorum inimicitiæ periculi,quorum animos iam antè habueris inimicos, & inuidios,quã vllas inimicitias ſuſceperis?|| Quam-
182 obrem mihi,iudices, [m] optandum eſt illud: in hoc reo finem accuſandi facere. cùm & populo Ro.ſatisfactum, & receptum officium Siculis

g v.c. hominis ſapientiſſimi & vigilantiſſ.

h al. ſui generis,ac nominis initium ab ſe.

h v. c. poſtea Q.Pōpeius.

* Pōpeium intelligit, qui conſul fuit anno 612. cum Cn. Seruilio Scipione quem pro Fonteio & Murena vocat hominem nouum.

i L. maximis ſuis periculis ac doloribus ampliſſimos hon. ad.eſt?

k v. c. labor? ſuſcipiatur.

l v.c. & voluntate.

m L. optandum illud eſt:& ita v.c.

neceſſariis meis, erit perſolutum. Deliberatum autem eſt, ſi res opinionem meam quam de vobis habeo, fefellerit, non modò eos perſequi ad quos maximè culpa [n] corrupti iudicij, ſed etiam illos, ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. Proinde ſiqui ſunt, qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum iudicium velint eſſe, ita ſint parati, vt diſceptante populo R. mecum ſibi rem videant futuram. &, ſi me in hoc reo, quem mihi inimicum Siculi dederunt, ſatis vehementem, ſatis perſeuerantē, ſatis vigilantem eſſe cognorunt: exiſtiment, in his hominibus, quorum ego inimicitias, populi R. ſalutis cauſa, ſuſcepero, multò grauiorem, atque acriorem futurum.|| Nunc te, Iupiter optime maxime, cuius iſte donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum Capitolio, atque iſta arce omnium nationum, dignum regio munere, tibi factum ab regibus, tibi dicatũ, atq; promiſſum, per nefarium ſcelus [o] de regiis manibus extorſit: cuiuſque ſanctiſſimũ, & pulcherrimum ſimulacrum Syracuſis ſuſtulit: téq;,* Iuno regina, cuius duo fana duab. in inſulis poſita ſociorum, Melitæ, & Sami, ſanctiſſima, & antiquiſſima, ſimili ſcelere idē iſte omnib. donis, ornamentiſque nudauit: téq;, Minerua, quã itē iſte duobus in clariſſimis, & religioſiſſimis templis expilauit: Athenis, cùm auri grande pondus: Syracuſis, cùm omnia, præter tectum, & parietes, abſtulit:|| Téq;, Latona, & Apollo, & Diana, quorum iſte Deli non fanum, ſed, vt hominum opinio, & religio fert, ſedem antiquam, diuinúmq; domicilium nocturno latrocinio, atque impetu compilauit: etiam te, Apollo, quem iſte Chio ſuſtulit: téque etiam, atque etiam, Diana, quam Pergæ ſpoliauit: cuius ſimulacrum ſanctiſſimũ Segeſtæ, bis apud Segeſtanos conſecratum, ſemel ipſorum religione, iterum P. Africani victoria, tollendum, aſportandúmque curauit: té-

183 (margin, at "Nunc te, Iupiter optime maxime")

184 (margin, at "Téq;, Latona, & Apollo")

n L. corrũpendi iudicij.

o L. de manibus regiis ext. & ita v.c.

*de Iunone Regina vide Varr. 4. de lingua Ouid. 2. Faſto. Liuiũ. l. 5. 6. Val. l. 5. c. 10. Strab. l. 6. Plut. in Camillo. D. Auguſt. 8. de ciuitate. c. 3.

que Mercuri, quem Verres[p] in villa, & [q] in pri-
uata aliqua palæſtra poſuit, P. Africanus in vr-
be ſociorum, & in gymnaſio Tindaritanorum,
iuuentutis illorum cuſtodem,[r] & præſidem vo-
185 luit eſſe:‖téque Hercules, quem iſte Agrigenti,
nocte intempeſta, ſeruorum inſtructa, & com-
parata manu; cõuellere ex ſuis ſedibus, atq; au-
ferre conatus eſt: téque ſanctiſſima mater Idæa,
quam apud Enguinos auguſtiſſimo, & religio-
ſiſſimo in templo ſic ſpoliatam reliquit, vt núc
nomen modò Africani, & veſtigia violatæ reli-
gionis maneant, monumenta victoriæ, fanique
ornamenta nõ exſtent: vóſque, omniũ reum fo-
renſium, conſiliorũ maximorũ, legũ, iudiciorũq;
arbitri, & teſtes,[s] celeberrimo in loco prætorij
locati, Caſtor, & Pollux, quorum è templo quę-
ſtum[t] ſibi iſte, & prædam maximam improbiſſi-
mè comparauit: omnéſque dij, qui vehiculis tẽ-
ſarum ſolemneis cœtus ludorũ initis: quorũ iter
iſte ad ſuum quæſtum, non ad religionũ digni-
186 tatem, faciendum, exigendúmque curauit:‖té-
que, *Ceres, & Libera, quarum ſacra, ſicut opi-
niones hominum, ac religiones ferunt, longè
maximis, atque occultiſſimis cæremoniis con-
tinentur: à quibus initia vitę, atque victus, legũ,
morum, manſuetudinis, humanitatis exempla
hominibus, & ciuitatib. data, ac diſpertita eſſe
dicuntur: quarũ ſacra populus R. à Græcis aſci-
ta, & accepta, tanta religione & publicè, & pri-
uatim tuetur, non vt[u] ab aliis huc allata, ſed vt
ceteris hinc tradita eſſe videantur: [x] quæ ab iſto
vno ſic polluta, & violata ſunt, vt ſimulacrum
Cereris vnum, quod à viro non modò tangi, ſed
ne adſpici quidem fas fuit, è ſacrario Catinæ
[x] conuellendum, auertendúmque curauerit: al-
terum autem[y] Ennæ ex ſua ſede, ac domo ſuſtu-
lerit: quod erat tale, vt homines, cùm vide-
rent, aut ipſam videre ſe Cererem, aut effigiem
Cereris, non humana manu factam,[z] ſed de cæ-

p v.c. in domo.
q L. & in priuata palæſtra poſuit.
r L. ac præſidem vol. & ita v.c.
s L. celeberrimo in loco vrbis locati.
t L. iſte ſibi, & ita v.c.
* vide Ciceronem 2. de Na. deo. Auguſt. 4. de ciuitate c. 11.
v v.c. ab illis.
x v. c. quæ ab vno iſto.
x L. conuellendum, auferendũq;
y v.c. Enna ex ſua ſ.

z L. ſed cælo delapsã,

a L. lucóſque colitis.

b v. c. & obteſtor.

c L. habuit indictum, primùm, vt, ſi in.

d v. c. & virtutem, &c. non pl.

e L. eadem veſtra ſit in iudicanda.

f v. c. laudare lic. non pl.

lo delapſam, arbitrarentur. || Vos etiam, atq; etiã 187
imploro, & appello, ſanctiſſimæ deæ, quæ illos
Ennenſeis lacus, [a] lucóſque incolitis, cunctæq;
Siciliæ, quæ mihi defendenda tradita eſt, præſidet s: à quibus, inuentis frugibus, & in orbem terrarum diſtributis, omnes gentes ac nationes veſtri religione minimis continentur ceteros item deos, deáſque omneis imploro, [b] atque obteſtor, quorum templis, & religionibus iſte nefario quodam furore, & audacia inſtinctus, bellum ſacrilegum ſemper, impiúmq; [c] habuit indictum, vt ſi in hoc reo, atque in hac cauſa, omnia mea conſilia ad ſalutem ſociorum dignitatem populi Romani fidem meam ſpectauerunt: ſi vllam ad rem, niſi ad officium, [d] & veritatem omnes meæ curæ, vigiliæ, cogitationéſq; elaborarunt, quæ mea mens in ſuſcipienda cauſa fuit, fides in agenda, [e] eadem veſtra in iudicanda ſit: ||
188
Deinde, vti C. Verrem, ſi eius omnia ſunt inaudita, & ſingularia facinora ſceleris, audaciæ, perfidiæ, libidinis, auaritiæ, crudelitatis, dignus exitus eiuſmodi vita, atque factis, veſtro iudicio conſequatur: vtque reſpub. meáque fides vna hac accuſatione mea contenta ſit: mihíque poſthac bonos potiùs [f] defendere liceat, quàm improbos accuſare neceſſe ſit.

PRO

PRO M. FONTEIO
ORATIO VNDECIMA.

Deſunt permulta.

M. Fonteius Gallia per triennium poſt præturam adminiſtrata, reuerſus Romam, Gallis poſtulantibus repetundarum poſtulatus eſt. QVAESTIO, *an M. Fonteius repetũdarum reus.* ACCVSATOR *M. Pletorius.* SVBSCRIPTOR *M. Fabius Sanga.* REVS *M. Fonteius.* PATRONVS *Fonteij Cicero. Quæſitor ignoratur. Habita videtur quibuſdam, anno Ciceronis,* 38. *vrbis verò* 684. *M. Lepido & L. Volcatio* Coſs. *Manutio verò anno vrbis* 681. *Q. Metello & Q. Hortẽſio* Coſs. *Cicerone* 35. *annum agente.*

1 Hoc prætore oppreſſam eſſe ære alieno Gal-
liam. A quibus verſuras tantarum pecuniarum
factas eſſe dicunt? à Gallis? nihil minus. A quib.
igitur? à ciuibus R. qui negotiantur in Gallia.
Cur eorum verba non audimus? cur eorũ tabulæ
nullæ proferuntur? Inſector vltrò, atque inſto
accuſatori, iudices: inſector, inquam[a] ac flagito
teſteis. Plus ego in hac cauſa laboris, & operæ
cõſumo in poſcendis teſtibus, quàm ceteri de-
fenſores in refutandis. [1] [b] Audacter hoc dico,
iudices: non temerè confirmo. Referta Gallia
negotiatorum eſt plena ciuium R. Nemo Gal-
lorum ſine ciue Ro. quidquam negotij gerit:
nummus in Gallia nullus ſine ciuium R. ta-
bulis commouetur. || Videte quò deſcendam,
2 iudices, quàm longè videar [c] à conſuetudi-
ne mea, & cautione, ac diligentia diſcedere.
Vnæ tabulæ proferantur, in quibus veſtigium
ſit aliquod, quod ſignificet, pecuniam Fõteio
datam: vnum ex toto negotiatorum, colono-
rum publicanorum, aratorum, pecuariorum
numero teſtem producant: verè accuſatum eſſe

a L. & flagito teſtis. & ita v.c.

b L. Audaciter h.

c v.c. ab conſ. & ita L.

concedā. Prò dij immortales! quæ eſt hæc cau-
ſa? quæ defenſio? Prouinciæ*Galliæ M. Fontei[a]
præfuit, quę conſtat ex iis generib. hominum, &
ciuitatum, qui (vt vetera*mittam) partim noſtra
memoria bella cum populoR. acerba, ac diutur-
na geſſerunt: partim modò ab noſtris * impera-
toribus ſubacti, modò bello domiti, modò triū-
phis, ac monumentis notati, modò ab ſenatu a-
gris, vrbibúſque multati ſunt: [d] partim, qui cū
ipſo M.Fonteio ferrum, ac manus contulerunt,
multoque eius ſudore, ac labore ſub populi R.
imperium, ditionémque ceciderunt. || Eſt in ea- 3
dem prouincia[2] Narbo * Marcius, Colonia no-
ſtrorū ciuiū, ſpecula populi R. ac propugnacu-
lum, iſtis ipſis nationib. oppoſitum, & obiectum.
Eſt item vrbs Maſſilia, de qua antè dixi, fortiſſi-
morum fideliſſimorúmque ſociorum,[3] qui Gal-
licorum bellorum [e] pericula populo R. copiis,
armíſque propulſarunt. [f] Eſt præterea numerus
ciuiumR. atque hominum honeſtiſſimorū. Huic
prouinciæ,[g] quę ex hac gentium varietate con-
ſtaret, M.Fonteius (vt dixi) præfuit: qui erāt ho-
ſtes, ſubegit:[4] qui*proximi fuerant, eos ex iis a-
gris, quibus erant multati, decedere coëgit: ce-
teris, qui idcirco magnis ſæpe erant bellis ſu-
perati, vt ſemper pop.R. parerēt, magnos equi-
tatus ad ea bella, quæ tum in toto * orbe ter-
rarum à populoR. gerebātur, magnas pecunias,
ad eorum ſtipendium, maximum frumenti nu-
merum ad Hiſpanienſe bellum tolerandum, im-
perauit.[5] || [h] hæc qui geſſit, in iudicium voca- 4
tur: vos, qui in re non interfuiſtis, cauſam v-
nà cum populo R. cognoſcitis. dicunt contrà,
quibus inuitiſſimis imperatum eſt: dicunt,[6]
[i] qui ex agris ex Cn. Pompeij decreto decede-
re

v.c. quæ ex hac generū var. & ita v.c. *al. proximè. *Cū Thracia cum Piratis in Cicilia cum Sertorio in Hiſp. in Ita. h A. Is, qui geſſit, &c. & ita v. c. i L. qui ex Fonteij decreto, deced.

*Galliæ ſtatus. *Senonum. *vide Epitomen Liuij 9. Florum 61. 2. Iuſti. 37. 5. Eutrop. 1. Ap. Celtico. 5. Oroſiū 16. d forr. partim cū ipſo M. Font. * quæ & Narbona dicta. * Deducta eſt colonia anno vrbis 635. Eutrop. 4. Velle. 2. * al. Manlius. ita Pl. li. 3. c. 4. & Mela. li. 2. e L. pericula populi R. copiis, armíſque compenſarunt. Eſt pr. Vult autem Maſſilienſeis tantū profuiſſe quātum reliqui Romani nominis inimici obfuerint. f L. Eſt præterea maximus numerus. ciu. g Mediolanis in. cū ſugitiuis agris, M.

Digitized by Google

re ſunt coacti,dicunt,qui ex bello, cæde, & fuga,nunc primùm audent cōtraM.Fōteium inermem conſiſtere. Quid coloni Narbonēſes? quid volunt? quid exiſtimant ? Hunc per vos volunt, ſe per hunc incolumeis exiſtimabant eſſe. Quid Maſſilienſium ciuitas? hunc præſentem iis affecit honoribus, quos habuit ampliſſimos: vos autem abſens orat, atque obſecrat, vt ſua religio, laudatio, auctoritas, aliquid apud veſtros

5 animos momenti habuiſſe videatur.|| Quid? ciuium Romanorum quæ voluntas eſt? Nemo eſt ex tanto numero, quin hunc optimè de prouincia, de imperio, de ſociis, & ciuib[9] meritum eſſe arbitretur. Quoniam igitur videtis,[k] qui oppugnent M. Fontejum, cognoſcitis qui defenſū velint: ſtatuite nunc, quid veſtra ęquitas, quid populi R. dignitas poſtulet: vtrùm colonis veſtris, negotiatoribus veſtris, amiciſſimis, atque antiquiſſimis ſociis & credere, & conſulere malitis: an iis, quibus neque propter iracundiā, fidem, neque propter infidelitatem, honorem ha-

6 bere debetis.|| Quid, ſi maiorem etiam hominū honeſtiſſimorum copiam affert, qui huius virtuti, atque innocentiæ teſtimonio poſſint eſſe? taménne plus Gallorū conſenſio valebit,[7] [l] quā ſumma auctoritas omnium? Cùm Galliæ Fontejus̄ præeſſet, ſcitis, iudices, maximos populi R. exercitus[8] in duabus Hiſpaniis, clariſſimóſque imperatores fuiſſe. Quàm multi equites R. quā multi tribuni militum, quales, & quot, & quoties[m] legati ad eos exercitus? præterea Cn. Pōpeius maximus, atque ornatiſſimus, hiemauit in Gallia, M. Fonteio imperāte. Satiſne vobis multos, ſatis idoneos teſtes, & conſcios videtur ipſa fortuna eſſe voluiſſe earum rerum, quæ M. Fonteio prætore gerentur in Gallia?[n] Quem ex tāto hominum numero teſtem in hac cauſa producere poteſtis?[o] quis eſt ex eo numero, qui vobis auctor placeat? eo nos iam laudatore, & te-

k L. qui oppugnarū M. Fōteiū, cognoſtis qui de f.

l L. quàm ſummæ auctoritatis hominum? Cùm.

m L. legati ad eos? exercitus præterea Cn. Pōpeij maximus, &c.

n L. Ecquē ex t.

o L. ecquis eſt ex.

ſte vtemur.|| Dubitabitis etiam diutius, iudices, quin illud quod initio vobis propoſui, veriſſimum ſit, aliud per hoc iudiciũ, nihil agi niſi vt M. Fonteio oppreſſo, teſtimoniis eorũ, quibus multa reip. cauſa inuitiſſimis imperata ſunt, ſegniores poſthac ad imperandum ceteri ſint, cũ videant eos oppugnari, quibus oppreſſis, populi R. imperium incolume eſſe nõ poſſit? Obiectum eſt etiam, quæſtum M. Fonteium ex viarũ munitione feciſſe? vt aut ne cogeret munire, aut id, munitum eſſet, ne improbaret. Si & coacti ſunt munire omnes, & multorum opera improbata ſunt: certè vtrũq; falſum eſt, & ob vocationem pretium datum, cùm immunis nemo fuerit: & ob probationẽ, cùm multa improbata ſint.[q] || Quid 8
p l. optimis nominibus denegare poſſumus.

ſi hoc crimẽ[p] optimis hominib. delegare poſſimus, & ita, vt non culpã in alios transferamus, ſed vti doceamus, eos iſti munitioni præfuiſſe, qui facilè officium ſuum & præſtare, & probare poſſunt? taménne vos omnia in M. Fonteium, iratis teſtibus freti, cõferetis? Cũ maiorib. reip. negotiis M. Fõteius impediretur, & cùm ad rẽp. pertineret, viam Domitiã[q] munire, legatis ſuis, primariis viris, C. Annio Bellieno, & C. Fonteio negotium dedit. Itaque præfuerunt: imperauerunt pro dignitate ſua, quod viſum eſt, & probauerunt. quod vos, ſi nulla alia ex re, ex literis quidem[r] veſtris, quas ſcripſiſtis, & miſſis, & allatis certè ſcire potuiſtis. quas ſi antea non legiſtis, nunc ex nobis, quid de iis rebus Fonteius ad legatos ſuos ſcripſerit, quid ad eum illi reſcripſerint, cognoſcite. LITERAE AD C. ANNIVM LEG. AD[s] C. FONTEIVM LEG. LITERAE A C. ANNIO LEG. A G. FONTEIO LEG. || Satis 9
opinor eſſe perſpicuum, iudices, hanc rationem munitionis, neque ad M. Fonteium pertinere, & ab iis eſſe tractatam, quos nemo poſſit reprehendere. Cognoſcite nunc de crimine vinario, quod illi inuidioſiſſimum & maximum eſſe

q al. muniri.

r l. noſtris, quas exſcripſiſtis.

s V. C. M. F.

Digitized by

eſſe voluerunt. Crimē à Pletorio, iudices, ita cō-ſtitutū eſt: Fonteio non in Gallia primùm veniſſe in mentē, vt portoriū vini inſtitueret,[t] ſed in Italia hac propoſita ratione, Roma profectū. Itaque Titurium Toloſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras portorij nomine exegiſſe:[10] [u] Crodimum Porcium, & Numiū ternos victoriatos. Nuchalone ſeuere Vmbinos, & victoriatos mille! atq; in his locis ſeuerè Crodimi & Nuchalone ab his portorium eſſe exactum, ſi qui Cobiamacho, qui vicus inter Toloſam, & Narbonē eſt, diuerterentur, neque Toloſam[x] ire vellent. Eleſiodolus tantùm ſenos denarios ab his, qui ad hoſtem portarēt, exegiſſet.

10 ‖ Video iudices, [11] [y] eſſe crimen & genere ipſo magnū. vectigal enim eſſe impoſitum[z] fructibus noſtris dicitur: & pecuniam permagnam iſta ratione cogi potuiſſe cōfiteor,[12] [a] & inuidioſam. Vel maximè enim inimici hanc rem ſermonib⁹ diuulgare voluerunt. Sed ego ita exiſtimo, quo maius crimen ſit id, quod oſtendatur eſſe falſū, hoc maiorem ab eo iniuriam fieri, qui id confingat. Vult enim magnitudine rei ſic occupare animos eorum, qui audiunt, vt difficilis aditus veritati relinquatur.

OMNIA DE CRIMINE VINARIO, DE BELLO VOCONTIORVM, DE DISPOSITIONE HIBERNORVM, DESIDERANTVR.

11 ‖ At hoc Galli[b] negāt.[13] Actio rerū, & vis argumētorū coargui poteſt. Igitur teſtib. iudices, nō credere cupidis, & iratis, & cōiuratis, & ab religione remotis, nō ſolū poteſtis, ſed etiā debetis. Etenim ſi, quia Galli dicūt, idcirco M. Fōtei⁹ nocēs exiſtimandus eſt: quid mihi opus eſt ſapiente iudice? quid ęquo quæſitore? quid aratore

t L. ſed hac in Italia prop.
v L. Crodu ni Porciū, & Numiū ternos victoriatos; Vulchalone Seruæum binos IIS. & victoriatos CIↃ. Atque in iis locis Croduni, & Vulchalone ab his portorium, &c. Vrſi. ſeuere Crodimi & Nuchalona putat eſſe gloſſema.
x Lam. ire vellent, cū Eleſiodolus tantum ſe ſenos den. ab iis, q. ad hoſt. porta. exegiſſet.
y L. eſſe crimen, & crimē gen. ipſo m.
z L. frugib. noſtr. Pantag. fratrib.
a li. vul. & inuidiam.
b L. negāt. iudex non remotis, negant, aenim nenon poſſit

At ratio rer. & vis arg. coarguit. Poteſt igitur teſtū. credere? Cupidis, & iratis, & cōiuratis, & ab religione nō ſolùm poteſt, ſed etiā debet. Victo. At Galli hoc nō actio rerū, & ius argumētorū coargui poteſt. Vrſ. Quid gent, cum actio rerum, & vis argumentorum coarguā

re non ſtulto? Dicunt enim Galli. negare non poſſumus. Hìc ſi ingenioſi, & periti, & æqui iudicis has parteis eſſe exiſtimatis, vt, quoniam quidem teſtes dicunt, ſine vlla dubitatione credendum ſit: ſalus ipſa virorum fortium innocētiam tueri non poteſt. Sin autem in rebus iudicandis, non minimam partem ad vnamquamque rem[c] exiſtimandam, momentóque ſuo ponderandam, [14] ſapientia iudicis tenet: [15] [d] næ multò veſtræ maiores, grauioréſque partes ſunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ. || Mihi enim 12
ſemper vnaquaque de re teſtis non ſolùm ſemel, verùm etiā breuiter[e] interrogandus, & ſæpe etiā nō interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendū data, aut cupido auctoritas attributa eſſe videatur: vos & ſæpius eandem rē animis agitare,[f] & diutius vno quoque de teſte cogitare poteſtis: &, ſi quē nos[g] interrogare nolumus, quæ cauſa nobis tacēdi fuerit, exiſtimare debetis. Quamobrē,[h] ſi hoc, iudices, præſcriptū lege, aut officio putatis, teſtib. credere: nihil eſt, cur alius alio iudice melior, aut ſapientior exiſtimetur.[i] Vnum eſt enim, & ſimplex aurium iudiciū: & promiſcuè, & communiter ſtultis, ac ſapientib9 ab natura datum. || Quid eſt igitur, vbi elu- 13
cere poſſit[k] prudentia? vbi diſcerni ſtultus auditor, & credulus ab religioſo, & ſapienti iudice? nimirum illud, in quo ea, quæ dicuntur à teſtibus,[l] coniectura, & cogitatione traduntur, quanta auctoritate, quanta animi ęquitate, quāto pudore, quanta fide, quanta religione, quāto ſtudio exiſtimationis bonæ, quanta cura, quanto timore dicātur. An verò vos id in teſtimoniis hominum barbarorum dubitabitis, quod perſæpe & noſtra, & patrum memoria ſapientiſſimi iudices de clariſſimis noſtræ ciuitatis viris dubitandum non putauerunt? qui Cn. & Q. Cæpionib. L. & Q. Metellis teſtib. in Q. Pompeium hominem nouum, non crediderunt: quorum virtu-

c al. æſtimādam.
d L. videte, ne multò veſtræ m. gr. q. partes ſint ad.
e L. eſt interrogandus,
f L. & diutius vno de teſte cogitare pot.
g L. interrogare noluimus.
h L. ſi hoc iudici præſcriptum lege.
i L. Verum eſt enim & ſimpl.
k L. prudentia iudicis? vbi diſ.
l L. cōiectuaræ & cogitationi traduntur.

ti,generi,rebus geſtis,fidem, & auctoritatem in
teſtimonio, cupiditatis, atque inimicitiarũ ſu-
14 ſpicio derogauit.||Ecquẽ hominem vidimus,eo-
quem verè cõmemorare poſſumus parem conſi-
lio,grauitate,conſtantia, ceteris virtutibꝰ, ho-
noris,ingenij,rerum geſtarum ornamẽtis,[m] M.
AemilioScauro fuiſſe?tamẽ huius,cuius iniura-
ti nutu propè terrarũ orbis regebatur,iurati,te-
ſtimonio,neq; in C.Fimbriã,neq; inC.Memmiũ
creditũ eſt.Noluerunt ij,qui iudicabãt,hãc pa-
têre inimicitiis viã,quẽ quiſq; odiſſet, vt eũ te-
ſtimonio poſſet tollere.Quãtus in L.Craſſo pu-
dor fuerit:quod ingeniũ, quãta auctoritas quis
ignorat?tamẽ is, cuius etiam ſermo teſtimonij
auctoritatẽ habebant, teſtimonio ipſo, quæ in
M.Marcellũ inimico animo dixit, probare non
15 potuit.||Fuit,fuit illis iudicibus diuinũ, ac ſin-
gulare,iudices, conſilium, qui ſe non ſolùm de
reo,ſed etiã de accuſatore, de teſte iudicare ar-
bitrabantur,quid fictũ,[n] quid fortuna ac tẽpo-
re allatũ,quid pretio corruptũ,quid ſpe aut me-
tu deprauatum,quid à cupiditate aliqua,aut ini
micitiis profectũ videretur.Quę ſi iudex nõ am-
plectetur omnia cõſilio:nõ animo,ac mẽte cir-
cumſpicit:16[o] ſi,quidquid ex illo loco dicetur,
ex oraculo aliquo dici arbitrabitur: profectò
ſatis erit,id,quod dixi antea, nõ ſurdũ iudicem
huic muneri, atque officio præeſſe. nihil erit,
quãobrẽ ille neſcio quis,ſapiẽs homo, ac mul-
tarũ rerũ peritus, ad res iudicandas requiratur.
16 ||An verò illi equites R. quos nos vidimus, qui
nuper in rep.iudiciiſque maximis floruerũt, ha-
buerunt tãtum animi,tãtum roboris,vtM.Scau-
ro teſti non crederent:17[p] vos Belgarum,atque
Allobrogum teſtimoniis nõ credere timetis? Si
inimico teſti credi nõ oportuit,inimicior.Mar-
cello Craſſus,aut Fimbriæ Scaurꝰ ex ciuilib.ſtu-
diis,atque obtrectatione domeſtica, quàm huic
Galli:quorum,qui optima in cauſa ſũt, equites,
fru

m L. M. Aemilio Scauro?tamen huius, &c.

n L. quid à fortuna, ac tempore allatum.

o L. ſi, vt quidque ex illo loco d. al. ſi vt quicquid ex illo loco dicetur ita ex oraculo.

p L. vos Vulgarum, atque Allobr. al. Tulgarum Vet. Volcarum.

Digitized by Google

frumētū pecuniā ſemel atque iterum, ac ſæpius
inuitiſſimi dare coacti ſūt:ceteri, partim ex ve-
teribus bellis agro multati,partim ab hoc ipſo,
bello ſuperati & oppreſſi.|| Si,qui ob aliquod e- 17
molumentum ſuum cupidiùs aliquid dicere vi-
dētur,iis credi non conuenit:credo maius emo-
lumentum Cæpionibus,& Metellis propoſitum
fuiſſe ex Q. Pōpeij dānatione, cū ſtudiorū ſuo-
rum obtrectatorem ſuſtuliſſent, quàm cunctæ
Galliæ ex M. Fonteij calamitate: in qua illa pro-
uincia propè ſuam immunitatem,ac libertatem
poſitā eſſe arbitratur. An, ſi homines ipſos ſpe-
ctare conuenit (id quod in teſte profectò vale-
re plurimùm debet) non modò cum ſummis ci-
uitatis noſtræ viris,ſed cum infimo ciue R. quiſ-
quam ampliſſimus Galliæ comparandus eſt? ſcit
Indutiomarus,quid ſit teſtimonium,dicere? mo-
uetur eo timore, quo noſtrûm vnuſquiſque, cū
in eum locū productus eſt?|| Recordamini,iudi- 18
ces,quātoperè laboraſſe ſoleatis,nō modò quid
dicatis pro teſtimonio,ſed etiam quibus verbis
vtamini,ne quod minùs moderatè poſitum, ne
quod ab aliqua cupiditate prolapſum verbū eſ-
ſe videatur. Vultu denique laboratis, ne qua ſi-
gnificari poſſit ſuſpicio cupiditatis: vt &, cùm
proditis,exiſtimatio ſit quædam tacita de vobis
pudoris,ac religionis:&,cùm diſceditis,ea dili-
genter conſeruata,ac retenta videatur.|| Credo 19
hæc eadem Indutiomarū in teſtimonio timuiſ-
ſe,aut [q] cogitaſſe: qui primùm illud verbū con-
ſideratiſſimum noſtrę cōſuetudinis, ARBITROR,
quo nos etiam tunc vtimur, cùm ea dicimus iu-
rati,quæ comperta habemus, quæ ipſi vidimus,
ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe
ſcire dixit. Verebatur enim videlicet,ne quid a-
pud vos,populúmque Ro. de exiſtimatione ſua
deperderet:ne qua fama conſequeretur eiuſmo-
di, Indutiomarum,talem virum,tám cupidè, tā
temere dixiſſe, non intelligebat,ſe in teſtimo-
nio

q L. cogitauiſſe. & ita V.c.

nio nihil præter vocem, & os, & audaciam neq;
ciuibus ſuis, neque accuſatoribus noſtris præ-
20 ſtare debere.|| An verò iſtas nationes, religione
iuſiurandi, ac metu deorum immortalium in te-
ſtimoniis dicēdi commoueri arbitramini? [r] quæ
tantum à ceterarum gentium more, ac natura
diſſentiunt, quòd ceteræ pro religionibus ſuis
bella ſuſcipiunt, iſtæ contra omnium religio-
nes. Illæ in bellis gerendis ab diis immortali-
bus pacem, ac veniam petunt: iſtæ cum ipſis diis
immortalibus bella geſſerunt. Hæ ſunt natio-
nes, quæ quondam tam longè ab ſuis ſedibus,
*Delphos vſque, ad Apollinē Pythiū, atque ad
oraculum orbis terræ vexandum, ac ſpoliandū
profectæ ſunt. Ab iiſdem gentibus ſanctis, & in
teſtimonio religioſis, obſeſſum Capitolium eſt,
[s] atque ille Iupiter, [18] cuius nomine maiores
noſtri * ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe vo-
luerunt.|| Poſtremò his quidquā ſanctum, ac re-
ligioſum videri poteſt: qui etiam ſi quando ali-
21 quo metu adducti deos placandos eſſe arbitrā-
tur, humanis hoſtiis eorum aras, ac templa fu-
neſtant? vt ne religionem quidem colere poſ-
ſent, niſi eam ipſam prius ſcelere violarint. Quis
enim ignorat, eos vſq; ad hanc diem retinere il-
lā immanem, ac barbaram conſuetudinem ho-
minū immolandorū? Quāobrem, quali fide, qua-
li pietate exiſtimatis eſſe eos, qui etiā immorta-
leis arbitrentur hominū ſcelere, & ſanguine [t] fa-
cillimè poſſe placari? cū his vos teſtibus veſtrā
religionē coniūgetis? ab his quidquā ſanctè, aut
22 moderatè dictū putabitis? || hoc veſtræ mentes
tā caſtæ, tā integræ ſibi ſuſcipiēt, vt cùm omnes
legati noſtri, qui illo triēnio in Galliam vene-
runt, omnes equites R. qui in illa prouincia fue-
runt, omnes negotiatores eius prouinciæ: de-
nique omnes, in Gallia qui ſunt, ſocij populi
R. atq; amici, M. Fonteium incolumen eſſe cu-
piant, iurati priuatim, & publicè laudent: [u] vos
tamen

r L. quæ hoc à ceterarū gent.

* vide Pauſaniam, Iuſtinum, Liuium.

s L. atque Iupiter, cuius nomine maiores noſtri vinctā teſtimon.

* al. vinctam.

t L. facilè poſſe pl.

v L. vos tamen cum Gallis iurare malitis?

Digitized by Google

tamẽ Gallis credere malitis? quid vt ſecuri eſſe
videamini? voluntatémne hominũ? Grauior igi-
tur vobis erit hoſtiũ voluntas, quã ciuiũ? an di-
gnitatẽ teſtium? poteſtis igitur ignotos notis,
iniquos æquis, alienigenas domeſticis, cupidos
moderatis, [x] mercenarios gratuitis, impios reli-
gioſis, inimiciſſimos huic imperio, ac nomini,
bonis ac fidelibus & ſociis, & ciuibus antefer-
re? ‖ An verò dubitatis, iudices, quin inſitas ini- 23
micitias iſtæ gentes omnes & habeant, & gerãt
cum populi R. nomine? ſic exiſtimatis eos hic
ſagatos, *brachatóſque verſari, animo demiſſo,
atque humili, vt ſolent ij, qui affecti iniuriis ad
opẽ iudicum ſupplices, inferioréſque cõfugiũt?
Nihil verò minus. Hi contrà vagãtur læti, atque
erecti paſſim toto foro, cum quibuſdam minis,
& barbaro, atque immani terrore verborũ: quod
ego profectò non crederem, niſi aliquoties ex
ipſis accuſatoribus vobiſcum ſimul, iudices, au-
diſſem: cùm præciperẽt, vt caueretis, ne hoc ab-
ſoluto, nouum aliquod bellum Gallicum cõci-
taretur. ‖ Si M. Fõteium, iudices, in cauſa defice- 24
rent omnia: ſi turpi adoleſcentia, vita infami, [20]
[y] magiſtratib. quos antè oculos veſtros geſſit,
cõuictis virorum bonorum teſtimoniis, legatio-
nib. flagitioſè obitis, inuiſus ſuis omnib. in iu-
dicium vocaretur: ſi in eo iudicio colonorum
populi Rom. Narbonenſium, fideliſſimorum ſo-
ciorum Maſſilienſium, ciuium R. omnium teſti-
moniis, tabuliſque premeretur: tamen eſſet vo-
bis magnoperè prouidendum, ne quos ita affli-
ctos à veſtris patribus maioribúſque accepiſſe-
tis, vt contẽnendi eſſent, eos pertimuiſſe, & eo-
rum minis, & terrore commoti eſſe videremini. 25
‖ Nunc verò cùm lædat nemo bonus, laudent o-
mnes veſtri ciues, atque ſocij: oppugnẽt ij, qui
ſæpiſſimè hanc vrbem, & hoc imperium oppu-
gnarunt: cúmque inimici M. Fõteij vobis, ac po-
pulo Ro. minentur: amici, ac propinqui ſuppli-
cent,

x v. c. mercennarios.

* braccha vestis intõsa: varij coloris Diod. 6. Iuuenal. 8.

y L. magiſtratibus quos ante oculos veſtros geſſit, male geſtis legationib. flagitioſè obitis, conuictus virorum bonor. teſtimon. inuiſus ſuis omn.

cent vobis:dubitabitis non modò veſtris ciui-
bus,qui maximè gloria,ac laude ducuntur, ve-
rùm etiam exteris nationibus,ac gentibus oſtẽ-
dere,vos in ſententiis ferendis ciui parcere,quã
26 hoſti cedere maluiſſe? || Magna [z] mehercule,
cauſa, iudices,abſolutionis cum ceteris cauſis
hæc eſt,ne qua inſignis huic imperio macula,
atque ignominia ſuſcipiatur, ſi hoc ita perlatũ
erit in Galliam, [a] ſenatum, equitéſque populi
R. non teſtimoniis Gallorum, ſed minis com-
motos,rem ad illorum libidinem iudicaſſe. Ita
verò,ſi illi bellum facere conabuntur, excitan-
dus nobis erit ab inferis C.* Marius, qui Indu-
tiomaro iſti, minaci, atque arroganti,par [b] in
belligerando eſſe poſſit: excitandus Cn.Domi-
tius,& Q.Maximus,qui nationem Allobrogum,
[c] & reliquias ſuis iterum armis conficiat,at-
que opprimat:aut,quod iam id quidem non po-
teſt,orandus erit nobis amicus meus,M. Pleto-
rius,vt ſuos nouos clienteis à bello faciendo
deterreat, vt eorũ iratos animos,atq; [d] horribi-
leis impetus deprecetur:aut,ſi non poterit, M.
Fabium ſubſcriptorẽ eius rogabimus, vt Allo-
brogum animos mitiget,quoniã apud illos Fa-
biorũ nomen eſt ampliſſimum:vt velint iſti aut
quiſcere,id quod victi,ac ſubacti ſolent:aut, cũ
minantur,intelligere,ſe populo Ro. non metũ
27 belli,ſed ſpem triumphi oſtendere.|| Quòd ſi in
turpi reo patiendũ non eſſet, vt quidquam ſe
minis profeciſſe arbitrarentur:quid faciendum
vobis in M. Fonteio arbitramini:de quo homi-
ne,iudices (iam enim mihi videor hoc, propè
cauſa duabus actionibus perorata,debere dice-
re) [e] de quo vos homine,iudices,ne ab inimicis
quidem vllum fictum probroſum non modò
crimen,ſed ne maledictum quidem audiſtis.Ec-
quis vmquã reus præſertim in hac vitæ ratione
verſatus,in honoribus petendis, in poteſtatib.
in imperiis gerendis,ſic accuſatus eſt,vt nullum

z L. mehercules.
a L. ſenatores equit.
* Qui ad Aquas Sextias in Gallia Narbonenſi Cymbros in Italia Teutonas vi.c.t. Vell.2. Liu. Flor. App. Plut. Pli de viris illuſtribus. 67.
b al. in bello gerendo.
c L. & reliquas ſuis iterũ armi.
d v.c. horribilis.
e L. de quo vos homine, ne ab inim.

probrum,nullum facinus,nulla turpitudo, quæ
à libidine,aut à petulantia,aut ab audacia nata
eſſet,ab accuſatore obiiceretur, [f] ſi non vera,
attamen ficta cum aliqua ratione,ac ſuſpicione?
||M. Aemilium Scaurum, ſummum noſtræ ciui- 28
tatis virum,ſcimus accuſatũ à M. Bruto.exſtant
orationes, ex quibus intelligi poteſt, multa in
illum ipſum Scaurũ eſſe dicta:falsò. quis negat?
verumtamen ac inimico dicta,& obiecta.Quàm
multa M. Aquilius audiuit in ſuo iudicio?quàm
multa L.Cotta?denique P.Rutilius?qui etſi dã-
natus eſt,mihi videtur tamen inter viros opti-
mos,atq; innocentiſſimos eſſe numerandus.Ille
igitur ipſe homo ſanctiſſimus, [g] ac temperantiſ-
ſimus,multa audiuit in ſua cauſa, [h] quæ ad ſuſ-
picionem ſtuprorum,ac libidinem pertinerent.
||Exſtat oratio hominis(vt opinio mea fert)no- 29
ſtrorum hominũ longè ingenioſiſſimi, atque e-
loquentiſſimi,C. Gracchi:qua in oratione per-
multa in L. Piſonẽ turpia,ac flagitioſa dicũtur.
At in quẽ virũ?qui tanta virtute, atq; integrita-
te fuit,vt etiã illis optimis temporibus, *cùm hominem inuenire nequam neminem poſſes*, ſolus tamen
Frugi nominaretur:quẽ cum in contionẽ Grac-
chus vocari iuberet, & viator quæreret, quem
Piſonem?quòd erãt plures:cogis me,inquit,di-
cere inimicũ meũ,Frugi.Is igitur vir,quẽ ne ini-
micus quidẽ ſatis in appellando ſignificare po-
terat, niſi antè laudaſſet: qui vno cognomine
declarabatur,non modò quis eſſet,ſed etiã qua-
lis eſſet:tamẽ in falſam,atq; iniquã probrorum
inſimulationẽ vocabatur.||M. Fonteius ita dua- 30
bus actionibus accuſatus eſt,[24] *vt obiectũ ni-
hil ſit,quo ſignificari veſtigiũ libidinis,petulã-
tiæ,crudelitatis,audaciæ poſſit.non modò nul-
lũ facinus huius protulerunt,ſed ne dictũ quidẽ
aliquod reprehenderunt. Quòd ſi,aut quantam
voluntatẽ habent ad hũc opprimendũ,aut quã-
tã ad maledicendũ licentiã,tantũ haberent,aut
ad

f L. ſi non vera, at cõ ficta cum al.

g L. ac temperãtiſsimus.

h L. quæ ad ſuſpicionẽ ſtuprorum ac libidinũ pert.

* al. vt ei obiectum nihil ſit.

ad ementiendum,animi,aut ad fingendum,inge-
nij : non meliore fortuna [i] ad probra nunc au- i L.ad pro-
dienda Fonteius,quàm illi,de quibus antea cõ- bra non au
memoraui,fuiſſet.Frugi igitur hominem, iudi- dienda Fõt.
ces:frugi:inquã,& in omnib. vitæ partibus mo-
deratũ,ac temperantem.plenum pudoris, plenũ
officij,plenũ reli[illegible]s,videtis poſitũ in veſtra
fide,ac poteſtate:atq; ita,vt commiſſus ſit fidei,
31 permiſſus poteſtati.‖Videte igitur,vtrùm ſit æ-
quius, hominem honeſtiſſimũ,virũ fortiſſimum,
ciuẽ optimũ,dedi,inimiciſſimis,atq; immaniſſi-
mis nationib.an reddi amicis:præſertim cũ tot
res ſint,quæ veſtris animis pro huius innocentis
ſalute ſupplicẽt:primùm generis antiquitas,quã
Tuſculo ex clariſſimo municipio profectam in
monumentis rerũ geſtarum inciſã,ac notatã vi-
demus:tum autẽ cõtinuæ præturæ,quę & ceteris
ornamentis,& exiſtimatione innocẽtię maximè
floruerunt:deinde recens memoria*parẽtis, cu- * bello ſo-
ius ſanguine nõ ſolùm Aſculanorũ manus à qua ciali legat*
interfectus eſt,ſed totum illud ſociale bellum cum Q.Ser
macula ſceleris imbutum eſt:poſtremò ipſe cùm uilio procõ
in omnibus vitæ partibus honeſtus,atq;integer, ſule interẽ
tũ in re militari cùm ſummi conſilij, & maximi tus Epiro.
animi,tum verò vſu quoq; bellorum gerendorũ Liuij 72.
in primis eorum hominũ,qui nunc ſunt,[k] exer-
32 citus.‖Quare [l] ſi etiã monendi eſtis à me,quod k L.exerci-
nõ eſtis,iudices,videor hoc leuiter pro mea au- tatus.
horitate vobis præcipere poſſe,vt ex eo genere l L.ſi etiam
homines,quorũ cognita virtus,induſtria,felici- monendi
tas in re militari ſit,diligenter vobis retinẽdos eſtis a me
exiſtimetis.Fuit enim maior taliũ virorũ in hac iudices,
rep.copia,quę cùm eſſet,tamen eorum nõ modò quòd non
ſaluti,ſed etiã honori conſulebatur.Quid nunc eſtis vid.
vobis faciẽdum eſt,ſtudiis militaribus apud iu-
uentutem obſoletis:hominibus autem, ac ſum-
mis ducibus partim ætate,partim ciuitatis diſ-
cordiis, ac reip. calamitate cõſumptis?cùm tot
bella aut à nobis neceſſariò ſuſcipiantur, aut

 ſubitò

Digitized by Google

ſubitò,[m] atque improuiſa naſcantur? nónne &
hominem ipſum ad dubia reipub. tempora re-
ſeruandum, & ceteros ſtudio laudis, ac virtutis
inflammandos putatis? Recordamini, quos le- 33
gatos nuper in bello L. Iulius, quos P. Rutilius,
quos L. Cato, quos Cn. Pōpeius habuerit. ſcie-
tis fuiſſe tum M. Cornu[illegible] L. Cinnam, L. Syl-
lam, prætorios homines belli gerendi peritiſſi-
mos: præterea C. Marium, P. Didium, Q. Catu-
lum, P. Craſſum, non literis homines ad rei mi-
litaris ſcientiam, ſed rebus geſtis, ac victoriis e-
ruditos. [n] Age verò, nunc inferte oculos in
curiam, introſpicite penitus in omneis reipub.
parteis. vtrùm videtis nihil poſſe accidere, vt
tales viri deſiderandi ſint? an ſi acciderit, eorum
hominum copia populum R. abundare? Quæ ſi
diligenter attenderetis, profectò, iudices, virū ad
labores belli impigrū, ad pericula fortem: ad v-
ſum, ac diſciplinam, peritum: ad conſilia, prudē-
tem: ad caſum fortunámque, felicē, domi, vobis,
ac liberis veſtris retinere, quàm inimiciſſimis
populi Ro. nationibus, & crudeliſſimis [o] trade-
re, & condemnare maletis. At infeſtis propè 34
ſignis inferuntur Galli in Fonteium: & inſtant,
atque vrgent ſummo cum ſtudio, ſumma cum
audacia. [p] Nos verò, iudices, & multis, firmis
præſidiis, vobis adiutoribus, iſti immani, atque
intolerandæ barbariæ reſiſtemus. Primùm obii-
citur contra iſtorum impetus Macedonia fide-
lis, & amica populo R. prouincia: quæ cùm ſe,
ac ſuas vrbeis non ſolùm cōſilio, ſed etiam ma-
nu Fonteij conſeruatum eſſe dicat, vt illa per
hunc à Thracum aduentu, ac depopulatione [r]
defenſa fuit: ſic ab huius nunc capite Gallorum
impetus, terroréſq; depellit. Cōſtituitur ex al- 35
tera parte vlterior Hiſpania, quæ profectò non
modò religione ſua reſiſtere iſtorum cupiditati
poteſt, ſed etiā ſceleratorū hominū periuria te-
ſtimoniis, ac laudationib. ſuis refutare. Atq; ex
ipſa

m L. atque improuiſò naſc.

n L. Age verò nunc inferite oculos in, c.

o L. tradere, & cōdonare mal- p al. Nos verò, iudices, non & m. & firm. præſ. vobis adiut. iſti. imm. atque int. barb. reſiſtemus. q v. c. obiicitur.

r L. defenſa eſt: ſic ab h.

ipſa etiã Gallia,fideliſſima,& grauiſſima auxilia ſumuntur. Venit huic ſubſidio, miſero,atq; innocenti Maſſilienſiũ cuncta ciuitas,quæ nõ ſolùm ob eam cauſam laborat,vt huîc à quò ipſa ſeruata eſt,parem gratiã referre videatur:ſed etiã,quò ea cõditione,atq; eo fato ſe in his terris collocatã eſſe arbitratur,ne quid noſtris ho-
36 minibus illæ gentes nocere poſſint. || [s] Pugnat puriter pro ſalute M. Fonteij Narbonenſis colonia, quæ per hunc ipſa nuper obſidione hoſtium liberata nunc eiuſdem miſeriis,ac periculis cõmouetur.Deniq; vt oportet,bello* Gallico,vt maiorum iura moreſq; præſcribunt,nemo eſt ciuis R.qui ſibi vlla excuſatione vtendũ putet. omnes illius prouinciæ publicani,agricolæ, pecuarij,ceteri negotiatores,vno animo M.Fõteium,atq; vna voce defendunt. Quòd ſi tantas auxiliorum noſtrorum copias Indutiomarus ipſe deſpexerit,dux Allobrogũ,ceterorúmq;Gallorũ: num etiam de matris hunc cõplexu,lectiſſimæ,miſerrimæq; fæminæ, vobis inſpectantib. auellet,atq;abſtrahet?præſertim cùm virgo Veſtalis ex altera parte germanum fratrem complexa teneat,veſtrámq; iudices,ac populi R. fidẽ imploret:quæ pro vobis, liberiſque veſtris tot annos in diis immortalibus placãdis occu-
37 pata eſt,vt ea nunc pro ſalute ſua fratriſq; ſui, animos veſtros placare poſſit.|| cui miſeræ quod præſidium,quod ſolatiũ reliquũ eſt,hoc amiſſo? nam ceteræ fæminę gignere ipſæ ſibi præſidia,& habere domi fortunarũ omnium ſociũ, participémq;poſſunt:huic verò virgini,quid eſt,pręter fratrẽ,quod aut iucundũ,aut carum eſſe poſſit. Nolite pati,iudices,aras deorum immortalium, Veſtæq; matris,quotidianis virginis lamentationib. [t] de veſtro iudicio cõmoueri.Proſpicite,ne ignis ille æternus, nocturnis Fonteiæ laboribus,vigiliiſq; ſeruatus, [u] ſacerdotis Veſtę
38 lacrymis extinctus eſſe dicatur.||*Tendit ad vos

s Propugnat.

* Gallico bello multa vacatio dabatur. Ad de Phil. 8.8.

t L. de veſtro iudicio commoneri. Proſpicite,ne ille ignis æternus,noct.

v L. ſacerdotis veſtræ lacrym.

* Manut. & Vict. Tendet.

 vir-

virgo Veſtalis manus ſupplices, eaſdem, quas
pro vobis diis immortalibus tendere cõſueuit.
cauetę,ne periculoſum ſuperbũmq; ſit,eius vo-
bis obſecrationem repudiare,cuius preces,ſi dij
aſpernarentur,hæc ſalua eſſe non poſſent.Vide-
tiſne ſubitò,iudices,virum fortiſſimum,M.Fon-
teium parentis,& ſororis commemoratione la-
crymas profudiſſe?Qui nũquã in acie pertimue-
rit,qui ſe armatus ſępe in hoſtium manum,mul-
titudinémq; immiſerit,cùm in eiuſmodi peri-
culis eadẽ ſe ſolatia ſuis relinquere arbitrare-
tur,quæ ſuus pater ſibi reliquiſſet: idem nunc
perturbato animo pertimeſcit, ne nõ modò or-
namento,& adiumento non ſit ſuis, ſed etiã cũ
acerbiſsimo luctu dedecus æternum miſeris,at-
que ignominiam relinquat.[O fortunam longè 39
diſparem,M. Fõteij.ſi deligere potuiſſes,vt po-
tius telis tibi Gallorum, quàm periuriis inter-
eundum eſſet. tum enim vitæ ſocia virtus, mor-
x al.quis eſt dol.
tis comes gloria fuiſſet.nunc verò x qui eſt do-
lor,victorię te,atq; imperij pœnas ad eorũ arbi-
triũ ſufferre,qui aut victi armis ſunt,aut inuitiſ-
ſimi paruerunt?A quo periculo defendite iudi-
te,iudices,ciuem fortem,atq; innocentem: cu-
rate,vt noſtris teſtibus plus, quàm alienigenis
credidiſſe videamini:plus ſaluti ciuiũ,quàm ho-
ſtium libidini conſuluiſſe,grauiorem duxiſſe e-
ius obſecrationem,quæ veſtris ſacris præſit,quã
eorum audaciam, qui cum omnium ſacris,delu-
briſq; bella geſſerunt:Poſtremò proſpicite, iu-
dices,id quod ad dignitatem populi R. maximè
pertinet, vt plus apud vos preces virginis
Veſtalis,quàm minæ Gallorum
valuiſſe videantur.

***

PRO

Digitized by Google

PRO A. * CÆCINA

* al pro A. Licinio Cæcina. vide Gell. li. 6. c. 16.

ORATIO DVODECIMA.

Hæris vxoris ſuæ Cæſenniæ A. Licinius Cæcina Volaterranus, fundum repetit à Sext. Aebutio, qui viua Cæſennia, cùm eius cognitor eſſet, in auctione fundum illum emerat, nec tamen antè obitum Cæſenniæ poſſederat, poſt eius mortem, tanquam in ſuum venerat. Cùm in rem præſentem ex conuenta cum amicis Cæcina veniſſet, vt de fundo moribus deduceretur vi hominibus armatis prohibitus, à prætore interdictũ impetrat de vi hominibus armatis, vt eo vnde deiectus eſſet, reſtitueretur. Aebutius eiectum concedit, deiectum tamen negat. QVÆSTIO, *an Cæcina ab Aebutio ex interdicto vnde vi, ſit reſtituendus?* ACTOR *ſiue vi deiectus Aulus Cæcina.* PATRONVS *Cæcinæ, Cicero.* REVS *Aebutius.* RECVPERATORES *Iudices à prætore Dolabellæ dati. Quo anno acta ſit incertum. Sed omnino poſt Aureliam legem, iudiciis inter tres ordines commutatis: quod factum eſſe conſtat, Pompeio & Craſſo* I. COSS.

1 SI * QVANTVM in agro locisque deſertis audacia poteſt, tantum in foro, atq; in iudiciis impudentia valeret: [a] non minùs in cauſa cederet A. Cæcina Sex. AEbutij impudentiæ, quàm tum in vi facienda ceſsit audaciæ. Verùm & illud conſiderati hominis eſſe putauit, qua de re iure decertari oporteret, armis non contendere: & hoc conſtantis, quicũ vi, & armis certare noluiſſet, eũ iure, iudicioq; ſuperare. || 2 Ac mihi quidem cũ audax præcipuè fuiſſe videtur Aebutius in cõuocãdis hominib. & armãdis: tũ impudẽs in iudicio: non ſolùm ꝙ in iudiciũ venire auſus eſt (nã id quidẽ, tametſi

* EXORDIVM.

a L. non minùs nũc in.

 im-

Digitized by Google

improbè ſit in aperta re, tamen malitia eſt iã vſitatũ) ſed ꝙ non dubitauit idipſum, ꝙ arguitur, confiteri, niſi fortè hoc rationis habuit, [b] quoniam ſi facta vis non eſſet * moribus ſuperior in poſſeſſione retinenda non fuiſſet: quia cõtra ius morémq; facta ſit, A. Cæcinã cũ amicis metu perterritum profugiſſe: nunc quoq; in iudicio, ſi cauſa more, inſtitutóque defendatur, nos inferiores in agendo nõ futuros: [c] ſin è conſuetudine recedatur, ſe, quo impudentiùs egerit, hoc ſuperiorẽ diſceſſurũ. quaſi verò aut in iudicio poſſit idem improbitas, quod in vi confidentia: aut non eò libentiùs tum audaciæ ceſſerimus, quo nunc impudentiæ faciliùs obſiſteremus. ‖ Itaq; longè alia ratione, recuperatores, ad agendam cauſam hac actione venio, atq; initiò veneram. Tũ enim noſtræ cauſæ ſpes erat poſita in defenſione mea, nunc in confeſſione aduerſarij: tũ in noſtris, nũc verò in illorũ teſtibus: de quibus ego antea laborabam, ne ſi improbi eſſent, falſi aliquid dicerent: ſi probi exiſtimarentur, ꝙ dixiſſent, probarent: nũc ſum animo æquiſſimo. Si enim ſunt viri boni: me adiuuant. cùm id iurati dicunt, ꝙ ego iniuratus inſimulo. ſin autem minùs idonei: me non lædunt: [d] cùm ſiue creditur his hoc ipſum, quod nos arguimus, ſiue fides nõ habetur, de aduerſarij teſtiũ fide derogatur. 3

4 ‖ Verumtamen cùm illorum cauſæ actionẽ conſidero, non video, quid impudentiùs dici poſſit. cùm autem veſtrã in iudicando dubitationem: vereor, ne id, ꝙ videntur impudenter feciſſe, aſtutè, & callidè fecerint. Nam ſi negaſſent vim hominib. armatis eſſe factam, facilè honeſtiſſimis teſtibus in re perſpicua tenerentur. ſin confeſſi eſſent, & id, ꝙ nullo tempore iure fieri poteſt, tum ab ſe iure factũ eſſe defenderent, ſperarunt, id quod aſſecuti ſunt, ſe iniecturos [e] vobis cauſam deliberandi, & iudicandi iuſtã moram, ac religionem. ſimul illud, ꝙ indigniſſimũ

eſt

b L. quoniã, ſi facta vis eſſet moribus.

* moribus vis & deductio fieri dicebatur, cũ vterque litigantium in rem præſentem, & in eum agrum de quo lis erat, veniebant mutuo conſenſu, vbiq; alter alterum, vi quadam, non vera, ſed ficta repelleret, & qui vi ita repulſus erat, interdictum de armatis hominibus impetrabat vt vnde deiectus erat reſtitueretur.

c L. ſin à conſuetudine reced.

d L. cùm ſiue his creditur hoc ipſum.

e L. vobis deliberandi cauſam, & ind.

eſt futurũ arbitrati ſunt,vt in hac cauſa non de
improbitate Sext.AEbutij,ſed de iure ciuili iu-
5 diciũ fieri videretur. || Qua in re,ſi mihi eſſet v-
nius A. Cæcinæ cauſa agenda,profiterer ſatis i-
doneũ eſſe me defenſorem, propterea ꝙ fidem
meam,diligentiámq; præſtarẽ:quæ cùm ſunt in
actore cauſæ,nihil eſt,in re præſertim aperta,ac
ſimplici,quòd excellens requiratur.Sed cùm de
eo iure mihi dicendũ ſit,quod pertineat ad om-
neis,quod conſtitutum ſit à maioribus conſer-
uatũ vſque ad hoc tempus:quo ſublato non ſo-
lùm pars aliqua iuris deminuta, ſed etiã vis ea,
quæ iuri maximè eſt aduerſaria,iudicio confir-
mata eſſe videatur:video ſummi ingenij cauſam
eſſe:non vti demõſtretur quod ante oculos eſt,
ſed ne,ſi quis vobis error in tanta re ſit obiect⁹,
omnes potius me arbitrentur cauſæ, quàm vos
6 religioni veſtræ defuiſſe. || Quamquã ego mihi
ſic perſuadeo,recuperatores,non vos tam pro-
pter iuris obſcuram,dubiámque rationem * bis
iam de eadem cauſa dubitaſſe,quàm quòd vide-
tur ad ſummam illius exiſtimationem hoc iudi-
ciũ pertinere,moram ad condemnandũ acqui-
ſiſſe,ſimul & illi ſpatiũ f ad ſeſe colligendum
dediſſe.Quod quoniam iam in conſuetudinem
venit,& id viri boni,veſtri ſimiles in iudicando
faciunt reprehendendum fortaſſe minus , que-
rendũ verò magis etiã videtur: g ideò quòd om-
nia iudicia aut diſtrahendarum controuerſia-
rũ , aut puniendorum maleficiorũ cauſa reper-
ta ſunt:quorũ alterũ leuius eſt,propterea ꝙ mi-
nus lædit,&perſæpe diſceptatore domeſtico di-
iudicatur:alterũ eſt vehementiſſimũ,quòd & ad
grauiores res pertinet,& non onerariam operã
amici,ſed ſeueritatẽ iudicis , h ac vim requirit.
7 || Quod eſt grauius , & cuius rei cauſa maximè
iudicia conſtituta ſunt,id iam mala conſuetu-
dine diſſolutũ eſt. nam vt quæq; res eſt turpiſ-
ſima:ſic * maximè , & maturiſsimè iudicanda

* bis enim de hac cauſa non liquere reſponderant.
f L. ad ſe coll.
g L. ideò quòd cùm omnia iudicia,vt diſcr.contr. aut pun. malef. cauſa reperta ſint.q.
h L. ac vim requirit: quod eſt gr.
* al. ocyſsi mè,al.velo ciſsimè.

eſt. at ea, in qua exiſtimationis periculum eſt, tardiſſimè iudicatur. Qui igitur conuenit, quæ cauſa fuerit ad conſtituendum iudicium, eandē, moram eſſe ad iudicādum? Si quis, quod ſpopōdit, qua in re verbo ſe vno obligauit, id non facit, maturo iudicio, ſine vlla religione iudicis condemnatur. qui per tutelam, aut ſocietatem, aut rem mandatā, aut * fiduciæ rationem, fraudauit quempiam, in eo, quo delictum maius eſt, 8
eo pœna eſt tardior.[2] || [i] Eſt enim turpe iudiciū. Et facto quidem turpe. Videte igitur quàm iniquè accidat, quia res indigna ſit, ideò turpem exiſtimationem ſequi: quia turpis exiſtimatio ſequatur,[j] ideò rem indignam [k] non iudicari. At ſi quis mihi hoc iudex, * recuperatórve dicat, Potuiſti enim leuiore actione confligere: potuiſti ad tuum ius faciliore, & commodiore iudicio peruenire. quare aut muta actionem, aut noli mihi inſtare, vt iudicem: Tamen is aut timidior videatur, quàm fortē, aut cupidior, quam ſapientem iudicē eſſe æquū eſt, ſi aut mihi præſcribat, quemadmodum meum ius perſequar, aut ipſe id, quod ad ſe delatum ſit, non audeat iudicare. Etenim ſi prætor is, qui iudicia* dat, numquā petitori præſtituit, qua actione illū vti velit: videte quàm iniquum ſit, conſtituta iam re, iudicem, quid agi potuerit, aut quid poſſit, non quid actum ſit, quærere. || Verumtamē nimiæ ve- 9
ſtræ benignitati pareremus, ſi alia ratione ius noſtrū recuperare poſſemus. Nunc verò quis eſt, qui aut vim armatis hominibus factam relinqui putet oportere, aut eius rei leuiorem actionem nobis aliquam demōſtrare poſſit? Ex quo genere peccati, vt illi clamitant, vel iniuriarum, vel capitis iudicia conſtituta ſunt, in eo poteſtis atrocitatem noſtram reprehendere, cùm videatis nihil aliud actum, niſi poſſeſſionem per interdictum eſſe repoſitam? Verùm ſiue vos exiſtimatio-

* fiducia quaſi re differat à pignore. vide Paul. 2. ſent 13. & ibi Cuiac.
i L. Eſt enim turpe iudicium. Et factum quidem turpe.
k li. vul. nō vindicari.
* in priuatis enim iudiciis prætor dabat, vel vnum iudicē, vel tres recuperatores.
* Iudicia, vt dabantur à prætore, ita numquam petitori præſtituebat qua actione illū vellet.

mationis illius periculum, ſiue iuris dubitatio
tardiores fecit adhuc ad iudicãdum:alterius rei
cauſam voſmetipſi iã vobis,ſæpius prolato iudi-
cio,ſuſtuliſtis:alterius ego vobis hodierno die
cauſam profectò auferam,ne diutius de contro-
10 uerſia noſtra,ac de communi iure dubitetis.|| Et
ſi fortè videbor altiùs initium rei demonſtran-
dæ petiſſe,quàm me ratio iuris,[4] [1] & ius de quo — [1] l. & vis de qua iud.
iudicium eſt & natura cauſæ coëgerit,quæſo vt
ignoſcatis. non enim minus laborat A. Cæcina,
ne ſummo iure egiſſe,quàm ne certum ius non
obtinuiſſe videatur.* M.Fulcinius fuit,recupera — * NARRATIO.
tores,è municipio Tarquinienſi,qui & domi ſuę
cum primis honeſtus exiſtimatus eſt , & Romæ
argentariam nõ ignobilẽ fecit.Is habuit in ma-
trimonio Ceſenniã,eodem è municipio ſummo
loco natam,& probatiſſimam fæminam, ſicut &
viuus multis ipſe rebus oſtendit , & in morte
11 ſua teſtamento declarauit.|| Huic Ceſenniæ fun-
dum in agro Tarquinienſi vendidit [5] * tempori- — * al. temporibus difficillimæ ſolutionis.
bus illis difficillimis ſolutionis. Cùm vteretur
dote vxoris numerata:quo mulieri eſſet res cau
tior,curauit, vt in eo fundo dos collocaretur.
Aliquantò pòſt,iam argentaria diſſoluta,Fulci-
nius huic fundo vxoris continentia quædã præ-
dia,atq; adiuncta mercatur. Moritur Fulcinius
(multa enim,quæ ſunt in re, quia remota ſunt
à cauſa prætermittã) teſtamento facit heredem,
quem habebat è Ceſennia filium:vſum fructum
omniũ bonorum ſuorũ Ceſenniæ legat,vt frue-
12 retur vnà cum filio.|| Magnus honos viri,iucun-
dus mulieri fuiſſet, ſi diuturnum eſſe licuiſſet.
frueretur enim bonis cum eo,quem ſuis bonis
heredem eſſe cupiebat, [6] (& ex quo maximum
fructum ipſa capiebat.) Sed hunc fructum [7] * — * incluſa deſunt multis codicib.
maturè fortuna ademit. nam breui tempore M. — * al.præmaturè.
Fulcinius adoleſcens mortuus eſt : heredem P.
Ceſennium fecit : vxori grande pondus ar-
genti , matrique partem bonorum maiorem
lega-

legauit.||Itaque * in partem * mulieres vocatæ 13
ſunt.Cùm eſſet hæc auctio hæreditaria cõſtitu-
ta: AEbutius iſte,qui iamdiu Ceſenniæ viduita-
te,* ac ſolitudine aleretur,[m] ac ſe eius in fami-
liaritatem inſinuaſſet hac ratione, vt cũ aliquo
ſuo compendio negotia mulieris,ſiqua accide-
rent,controuerſiaſq; ſuſciperet:verſabatur quo-
que eo tempore in his rationibus auctionis, &
partitionis: [8] atq; etiam ſe ipſe inferebat , & *
intrudebat:& in eam opinionem Ceſenniã ad-
ducebat , vt mulier imperita nihil putaret agi
callidè poſſe,vbi non adeſſet Aebutius.|| Quam 14
perſonam iam ex quotidiana cognoſcitis vita,
recuperatores,mulierum aſſentatoris, * cogni-
toris viduarum,defenſoris nimiùm litigioſi,cõ-
citi ad rixam,inepti ac ſtulti inter viros , inter
mulieres periti iuris,& callidi:hãc perſonã im-
ponite Aebutio. Is enim Ceſenniæ fuit Aebu-
tius:ne fortè quæratis,num propinquus?nihil a-
lienius. Amicus aut à patre,aut à viro traditus?
nihi minùs. Quis igitur?ille,quem ſuprà defor-
maui :voluntarius amicus mulieris,non neceſſi-
tudine aliqua,ſed ficto officio,[9] ſimulataq; * ſe-
dulitate coniunctus:magis opportuna opera nõ
numquam,quàm aliquando fideli , ||Cùm eſſet, 15
vt dicere inſtitueram,conſtituta auctio Romæ,
ſuadebant amici, [n] cognatiq; Ceſenniæ id,quod
ipſi quoq; mulieri in mentem veniebat: quoniã
poteſtas eſſet emendi fundum illum Fulcinia-
nũ,qui fundo eius antiquo continens eſſet,[10] [o]
nullã eſſe rationem,amittere eiuſmodi occaſio-
nem,cùm præſertim pecunia ex partitione de-
beretur:nuſquam eam poſſe melius collocari.
itaq; mulier facere conſtituit:mandat vt fundũ
ſibi emat.Cui tandẽ?Cui putatis?an non in mẽ-
tem venit [p] omnibus hominis illius ad hoc mu-
nus & ad omnia mulieris negotia parati , ſine
quo nihil ſatis cautè,nihil ſatis callidè agi poſ-
ſet?

* Aebutij fraudes.
* Vxor & mater defuncti.
* ſolitudo ſtatus parẽtis cui vnicus tantùm filius eſt.
m L.ac ſe in eius fa.
* al.introdabat.
* cognitor eſt qui præſentis negotiũ ſuſcipit.
* al.fidelitate.
t* QVAESTIO fundi.
n L.cognatique Ceſẽniæ,id ꝙ ipſi quoque mul.in mẽtem veniebat,quon.pot.&c.
o L. nulla ratione amit.al. nullam eſſe rationẽ ne amitteres. al. ne vlla ratione amitteret.
p al. omnibus hominibus illius.

16 ſet?‖rectè attēditis. AEbutio negotiū datur. Adeſt,* ad tabulā licetur Æbutius. deterrētur emtores multi, partim gratia Ceſenniæ: [q] partim etiā pretio fundus addicitur AEbutio: pecuniā argentario promittit Æbutius. Quo teſtimonio nunc vir optimus vtitur, ſibi emtum eſſe. Quaſi verò aut nos ei negemus addictum, aut tum quiſquam fuerit, qui dubitarit, quin emeretur Ceſenniæ, cùm id plerique ſcirent: omnes ferè audiſſent: hi coniectura aſſequi poſſent, cùm pecunia Ceſenniæ ex illa hereditate deberetur: eam porrò in prædiis collocari maximè expediret: eſſent autem prædia, quæ mulieri maximè cōuenirent: ea venirent: liceretur is, quem Ceſenniæ dare operam nemo miraretur, ſibi emere nemo

* Tabulis proſcribebantur actiones fundorum plerumque ad tabernas argentariorū in foro.

q L. partim pretio. f.

17 poſſet ſuſpicari.‖Hac emtione facta pecunia ſoluitur à Ceſennia. cuius rei putat iſte rationem reddi non poſſe, quòd ipſe tabulas auerterit? ſe autem habere argentarij tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaq; relata: [r] quaſi id aliter fieri oportuerit. Cùm omnia ita facta eſſent, quemadmodū nos defendimus, Ceſennia fundum poſſedit, locauitq; : neq; ita multò pòſt A. Cæcinæ nupſit. Vt in pauca conferam, teſtamento facto mulier moritur. facit heredem ex deunce, & ſemuncia Cæcinam: ex duabus ſextulis M. Fulcinium, libertum ſuperioris viri: Æbutio ſextulam adſpergit. Hanc ſextulam illa mercedem iſti eſſe voluit aſſiduitatis, & moleſtiæ, ſiquam ſuſceperat. Iſte autem hac ſextula ſe anſam retinere omnium controuerſiarum putat.

r L. quaſi id aliter oportuerit.

18 ‖Iam* principio auſus eſt dicere, non poſſe heredem eſſe Ceſenniæ Cæcinam: quòd is deteriore iure eſſet, quàm ceteri ciues, propter incommodum * Volaterranorum, calamitatémque ciuilem. Itaque homo timidus, imperitúſque, qui neque animi, neque conſilij ſatis haberet, non putauit eſſe tanti hereditatem, vt de ciuitate in dubium veniret. conceſſit, credo, AEbutio

*AEBVTII FRAVS.

* vide pro Domo ſua & Apianū.

AEbutio, quantum vellet, de Ceſenniæ bonis,
vt haberet: immò, vt viro forti, ac ſapienti di-
gnum fuit, [s] ita calumniam, ſtultitiamq; obtri-
uit, ac contudit. ‖ In poſſeſſione bonorum cùm 19
eſſet, & cùm * ipſe ſextulam ſuam nimiùm ex-
aggeraret, nomine heredis arbitrum familiæ er-
ciſcundæ poſtulauit. Atque illis paucis diebus,
poſteaquam videt nihil ſe ab A. Cæcina poſſe,
litium terrore, abradere: homini Romæ in foro
denuntiat, fundum illum, de quo antè dixi, cu-
ius iſtum emtorem demonſtraui fuiſſe [11] [t] man-
dato Ceſenniæ ſuum eſſe, ſeque ſibi emiſſe, [12] [u]
Quid ais? Iſtius ille fundus eſt, quem ſine vlla
cõtrouerſia quadriennium, hoc eſt, ex quo tem-
pore fundus veniit, quoad vixit, poſſedit Ceſen-
nia? Vſus enim, inquit, eius, & fructus fundi, te-
ſtamento viri, fuerat Ceſenniæ. ‖ Cùm * hoc no- 20
uæ litis genus tam malitioſè intenderet, placuit
Cæcinæ, de amicorum [x] ſententia conſtituere,
quo die in rem præſentẽ veniretur, [y] & de fun-
do Cæcina moribus deduceretur. Colloquun-
tur. dies ex vtriuſque commodo ſumitur. Cæ-
cina cum amicis ad diem venit in caſtellum A-
xiam: * ex quo loco fundus is, de quo agitur,
non longè abeſt. Ibi certior fit à pluribus, ho-
mines permultos, liberos, atque ſeruos, coëgiſ-
ſe, & armaſſe AEbutiũ. Cùm id partim mirarẽ-
tur, partim non crederent: ecce ipſe AEbutius
in caſtellum venit. denuntiat Cæcinæ ſe arma-
tos habere: abiturum eum non eſſe, ſi acceſſiſ-
ſet. Cæcinæ placuit, & amicis, quoad videre-
tur ſaluo capite fieri poſſe, experiri. ‖ Tum de 21
caſtello deſcendunt: in fundum proficiſcun-
tur: videtur temerè commiſſum. Verùm, vt opi-
nor, hoc fuit cauſæ. tam temerè iſtum re com-
miſſurum, [13] [z] quàm verbis nuntiabatur, nemo
putauit. Atque iſte ad omneis introitus, quà
adiri poterat non modò in eum fundum, de quo
controuerſia fuerat, ſed etiam in illum proxi-
mum

s v.c. ita Kalumpniam,
* al. ipſam

t L. mandatu Ceſenniẹ
u L. Quid ais? tuus ille fundus eſt.

* Cæcinæ deiecti occaſio.
x L. ſententia, diẽ conſtituere, q.
y L. vt de fundo.
* L. à quo.

z L. quàm verbis denuntiabat, n. al. quàm verbis denuntiabatur al. minabatur.

Digitized by Google

mum, de quo nihil ambigebatur, armatos ho-
mines opponit. Itaque primò cùm in antiquum
fundum ingredi vellet, quòd ea proximè acce-
22 di poterat: frequẽtes armati obſtiterunt.|| Quo
loco depulſus Cæcina, tamen, quà potuit, ad
eum fundum profectus eſt,[a] ex quo ex conuen- [a L. è quo ex conuento.]
tu vim fieri oportebat. Eius autem fundi extre-
mam partem oleæ directo ordine definiunt. Ad
eas cùm accederetur, iſte cum omnibus copiis
præſtò fuit, ſeruúmque ſuum, nomine Antiochũ,
ad ſe vocauit,[b] & clara voce imperauit, vt [b L. & ei clara.]
eum, qui illum olearum ordinem intraſſet, oc-
cideret. Homo, mea ſententia, prudentiſſimus
Cæcina, tamen in hac re plus mihi animi, quàm
conſilij videtur habuiſſe. Nam cùm & armato-
rum multitudinem videret, & eam vocem AE-
butij, quam commemoraui, audiſſet: tamen
acceſſit propius, & iam ingrediens intra finem
eius loci, quem oleæ terminabant, impetum
armati Antiochi, ceterorúmque tela, atque in-
curſus * refugit. Eodem tempore ſe in fugam [* al. effugit.]
conferunt vnà amici, aduocatíque eius metu [* ſponſionis origo.]
perterriti, quemadmodum illorum teſtem di-
23 cere audiſtis. || His rebus * ita geſtis, P. Dola- [* formula edicti de vi.]
bella prætor interdixit, vt eſt conſuetudo, DE
VI, HOMINIBVS ARMATIS, ſine vl-
la exceptione, tantum, vt, vnde deieciſſet, re-
ſtitueret. Reſtituiſſe ſe dixit, ſponſio facta eſt.
hac de ſponſione vobis iudicandum eſt.*Maxi-
me fuit optandũ Cæcinæ recuperatores, vt con-
trouerſiæ nihil haberet: ſecundo loco, vt ne cũ
tã improbo homine, tertio, vt cũ tã ſtulto habe-
ret. Etenim nõ minùs nos ſtultitia illius ſuble-
uat, quã lædit improbitas. improbus fuit, ꝙ ho-
mines coëgit, armauit: coactis, armatiſq; vim fe-
cit. Læſit in eo Cæcinã. ſubleuauit ibidem. nã in
eas ipſas res, quas improbiſſimè fecit, teſtimoniũ
24 ſumſit, & eis in cauſa teſtimoniis vtitur.|| Itaque
mihi certũ eſt, recuperatores, antequã ad meam
defen

[* interdicta enim plerumq; reddebantur cum exceptione, hac formula. Extra quã &c. Cic. 1. & 2. de Inuent. & 5. Attic.]
[* CONFIRMATIO.]

Digitized by Google

defenſionem,meóſq; teſteis venio,illius vti cõ-
feſſione, & teſtimoniis. Quid confitetur, atque
ita libenter confitetur, vt non ſolùm fateri, ſed
etiam profiteri videatur recuperatores?Conuo-
caui homines:coëgi : armaui:terrore mortis,ac
periculo capitis,ne accederes,obſtiti:ferro (in-
quit) ferro (& hoc dicit in iudicio) te reieci,
15 atque perterrui.Quid ? teſtes quid aiunt? P.*
Vetilius, propinquuus Æbutij, ſe Æbutio cum
armatis ſeruis veniſſe aduocatũ.Quid præterea?
fuiſse cõplureis armatos. Quid aliud? minatum
eſse Æbutiũ Cæcinæ.Quid ego de hoc teſte dicã
niſi hoc recuperatores, [c] vt idcirco non minùs
ei credatis,quòd homo minùs idoneus habetur:
ſed ideò credatis, quòd ex illa parte id dicit,
quod illi cauſæ maximè eſt alienum?|| A.Teren- 25
tius,alter teſtis, non modò Æbutium,ſed etiam
ſeipſum arguit.in Æbutium hoc dicit, armatos
homines fuiſſe : de ſe autem hoc prædicat, An-
tiocho,AEbutij ſeruo,imperaſſe,vt in Cæcinam
[d] aduenientem, cum ferro inuaderet. Quid lo-
quar amplius hoc de homine ? in quem ego di-
cere,cùm rogarer à Cæcina, numquam volui,ne
arguere illum rei capitalis viderer : de eo dubi-
to nunc, quomodo aut loquar,aut taceam, cùm 26
ipſe hoc de ſe iuratus prædicet.|| Deinde [e] L.Cæ-
lius nõ ſolùm AEbutium cum armatis dixit fuiſ
ſe cõpluribus, verùm etiam cum aduocatis per-
paucis eò veniſse Cæcinam. De hoc ego teſte
detraham:cui æquè,atque meo teſti,vt credatis,
poſtulo? P.Memmius ſecutus eſt, qui ſuum non
paruum beneficium commemorauit in amicos
Cæcinæ;quibus ſeſe viam per fratris ſui fundum
dediſſe dixi,quà effugere poſſent,cùm eſsẽt me-
tu omneis perterriti.Huic ego teſti gratias agã,
quòd & in re miſericordem ſe præbuit,& in te-
ſtimonio religioſum.|| A. Atilius, & eius filius 27
L. Atilius & armatos ibi fuiſse, & ſe ſuos ar-
matos adduxiſse dixerunt : etiam hoc amplius:
cùm

* al. Vettilius.

c L. vt ne id circo minùs ei cr.

d al.lib. ad ueniẽtẽ, ferro.

e al. L.Cœlius.

cùm Aebutius Cæcinæ malum minaretur, ibi tũ Cęcinam poſtulaſſe,vt moribus deductio fieret. Hoc idem P.Rutilius dixit, & eò libentiùs dixit,vt aliquo in iudicio eius teſtimonio creditũ putaretur.Duo præterea teſtes nihil dè vi, ſed de ipſa emtione fundi dixerunt: P. Ceſennius, *auctor fundi, non tam auctoritate graui, quã corpore:& argentarius Sex.Clodius,cui nomen eſt Phormio,nec minus * niger,nec minus confidens,quàm ille Terentianus eſt Phormio,[f] nihil de vi dixerunt,nihil præterea, quod ad ve-
28 ſtrum iudicium pertineret. || Decimo verò loco teſtis exſpectatus,& ad extremum reſeruatus dixit ſenator populi R.ſplendor ordinis, decus atque ornamentũ iudiciorũ, exemplar antiquæ religionis,Fidiculanius Falcula:qui cùm ita vehemens,acérque veniſſet, vt non modò Cæcinã periurio ſuo læderet, ſed etiam mihi videretur iraſci:ita eum placidum,mollémque reddidi,vt non auderet,ſicut meminiſtis iterũ dicere,quot millia fundus ſuus abeſſet ab vrbe.[16] Nam cùm dixiſſet[g] minùs abeſſe LIII. populus cũ riſu acclamauit,ipſa eſſe.meminerãt enim omnes,quã-
29 tum in Albiano iudicio[h] accepiſſet.|| In eũ quid dicám,niſi id,quod negare nõ poſſit? veniſſe in conſilium publicæ quęſtionis,cùm eius conſilij iudex non eſſet? & in eo conſilio, cùm cauſam non audiſſet,& poteſtas eſſet ampliandi,dixiſſe ſibi liquere?[i] dum incognita re iudicare voluiſſet, maluiſſe condemnare,quàm abſoluere? cũ, ſi vno minùs damnarent, condemnari reus non poſſet, non ad cognoſcendam cauſam, ſed ad explendam damnationem præſtò fuiſſe? Vtrùm grauiùs aliquid in quempiam dici poteſt, quàm ad hominem condemnandum, quem numquam vidiſſet, neque audiſſet, adductum pretio eſſe? An certius quidquam obiici poteſt, quàm quod is, cui obiicitur, nę nutu quidem infir-
30 mare conatur? || Verumtamen is teſtis,vt facilè

* al. auctionator.

* nigro colore histriones paraſitos agebãt in ſcena.

f L. de vi nihil dixerunt.

g L. minus abeſſe xl. CIↃ.

h L. cepiſſet.

i L.cùm incognita re iud,

Digitized by Google

intelligeretis,[17] cum non[k] adfuiſſe animo,cùm ab illis cauſa ageretur, teſtéſque dicerent, ſed tantiſper de aliquo reo cogitaſſe: cùm omnes ante eum dixiſſent teſtes,armatos cum Aebutio fuiſſe complureis: ſolus dixit non fuiſſe. Viſus eſt mihi primò veterator intelligere præclarè, quid cauſa optaret:&tantummodò errare,quod omneis teſteis infirmaret, qui ante eum dixiſſent:cùm ſubitò ecce idem,qui ſolet,ſuos ſolos ſeruos armatos fuiſſe dixit. [l] Quid huic tu homini facias?nónne concedas interdum,vt excuſatione ſummæ ſtultitiæ, ſummæ improbitatis odium deprecetur? || Vtrùm recuperatores, his 31
teſtibus non crediditis,cùm,quid liqueret,non habuiſtis?At controuerſia non erat,quin verum dicerent.An in coacta multitudine, in armis,in telis,in pręſenti metu mortis,perſpicuo periculo cædis,[m] dubium vobis fuit,an eſſe vis aliqua videretur,nécne? Quibus igitur in rebus vis intelligi poteſt,ſi in his non intelligetur? An verò illa defenſio vobis præclara viſa eſt? Nõ deieci,ſed obſtiti. non enim te ſum paſſus in fundum ingredi: ſed armatos homines appoſui: vt intelligeres,ſi in fundo pedem poſuiſſes, ſtatim tibi eſſe pereundum. Quid ais?is,qui armis perterritus, fugatus, pulſus eſt,nõ videtur eſſe deiectus?|| Poſterius de verbo videbimus:nũc rem 32
ipſam ponamus,quam illi non negant: [n] & eius rei ius,actionémque quęramus.Eſt hęc res poſita, quæ ab aduerſario non negatur: Cæcinam, [o] cùm ad conſtitutam diem tempúſq; veniſſet, [18] vt ius ac deductio morib. fieret,pulſum, prohibitúmque eſſe vi,coactis hominibus,& armatis. Cùm hoc conſtet, ego homo imperitus iuris, ignarus negotiorum ac litium, hanc puto me habere actionem,vt per interdictum, meum ius teneam,atque iniuriam tuam perſequar. Fac in hoc errare me, nec vllo modo poſſe per hoc interdictum id aſſequi,quod velim.te vti in hac re

k L. afuiſſe.

l al. Quod hoc tu homine facias?

m L. dubiũ vobis fuit, eſſe vis vtrum aliqua v.

n v.c. & eius rei vim, actionémque.

o L. cùm ad conſtitutum diem, tempúſque veniſſet, v. vis, ac ded.

Digitized by Google

33 re magiſtro volo.|| Quæro,ſitne aliqua huius rei
actio,an nulla.conuocari homines propter poſ-
ſeſſionis controuerſiam nõ oportet:armari mul-
titudinem,iuris retinendi cauſa, non conuenit:
nec iuri quidquam tam inimicum,quam vis,nec
æquitati quidquam tam infeſtum eſt, quàm cõ-
uocati homines, & armati. Quod cum ita ſit,
réſque eiuſmodi ſit, vt in primis à magiſtratib.
animaduertenda eſſe videatur, iterum quæro,
ſitne eius rei aliqua actio, an nulla. nullam eſ-
ſe dices? audire cupio:qui in pace,& otio,cùm
manum fecerit, copias pararit, multitudinem
hominum coegerit, armarit, inſtruxerit, [p] ho-
mines inermeis, qui ad conſtitutum experiundi
iuris gratia veniſſent, armis, viris, terrore, pe-
34 riculóque mortis repulerit, fugarit, auerterit,
hoc dicat.|| Feci equidem, quæ dicis, omnia:&
ea ſunt & turbulenta,& temeraria, & periculo-
ſa. Quid ergo eſt? impunè feci. nam quid agas
mecum ex iure ciuili, ac prætorio, non habes.
Itáne verò,recuperatores?hoc vos audietis? &
apud vos dici patiemini ſæpius? cùm maiores
noſtri tanta diligentia,prudentiáque fuerint,vt
omnia omnium non modò tantarum rerum,ſed
etiam tenuiſſimarum iura ſtatuerint, [q] perſequu-
tique ſint:[19]vt hoc genus vnum, vel maximum
prætermitterent, vt, ſiqui me exire domo mea
coegiſſent armis, haberem actionem: ſiqui in-
troire prohibuiſſent, non haberem? Nondũ de
Cæcinæ cauſa diſputo, nondum de iure poſſeſ-
35 ſionis noſtrę loquor.tantùm de tua defenſione,
C.Piſo, queror.|| Quando ita dicis, & ita con-
ſtituis, Si Cæcina, cùm in fundo eſſet, inde
deiectus eſſet, tum per hoc interdictum eum
reſtitui oportuiſſe: nunc verò deiectum nul-
lo modo eſſe inde, vbi non fuerit: hoc in-
terdicto nihil nos aſſecutos eſſe: quæro, ſi te
hodie domum tuam redeuntem coacti homi-
nis,& armati,non modò limine, tectóque ædiũ

p al. homines inermes.

q L. perſecutiq; ſint, hoc gen. vn.

k L. afuiſſe.

intelligeretis,[17] cum non [k] adfuiſſe animo,cùm ab illis cauſa ageretur, teſtéſque dicerent, ſed tantiſper de aliquo reo cogitaſſe: cùm omnes ante eum dixiſſent teſtes,armatos cum Aebutio fuiſſe complureis: ſolus dixit non fuiſſe. Viſus eſt mihi primò veterator intelligere præclarè, quid cauſa optaret:&tantummodò errare,quod omneis teſteis infirmaret, qui ante eum dixiſſent:cùm ſubitò ecce idem,qui ſolet,ſuos ſolos

l al. Quod hoc tu homine facias?

ſeruos armatos fuiſſe dixit. [l] Quid huic tu homini facias?nónne concedas interdum,vt excuſatione ſummæ ſtultitiæ, ſummæ improbitatis odium deprecetur? || Vtrùm recuperatores, his 31 teſtibus non credidiſtis,cùm,quid liqueret,non habuiſtis?At controuerſia non erat,quin verum dicerent.An in coacta multitudine, in armis,in telis,in præſenti metu mortis,perſpicuo pericu-

m L. dubiũ vobis fuit, eſſe vis vtrum aliqua v.

lo cædis,[m] dubium vobis fuit,an eſſe vis aliqua videretur,nécne? Quibus igitur in rebus vis intelligi poteſt,ſi in his non intelligetur? An verò illa defenſio vobis præclara viſa eſt? Nõ deieci,ſed obſtiti. non enim te ſum paſſus in fundum ingredi: ſed armatos homines appoſui: vt intelligeres,ſi in fundo pedem poſuiſſes, ſtatim tibi eſſe pereundum. Quid ais?is, qui armis perterritus, fugatus, pulſus eſt,nõ videtur eſſe deiectus?|| Poſterius de verbo videbimus:nũc rem 32

n v.c. & eius rei vim, actionémque.
o L. cùm ad conſtitutum diem, tempúſque veniſſet, v. vis, ac ded.

ipſam ponamus,quam illi non negant: [n] & eius rei ius,actionémque quæramus.Eſt hæc res poſita, quæ ab aduerſario non negatur: Cæcinam, [o] cùm ad conſtitutam diem tempúſq; veniſſet, [18] vt ius ac deductio morib. fieret,pulſum, prohibitúmque eſſe vi,coactis hominibus,& armatis. Cùm hoc conſtet, ego homo imperitus iuris, ignarus negotiorum ac litium, hanc puto me habere actionem,vt per interdictum, meum ius teneam,atque iniuriam tuam perſequar. Fac in hoc errare me, nec vllo modo poſſe per hoc interdictum id aſſequi,quod velim.te vti in hac

re

Digitized by Google

33 re magiſtro volo.|| Quęro, ſitne aliqua huius rei actio, an nulla. conuocari homines propter poſſeſſionis controuerſiam nō oportet: armari multitudinem, iuris retinendi cauſa, non conuenit: nec iuri quidquam tam inimicum, quam vis, nec æquitati quidquam tam infeſtum eſt, quàm cōuocati homines, & armati. Quod cùm ita ſit, réſque eiuſmodi ſit, vt in primis à magiſtratib. animaduertenda eſſe videatur, iterum quæro, ſitne eius rei aliqua actio, an nulla. nullam eſſe dices? audire cupio: qui in pace, & otio, cùm manum fecerit, copias pararit, multitudinem hominum coegerit, armarit, inſtruxerit, [p] homines inermeis, qui ad conſtitutum experiundi iuris gratia veniſſent, armis, viris, terrore, pe-
34 riculóque mortis repulerit, fugarit, auerterit, hoc dicat. || Feci equidem, quæ dicis, omnia: & ea ſunt & turbulenta, & temeraria, & periculoſa. Quid ergo eſt? impunè feci. nam quid agas mecum ex iure ciuili, ac prætorio, non habes. Itáne verò, recuperatores? hoc vos audietis? & apud vos dici patiemini ſæpius? cùm maiores noſtri tanta diligentia, prudentiáque fuerint, vt omnia omnium non modò tantarum rerum, ſed etiam tenuiſſimarum iura ſtatuerint, [q] perſequutique ſint: [19] vt hoc genus vnum, vel maximum prætermitterent, vt, ſiqui me exire domo mea coegiſſent armis, haberem actionem: ſiqui introire prohibuiſſent, non haberem? Nondū de Cæcinæ cauſa diſputo, nondum de iure poſſeſ-
35 ſionis noſtrę loquor. tantùm de tua defenſione, C. Piſo, queror. || Quando ita dicis, & ita conſtituis, Si Cæcina, cùm in fundo eſſet, inde deiectus eſſet, tum per hoc interdictum eum reſtitui oportuiſſe: nunc verò deiectum nullo modo eſſe inde, vbi non fuerit: hoc interdicto nihil nos aſſecutos eſſe: quæro, ſi te hodie domum tuam redeuntem coacti hominis, & armati, non modò limine, tectóque ædiū

p al. homines inermes.

q L. perſecutiq; ſint, hoc gen. vn.

Digitized by Google

tuarũ,ſed primo aditu, veſtibulóque prohibuerint,quid acturus ſis. Monet amicus meus te, L. Calpurnius, vt idem dicas, quod ipſe antea dixit, iniuriarum. Quid? ad cauſam poſſeſſionis: quid?ad reſtituendum eum,quem oporteret reſtitui:[20] [r] quid denique? ad ius ciuile aut ad actoris notionem, & animaduerſionem, ages iniuriarum?Plus tibi ego largiar. non ſolùm egeris, verùm etiam condemnaris licet: numquid magis poſſidebis? actio enim iniuriarum nõ ius poſſeſſionis aſſequitur, ſed dolorem imminutæ libertatis,iudicio,pœnáq; mitigat.|| Prætor in- 36
terea,Piſo,tanta de re tacebit? quemadmodum te reſtituat in ædeis tuas non habebit? Qui dies totos aut vim fieri vetat,aut reſtitui factam iubet:qui de foſſis,de cloacis,de minimis aquarũ, itinerúmque controuerſiis interdicit,is repentè obmuteſcet?in atrociſſima re quid faciat, non habebit?[s] &C.Piſone domo,tectíſque ſuis prohibito,prohibito, inquã, per homines coactos, & armatos, prætor queadmodum more, & exẽplo opitulari poſſit,nõ habebit? Quid enim dicet?aut quid tu, tam inſigni accepta iniuria poſtulabis?Vnde vi prohibitus ſis, nemo vmquam interdixit.nouum eſt,nõ dico inuſitatum,verùm omnino inauditum.Vnde deiectus? quid proficies, cùm illi hoc reſpondebunt tibi, quod tu nunc mihi:armatos ſe tibi obſtitiſſe,ne in ędeis accederes: deiici porrò nullo modo potuiſſe, [t] qui nõ acceſſerit?|| Deiicior ego,inquis, ſiquis 37
meorũ deiicitur.Omnino[21] iã bene agis.à verbis enim recedis,& æquitate vteris.nã verba ipſa ſi ſequi volumus,quomodo tu deiiceris,cũ ſeruus tuus deiicitur.Verùm ita eſt,vti dicis.te deiectũ debeo intelligere,etiãſi tactus non fueris. nónne?Age nũc,* ſi ne quidem tuorũ quiſquã loco motus erit,atq; omneis in ædibus adſeruati, ac retẽti:tu ſolus prohibitus,& à tuis ædib.[22] [u] vi, atque armis perterritus: vtrùm hanc rationem

ha

r L. quid denique ad ius ciuile, ages iniuriarum? Plus t.

s L & C.Piſoni domo, t.

t L. qui nõ acceſſeris? Deiicior ego,inquis, ſiquis meorum deiicitur, omnino Iam b. a.

* Sic Vlp. Seruo procuratore, colono deiectis ipſe dominus deiici videtur l. 1. §. quod ſeruus. 22. ff. de vi & vi armata.

* L. ſi ne tuorum quidẽ quiſquam.

v L. vi,atq; armis perterritus.

Digitized by Google

habebis, qua nos vſi ſumus, an aliam quampiã, an omnino nullam? nullam eſſe actionem dicere in re tam inſigni, támque atroci, neque prudentiæ, neq; auctoritatis tuæ eſt. alia ſiqua fortè eſt, quæ nos fugerit, dic, quæ ſit. cupio dicere.
38 ||Hæc ſi eſt, qua nos vſi ſumus: te iudice, vincamus neceſſe eſt. non enim vereor, ne hoc dicas, in eadem cauſa, eodem interdicto, te oportere reſtitui, Cæcinã non oportere. Etenim cui perſpicuum non ſit, ad incertum reuocari bona, fortunas, poſſeſſiones omnium, ſi vlla ex parte ſententia huius interdicti [x] diminuta, aut infirmata ſit? [y] ſi auctoritate virorum taliũ, [23] ius armatorum hominum, iudicio approbatum videatur: in quo iudicio non de armis dubitatum, ſed de verbis quæſitum eſſe dicatur? Is ne apud vos obtinebit cauſam ſuam, qui ſe ita defenderit? Eieci ego te armatis hominibus, nõ deieci. vt tãtũ facinus non in æquitate defenſionis, ſed in
39 vna litera latuiſſe videatur? ||huiuſce rei vos ſtatuetis nullam eſſe actionem, nulli experiundi ius conſtitutum, [24] quòd * obſtiterit armatis hominibus? [z] qui multitudine coacta, non introitu, ſed omninò aditu quempiam prohibuerit? Quid ergo? [25] hoc,

* EIECI EGO TE, NON DEIECI,

* quam habet vim? [a] vt illa res aliquid aliqua ex parte differre videatur, vtrùm, pedẽ cùm intulero, atque in poſſeſſionẽ veſtigium fecero, tum expellar, atque deiiciar: [b] an quum eadem vi, atque iiſdem armis mihi antè occurratur, ne non modò intrare, verùm etiam adſpicere, aut adſpirare poſſim? [26] * Qui hoc ab illo differt? vt ille cogatur reſtituere, qui ingreſſum expulerit: ille, qui ingredientem repulerit, non cogatur?
40 ||Videte, per deos immortaleis, quod ius nobis, quã conditionem vobiſmetipſis, quã deniq; ciuitati legem conſtituere velitis. Huiuſce generis vna eſt actio per hoc interdictum, quo nos

x L. deminuta.
y L. ſi auctoritate taliũ virorum, vis armatorum h. iud. approbata vid.
* al. obſtiterint.
z L. quòd multitudine c.
a L. vt illa res aliquid aliqua ex parte differre videantur. Pant. in ipſa re aliis quid cum aliqua ex parte. al. res aliqua ex parte.
b L. an eum eadem vi, atque eiſd. al. lib. an in eadẽ vi, atque in eiſd.
* al. Quid.

Digitized by Google

vſi ſumus, conſtituta. ea ſi nihil valet, aut ſi ad hanc rem non pertinet: quid negligentius, aut quid ſtultius maioribus noſtris dici poteſt, qui aut tantæ rei prætermiſerint actionem: aut eam conſtituerint, quæ nequaquam ſatis verbis cauſam, & rationem iuris amplecteretur? Periculoſum eſt diſſolui hoc interdictum: captioſum eſt omnibus, rem vllam conſtitui eiuſmodi, quæ, cùm armis geſta ſit, reſcindi iure non poſſit. verumtamen eſt turpiſſimum illud, tantæ ſtultitię prudentiſſimos homines [c] condemnari, vt vos iudicetis, huius rei interdictum, atque actionẽ in mentẽ maiorib. noſtris non veniſſe. || Queramur, inquit, licet: tamen hoc interdicto Aebutius non tenetur. Quid ita?27 [d] Quòd vis Cæcinæ facta non eſt. Dici in hac cauſa poteſt, vbi arma fuerint, vbi coacta hominum multitudo, vbi inſtructi, & certis locis cum ferro homines collocati, vbi minæ, pericula, terroréſque mortis, ibi vim nõ fuiſſe? Nemo, inquit, occiſus eſt, neque ſaucius. quid ais? cùm de poſſeſſionis cõtrouerſia, & de priuatorũ hominum contentione iuris loquamur, tu vim negabis eſſe factam, ſi cædes, & occiſio facta non erit? Ego exercitus maximos, ſæpe pulſos, & fugatos eſſe dico, terrore ipſo impetúque hoſtium, ſine cuiuſquam non modò morte, verùm etiam vulnere. || Etenim, recuperatores, non ea ſola vis eſt, quæ ad corpus noſtrum, vitámque peruenit, ſed etiam multò maior ea, quæ, periculo mortis [e] iniecto, formidine animũ perterritum, loco ſæpe & certo de ſtatu [f] dimouet. Itaque ſaucij ſæpe homines, cùm corpore debilitantur, animo tamẽ non cedunt, neq; eum relinquunt locum, quem ſtatuerint defendere. At alij pelluntur integri: vt non dubium ſit, quin maior adhibita vis ei ſit, cuius animus ſit perterritus, quã illi, cuius corpus vulneratum ſit. || Quòd ſi vi pulſos dicimus exercitus eſſe eos, qui metu, ac tenui ſępe ſuſpicione periculi fugerunt: &, ſi non ſolùm impul-

41 (at "Queramur"), 42 (at "Etenim"), 43 (at "Quòd ſi")

c al. condẽnare.

d L. Quia vis C. al. Quid.

e for. illato

f L. demouet.

ſu ſcutorum,neque conflictu corporum , neque ictu comminus,neque coniectione telorum:ſed ſæpe clamore ipſo militum , aut [g] inſtructione, g παρα-adſpectúq; ſignorum magnas copias pulſas eſ- τάξει. ſe,& vidimus,& audiuimus:quę vis in bello appellatur,ea in otio non appellabitur? & , quod vehemẽs in re militari putatur , id leue in iure ciuili iudicabitur ? &, quod exercitus armatos mouet,id aduocationem togatorum non videbitur mouiſſe ? & vulnus corporis magis iſtam vim,quàm terror animi declarabit? & ſauciatio quæretur,cùm fugã factam eſſe cõſtabit?||

44 Tuus enim teſtis hoc dixit,[h] metu perterritis noſtris h fort. ſe aduocatis,locũ, quà effugerent , demonſtraſſe. metu. Qui non modò vt fugerent, ſed etiam ipſius fugæ,tãtã viã quæſierũt,his vis adhibita nõ videbitur? [i] Quid igitur fugiebant?propter metum. i L. Quur Quid metuebant? vim videlicet.Poteſtis igitur igitur fugie principia negare,cũ extrem'a cõcedetis? Fugiſſe bant? perterritos cõfitemini:cauſã fugæ dicitis eãdẽ, quã omnes intelligimus,arma,multitudinẽ hominũ,incurſionẽ,[k] atq; impetũ armorũ:hæc vbi k L. atque cõcedũtur eſſe facta:ibi vis facta negabitur?|| impetum armatorũ. hæc vbi c.

45 At verò hoc quidẽ iã vetus eſt,& maiorũ exemplo multis in rebus vſitatũ : cùm ad vim faciendam veniretur, ſiquos armatos quãuis procul cõſpexiſſet, vt ſtatim teſtificati diſcederent , optimè ſpõſionẽ facere poſſet,NI ADVERSVS EDICTVM PRAETORIS VIS FACTA ESSET.Itáne verò?ſcire eſſe armatos,ſatis eſt, vt vim factam probes : in manus eorũ incidere,nõ eſt ſatis? adſpectus armatorum ad vim probandam valebit : incurſus & impetus non valebit : qui abierit , faciliùs ſibi vim factam probabit , quàm qui effugerit ?||

46 At ego dico hoc:[l] ſi,vt primò in caſtello Cæcinæ dixit Aebutius,ſe homines coegiſſe, & armaſſe : neque illum,ſi eò acceſſiſſet,abiturum : ſtatim Cæcina diſceſſiſſet : dubitare vos non debuiſſe , quin Cæcinæ facta vis eſſet. l L.ſi, vt primùm in c.

ſi verò,ſimulac procul cõſpexit armatos, receſſiſſet:eo minùs dubitaretis.*omnis enim vis eſt, quæ periculo aut decedere nos alicunde cogit, [m] aut prohibet accedere. Quòd ſi aliter ſtatuetis:videte,ne hoc vos ſtatuatis, qui viu9 diſceſſerit,ei vim non eſſe factam:ne hoc omnibus,in poſſeſſionum controuerſiis,præſcribatis, vt cõfligendum ſibi,& armis decertandum putẽt:ne, quemadmodum in bello, pœna ignauis ab imperatoribus conſtituitur,ſic in iudiciis deterior cauſa ſit eorum qui fugerint, quàm qui ad extremum vſque contenderint. || Cùm de iure, & 47
legitimis hominum controuerſiis loquimur, & in his rebus vim nominamus, pertenuis vis intelligi debet. Vidi armatos, quamuis paucos: magna vis eſt. deceſſi vnius hominis telo perterritus: deiectus, detruſúſque ſum. Hoc ſi ita ſtatuetis,nõ modò nõ erit, cur depugnare quiſquam poſthac,poſſeſſionis cauſa velit: ſed ne illud quidem,cur repugnare. Sin autem vim ſine cæde, ſine vulneratione, ſine ſanguine nullam intelligetis: ſtatuetis, homines poſſeſſionis cupidiores,quàm vitæ eſſe oportere.||Age verò,de 48
vi te ipſum habebo iudicem.Aebuti, reſponde, ſi tibi videtur. In fundum Cæcina vtrùm noluit tandem,an non potuit accedere? 28 cùm te obſtitiſſe, [n] & repudiaſſe dicis, certè hunc voluiſſe concedis. Potes igitur dicere, non ei vim fuiſſe impedimento,cui,cùm cuperet,eóq; conſilio veniſſet, per homines coactos non ſit licitum accedere? Si enim id, quod maximè voluit, nullo modo potuit: vis profectò quædam obſtiterit neceſſe eſt: aut tu dic, quamobrem, cùm vellet accedere non acceſſerit. || Iam vim 49
factam negare non potes. deiectus quemadmodum ſit,qui non acceſſerit, id quæritur.[o] dimoueri enim,& depelli de loco neceſſe eſt eũ, qui deiiciatur,id autem accidere ei quî poteſt, qui omnino in eo loco,vnde ſe deiectum eſſe dicit,

num

* al. omninò.

b L. aut aliquo prohibet accedere. & ita v. c.

n L. & repugnaſſe d. Pantag. repuliſſe.

o L. demoueri.

Digitized by Google

numquam fuit?[p] Quòd ſi fuiſſet, & ex eo loco metu permotus, fugiſſet, cùm armatos[q] vidiſſet: diceréſne eſſe deiectum? Opinor. An tu, qui tam diligenter, & tam callidè verbis controuerſias, non æquitate diiudicas: & iura non vtilitate cõmuni, ſed literis exprimis: poteriſne dicere, deiectum eſſe eum, qui tactus non erit? Quid detruſum dices? nam eo verbo antea prætores in hoc interdicto vti ſolebant. Quid ais? poteſtne detrudi quiſquam, qui non attingitur? nónne, ſi verbum ſequi volumus, hoc intelligamus neceſſe eſt, eũ detrudi, cui manus afferantur? neceſſe eſt, inquàm, ſi ad verbum rem volumus * attingere, 29 [r] neminem ſtatu detruſum, qui nõ adhibita vi, manu demotus, & actus præceps intel-

p L. Quid ſi fuiſſet, & ex eo.
q L. vidiſſet?
* al. aſtringere. al. adiungere.
r L. neminem ſtatui detruſum, qui n.

50 ligatur. || Deiectꝰ verò qui poteſt eſſe quiſquam, niſi in inferiorem locum de ſuperiore motus? poteſt pulſus, fugatus, eiectus deniq;: illud verò nullo modo poteſt, deiectus eſſe quiſquam, non modò qui tactus non ſit, ſed ne æquo quidem, & plano loco.[s] Quid ergo? hoc interdictum putamus eorum eſſe cauſa compoſitũ, qui ſe præcipitatos ex locis ſuperioribus dicerent? eos enim verè poſſumus dicere eſſe deiectos. an nõ, cùm voluntas, & conſiliũ, & ſententia interdicti intelligatur, impudentiam ſummam, aut ſtultitiã ſingularem putabimus, in verborum errore verſari: rem, & cauſam, & vtilitatem cõmunem non

s L. Quid? ergo hoc int.

51 relinquere ſolũ, ſed etiã prodere? || An hoc dubiũ eſt, quin neq; verborum tanta copia ſit, non modò in noſtra lingua quæ dicitur eſſe inops: ſed ne in alia quidẽ vlla, res vt omnes ſuis certis, ac propriis vocabulis nominentur? neq; verò quidquã opus ſit verbis, cũ ea res, cuius cauſa verba quæſita ſint, intelligatur? Quæ lex, quod ſenatuſconſultum, quod magiſtratus edictum, quod fœdus, aut pactio, quod (vt ad priuatas res redam) teſtamentum: quæ iudicia, aut ſtipulationes, [t] aut pacti & conuenti formula non

t L. aut pacti conuenti formula.

infirmari,aut conuelli poteſt, ſi ad verba rē deflectere velimus: conſilium autem eorum, qui ſcripſerunt,& rationem, & auctoritatem relinquam[29]? Sermo mehercule & familiaris,&quo- 52
tidianus non cohærebit: ſi verba inter nos aucupabimur. denique imperium domeſticū nullum erit, ſi ſeruulis hoc noſtris conceſſerimus, vt ad verba nobis obediant:non ad id, quod ex verbis intelligi poſſit, obtemperent. Exemplis nunc vti videlicet, mihi neceſſé eſt harum rerum omnium? non occurrit vnicuique veſtrûm aliud alij in omni genere exemplum, quod teſtimonio ſit,non ex* verbis totum pendere ius, ſed verba ſeruire hominum conſiliis, & auctoritatibus? Ornatè,& copioſè L.Craſſus, homo 53
longè eloquentiſſimus,paulò antè,quàm nos in forū venimus,iudicio centumuirali hanc ſentētiam defendit,& facilè,cùm contra eum prudētiſſimus homo,Qu.Mucius,diceret,probauit,omnib⁹,[u] M.Curiū,qui heres inſtitutus eſſet,ita, mortuo poſthumo filio:cùm filius nō modò nō mortuus,ſed ne natus quidē eſſet,heredem eſſe oportere.Quid?verbis ſatis hoc cautū erat?minimè.quæ res igitur valuit?voluntas. quæ ſi tacitis nobis intelligi poſſet: verbis omnino non vteremur. quia non poteſt: verba reperta ſunt, non quæ impedirēt,ſed quæ indicarent volūtatē.[30] Lex vſum, & auctoritatē fundi iubet eſſe 54
biennium. At vtimur eodē iure in ædibus, quæ in lege non appellantur.Si via ſit immunita,iubet,quà velit,agere iumentū.poteſt hoc ex verbis intelligi,licere, ſi via ſit in Brutiis immunita,agere, ſi velit iumentum per M. Scauri Tuſculanum.[31] Actio eſt in [x] actorem præſentē his verbis, QVANDOQVIDEM TE IN IVRE CONSPICIO. Hac actione Appius ille Cæcus vti non poſſet, [y] ſi tam verè homines verba conſectarentur, quàm rem, cuius cauſa verba ſunt, non conſiderarent. Teſtamento ſi recitatus heres

eſſet:

* XII. tabularum.

u L. M'. Curium.

x L.auctorem.

y al. ſi tam ſeuerè.

Digitized by Google

eſſet pupillus Cornelius,iſq; iam annos xx.ha-
beret:vobis interpretib.amitteret hereditatem.
55 ||Veniunt in mentem mihi permulta:vobis plu-
ra,certò ſcio. verùm , ne nimiū multa comple-
ctamur,atque ab eo,quod propoſitum eſt , lon-
giùs aberret oratio:hoc ipſum interdictum , de
quo agitur,cōſideremus.Intelligitis enim in eo
ipſo,ſi in verbis ius conſtituamus,omnem vtili-
tatem nos huius interdicti,dum verſuti,&calli-
di volumus eſſe, amiſſuros. VNDE TV, AVT FA-
MILIA,AVT PROCVRATOR TVVS. Si me villicus
tuus ſolus deieciſſet: non familia deieciſſet , vt
opinor,ſed aliquis de familia.Rectè igitur dice
res te reſtituiſſe?quippe.Quid enim facilius eſt,
quàm probari iis,qui Latinè ſciant, in vno ſer-
uulo familiæ nomen non valere? Si verò ne ha-
beas quidem ſeruum, præter eum , qui me deie-
cerit:clames videlicet,Si habeo familiam, à fa-
milia mea fateor te eſſe deiectū. neque dubium
eſt, quin, ſi ad rem iudicandam verbo ducimur,
non re:familiā intelligamꝰ,quæ conſtet ex ſer-
uis pluribus : quin vnus homo , familia non ſit.
verbū certè,hoc nō modò poſtulat,ſed etiā co-
56 git.||At verò ratio iuris,interdictiq; vis, & præ-
torū voluntas,& hominū prudentiū conſilium,
& auctoritas,reſpuat hāc defenſionē, & pro ni-
hilo putet.Quid ergo?Iſti homines Latinè non
loquūtur?immò verò tantū loquuntur , quantū
eſt ſatis ad intelligendam voluntatē:[z] cùm ſibi
hoc:[z]propoſuerint,vt ſiue me tu deieceris, ſiue
tuorū quiſpiam,ſiue ſeruorum,ſiue amicorū, vt
ſeruos nō numero diſtinguant,ſed appellent v-
57 no familiæ nomine : || de liberis autem quiſ-
quis eſt,procuratoris nomine appelletur:[a] non
quò omnes ſint , aut appellentur procuratores,
qui negotij noſtri aliquid gerant : [b] ſed in hac
re, cognita ſententia interdicti , verba exquiri
omnia noluerunt. Non enim alia cauſa eſt æ-
quitatis in vno ſeruo , & in pluribus : non
alia

z L. cùm ſibi hoc propoſuerint, vt me reſtituas, ſiue tu deieceris , ſiue t.quiſp. ſiue ſeruor. &c.

a al.non quòd.

b fort. ſed quia in hac re,cogn.

alia ratio iuris in hoc genere duntaxat, vtrū me tuus procurator deiecerit is, qui legitimè procurator dicitur omniū rerum eius, qui in Italia non ſit, absitne reip. cauſa, quaſi quidam pæne dominus, hoc eſt, alieni iuris vicarius: [c] aut tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quiuis, qui illam vim, deiectionémq; tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit.|| Quare, ſi ad eū 58
reſtituēdum, qui vi deiectus eſt: eādem vim habet æquitatis ratio: ea intellecta, certè nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis ſit, ac nominū. Tam reſtitues, ſi tuus me libertus deiecerit, nulli tuo præpoſitus negotio, quàm ſi procurator deiecerit: [d] nō quò omnes ſint procuratores, qui aliquid noſtri negotij gerunt: ſed quòd in hac re quæri nihil [e] attinet. Tū reſtitues, ſi vnus ſeruulus, quàm ſi familia deiecerit vniuerſa: [f] non quò idē ſit ſeruulus, quod familia: verū quia nō, quibus verbis quidque dicatur, quæritur, ſed quæ res agatur. [g] Etiam vt iam longiùs à verbo recedamus, ab æquitate ne tantulum quidem: ſi tuus ſeruus nullus fuerit, [h] & omnes alieni, [i] ac mercenarij: tamen & ipſi, tuæ familię & genere, & nomine continebuntur.|| Perge porrò hoc idem interdictum ſequi, * HOMINIBVS COACTIS. Neminem coëgeris: ipſi conuenerint ſua ſponte. certè cogit is, qui congregat homines, & conuocat. coacti ſunt ij, qui ab aliquo ſunt vnum in locum congregati. Si non modò conuocati non ſunt, ſed ne conuenerunt quidem: ſed ij modò fuerunt, qui etiam antea, non, vis vt fieret, verùm colendi, aut paſcendi cauſa, eſſe in agro conſueuerant: defendes homines coactos non fuiſſe: & verbo quidem ſuperabis, me ipſo iudice: re autem, ne conſiſtes quidem vllo iudice. Vim enim multitudinis * reſtitui voluerunt, non ſolùm conuocatæ multitudinis: ſed, quia plerumque, vbi multitudine opus eſt, homines cogi ſolent, ideò de coactis compoſitum

59

c L. an tuus colon.

d L. non quod omnes.

e L. attineat.

f al. non quòd.

g L. Et, vt etiam longius à verbo reced.

h L. ſed omnes alieni.

i v. c. ac mercennarij:

* Homines coacti qui dicantur.

* Pantag. reſpici.

tum

tum interdictum eſt: quod , etiam ſi verbo differre videbitur,re tamen erit vnum,& omnibus in cauſis idem valebit,in quib. perſpicitur vna,
60 atque eadem cauſa æquitatis. || [k] ARMATISVE. Quid dicemus? armatos , ſi Latinè loqui volumus,quos appellare verè poſſumus?opinor eos, qui ſcutis,teliſque parati,ornatique ſunt.Quid igitur?ſi glæbis, aut ſaxis, aut fuſtibus aliquem de fundo præcipitem egeris:iuſſuſque ſis, quem hominibus armatis deieceris, reſtituere : reſtituiſſe te dices?Verba ſi valent : ſi cauſæ non ratione,ſed vocibus ponderantur: me auctore dicito.vinces profectò,nõ fuiſſe armatos eos, qui ſaxa iacerent,quæ de terra ipſi tollerent:nõ eſſe arma cæſpites, neque glæbas: non fuiſſe armatos eos, qui prætereuntes ramum defringerent arboris : arma eſſe ſuis nominibus , alia ad tegendum,alia ad nocendum: quæ qui nõ habue-
61 rint,eos inermeis fuiſſe vinces.|| Verùm ſiquidẽ erit armorum iudicium:tum iſta dicito.iuris iudicium cùm erit , & æquitatis : caue in iſta tam frigida,tam ieiuna [l] calumnia deliteſcas. non enim reperies quemquam iudicem,aut recuperatorem,qui tanquam ſi arma militis [m] inſpiciũda ſint,ita probet armatum: [n] ſed perinde valebit, quaſi armatiſſimi fuerint , ſi reperientur ita parati fuiſſe,vt vim vitę,aut corpori potuerint af-
62 ferre.||Atque, vt magis intelligas , quàm verba nihil valeãt:Si tu ſolus, aut quiuis vnus cũ ſcuto,cum gladio impetum in me [o] feciſſet, atque ego ita deiectus eſſem: auderéſne dicere, interdictum eſſe de armatis hominibus:hic autẽ hominem armatum vnum fuiſſe? Non,opinor,tam impudens eſſes. Atqui vide , ne multò nunc ſis impudentior : nam tum quidem omneis mortaleis implorare poſſes,quòd homines in tuo negotio Latinè loqui obliuiſcerentur. 55 [p] quòd inermes armarti iudicarentur:quòd, cùm interdictum eſſet de plurib.cõmiſſa res eſſet ab vno:

vnus

k al. ARMATISQVE.

l v.c.kalũnia.

m L. inſpicienda.

n L. ſed proinde valebit.

o L. feciſſes.

p L. quòd armatus armati iudicarentur:

vnus homo plures eſſe homines iudicarentur. || Verũ in his cauſis nõ verba veniũt in iudiciũ, 63
ſed ea res, cuius cauſa hæc verba in interdictum coniecta ſunt. Vim, quæ ad caput, & ad vitã pertinet, reſtitui ſine vlla exceptione voluerunt. Ea fit plerumque per homines coactos, armatóſque: quæ ſi alio conſilio, eodem periculo facta ſit: eodem iure eſſe voluerunt. non enim maior eſt iniuria, ſi tua familia, quàm ſi tuus villicus: non ſi tui ſerui, quàm ſi alieni, [q] ac mercenarij non, ſi tuus procurator, quàm ſi vicinus, aut libertus tuus: non, ſi coactis hominibus, quàm ſi volũtariis, aut etiam aſſiduis, ac domeſticis: nõ, ſi armatis, quàm ſi inermibus, quæ vim haberent armatorum ad nocendũ: non, ſi pluribus, quàm ſi vno armato. Quibus enim rebus plerumq; vis fit, eiuſmodi hæ res appellantur interdicto. ſi per alias res eadem facta vis eſt: ea, tametſi verbis interdicti non concluditur, tamen ſententia iuris, atque auctoritate [r] retinetur. || Venio nunc 64
ad illud tuũ: NON DEIECI, ſi non ſiui accedere. Puto te ipſum, Piſo, perſpicere, quanto iſta ſit anguſtior, 34 * iniquiórq; defenſio, quàm ſi illa vterêre: Non fuerunt armati: cum fuſtib. & ſaxis fuerunt. Si mehercule mihi, non copioſo homini ad dicendum, optio detur, vtrum malim defendere, non eſſe deiectum eum, cui vi & armis ingredienti ſit occurſum: an, armatos non fuiſſe eos, qui ſine ſcutis, ac ſine ferro fuerint: omnino ad probandũ, vtramq; rem videam infirmã, nugatoriámq; eſſe: ad dicendum autem, in altera videar mihi aliquid reperire poſſe, non fuiſſe armatos eos, qui neque ferri quidquam, neque ſcutum vllum habuerint: hîc verò hæream, ſi mihi defendendum ſit, eum, qui pulſus, fugatúſque ſit, non eſſe deiectum. || Atque illud in 65
tota defenſione tua mihi maximè mirum videbatur, te dicere, iuriſconſultorum auctoritati [s] obtemperari non oportere. Quod ego, tametſi

q v.c. ac mercennarij.

r for. continetur.

* al. inaniórque.

s L. obtemperare non op.

metſi non nunc primùm, neque in hac cauſa ſolùm audio, tamen admodum mirabar, abs te quã ob rem diceretur. nam ceteri tum[t] ad iſtã hortationem decurrunt, cùm ſe in cauſa putant habere æquum, & bonum, quod defendant. ſi contrà verbis & literis, & (vt dici ſolet) ſummo iure contenditur, [u] ſolent eiuſmodi iniquitati & boni, & æqui nomen, dignitatemque opponere: 35 Tũ illud, [x] quod dicitur, * VTI LINGVA NVNCVPASSIT, * irrident: tum aucupia verborum, & literarũ tendiculas in inuidiam vocãt: tum vociferantur, ex æquo & bono, nõ ex callido, verſutóque iure rẽ iudicari oportere: ſcriptũ ſequi, [y] calumniatoris eſſe: boni iudicis, voluntatem
66 ſcriptoris, auctoritatémque defendere. || In iſta verò cauſa, cũ tu ſis is, qui te verbo, literaq; defendas: cùm tuæ ſint hæ partes. 36 Vnde deiectus es? an inde, quò prohibit[9] es accedere? eiect[9] es, non deiectus. cùm tua ſit hæc oratio, Fateor, me homines coegiſſe: fateor, armaſſe: fateor, tibi mortem eſſe minitatum: fateor, hoc interdicto prætoris vindicari, ſi voluntas & æquitas valeat: ſed ego inuenio in interdicto verbũ vnum, vbi deliteſcam: non deieci te ex eo loco, quem in locum prohibui ne venires. In iſta defenſione accuſas eos, qui cõſuluntur, quòd æquitatis cẽ-
67 ſeant rationem, non verbi haberi oportere? || Et hoc loco Scæuulam dixiſti cauſam apud centumuiros[a] non tenuiſſe: quem ego antea commemoraui, [b] quòd idem faceret, quod tu nunc (tametſi ille in aliqua cauſa faciebat, tu in nulla facis) tamen probaſſe nemini quod defendit, quia verbis oppugnare æquitatem videbatur. Cùm id miror, te hoc in hac re, alieno tempore, & contrà, quàm iſta cauſa poſtulaſſet, defendiſſe: tum illud vulgò in iudiciis, & nonnumquam ab ingenioſis hominibus defendi, mihi mirum videri ſolet, nec iuriſconſultis concedi, nec ius ciuile in cauſis ſemper valere.

t L. ad iſtã orationem decurr.
v L. ſolent eiuſmodi iniquitati, boni, & æqui, nom. al. æqui & boni nom.
x lib. vul. habent, quod dicitur, ſummo iure, artident. al. quod dicitur, ſiue niue, vt alludat ad ſtipulationũ formulas, quas ferè ordiebantur à SI, SIVE, NI, NIVE.
y v.c. kalũniatoris eſſe:
a fort. non obtinuiſſe.
b L. cum idem faceret, quod

Digitized by Google

lere oportere.‖Nam qui hoc diſputant, ſi id di- 68
cunt,non rectè aliquid ſtatuere eos, qui conſu-
lantur: non hoc debent dicere, iuri ciuili, ſed
hominibus ſtultis, obtemperari non oportere.
ſin illos rectè reſpondere concedunt, & aliter
iudicari dicunt oportere:malè iudicari oporte-
re dicunt. neque enim fieri poteſt, vt aliud iu-
dicari de iure,aliud reſponderi oporteat:nec vt
quiſquã iuris numeretur peritus, qui id ſtatuat
eſſe ius,quod non oporteat iudicari. ‖ At eſt a- 69
liquando contrà iudicatum. Primùm vtrùm re-
ctè,an perperam? ſi rectè:id fuit ius, quod iudi-
catum eſt. ſin aliter:non dubium eſt, vtrùm iu-
dices, an iuriſconſulti vituperandi ſint. deinde
ſi de iure vario quippiam iudicatum eſt: nõ po-
tiùs contra iuriſconſultos ſtatuunt, ſi aliter
pronuntiatum eſt, ac Mucio placuit, quàm ex
eorum auctoritate,ſi, vt Manilius ſtatuebat, ſic
eſt iudicatum. Etenim ipſe Craſſus non ita cau-
ſam apud centumuiros egit,vt contra iuriſcon-
ſultos diceret,ſed vt hoc doceret, illud, quod
[c] Scæuola defendebat,non eſſe iuris : & in eam
rem non ſolùm rationes afferret, ſed etiam Qu.
Mucio, ſocero ſuo, multiſq; peritiſſimis homi-
nibus auctoribus vteretur. ‖ Nam qui ius ciui- 70
le contemnendum putat, is vincula reuellit
non modò iudiciorum, ſed etiam vtilitatis vi-
tæque communis. qui autem interpretes iuris
vituperat:ſi imperitos iuris eſſe dicit: de homi-
nibus,non de iure ciuili detrahit. ſin peritis nõ
putat eſſe obtemperandum:non homines lędit,
ſed leges, ac iura labefactat. Quod vobis veni-
re in mentem profectò neceſſe eſt : [d] nihil eſſe
in ciuitate tam diligenter, quàm ius ciuilę reti-
nendum. Etenim, hoc ſublato, nihil eſt,qua-
re exploratum cuiquam poſſit eſſe, quid ſuum,
aut quid alienum ſit : nihil eſt, quod æqua-
bile [e] inter omneis, atque vnum omnibus
eſſe poſſit. ‖ Itaque in ceteris controuerſiis, 71
atque

c lib. vul. Scæuula def.

d L. nihil enim eſt in ciuitate tam d.

e v.c. inter omnis.

Digitized by Google

atque iudiciis, cùm quæritur, aliquid factũ, necne ſit: verum, an falſum proferatur: & fictus teſtis ſubornari ſolet, 37 f & imponi falſæ tabulæ: nonnumquã, honeſto, ac probabili nomine, bono viro, iudici, error obiici: improbo facultas dari, vt cùm ſciens perperam iudicarit, g teſtamentum, aut tabulas ſecutus eſſe videatur. In iure nihil eſt eiuſmodi, recuperatores: non tabulę falſæ, non teſtis improbus: denique nimia iſta, quæ dominatur in ciuitate, potentia, in hoc ſolo genere quieſcit: quid agat, quomodo aggrediatur iudicem, quã denique digitum proferat, non habet.

72 Illud enim poteſt dici iudici ab aliquo non tam verecundo homine, quam gratioſo: Iudica hoc factum eſſe, aut numquam eſſe factũ, vel cogitatum: crede huic teſti: has comproba tabulas. Hoc non poteſt: Cui filius agnatus ſit. eius teſtamentum nõ eſſe ruptũ, iudica: quod * mulier ſine tutore auctore promiſerit, deberi. non eſt aditus ad huiuſmodi res neque potentiæ cuiuſquam, neque gratiæ. deniq;, quo maius hoc ſanctiúſque videatur, ne pretio quidẽ corrumpi iudex in eiuſmodi cauſa poteſt.

73 Iſte veſter teſtis, qui auſus eſt dicere, FECISSE VIDERI EVM, de quo ne cuius rei argueretur quidem, ſcire potuiſſet, ipſe numquam auderet iudicare, deberi viro dotem, quã mulier nullo auctore dixiſſet. O rem præclaram, vobíſq; ob hoc retinendam recuperatores! h Quod enim eſt ius ciuile, quod neque inflecti gratia, neq; perfringi potentia, neque adulterari pecunia poſſit? ꝙ ſi non modò oppreſſum, ſed etiam deſertum, aut negligentiùs adſeruatum erit: nihil eſt, ꝙ quiſquam ſeſe habere certum, aut à patre acceptu-

74 rum, i aut relicturum liberis arbitretur. Quid enim refert, ædeis, aut fundum relictum à patre, k aut aliqua ratione habere bene partum. 38 l ſi incertum ſit, quæ cùm omnia tua, iure manci-

f L. & interponi falſæ tabulæ.
g L. teſtimonium aut t.
* Erant mulieres apud veteres in perpetua tutela, ſi filiæ familias in parẽtum, ſi nuptæ in virorum, ſi viduæ in propinquorũ vel agnatorum poteſtate. Vide Cic. pro Murena Vlp. tit. II. in Frag. Liu. l. 24. Gel. l. 5. c. 24.
h L. quod enim eſt ius ciuile? quod neq; inflecti gratia, neque per fr. pot. n. adult. pecun. poſit.
i for. aut liberis relicturũ arb.
k L. aut aliqua alia rat.
l L. incertũ ſit, omnia, quæcumq; tua in iure manici. ſint, ea perſ.

Digitized by Google

mancipij ſint,ea poſsiſne retinere?ſi parũ ſit cõmunitum ius?ſi ciuili, ac publica lege contra alicuius gratiam [m] teneri non poteſt? Quid inquam prodeſt,fundum habere,ſi,quæ decentiſſimè deſcripta à maioribus iura finium poſſeſſionum,aquarũ,itinerúmq; ſunt,hæc perturbari aliqua ratione,commutarique [n] poſſunt?Mihi credite:maior hereditas venit,[o] vnicuiq;veſtrûm in iiſdem bonis,à iure,& à legibus,quàm ab iis,à quibus illa ipſa bona relicta ſunt. nam, vt perueniat ad me fundus,teſtamento alicuius fieri poteſt:vt retineam quod meum factum ſit, ſine iure ciuili non poteſt.Fundus à patre relinqui poteſt. at * vſucapio fundi:hoc eſt 39 finis ſollicitudinis,ac periculi litium,nõ à patre relinquitur,ſed à legib.Aquæductus,hauſtus,iter, actus,à patre:ſed rata auctoritas harũ rerũ omnium à iure ciuili ſumitur.||Quapropter nõ mi- 75
nùs diligenter ea,quæ à maioribus accepiſtis, publica patrimonia iuris,quã [p] priuatæ rei veſtræ retinere debetis:non ſolùm quòd hæc iure ciuili ſæpta ſunt:ſed etiã quòd patrimonium [q] vnius incommodo dimittitur:ius amitti nõ poteſt ſine magno incommodo ciuitatis: In hac ipſa cauſa,recuperatores,ſi hoc nos nõ obtinebimus, vi, armatis hominibus, deiectum eſſe eum, quem vi, armatis hominibus, pulſum, fugatúmque eſſe conſtet: Cæcina rem non amittet, quam ipſam non animo forti, ſi tempus ita ferret,amitteret: in poſſeſſionem [r] in præſentia non reſtituetur: nihil amplius:
||populi R.cauſa,ciuitatis iꝰ,bona,fortunæ,poſ- 76
ſeſſioneque in dubiũ,incertũq; [s] reuocabuntur: veſtra auctoritate hoc cõſtituetur,hoc perſcribetur:quicum tu poſthac de poſſeſſione cõtendes,eum,ſi ingreſſum modò deieceris,in prædiũ reſtituas oportebit: ſin autem ingredienti,cum armata multitudine obuius fueris,& ita veniẽtem repuleris, fugaris, [t] auerteris: 40 non reſtitues.

m L.teneri non poſſit.

n L.poſsint

o L. vnicuique noſtrũ in iiſ.

* Vſucapiones introductæ bono publico ne rerum dominia diu in incerto eſſẽt. l.1.ff. de vſucap.

p for. priuata.

q L. vnius incommodo amittitur.

r al. in præſenti non r.

s al.vocabũtur:

t L. auerteris reſtituere non debebis. Si vos hoc ſtatueritis: ſtatueris, vim eſſe in cæde ſolùm, non etiam in animo,& libidine:niſi cruor appareat vim non eſſe factam,ſed iniuriam tantum,eſ,qui prohibitus ſit, niſi ex eo loc.

ſtitues. tum ſtatueritis vim in cæde ſolùm, non
in animo libidinis: niſi cruor appareat, vim non
eſſe factam: iniuriarũ delictum eſſe, qui prohi-
bitus ſit, niſi ex eo loco, vbi veſtigium impreſſe-
77 rit, deiici neminem poſſe. ||[v] Iuris igitur retine-
ri ſententiã, & æquitatem plurimum valere o-
portere: *an verbo, ac litera ius omne torqueri:
vos ſtatuite, recuperatores, vtrũ vtiliùs eſſe vi-
deatur. Hoc loco percõmodè accidit, quòd nõ
adeſt is, qui paulò antè affuit, & adeſſe nobis
frequenter in hac cauſa ſolet, vir ornatiſſimus,
C. Aquilius. nam ipſo præſente, de virtute eius,
& prudentia timidiùs dicerem, quòd & ipſe pu-
dore quodam afficeretur ex ſua laude, & me ſi-
milis ratio pudoris à præſentis laude tardaret.
cuius auctoritati dictum eſt ab illa cauſa conce-
di nimiùm non oportere. Vereor de tali viro
ne plus dicam, quàm vos aut ſentiatis, aut apud
78 vos commemorari velitis. || Quapropter hoc di-
cam, numquã eius auctoritatem nimiùm valere,
cuius prudentiam populus Romanus in cauen-
do, non in decipiendo perſpexerit: qui iuris ci-
uilis rationem numquam ab æquitate ſeiunxe-
rit, qui tot annos ingeniũ, laborem, fidem ſuam
populo Romano promtam, expoſitamque præ-
buerit: qui ita bonus & iuſtus vir eſt, vt natura,
non diſciplina cõnſultus eſſe videatur: ita peri-
tus, ac prudens, vt ex iure ciuili, nõ ſcientia ſo-
lùm quædam, verùm etiam bonitas nata videa-
tur: cuius tãtum eſt ingenium, ita promta fides,
vt, quidquid inde haurias, purum, liquidúmque
79 te haurire ſentias. || Quare permagnam initis à
nobis gratiam, [41] cùm eum auctorem [x] veſtræ
defenſionis eſſe dicitis. [42] [y] Illud autem mi-
ror, cur vos aliquid contra me ſentire dicatis,
cùm eum auctorem vos pro me appelletis: ve-
ſtrum nominetis. Verumtamen quid ait iſte ve-
ſter auctor? [43] [z] Omnibus, quidquid verbis a-
ctum pronuntiatúmque ſit, cõuenit. Ego ex iſto

v li.vulg.iuris retinere ſententiam

* al.verbóne ac litera.

x al.noſtræ.

y L.illud autem miror, cur vos quem aliquid cõtra me ſentire prædicetis, eũ pro me ſentire dicatis: cur quẽ auctorem meum appelletis, veſtrũ, &c.

z L.quibus quidquid verbis act. pron.q. ſit, ſpectari cõuenit. Ego ex iſto genere cõſultorum poſſum nominare non neminem, vt opinor, eſt ipſum, &c.

Digitized by Google

genere conſultorum non nominem , vt opinor,
iſtum ipſum , quo vos auctore rem iſtam agere,
& defenſionem cauſæ conſtituere dicitis. Qui
cùm iſtam diſputationem mecum ingreſſus eſ-
ſet,nō poſſe probari quemquam eſſe deiectum,
ex eo loco,in quo fuiſſet:rem,& ſententiam in-
terdicti mecum facere fatebātur:verbo me ex-
cludi dicebat:à verbo autē poſſe recedi nō ar-
bitrabatur.‖Cùm exemplis * vterer multis , 44 80
etiā illa materia æquitatis,ab verbo & ab ſcri-
pto,[a] plurimis ſæpe in rebus ius,æqui, bonique
rationem eſſe ſeiunctam:[b] ſemperq; id valuiſſe
plurimùm,quod in ſe auctoritas habuiſſet , æ-
quitatiſque plurimùm conſolatus eſt me, & o-
ſtendit in hac ipſa cauſa nihil eſſe , quòd labo-
rarem.nam verba ipſa ſponſionis facere mecum,
ſi vellem diligēter attendere. Quónam,inquam,
modo?Quia certe,inquit , deiectus eſt Cæcina
vi,hominibus armatis,aliquo ex loco,ſi non ex
eo loco,quem in locum venire voluit: at ex eo
certè,vnde fugit.Quid tum?Prætor,inquit , in-
terdixit,vt vnde deiectus eſſet,eò reſtitueretur,
hoc eſt,quicumq; is locus eſſet , vnde deiectus
eſſet.Aebutius autem,qui fatetur,aliquo ex lo-
co deiectum eſſe Cæcinam,is,quomodo ſe reſti-
tuiſſe dixit,neceſſe eſt malè fecerit ſpōſionem.
‖Quid eſt,Piſo?placet tibi pugnare verbis? pla- 81
cet cauſā iuris,& æquitatis,& nō noſtræ poſſeſ-
ſionis,ſedomnino poſſeſſionū omniū cōſtituere
in verbo?Ego , ꝙ mihi videretur,quod à maio-
ribus factitatum,quod horū auctoritate,quibus
iudicandum eſt,dignum eſſet,oſtendi,id verum,
id æquū,id vtile omnibus eſſe,ſpectari,quo cō-
ſilio,& qua ſententia,non,quibus quidque ver-
bis eſſet actum Tu me ad verbum vocas ? non
antè venio,quàm recuſaro. nego oportere, ne-
go obtineri poſſe,nego vllam rem eſſe,quæ aut
co mprehendi ſatis , aut caueri,aut excipi poſ-
ſit,

* al. vterer multis & omnis memoria antiquitatis.al. metuerer æquitate.
a L.plurimis ſæpe in rebus æqui boniq; rat.
b L. ſemperque id ius valuiſſe plurim.

ſit,ſi aut præterito aliquo verbo , aut ambiguè
poſito,ſententia,& re cognita,non id, quod in-
82 telligitur,ſed id,quod dicitur,valebit.|| Quoniã
ſatis recuſaui:venio iam quò vocas. quæro abs
te,ſimne deiectus,nõ de Fulciniano fundo (ne-
que enim prætor,ſi ex eo fundo eſſem deiectus,
ita me reſtitui [c] iuſſiſſet:ſed eo , vnde deiectus
eſſē) ſum ex proximo vicini fundo deiect⁹, quã
adibam ad iſtũ fundum:ſum de via:ſum certè a-
licunde,ſiue de priuato,ſiue de publico. eò re-
ſtitui ſum iuſſus. reſtituiſſe te dixiſti.45 [d] nego
me ex dicto prætoris reſtitutum eſſe. Quid ad
hæc dicimus?aut tuo , quemadmodum dicitur,
gladio,aut noſtro,defenſio tua conficiatur, ne-
ceſſe eſt.|| Si ad interdicti ſententiam confugis,
& de quo fundo actum ſit tum , cùm Æbutius
reſtituere iubebatur, [e] id quærendum dicis,ne-
que æquitatem rei,verbi laqueo capi putas o-
portere:in meis caſtris,præſidiiſq; verſaris.mea,
mea eſt iſta defenſio:ego hoc vociferor : ego [f]
omneis homines,deoſq; teſtor,cũ maiores vim
armatam nulla iuris defenſione texerint,nõ ve-
ſtigiũ eius qui deiectus ſit:ſed factum illius,qui
deiecerit in iudicium venire:deiectum eſſe, qui
fugatus ſit:vim eſſe factam,cui periculum mor-
84 tis ſit [g] iniectũ.|| Iſtum locum fugis,& reformi-
das?& me ex hoc,vt ita dicam,campo æquitatis
ad iſtas verborum anguſtias,& ad omneis lite
rarum angulos reuocas?in iis ipſis intercludere
inſidiis,quas mihi conaris opponere. Non de-
ieci,ſed eieci. Peracutum hoc tibi videtur. hic
eſt mucro defenſionis tuæ. in eum ipſum cauſa
tua incurrat,neceſſe eſt. Ego enim tibi refero,
ſi non ſum ex eo loco deiectus , quò prohibitus
ſum accedere:at ex eo ſum deiectus,quo acceſſi,
vnde fugi. Si prætor non diſtinxit locum , quò
me reſtitui iuberet,& reſtitui iuſſit : [i] non ſum
85 ex edicto reſtitutus.|| Velim recuperatores , hoc

c L.iuſſit.

d L.nego me ex interdicto pr.al. ex decreto pr.

e L. id quærendum eſſe dicis.

f v.c.omnis homines.

g for. inlatum ſeu illatum.

h v c.omnis.

i L. non ſum ex interdicto reſt.al. non ſum ex decreto reſt.

Digitized by Google

totum ſi vobis verſutius, quàm mea conſuetudo defendendi fert, videbitur, ſic exiſtimetis: primùm alium, non me, excogitaſſe: deinde huius [k] rationis non modò non inuentorem, ſed ne probatorem quidem eſſe me: idque me non ad meam defenſionem attuliſſe, ſed illorum defenſioni retuliſſe: [l] me pro meo poſſe iure dicere, neque in hac re, quam ego protuli, quæri oportere, quib. verbis prætor [m] interdixit, ſed de quo loco ſit actum, cum interdixit: neque in vi armatorum ſpectari oportere, in quo loco ſit facta vis, verùm ſitne facta: te verò nullo modo poſſe defendere, in qua re tu velis, verba ſpectari oportere: in qua re nolis, non oportere. [n] ‖ Ve- 86
rumtamen ecquid mihi reſpondetur ad illud, quod antea dixi, non ſolùm re, & ſententia, ſed verbis quoque hoc interdictum ita eſſe compoſitum, vt nihil commutandum videretur? Attendite diligenter, quæſo, recuperatores. Eſt enim veſtri ingenij, non meam, ſed maiorum prudentiam cognoſcere. non enim ſum id dicturus, ꝙ ego inuenerim, ſed quod illos nõ fugerit. Cùm de vi interdicitur, duo genera cauſarum eſſe intelligebant, ad quæ interdictũ pertineret: vnũ, ſi qui ex eo loco, in quo eſſet: alterum, ſi ab eo loco, quò veniret, vi deiectus eſſet: & horum vtrũque, neque præterea quidquam poteſt accidere, recuperatores. ‖ Id adeò, ſi placet, conſiderate. 87
Siqui meam familiam de meo fundo deiecerit, ex eo me loco deiecerit. ſiqui mihi præſtò fuerit cũ armatis hominibus extra meũ fundũ, & me introire prohibuerit: nõ ex eo, ſed ab eo loco me deiecerit. Ad hęc duo genera rerũ, vnũ verbũ, ꝙ ſatis declararet vtraſq; res, inuenerũt: vt ſiue ex fundo ſiue à fundo deiectus eſſẽ, vno atq; eodẽ interdicto reſtituerer, VNDE TV. Hoc verbũ, VNDE, vtrũque declarat: & ex quo loco, & à quo loco. [46] [o] Vnde deiectus eſt Cætina? ex vrbe. [47] Vnde deieciſti? ab vrbe. Vnde de-
iecti

k al. orationis.

l L. me poſſe pro meo iure dicere.

m L. interdixerit.

n L. Verum tamẽ quid mihi reſp.

o L. vnde deiectus eſt Cinna? ex vrbe. Vnde deiecti Pœni? ab vrbe Vnde deiecti G. al. vnde deiecti Samnites? al. vnde deiectus Carbo?

Digitized by Google

iecti Galli? à Capitolio.Vnde qui cũ Graccho
88 fuerunt?ex Capitolio.|| Videtis igitur, hoc vno
verbo ſignificari res duas,&ex quo,& à quo lo-
co.[p] Cũ autẽ eò reſtitui iubet,ita iubet:vt,ſi Gal
li à maiorib.noſtris poſtularẽt,vt eò reſtituere-
tur,vnde deiecti eſſent,& aliqua vi hoc aſſequi
poſſent:non, opinor,eos in cuniculum,quà ag-
greſſi erant,ſed in Capitolium reſtitui oporte-
ret. hoc enim intelligitur. VNDE TV DEIECI-
STI,ſiue ex quo loco,ſiue à quo loco.EO RESTI-
TVAS hoc iam ſimplex eſt,in eum locum reſti-
tuas:ſiue ex hoc loco deieciſti:reſtitue in hunc
locum:ſiue ab hoc loco,reſtitue in eum locum,
non ex quo,ſed à quo deiectus eſt. Vt ſiqui ex
alto,cùm ad patriam acceſſiſſet, tempeſtate ſu-
bitò reiectus [q] optaret 48 vt,cùm eſſet à patria
deiectus,eò reſtitueretur:hoc, opinor , optaret,
vt,à quo loco depulſus eſſet , in eum ſe fortuna
reſtitueret, non in ſalum , ſed in ipſam vrbem,
quam petebat:ſic,quoniam vim verborũ neceſ-
ſariò ſimilitudine rerũ aucupamur,49 [r] qui po-
ſtulat,vt,à quo loco deiectus eſt, hoc eſt , vnde
89 deiectus eſt,eò reſtituatur. || Cùm verba nos eò
ducunt,tam res ipſa hoc ſentire, atq; intellige-
re cogit.Etenim,Piſo(redeo nunc ad illa prin-
cipia defenſionis meæ)ſiquis te ex ædibus tuis
vi,hominibus armatis deiecerit ,[s] quid ageres?
opinor,hoc interdicto, quo nos vſi ſumus [t] per-
ſequerere.Quid [u] ſi quis iam de foro redeuntẽ,
armatis hominibus domũ tuam te introire pro-
hibuerit,quid ageres?vterêre eodem interdicto.
Cũ igitur prætor interdixerit,vnde deiectus es,
vt eò reſtituaris : tu hoc idem quod ego dico,
& quod perſpicuum eſt,interpretabere:cũ illud
verbum:VNDE,in vtramq; rem valeat,eoque tu
reſtitui ſis iuſſus:tam te in ædeis tuas reſtitui
oportere,ſi è veſtibulo , quàm ſi [y] ex interiore
90 ædium parte deiectus ſis. || Vt verò iam , recu-
peratores, nulla dubitatio ſit , ſiue rem , ſiue

p L. Cùm autem reſtitui iubet , ita iubet: VNDE TV DEIECISTI,EO RESTITVAS: vt,ſi G.

q L. optaret,vt vnde eſſet deiectus,eò reſtituere-tur:hoc,op.

r L. qui poſtulat, vt, vnde deiectus eſt, eò reſtituatur : hoc etiam poſtulat,vt à quo loco deiectus eſt eò reſtituatur. Cùm.

s L.quid ages?

t L. perſequere.

v L.ſiqui iã

x L. quid ages? vterere.

y al.ex citeriore.

Digitized by Google

verba ſpectare vultis, quin ſecundum nos iudicetis, exoritur hic iam, obrutis rebus omnibus, & perditis, illa defenſio, eũ deiici poſſe qui tum poſſideat: qui non poſſideat, nullo modo poſſe. itaq; ſi ego ſim à tuis ædibus deiectus, reſtitui non oportere: ſi ipſe ſis, oportere. Numera, quã multa in iſta defenſione falſa ſint, Piſo: ac primùm illud attende, te iam ex illa ratione eſſe depulſum, quòd negabas quemquam deiici poſſe, niſi qui in eo loco eſset. nũc, iam poſse concedis eũ qui non poſſideat negas [z] deiici poſse. || Cur ergo aut in illud quotidianũ interdictum, 91 VNDE ILLE ME VI DEIECIT, additur, Cùm ego poſſiderem: ſi deiici nemo poteſt, qui non poſſidet: aut in hoc interdictum, DE HOMINIBVS ARMATIS, non additur, ſi oportet quæri, poſsederit, néc ne? Negas deiici, niſi qui poſſideat. Oſtẽdo, ſi ſine armatis, coactiuè hominibus deiectus quiſquam ſit. eũ, qui fateatur ſe deiecisſe, [a] vincere ſponſionẽ, ſi oſtendat, eum non poſsediſse, negas deiici, niſi qui poſſideat: oſtendo ex hoc interdicto, DE ARMATIS HOMINIBVS, qui poſſit oſtendere non poſsediſse eum, qui deiectus ſit, condemnari tamen ſponſionis neceſse eſse, ſi fateatur eſſe deiectũ. || Dupliciter homines deiiciũtur: aut ſine coactis, armatiſve hominib. aut 92 per eiuſmodi rationẽ, [b], aut vim. [c] Ad duas diſſimileis res duo deuincta interdicta ſunt. In illa vi quotidiana non ſatis eſt poſse docere ſe deiectum, niſi oſtendere poſſit, cùm poſſideret, tum deiectum. ne id quidem ſatis eſt, niſi docet ita ſe poſsediſse, vt nec vi, nec clàm, nec precariò poſsederit. Itaq; is [d] qui ſe reſtituiſse dixit, magna voce ſępe confiteri ſolet, ſe vi deiecisse: verùm illud addit. Non poſſidebat: vel etiam, cùm hoc ipſum conceſsit, vincit tamen ſponſione, ſi planum facit, ab ſe illum aut vi, aut clàm, aut precariò poſsediſse. || Videtíſne, quot defenſionibus eum, 49 qui ſine [e] armis, ac multitudine 93 vim

[y] L. fuerit.
[z] L. nunc qui poſsideat, eum etiamſi nõ fuerit in eo loco deiici poſſe concedis. Cur ergo aut.
[a] L. vincere ſponſione.

[b] L. ac vim.
[c] L. duo diiuncta. al. deuincta. al. deiecta.
[d] L. qui ſe reſtituiſſe dicit.
[e] al. armatis. al. qua ſine armata multitudine.

vim fecerit, vti poſse maiores [f] voluerunt? hũc
verò qui ab iure,officio,bonis moribus,ad ferrũ,
ad arma,ad cædem confugerit,nudum in cauſa,
deſtitutúmq; [g] videtis:vt,qui armatus de poſ-
ſeſſione contendiſset,inermis planè de ſpon-
ſione [h] certaret.Ecquid igitur intereſt,Piſo,in-
ter hæc interdicta?ecquid intereſt,vtrùm hoc [i]
additum,Cùm A. Cæcina poſsederit,nécne?ec-
quid interdictorum diſſimilitudo,ecquid aucto-
ritas maiorũ commouet?Si eſset additum:de eo
quæri oporteret.additum non eſt:tamen opor-
94 tebit?||Atq; ego in hoc Cæcinam non defendo.
poſsedit enim Cæcina recuperatores: & id ta-
metſi extra cauſam eſt,percurram tamen breui,
vt non minus hominem ipſum, quàm ius com-
mune defenſum velitis. 50 Ceſenniam [k] poſse-
diſse propter vſum fructũ non negas. qui colo-
nus habuit conductum de Ceſennia fundũ,cùm
idem ex eadem cõductione fuerit in fundo du-
bium eſt,quin,ſi Ceſennia tum poſſidebat, cùm
erat colonus in fundo,poſt eius mortem heres
eodem iure poſsederit? deinde ipſe Cæcina,
cùm circuiret prædia,venit in iſtum fundũ: ra-
tiones à colono accepit. ſunt in eam rem teſti-
95 monia.||Poſtea [l] cur,Aebuti,de iſto potius fun-
do,quàm de alio,ſi quem habes,Cæcinæ denũ-
tiabas,ſi Cæcina non poſſidebat?Ipſe porrò Cæ-
cina cur ſe moribus deduci volebat:idq;tibi de
amicorum,etiam de ipſius C. Aquilij ſententia
reſponderat?At enim Sylla legem tulit.Vt nihil
de illo tempore,nihil de calamitate reipu.que-
rar,hoc tibi reſpondeo:adſcripſiſse eũdem Syl-
lam in eandem legem. SI QVID IVS NON ESSET
ROGARI,EIVS EA LEGE NIHILVM ROGATVM. SI
[m] Quid eſt,quod ius non ſit, quod populus iu-
bere,aut vetare non poſsit?Vt ne longiùs abeã,
declarat iſta adſcriptio eſse aliquid. nam, niſi
eſset,hoc in omnibus legibus non adſcribere-
tur.

f L. voluerint?
g al. videtis?
h al. certaret?
i for. additũ ſit.
k L.poſſediſſe per colonum non negas: qui colonus hab. cond. de Ceſennia fundum. Cùm idem &c.
l L. cur tu Aebuti.
m L. Quid eſt,quod rogari ius nõ ſit?quid, quod populus,&c.

tur.||Sed quæro abs te,putéſne,ſi populus iuſſe- 96
rit,me tuum,aut item,te meum ſeruum eſſe : id
iuſſum,ratum,atq; firmum futurũ.Perſpicis hoc
nihil eſſe , [52] vt * in ceteris, quæ rogaui.[53] Pri-
mum * illud concedis , non quidquid populus
iuſſerit,ratum eſſe oportere.deinde nihil ratio-
nis affers,quãobrẽ ſi libertas adimi nullo modo
poſſit,ciuitas poſſit.nã & eodẽ modo de vtraque
re traditũ nobis eſt:&,ſi ſemel ciuitas adimi po-
teſt,retineri libertas nõ poteſt. Quî.n. poteſt [n]
iure Quiritũ liber eſſe is, qui [o] in numero Qui-
ritum non eſt?||Atque ego hanc adoleſcentulus 97
cauſam cũ agerem contra hominem diſertiſſi-
mum noſtræ ciuitatis,Cottam,probaui. Cũ Ar-
retinæ mulieris libertatem defenderem,& Cot-
ta decemuiris religionem inieciſſet , non poſſe
* ſacramentum noſtrum iuſtum iudicari , quòd
* Arretinis ademta ciuitas eſſet , & ego vehe-
mentius contendiſſem,ciuitatem adimi nõ po-
tuiſſe:decemuiri prima actione non * iudicaue-
runt:poſtea,re quæſita,& deliberata, ſacramen-
tum noſtrũ iuſtũ iudicauerunt.Atq; hoc, & cõ-
trà dicente Cotta,& Sylla viuo, iudicatum eſt.
Iam verò in ceteris,vt omnes,qui in eadẽ cauſa
ſunt,& lege agant,& ſuum ius perſequantur, &
omnes iure ciuili,ſine cuiuſquam aut magiſtra-
tus,aut iudicis,aut periti hominis , aut imperiti
dubitatione,vtantur,quid ego commemorem?
dubiũ nemini veſtrũ eſt.|| Certè quæri hoc ſce- 98
lere me non præterit(vt ex me ea, quæ tibi in
mentem non veniunt,audias)quemadmodum,ſi
ciuitas adimi nõ poſſit,in colonias Latinas ſæ-
pe noſtri ciues profecti ſint.Aut * ſua volunta-
te,aut legis multa profecti ſunt : quam multam
ſi ſufferre voluiſſent,tũ manere in ciuitate po-
tuiſſent.Quid? [p] quẽ pater patratus dedidit:aut
ſuus pater,populúſve vẽdidit,quo is iure amit-
tit ciuitatẽ?Vt religione ciuitas ſoluatur , ciuis
Ro-

* Vet. & ea terris.
* al. primũ igitur illud concedis.
n L. iure Quiritium.
o L. in numero Quiritium.
*Sacramentũ pecuniæ depoſitio ab eo qui petebat & ab eo qui inficiebatur.
* Eorundẽ agros publicarat Sylla 1. Attic. 16.
* al. adiudicauerunt.
* Coloni in colonias deducebantur vel ſponte ſua , vel legis mulcta.
p L. quem pater patratus dedit , aut ſuus pater populúſve vendit quo is iure vide 1. de Oratore. Pater patratus feciarum erat princeps.

Ro. traditur qui cũ eſt acceptus, eſt eorũ, quibus
eſt deditus, ſi non accipiunt, vt Mancinum Nu-
mantini, retinet integrã causã, & ius ciuitatis. Si
pater [q] vendidit e[um], quem in ſuam poteſtatem
99 ſuſceperat, ex poteſtate dimittit. || Iam populus
[r] cũ eum vendidit, qui miles factus non eſt, non
adimit ei libertatem: ſed iudicat non eſſe eum
liberum, qui, vt liber ſit, adire periculum noluit.
Cùm autem [s] in cenſum vendit, hoc iudicat: cũ
is, qui in ſeruitute iuſta fuerit, cenſu liberetur,
eum, qui, cum liber eſſet, cenſeri noluerit, ipſum
ſibi libertatem abiudicaſſe. Quòd ſi maxime iiſ-
ce rebus adimi libertas, aut ciuitas poteſt: non
intelligunt qui hæc cõmemorant, ſi per has ra-
tiones adimi maiores poſſe voluerunt, alio
modo noluiſſe? Nam, vt hæc ex iure ciuili pro-
tulerũt, ſic afferant velim, quibus lege aut Ro-
100 mana ciuitas, aut libertas erepta ſit. || Nã quod [t]
ad exſilium attinet, perſpicuè intelligi poteſt,
quale ſit. [u] Exſiliũ enim non ſuppliciũ eſt, ſed
perfugiũ, portuſq; ſupplicij. nã qui volunt pœ-
nam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eò
ſolũ vertunt: hoc eſt, ſedẽ ac locũ mutant. Itaq;
nulla in lege noſtra reperietur, vt apud ceteras
ciuitates, maleficiũ vllũ [x] exſilio eſſe multatũ.
Sed cũ homines, vincula, neces, ignominiáſque
vitant, quæ ſunt legibus conſtitutæ, confugiũt,
quaſi ad arã, in exſilium: qui ſi in ciuitate legis
vim ſubire vellent: non priùs ciuitatem, quàm
vitam amitterent: qui nolunt, non adimitur his
ciuitas, ſed ab his relinquitur, atq; deponitur.
Nã, cũ ex *noſtro iure duarũ ciuitatum, nemo eſſe poſ-
ſit*, tũ amittitur hæc ciuitas deniq;, cũ is, qui pro
fugit, receptus eſt [y] in exſiliũ, hoc eſt, in aliam
101 ciuitatem. || Non me præterit, recuperatores, ta-
metſi de hoc iure multa prætereo, tamen me lõ-
giùs prolapsũ eſſe, quã ratio veſtri iudicij poſtu
larit. Verũ id feci, non quo vos in hac cauſa hanc
defen-

q L. vendit eum q.
r L. cum eũ vendit, qui
s L. incenſum vẽdit.
t L. ad exſultum. Eſt porrò exilium vel certorũ, vel omnium locorum interdictio, vel certi loci vinculũ, ſeu relegatio. l. exiliũ. 5. ff. de interdictis.
v L. Exſulium.
x L. Exſulio.
y L. in exſulium.

defenſionem deſiderare arbitrarer,ſed vt omnes intelligerent,nec ademptam cuiquam ciuitatē eſſe,nec adimi poſſe. Hoc cùm eos ſcire volui, quibus Sylla voluit iniuriam facere,tum [z] omneis ceteros nouos.veteréſque [a] ciueis. neque enim ratio afferri poteſt,cur ſi cuiquā nouo ciui potuerit adimi ciuitas,[b] non omnibus patriciis,omnibus antiquiſſimis ciuibus poſſit.||Nam 102
ad hanc quidem cauſam nihil hoc pertinuiſſe, primùm ex eo intelligi poteſt, quòd vos ea de re iudicare non debetis : deinde quòd Sylla ipſe ita tulit de ciuitate,vt non ſuſtulerit[c] eorum * nexa, atque hereditates. iubet enim eodē iure eſſe , quo fuerint Ariminenſes : quos quis ignorat duodecim coloniarum fuiſſe,& à populo R.hereditates capere potuiſſe? Quòd ſi adimi ciuitas A.Cæcinæ lege potuiſſet,magis illā rationē tamen omnes boni quæreremus,quemadmodum ſpectatiſſimum,[d] prudentiſſimumq;,hominem ſummo conſilio,ſumma virtute , ſumma auctoritate domeſtica præditum,leuatum iniuria,ciuem retinere poſſemus,quàm vti nunc, cū de iure ciuitatis nihil poterit deperdere quiſquā exſiſtat,niſi tui,Sexte,ſimilis & ſtultitia, & impudentia,qui huic ciuitatem ademtam eſſe dicat.||Qui * quoniam,recuperatores,ſuum ius nō 103
deſeruit,neque quidquam illius audaciæ, petulantiæque conceſſit, * *
54 derelinquo iam cōmunem cauſam, populiq; R.ius in veſtra fide,ac religione depono.Is homo ita ſe probatum vobis , veſtríque ſimilibus ſemper voluit,[e] vt id non minùs in hac cauſa laborarit:nec contenderit aliud , quàm ne ius ſuū diſſolutè relinquere videretur : nec minùs vereretur,ne contemnere Aebutiū,quàm ne ab eo contentus eſſe exiſtimaretur.||Quapropter ſi- 104
quid extra iudiciū eſt,quòd homini tribuendū ſit , habetis hominem ſingulari pudore, virtute cognita,& ſpectata fide,[g] ampliſſimum, Hetruriæ

z v.c. omnis cet.
a v.c. ciuis.
b al. non omnibus antiquiſsimis ciuib. poſſ.
c L. horum nexa.
* Nexum vocat ius alienandi, per nexū, id eſt, per æs & librā Varro. Cic. 3. de Oratore.
d L. pudentiſsimū h.

*PERORATIO.
e L. vt in eo non minùs, quàm in hac cauſa lab.
f L. nec minùs veritus ſit, ne cōt.
g L. ampliſſimum virum Etruriæ totius, in vtraque fortuna cogn.

riæ nomine totius, in vtraq; fortuna cognitum multis ſignis & virtutis,& humanitatis. Si quid in contraria parte in homine offendendum ſit: habetis eum,vt nihil dicam amplius, qui ſe homines coëgiſſe fateatur. Sin, hominibus remotis,de cauſa quæritis: cùm iudicium de vi ſit: is, qui arguitur, vim ſe hominibus armatis feciſſe fateatur. verbo ſe, non æquitate defendere conetur: id quoque ei verbum ipſum ereptum eſſe videatis: auctoritatem ſapientiſſimorum hominum facere nobiſcum: in iudicium non venire, vtrum Cæcina poſſedert, nécne: tamen do ceri poſſediſſe:[55] multò etiã minus quæri,[h] An Cæcinæ fundus ſit, nécne: me tamen idipſum docuiſſe, fundum eſſe Cæcinæ: cùm hæc ita ſint, ſtatuite, quid vos tempora reipub. de armatis hominibus, quid illius confeſſio de vi, quid noſtra deciſio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis.

h L. ex Bucanan. A. Cęcina,fundus ſit, nécne: me tamen idipſ. doc. fundũ eſſe Cæcinã: cùm h. &c. L. A. Cęcina, ciuis ſit, nécne: me tamen idipſ. d oc ciuem eſſe Cæcinam cum h.

PRO L*. MANILIA, SEV DE IMPERATORE POMPEIO deligendo, ad populum.

ORATIO DECIMATERTIA.

Legem quam C. Manilius tribunus plebis, de Pompeio maritimi belli reliquias tum in Cilicia perſequente contra Mithridatem mittendo promulgauerat, Pretor ſuadet. QVAESTIO, *an Põpeius bello Aſiatico imperator ſit præficiendus* SVASOR *legis Cicero.* DISSVASORES *Q. Catulus & Hortenſius viri conſulares. Acta in foro anno Citer. 41. Vrbis 687.* EVENTVS, *Mithridatici belli cura Pompeio demandata eſt.*

*aut potius plebiſcito lex enimà Manilio tribuno plebis,& venali,& alienæ potentiæ miniſtro (vt refert Velleus li. 2.) lata eſt.

QVAM

QVAMQVAM * mihi ſemper frequens 1
conſpectus veſter, multò iucundiſſimus,
hic autem * locus, ad agendum ampliſſi-
mus, ad dicendum ornatiſſimus eſt viſus, Quiri-
tes: tamen hoc aditu laudis, qui ſemper optimo
cuique maximè patuit, nō mea me voluntas, ſed
meæ vitæ rationes ab ineunte ætate ſuſceptæ,
prohibuerunt. Nam, cùm antea per ætatem nō-
dum huius auctoritatem loci contingere aude-
rem: ſtatuerémque, nihil huc, niſi perfectum in-
genio, elaboratum induſtria, afferri oportere:
omne meum tempus amicorum temporibus [1] [a]
transmittendum putaui. Ita neq; hic locus, [2] va- 2
cuus * vmquam ab iis, qui veſtrā cauſam defen-
derent: & meus labor in priuatorum periculis
caſtè, integréque verſatus, ex veſtro iudicio fru-
ctum eſt ampliſſimum cōſecutus. Nam cùm pro-
pter * dilationem comitiorum ter prætor * pri-
mus * centuriis cunctis renuntiatus ſum, facilè
intellexi, Quirites, & quid de me iudicaretis, &
quid aliis præſcriberetis. Nunc cùm & auctori-
tatis in me tantùm ſit, [3] [b] quantùm vos honori-
bus mandandum eſſe voluiſtis: & ad agendum
facultatis tantùm, quantùm homini vigilanti
ex forenſi vſu propè quotidiana dicendi exerci-
tatio potuit afferre: [4] [c] certè, & ſi quid etiam
dicendo conſequi poſſum, iis oſtendam potiſſi-
mùm, qui ei quoque rei fructum ſuo iudicio tri-
buendum eſſe cenſuerunt. || Atque illud in pri- 3
mis mihi lætandum iure eſſe video, quòd in hac
inſolita mihi ex hoc loco ratione dicendi, cau-
ſa talis oblata eſt, in qua oratio [d] deeſſe nemi-
ni poteſt. Dicendum eſt enim de Cn. Pompeij
ſingulari, eximiáque virtute: huius autem ora-
tionis difficilius eſt exitum, quàm principium
inuenire. Itaque [e] mihi non tam copia, quàm
modus in dicendo quærendus eſt. || Atque, * vt 4
inde

*EXORDIVM.
* Roſtra. a fort. tribuendum put. al trāſmittēdum.
* nemo roſtra aſcendebat, niſi pro populo dicturus.
* Dilatio fiebat comitiorum ſe eſſe de cœlo ſeruatum vel interceſſione Trib. pleb.
* Octo erāt Ciceronis ætate prætores.
* Centuriatis comitiis maiores magiſtratus [Conſule, Prætores, Cenſores,] fiebant.
b L. quantū vos, honor. mandatis. ea vol. al. quātum vos honoris mādatum eſſe voluiſtis.
c L. certè, ſi quid auctoritatis in me eſt, ea apud eos vtar, qui eā mihi dederunt: &, ſi quid dicendo c.
d L. nemini deeſſe p.
e L. non mihi tam cop.
* PROPOSITIO.

inde oratio mea proficiſcatur, vnde hæc omnis
cauſa ducitur: bellum graue, & periculoſum ve-
ſtris vectigalibus, atque ſociis, à duobus poten-
tiſſimis regibus infertur, Mithridate, & Tigrane:
quorum alter relictus, alter laceſſitus, occaſio-
nem ſibi ad occupandam Aſiam oblatam eſſe ar-
bitratur. Equitibus Romanis honeſtiſſimis vi-
ris, afferuntur ex Aſia quotidie literæ, quorum
magnæ res aguntur, in veſtris vectigalibus exer-
cendis occupatæ: qui ad me pro neceſſitudine,
quæ mihi eſt cùm illo ordine, cauſam reip. peri-
5 culáque rerum ſuarum detulerunt. || Bithyniæ.
quæ nunc [f] veſtra prouincia eſt, vicos exuſtos
eſſe complureis: regnum Ariobarzanis, quod fi-
nitimum eſt veſtris vectigalibus, totum eſſe in
hoſtium poteſtate. Lucullum, magnis rebus ge-
ſtis, ab eo bello diſcedere: huic qui * ſuccurre-
rit, non ſatis eſſe paratum ad * tantum bellum
adminiſtrandum: vnum ab omnibus ſociis, & ci-
uibus ad id bellum imperatorem depoſci, atque
expeti: eundem hunc vnum ab hoſtibus metui,
6 præterea neminem. || Cauſa quæ ſit, videtis: *
nunc, quid agendum ſit, conſiderate. Primùm
mihi videtur de genere belli: deinde de magni-
tudine: tum de imperatore deligendo eſſe di-
cendum. [g] Genus eſt enim * eiuſmodi, quod ma-
ximè veſtros animos excitare, atque inflamma-
re [h] debet: in quo agitur populi Ro. gloria quæ
vobis à maioribus cùm magna in rebus omni-
bus, tum ſumma in re militari tradita eſt: agi-
tur ſalus ſociorum, atque amicorum, pro qua
multa maiores veſtri magna, & grauia bella
geſſerunt: aguntur certiſſima populi Rom. ve-
ctigalia, & maxima: quibus amiſſis, & pacis
ornamenta, [i] & ſubſidia belli fruſtra require-
tis: aguntur bona multorum ciuium, [k] quibus
eſt & à vobis, & ab imperatoribus reip. conſu-
7 lendum. || Et quoniam ſemper appetentes gloriæ
præter ceteras genteis, atque auidi laudis fui-
ſtis,

f L. noſtra prouinc. teſtaméto Nicomedis Pruſiæ nepotis populi Romani fuit. Appianus in Mith. Flor. in Epit.

* al. ſucceſſerit.

* Pant. paratũ ad tantum bellũ adminiſtrãdum: vnum ab &c.

* PARTITIO.

g fort. Genus eſt igitur eiuſmodi al. Gen. eſt belli eiuſmodi.

* CONFIRMATIO cuius priore parte tractat de GENERE BELLI.

h L. debeat.

i L. & ſubſidia belli requireris.

k L. quibus eſt à vobis & ipſorum, & reip. cauſa conſ.

Digitized by Google

ſtis [l] delenda eſt vobis illa macula, Mithridati-
co bello ſuperiore ſuſcepta: quę penitus iam in-
ſedit, atq; inueterauit in pop. R. nomine: quòd
is, [m] qui vna * die, tota Aſia, tot in ciuitatibus,
vno nũtio, atq; vna literarum ſignificatione ci-
ueis R. * necandos, trucidandóſq; denotauit, nõ
modò adhuc pœnã nullã ſuo dignã ſcelere ſu-
ſcepit. ſed ab illo tẽpore annum iam tertium, &
viceſimum regnat: & ita regnat, vt ſe non Pon-
to, neque Cappadociæ latebris occultare velit,
ſed emergere è patrio regno, atq; in veſtris ve-
ctigalibus, hoc eſt, in Aſiæ luce verſari. ‖ Etenim 8
adhuc ita veſtri cũ illo rege contenderunt* im-
peratores, vt ab illo inſignia victoriæ, nõ victo-
riam [n] reportarent. Triumphauit L. Sylla, trium-
phauit L. Muræna de Mithridate, duo fortiſſimi
viri, & ſummi imperatores: ſed ita triumpharũt,
vt ille pulſus, ſuperatuſq́; regnaret. Verumtamẽ
illis imperatorib. laus eſt tribuenda, quòd ege-
runt: venia danda, quòd reliquerunt: propterea
quòd ab eo bello Syllam in Italiam reſp. Muræ-
nam Sylla reuocauit. ‖ Mithridates autem om- 9
ne reliquum tempus, non ad obliuionẽ veteris
belli, ſed ad comparationem noui contulit: qui
poſteaquàm maximas ædificaſſet, ornaſſetque
claſſeis, exercitúſque permagnos, quibuſcum-
que ex gentibus potuiſſet, comparaſſet, [o] Boſ-
phoranis, finitimis ſuis, bellum inferre ſimulaſ-
ſet: [p] vſque in Hiſpaniam 6 * legatos * Ecbatanis
miſit ad eos * duces, quibuſcum tum bellum ge-
rebamus: vt, cùm duobus in locis diſiũctiſſimis,
maximéq; diuerſis, vno 7 [q] conſilio, ab vnis ho-
ſtium copiis bellũ terra, mariq; gereretur, [8] vos
ancipiti cõtentione, [r] diſtracti, de imperio dimi-
caretis. ‖ Sed tamẽ alterius partis periculũ, Ser- 10
torianæ, atque Hiſpanienſis, quæ multò plus fir-
mamẽti, ac roboris habebat Cn. Pompeij diuino
cõſilio, ac ſingulari virtute depulſũ eſt: in altera
parte

l L. delenda vobis eſt illa.
m L. qui vno die.
* hoc eſt intra triceſimam. App. in Mithridat. Plut. in Sylla. Vall. lib. 9. c. 2. Aug. de ciuit. c. 22. 3. Flor. 5 Plin. de vir. illuſtr. c. 76.
* 150000. ciuiũ edicto necari & interfecti. Plutar. in Syll. vel vt cenſet Vell. 9. c. 2. 80000.
* Sylla & eius legatus Muræna.
n L. reportarint.
o L. Boſporanis. al. & ſe Boſphoranis, finitimis ſuis.
p L. vſque in Hiſpaniã legatos, ac literas miſit ad.
* Magium. & Fanium.
* al. ex Albanis. al. ac literas miſit. * Sertorium.
q L. vno cõſilio à binis hoſtiũ copiis bell. al. an vnius hoſtis copiis. r L. diſtracti

parte ita res à L. Lucullo, ſummo viro, eſt adminiſtrata, vt initia illa geſtarum rerũ magna, atq; præclara, non felicitati eius, ſed virtuti: hæc autem extrema, quæ nuper acciderunt, non culpæ, ſed fortunæ tribuenda eſſe videãtur. Sed de Lucullo dicam alio loco, & ita dicam, Quirites, vt neque vera laus, ei detracta oratione noſtra, ne-
11 que falſa, afficta eſſe videatur. ‖ Sed pro veſtri imperij dignitate, atque gloria, quoniam is eſt exorſus orationis meæ, videte, quem vobis animum ſuſcipiendum putetis. Maiores veſtri ſæpe mercatoribus, [9] [s] ac nauiculatoribus iniurioſiùs tractatis, bella geſſerunt: vos tot ciuium R. millibus, vno nuntio, atque vno tempore necatis, quo tandem animo eſſe debetis? Legati* ꝙ erãt appellati* ſuperbius, Corinthum patres veſtri, totius Græciæ lumẽ, extinctũ eſſe voluerũt: vos eum regem inultum eſſe patiemini, qui legatũ populi R. conſularem,[t] vinculis, ac verberib. atq; omni ſupplicio excruciatũ necauit? Illi libertatẽ ciuiũ R. imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligetis? Ius legationis[10] verbo violatum* illi perſecuti ſũt: vos* legatũ populi R. omni ſupplicio interfectũ, inultũ relinquetis? ‖ Videte, ne, vt illis pulcherrimum fuit,
12 tantam vobis imperij [11] gloriam[t] relinquere: ſic vobis turpiſſimũ ſit,[u] illud, ꝙ accepiſtis, tueri, & conſeruare non poſſe. Quid, ꝙ ſalus ſociorum ſummũ in periculum, ac diſcrimen vocatur? Regno expulſus eſt Ariobarzanes,* rex, ſocius populi R. atq; amicus: imminent duo reges toti Aſiæ, non ſolùm vobis inimiciſſimi, ſed etiam veſtris ſociis, atque amicis: ciuitates autem om-

 nes,

s L. ac nauiculariis iniur.

[a] Cicer. 1. Offic. & 2. cont. Rull. Iuſt. l. 34. Epit. Liu. 51. 52. Val. l. 5. cap. 7. Eutrop. l. 3. Plin. l. 12. c. 35. 2. Flor. 16.

* Pulſati Liuius & Aſcon. vel ſordib. eis iniectis Strab.

t al. vincliſ

* al. illi bello perſecuti ſunt.

* M. Aquillium qui ſeruos in Sicilia deuicerat.

t v. c. tradere.

v L. id, quod ac.

* Regibus à Senatu appelatis mos hic fuit, à Senatu domum mitti coronam & pateram auream, ſellam curulem, eburneum Scipionẽ, togam pictam, tunicam palmatam Halicarnaſſ. Liuius, Appi. Tacitus. in exteris verò regionibus ſolium ſuũ iuxta imperatorũ Romanorũ ſellam ponebant, & cuſtodiæ cauſa turmam equitum habebant. Salluſt. in Iugu. Appellatum ſocium ab imperatore (quod niſi magnis in remp. meritis fieri nõ ſolebat) eũ imp. R. in ſuo tribunali collocabat. Val. l. 5. c. 6.

nes,cuncta Aſia,atque Græcia[12] veſtrum auxiliū exſpectare,propter periculi magnitudinem,coguntur : imperatorem à vobis certum depoſcere,cùm præſertim vos alium miſeritis , neq; audent , neque ſe id facere ſummo ſine periculo poſſe arbitrantur.‖Vident,& ſentiūt hoc idem, 13
quod & vos , vnum virum eſſe , in quo ſumma ſint omnia,[13] & cum * propè eſſe (quo etiā carent ægrius) cuius aduentu ipſo, atque nomine, tametſi ille ad maritimum bellum venerit,tamē impetus hoſtiū repreſſos eſſe intelligunt,ac retardatos.Hi vos,quoniā liberè loqui non licet, tacitè rogāt, vt ſe quoq; ſicut ceterarū prouinciarū ſocios,dignos exiſtimetis, quorū ſalutem tali viro cōmendetis.atque hoc etiā magis,quā ceteros,q eiuſmodi [x] in prouinciā homines cū imperio mittimus,vt,etiā ſi ab hoſte defendant, tamē ipſorū aduent⁹ in vrbeis ſociorū, nō multū ab hoſtili expugnatione differant. Hunc audiebant anteà,nūc prǫſentē vidēt,tanta tēperātia,tanta manſuetudine, tanta humanitate,vt ij beatiſſimi eſſe videantur,apud quos ille diutiſſimè [y] cōmoratur.‖Quare,ſi propter ſocios,nul- 14
la ipſi iniuria laceſſiti,maiores veſtri [z] cum Antiocho,cū Philippo,cū Aetolis, cū Pœnis bella geſſerūt:quāto vos ſtudio cōuenit,iniuriis prouocatos,ſociorū ſalutē vnà cū imperij veſtri dignitate defēdere, [a] præſertim cū de veſtris maximis vectigalib.agatur? * Nā ceterarū prouinciarū vectigalia,Quirites,tanta ſunt, vt iis ad ipſas prouincias tutādas vix contenti eſſe poſſim⁹:Aſia verò tā opima eſt,& fertilis,vt& vbertate agrorū,& varietate fructuū, & magnitudine paſtionis,& multitudine carū rerum,quæ exportātur,facilè omnib.terris antecellat.Itaque hæc vobis prouincia,Quirites,[14] ſi & belli vtilitatem,&pacis dignitatem*ſuſtinere vultis,nō modò à calamitate, ſed etiā à metu calamitatis eſt defendenda.‖[b] Nā in ceteris rebus, cū venit 15
ca

*L.propter eſſe. al.propè abſint. al. propè adſint.

x fort. in hanc prouinc.

y L.cōmoretur.

z lib. vulg. cum Antiocho, cum Aetolis, cū Pœnis,&c.

a L.præſertim cū veſtra maxima vectigalia agātur?

* Pop. Ro. vectigalia maxima.

* al. retinere.

b L. Nam cæteris in rebus.

Digitized by Google

calamitas, tũ detrimentũ accipitur. at in vectigalib. non ſolùm aduentus mali: ſed etiã metus ipſe affert calamitatem. Nã cùm hoſtium copię nõ lõgè abſũt,[c] etiam ſi irruptio nulla facta ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorũ nauigatio conquieſcit. ita neque ex portu, neque ex decumis, neq; ex ſcriptura vectigal conſeruari poteſt. Quare ſępe totius anni fructus vno rumore periculi, atq; vno belli ter-
16 rore amittitur: || Quo tãdem animo eſſe exiſtimatis aut eos, qui vectigalia vobis penſitant, aut eos, qui exercent, atque exigunt, cum duo reges cum maximis copiis propè adſint? cùm vna excurſio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre poſſit? cùm publicani familias maximas,[15] [d] quas in* ſalinis habent, quas in agris, quas in portubus, atq; cuſtodiis, magno periculo ſe habere arbitrentur? Putatiſne vos illis rebus frui poſſe,[16] [e] niſi eos, qui vobis fructuoſi ſũt, conſeruaueritis, non ſolùm (vt antea dixi) calamitate ſed etiam calamitatis formidine li-
17 beratos? || Ac ne illud quidem vobis negligendũ eſt, quod mihi ego extremũ propoſuerã, cùm eſſem de belli genere dictur⁹, quod ad multorũ bona ciuium R. pertinet: quorum vobis, pro veſtra ſapientia, Quirites, habenda eſt ratio diligẽter. Nã & publicani,[f] homines & honeſtiſſimi, & ornatiſſimi, ſuas rationes, & copias in illã prouinciã contulerunt, quorum ipſorum per ſe res, & fortunæ, curæ vobis eſſe debent. etenim ſi vectigalia, neruos eſſe reip. ſemper duximus: eũ certè ordinẽ, qui exercet illa, firmamẽtũ cetero-
18 rũ ordinũ rectè eſſe dicem⁹. || Deinde ceteris ex ordinib. homines naui, & induſtrij partim in Aſia negotiãtur, quib. vos abſentib. conſulere debetis: partim ſuas, & ſuorũ in ea prouincia pecunias magnas collocatas habẽt. Erit igitur humanitatis veſtrę, magnũ eorũ ciuiũ numerũ calamitate prohibere: ſapiẽtię, videre multorũ ciuiũ

c L. etiã ſi nulla irruptio facta ſit.

d L. quas in ſalinis hab. & ita v c. & recte.

* nam ex ſalinis agris, & portubus vectigalia ſumebant Romani.

e L. niſi eos, qui vobis fructui ſunt, conſ. & ita v. c.

f L. homines honeſtiſſimi, & ornatiſſ.

Digitized by Google

calamitatem à rep.ſeiunctam eſſe non poſſe. Etenim illud primùm parui refert, vos publicanis amiſſa vectigalia poſtea victoria * recuperare. neq; enim iiſdem redimendi facultas erit, propter calamitatem, neque aliis voluntas, propter timorem.[17] || [g] deinde quod nos eadẽ Aſia, atque 19
idem iſte Mithridates initio belli Aſiatici [h] docuit id, ꝙ certè calamitate docti memoria retinere debemus. Nam tũ, cùm in Aſia res magnas permulti amiſerunt, ſcimus, Romæ, ſolutione impedita, fidẽm conſediſſe. Non enim poſſunt vna in ciuitate multi rem, atque fortunas amittere, vt non plureis ſecũ in eandem calamitatẽ trahant. A quo periculo prohibere remp. & mihi credite, id ꝙ ipſi videtis. hæc fides, atque hæc ratio pecuniarũ, quæ Romæ, quæ in foro verſatur, implicita eſt cũ illis pecuniis Aſiaticis, & cohęret. ruere illa non poſſunt, vt hęc non eodẽ labefactata motu concedant. Quare videte, nũ dubitandum vobis ſit, omni ſtudio ad id bellũ incumbere, in quo gloria nominis veſtri, ſalus ſociorum, vectigalia maxima, fortunæ plurimorum ciuium cum rep. defenduntur. || Quoniã * de 20
genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicã. Poteſt enim hoc dici: belli genus eſſe ita neceſſarium, vt ſit gerendum: non eſſe ita magnũ, vt ſit pertimeſcẽdũ. In quo maximè laborandũ eſt, [i] ne fortè à vobis quæ diligentiſſimè prouidenda ſunt, contẽnẽda eſſe videantur. Atque, vt omnes intelligant, me L. Lucullo tantũ impertiri laudis, quantum [k] forti viro, & * ſapiẽtiſſimo homini, & magno imperatori debeatur: dico, eius aduentu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas, atq; inſtructas, eſſe deletas: vrbẽq; Aſiæ clariſſimã, nobiſq; amiciſſimã, Cyzicenorũ, obſeſſã ab ipſo rege * maxima multitudine, & oppugnatã vehementiſſimè, L. Luculli virtute, aſſiduitate, cõſilio, ſũmis obſidionis periculis liberatã: || ab eodẽ imperatore claſ- 21
ſem

* al. recipe rare.

g L. deinde quod n.

h L. docuit, id quidem certè calamitate docti mem.

* SECVNDA PARS CONFIRMATIONIS in qua de magnitudine belli.

i L. ne fortè vobis quæ

k L. forr. fortiſſimo viro.

* al. ſapienti.

* L. magna.

Digitized by Google

ſem magnā,& ornatam, quæ ducib. Sertorianis ad Italiā ſtudio inflāmato raperetur, ſuperatam eſſe,atque depreſſam: magnas hoſtium præterea copias multis prœliis eſſe delatas: patefactūque noſtris legionib. eſſe Pontū,qui antè populo R. ex omni aditu [l] clauſus erat: *Sinopen,atq; Amiſum,quibus in oppidis erant domicilia regis,omnibus rebus [m] ornata,atq; referta,ceteráſque vrbeis Pōti,& Cappadociæ permultas,vno aditu,atq; aduentu eſſe captas: regem ſpoliatū regno patrio,atque auito,ad alios ſe reges, atque alias genteis ſupplicem contuliſſe: atque hæc omnia, ſaluis populi Rom. ſociis, atque integris vectigalibus eſſe geſta. Satis opinor hoc eſſe laudis: [18] atque ita * reputo, vt hoc vos intelligatis, à nullo iſtorum, qui huic obtrectant legi, atque cauſæ, L. Lucullum

22 ſimiliter ex hoc loco eſſe laudatum. || Requiretur fortaſſe nunc,quēadmodū,cùm hæc ita ſint, reliquum poſſit eſſe magnum bellū. Cognoſcite,Quirites. non enim ſine cauſa quæri videtur. Primùm ex ſuo regno ſic Mithridates profûgit, vt ex eodē Ponto *Medea illa quondam profugiſſe dicitur: quam prædicant,in fuga,fratris ſui mēbra in iis locis, quà ſe parens perſequeretur, diſſipauiſſe,vt eorum collectio diſperſa,mærórque patrius, celeritatem perſequēdi retardaret. Sic Mithridates fugiēs,maximam vim auri,atq; argenti,pulcherrimarúmque rerū omniū, [n] quas & à maioribus acceperat, & ipſe bello ſuperiore [19] ex tota Aſia [o] direptas,in ſuum regnum congeſſerat, in Ponto omnem reliquit. Hæc dum noſtri colligunt omnia diligentiùs, rex ipſe è manibus effûgit. Ita illū in perſequendi ſtudio

23 mæror, hos lætitia retardauit. || Hunc in illo timore,& fuga Tigranes,rex Armenius, excepit: diffidentémque rebus ſuis confirmauit, & afflictum erexit, perditúq; recreauit. cuius in regnū poſteaquā L. Lucullus cum exercitu venit: plu-

l L. clauſus eſſet.

* Vide Appian. in Mithr. Str. lib. 12.

m al. ornatas, atque refertas.

* al. id repeto.

* Vide Cic. 3. de Nat. deo. Ouid. 7. Metam. Apoll. 4. Argonaut.

n L. quas à maiorib.

o al. dereptas.

res etiam gentes contra imperatorem noſtrum concitatæ ſunt. Erat enim metus iniectus iis nationibus, quas numquam populus R.[p] neque laceſſendas bello, neque tentandas putauit. erat enim alia grauis, atq; vehemẽs opinio, quæ per animos gentiũ barbararum peruaſerat, fani* locupletiſſimi, & religioſiſſimi diripiendi cauſa in eas oras noſtrũ exercitum eſſe adductũ. Ita nationes multæ, atque magnæ nouo quodam terrore, ac metu concitabãtur. Noſter autem exercitus, etſi * vrbem ex Tigranis regno ceperat, & prœliis vſus erat ſecundis, tamen nimia longinquitate locorum, ac deſiderio ſuorum commouebatur. || Hîc iam plura non dicam. fuit enim 24
illud extremum, vt ex iis locis à militib. noſtris reditus magis maturus, quàm proceſſus longior quæreretur. Mithridates autẽ & ſuã manum iam confirmarat, & eorum, qui ſe ex eius regno collegerant,[q] & magnis aduentitiis multorũ regum, & nationum copiis iuuabatur. Hoc iã ferè ſic fieri ſolere accepimus, vt regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad miſericordiam, maximéq; eorũ, qui aut reges ſunt, aut viuunt in regno, quòd regale iis nomen, magnũ, & ſanctum eſſe videatur. || Itaq; tantũ victus effi- 25
cere potuit, quantũ incolumis nũquã eſt auſus optare. Nam [r] cùm ſe in regnũ ſuum recepiſſet, non fuit eo contentus, quod ei præter ſpem acciderat, [s] vt illam, poſteaquã pulſus erat, terram vmquam attingeret: ſed in exercitum[t] veſtrum, clarum, atq; victorẽ, impetũ fecit. Sinite hoc loco, Quirites (ſicut poëtæ ſolent, qui res Romanas ſcribũt) præterire me noſtrã calamitatẽ: quę tanta fuit, vt eã ad aureis L. Luculli nõ ex prœlio nuntius, ſed ex ſermone rumor afferret. || Hîc 26
[u] in illo ipſo malo, grauiſſimáque belli offẽſione, L. Lucullus, qui tamen aliqua ex parte iis incõmodis mederi fortaſſe potuiſſet, veſtro iuſſu coactus, * quòd imperij diuturnitati modũ ſtatuendum, veteri exemplo putauiſtis, partem

p L. neque bello laceſſendas, neque.

* Cumarũ vrbis, quod à Mutæna impulſu Archelai ſpoliatum.

* Tigrano certam.

q v. c. & magnis aduẽtitiis, auxiliis multorum regum, & nationum iuuabatur.

r L. cùm ſe in regnum recepiſſet ſuum.

s L. vt eam poſt.

t L. noſtrũ,

v L. in ipſo illo

* Sic Mamercus Aemilius apud Liuium 4. Maxima libertatis Romanę cuſtodia ſi magna imperia diuturna non eſſent.

Digitized by Google

*militum,qui iam ſtipendiis [x] confectis erãt,dimiſit,partem Glabrioni tradidit.Multa prętereo conſultò: ſed ea vos coniectura perſpicitis, [21] [y] quantũ illud bellũ futurum putetis, quod cõiungãt reges potentiſſimi, renouent agitatę nationes,ſuſcipiant integrę gentes,nouus imperator veſter accipiat, [z] vetere expulſo exercitu.

27 ¶Satis * mihi multa verba feciſſe videor, quare hoc bellum eſſet,genere ipſo neceſſarium, magnitudine periculoſum.reſtat, vt de imperatore ad id bellum deligendo, ac tantis reb. præficiẽdo,dicendum eſſe videatur.Vtinã, Quirites, virorum fortium,atque innocentiũ copiam tãtam haberetis,vt hæc vobis deliberatio difficilis eſſet,quémnam potiſſimùm tã[illegible]is rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. Nunc verò cùm ſit vnus Cn.Pompeius, qui non modò eorũ hominum,qui nũc sũt,gloriam,ſed etiam antiquitatis memoriã virtute ſuperarit:quæ res eſt,quæ cuiuſquam animum in hac cauſa dubium facere

28 poſſit? ¶Ego enim ſic exiſtimo, * in ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere,ſcientiam rei militaris,virtutem,auctoritatem,felicitatem. Quis igitur hoc homine [a] ſcientior vmquam aut fuit,aut eſſe debuit?qui è ludo,[b] atq; pueritię diſciplina,bello maximo,atque acerrimis hoſtibus,ad patris exercitum,atque in militiæ diſciplinam profectus eſt? qui extrema pueritia miles fuit ſummi imperatoris? ineũte adoleſcentia maximi ipſe exercitus imperator? qui ſæpius cum hoſte conflixit, quàm quiſquam cũ inimico concertauit? plura bella geſſit, quàm ceteri legerunt? plureis prouincias confecit, quàm alij concupiuerunt? cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris non alienis præceptis, ſed ſuis imperiis:non offenſionibus belli, ſed victoriis: non ſtipendiis, [22] ſed triumphis [c] eſt traducta? Quod denique genus belli eſſe poteſt, in quo illum non exercuerit fortuna

* Fimbrianorum Plutarch.
x for. emeritis.
y L. quantũ illud bellũ factum putetis,q.
z L. vetere pulſo exercitu.
*Confirmationis tertia pars in qua tractat Cicero de imperatore ad id bellum deligendo.
* Qvatvor boni imperatoris virtutes in Pompeio inuentæ.
a fort. rei militaris ſcientior.
b L. atque è pueritia d.
c L. eſt erudita? & ita v.c.

Digitized by Google

reipub.*Ciuile,*Africanum,*Tranſalpinũ,*Hi-
ſpanienſe,*miſtum ex ciuitatibus,atque ex bel-
licoſiſſimis nationibus,[d] ſeruile,* nauale, varia
& diuerſa genera,& bellorum, & hoſtium, non
ſolùm geſta ab hoc vno,ſed etiã confecta,nullã
rem eſſe declarant,in vſu militari poſitam , quæ
huius viri ſcientiam fugere poſſit. || Iam verò 29
virtuti Cn.Pompeij quę poteſt par oratio inue-
niri?quid eſt, quod quiſquam aut dignum illo,
aut vobis nouũ,aut cuiquam inauditũ poſſit af-
ferre? [e] Neque enim illæ ſunt ſolæ virtutes im-
peratoriæ,quæ vulgò exiſtimantur,labor in ne-
gotiis,fortitudo in periculis,induſtria in agen-
do,celeritas in conficiendo, cõſilium in proui-
dendo:quæ tanta ſunt in hoc vno, quanta in o-
mnib. reliquis imperatoribus,quos aut vidim⁹,
aut audiuimus,nõ fuerunt.||Teſtis eſt Italia,quã 30
ille ipſe victor,L.Sylla,huius virtute,&ſubſidio
confeſſus eſt liberatam. teſtis eſt Sicilia , quam
multis vndique cinctã periculis,nõ terrore bel-
li,ſed celeritate conſilij,explicauit.teſtis eſt A-
frica,quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis,eorũ
ipſorum ſanguine redundauit. teſtis eſt Gallia,
per quam legionib. noſtris in Hiſpaniã iter , [23]
[g]Gallorum internecione patefactum eſt. teſtis
eſt Hiſpania,quæ ſæpiſſime plurimos hoſteis ab
hoc ſuperatos,proſtratóſq; conſpexit. teſtis eſt
iterũ,& ſæpius Italia,quæ cùm ſeruili bello tæ-
tro,periculoſóque premeretur,ab hoc auxilium
abſente expetiuit : quod bellum exſpectatione
Pompeij attenuatum,atque imminutum eſt:ad-
uentu ſublatum , ac ſepultum. || teſtes verò iam 31
omnes oræ, atque omnes exteræ gentes , ac na-
tiones : denique maria omnia, tum vniuerſa,
tum in ſingulis oris omnes ſinus , atque por-
tus. Quis enim toto mari locus per hos annos,
aut tam firmum habuit præſidium , vt tutus eſ-
ſet ? aut tam fuit abditus, vt lateret ? Quis na-
uigauit , qui non ſe aut mortis , aut ſeruitutis
pe

* cum Cinna & Carbone.
* Cum Cn. Domitio.
* Cum Gallis.
* Cum Sertorio.
* Germanis & Gallis.
d L. ſeruile , nauale bellum varia & diuerſa genera & bellorum,& hoſtium, &c. & ita v. c.
* quod erat cum Spartaco.
* quod cũ piratis.
e L. Non enim.
f L. huius virtute , & conſilio confeſſ.
g L. Gallorum interitione p. al. internicione. al. intẽſione. L. interemptione, vel interemtione.

periculo cõmitteret,cùm aut hieme,aut referto prædonum mari[h] nauigaret? Hoc tantũ bellum, tam turpe, tam vetus, tam latè diuiſum, atque diſperſum, quis vmquam arbitraretur aut ab omnib.imperatorib.vno anno, aut omnibꝰ annis
32 ab vno imperatore confici poſſe?|| Quã prouinciam tenuiſtis à prædonibus liberam per hoſce annos? quod vectigal vobis tutum fuit? quem ſocium defendiſtis? cui præſidio, claſſibus veſtris,fuiſtis?quàm multas exiſtimatis inſulas eſſe deſertas? quàm multas aut metu relictas, aut à prædonibus captas vrbeis eſſe ſociorum? Sed quid ego longinqua cõmemoro?Fuit hoc quõdam,fuit proprium populi R.lõgè à domo bellare, & propugnaculis imperij ſociorum fortunas,non ſua tecta defendere. Sociis veſtris ego mare clauſum per hoſce annos dicã fuiſſe, cum exercitus noſtri[i] Brunduſio nũquam, niſi ſumma hieme,tranſmiſerint? Quid, ad nos cùm ab exteris nationib. venirent, captos querar, cum legati populi R.redemti ſint?mercatorib.tutum mare non fuiſſe dicam,cùm * duodecim ſecures
33 in prædonum poteſtatẽ 24 [k] peruenerint?|| Quid aut Colophonem,autSamũ nobiliſſimas vrbeis, innumerabileiſq; alias, captas eſſe commemorẽ,cùm veſtros portus,atque eos portus,quibus vitam & ſpiritum ducitis,25 [l] in prędonum fuiſſe poteſtate ſciatis?An verò ignoratis, portum Caietæ celeberrimum, atq; pleniſſimũ nauium, inſpectante prætore,à prædonib.eſſe direptum? Ex Miſeno autem, eius ipſius liberos, qui cum prædonibus antea ibi bellum geſſerat,à prædonibus eſſe ſublatos?Nam quid ego Oſtienſe incommodũ, atq; illam labem, atq; ignominiam reip.querar,cùm,propè inſpectãtib.vobis, claſſis ea, cui conſul populi R. præpoſitus eſſet, à prædonibus capta, atque * oppreſſa eſt? Pro dij immortales! 26 * tantáne vnius hominis incredibilis, ac diuina virtus tam breui tempore

h lib. vul. nauigaretur.

i al.à Brũdiſio n.

* Duos prætores Sextilium & Bibinum quibus ſingulis ſex faſces.

k L.peruenerit? Cnidum aut Coloph.

l L.in prædonũ fuiſſe poteſtatem ſciatis?

* al. deprehenſa eſt, al.depreſſa eſt.

* al.tantámne.

Digitized by Google

[m] lucem afferre reip. potuit,vt vos, qui modò
ante oſtium Ciberinũ claſſem hoſtiũ videbatis,
ij nunc nullã [n] intra Oceani oſtiũ prædonũ nauẽ
eſſe audiatis?||Atq; hęc,qua celeritate geſta ſint, 34
quãquam videtis,tamẽ à me in dicendo præter-
eunda non ſunt. Quis enim vmquã,aut obeundi
negotij,aut conſequendi quæſtus ſtudio,tã bre-
ui tẽpore,tot loca adire, tantos curſus cõficere
potuit,quàm celeriter,Cn.Pompeio [o] duce,bel-
li impetus nauigauit?qui *Siciliam adiit, Africã
explorauit:inde Sardiniam cum claſſe venit,nõ-
dũ tempeſtiuo ad nauigandum mari:atque hæc
*tria frumentaria ſubſidia reip. firmiſſimis præ-
ſidiis,claſſibúſque muniuit.||Inde,ſe cùm in Ita- 35
liam recepiſſet,duabus Hiſpaniis, & Gallia Ci-
ſalpina præſidiis,ac nauib.confirmata, miſſis itẽ
in oram Illyrici maris,& in Achaiam,omnemq;
Græciã nauibus Italiæ duo maria maximis claſ-
ſibus,firmiſſimiſque pręſidiis adornauit:ipſe au-
tem,vt à Brunduſio profectus eſt,vndequinqua-
geſimo die totam ad imperium populi R. Cili-
ciam adiunxit: omnes, qui vbique prædones
fuerunt,partim capti,interfectique ſunt, [p] par-
tim vnius huius imperio,ac poteſtati ſe dedide-
runt.Idem Cretenſibus, cùm ad eum vſq; in Pã-
phyliam legatos,deprecatoréſq; miſiſſent,ſpem
deditionis non ademit, obſidéſque imperauit.
Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longè,
latéque diſperſum,quo bello omnes gentes, ac
nationes premebantur, Cn. Pompeius extrema
hieme apparauit, ineunte vere ſuſcepit, media
æſtate confecit.||Eſt hæc diuina, atque incredi- 36
bilis virtus imperatoris.quid ceteræ,quas paulò
antè commemorare cœperam, [q] quantæ, atque
quàm multæ ſunt? non enim ſolùm bellandi
virtus in ſummo, atque perfecto imperatore
quærenda eſt: ſed multæ ſunt artes eximiæ, hu-
ius adminiſtræ,comitéſque virtutis. Ac primùm
quanta innocentia debent eſſe imperatores!
quant a

m φῶς.

n L. intra Oceanum prædon. al. intra Oceanum hoſtiũ n.

o L. duce, tanti belli imp.

*qui nondũ tempeſtiuo ad nauigandum mari Siciliam adiit, Africam explorauit.

* Siciliam, Africam & Sardiniam.

p L.partim vnius hominis imp.

q L. quanta quàm multæ ſunt.

quanta deinde omnibus in rebus [r] temperantia! quanta fide! quanta facilitate! quanto ingenio! quanta humanitate! Quæ breuiter, [s] qualia ſint in Cn. Pompeio, conſideremus. ſumma enim omnia ſunt, Quirites: ſed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipſa per ſeſe cognoſci, atq; intelligi poſſunt.
37 || Quem * enim poſſumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus, atque venierint? quid hunc hominem magnum, aut amplum de repub. cogitare, qui pecuniam ex ærario depromtam ad bellum adminiſtrandum aut propter cupiditatem prouinciæ * magiſtratibus diuiſerit, aut propter auaritiam Romæ in quæſtu reliquerit? Veſtra admurmuratio facit, Quirites, vt agnoſcere videamini, qui hæc fecerint. [t] ego autem nomino neminem. quare iraſci mihi nemo poterit, niſi qui antè de ſe voluerit confiteri. Itaque propter hanc auaritiam imperatorum, quantas calamitates quocumque ventum ſit, noſtri exercitus * ferant, quis ignorat?
38 || Itinera quæ per hoſce annos in Italia per agros, atque oppida ciuium Roman. noſtri imperatores fecerunt, recordamini: tum faciliùs ſtatuetis, quid apud exteras nationes fieri exiſtimetis. Vtrùm plureis arbitramini per hoſce annos militum veſtrorum armis hoſtium vrbeis, an hibernis, an ſociorum ciuitates eſſe deletas? Neque enim poteſt exercitum is continere imperator, [u] qui ſe ipſum non continet: neque ſeuerus eſſe in iudicando, qui alios in ſe ſeueros eſſe iudices non vult.
39 || Hîc miramur, hunc hominem tantum [x] excellere ceteris, cuius legiones ſi in Aſiam peruenerunt, vt non modò manus tanti exercitus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur? Iam verò, quemadmodum milites hibernent, quotidie ſermones, ac literæ perferuntur. non modò, vt ſumtum faciat in militem, nemini vis affertur: ſed

r L. temperantia? quā ta facilitate? quanto conſilio? quanto ingenio? quāta fide? quā ta humanitate? Quæ br.

s L. quanta ſint.

* Innocentia Pompeij.

* al. magiſtris.

t L. ego autem neminem nomino.

* al. adferant.

v L. qui ſe ipſe non cont.

x for. antecellere cet.

ſed ne cupiēti quidem cuiquā permittitur. hiemis enim, non auaritiæ perfugium maiores noſtri in ſociorum, atq; amicorum tectis eſſe voluerunt. ||

y Temperātia Pompeij.

40 Agè[y] verò ceteris in rebꝰ quali ſit tēperantia, conſideratè. Vnde illam tantam celeritatem, & tam [27] incredibilem[z] curſum initum putatis? non enim illū eximia vis remigum, aut ars inaudita quædam gubernandi, aut venti aliqui noui, tam celeriter in vltimas terras pertulerunt:[a] ſed hæ res, quæ ceteros remorari ſolēt, non retardarunt: non auaritia ab inſtituto curſu [b] ad prædam aliquam [28] reuocauit, nō libido ad voluptatem, non amœnitas ad delectationē, nō nobilitas vrbis ad cognitionem, non deniq; labor ipſe ad quietem. poſtremò ſigna, & tabulas, ceteráque ornamenta Græcorum oppidorum, quæ ceteri tollenda eſſe arbitrantur, ea ſibi ille ne viſenda quidem exiſtimauit. ||

z L. curſum natum putatis? al. inuentum.
a L. ſed eæ res.
b L. ad prædam aliquā deuocauit.

41 Itaque omnes quidem nunc in his locis Cn. Pōpeium, ſicut aliquem non ex hac vrbe miſſum, ſed de cęlo delapſum, intuentur: nunc denique incipiunt credere, fuiſſe homines Romanos hac quondā abſtinentia: quod iam nationib. exteris incredibile, ac falſo memoriæ proditū videbatur. nūc imperij noſtri ſplendor illis gentib. lucet: nūc intelligunt, non ſine cauſa maiores ſuos tum, cùm hac tęmperantia magiſtratus habebamus ſeruire populo R. quàm imperare aliis, maluiſſe. Iā verò ita faciles aditus ad eum priuatorum, ita liberæ querimoniæ de aliorum iniuriis eſſe dicuntur, vt is, qui dignitate principibus [d] excellit, facilitate par infirmis eſſe videatur. ||

c L. veſtri.
d for. antecellit.
e L. vos, Quirites, hoc ipſo ex loco ſæpe cogn.
* Fides Pompeij.
f L. quam hoſtes omnes omniū generum, ſanctiſſim.
* Humanitas Pompeij.

42 Iam quantum conſilio, quantum dicendi grauitate, & copia valeat, in quo ipſo ineſt quędam dignitas imperatoria,[e] vos, Quirites, hoc ipſo in loco ſæpe cognoſtis. * Fidem verò eius inter ſocios quantam exiſtimari putatis, [29] [f] quam hoſtes omnium gentium ſanctiſſimum eſſe iudicarint? * Humanitate iam tanta eſt, vt difficile

dictu

dictu ſit, vtrùm hoſtes magis virtutem eius pu-
gnantes timuerint, an manſuetudinẽ victi dile-
xerint. Et quiſquam dubitabit, quin huic tantũ
bellum hoc*tranſmittendum ſit, qui ad omnia
*noſtræ memoriæ bella conficiẽda, diuino quo-
43 dam conſilio natus eſſe videatur?||Et, quoniam
* auctoritas multũ in bellis quoq; adminiſtrã-
dis, atque imperio militari valet, certè nemini
dubiũ eſt, [30] quin ea in re idem ille imperator
plurimum poſſit. Vehementer autem pertinere
ad bella adminiſtranda, quid hoſtes, quid ſocij
de imperatoribus veſtris exiſtiment, quis igno-
rat, cùm ſciamus, homines in tantis rebus, vt aut
contẽnant, aut metuant, aut oderint, aut ament,
opinione non minùs famæ, quàm aliqua certa
ratione cõmoueri? Quod igitur nomen vnquam
in orbe terrarũ clarius fuit? cuius res geſtæ pa-
res? de quo homine vos id quod maximè facit
auctoritatem, tanta, & tam præclara iudicia fe-
44 ciſtis? || An verò vllam vſquam eſſe oram tã de-
ſertam putatis, quò non illius diei fama perua-
ſerit, cũ vniuerſus populus R. referto foro, [g] re-
pletiſque omnib. templis, [31] ex quibus hic loc⁹
conſpici poteſt, vnum ſibi ad cõmune omnium
gentium bellum Cn. Pompeium imperatorem
depopoſcit? Itaque, vt plura non dicam, neque
aliorum exemplis confirmem, quantum huius
auctoritas valeat in bello: ab eodẽ Cn. Põpeio
omnium rerum egregiarum exempla ſumantur:
qui, quo die à vobis maritimo bello præpoſitus
eſt imperator, tanta repentè *vtilitas annonę ex
ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ con-
ſecuta eſt, vnius*ſpe & nomine, quantam vix ex
ſumma vbertate agrorum diuturna pax efficere
45 potuiſſet.|| Iam verò, accepta in Ponto calami-
tate, ex eo prœlio, de quo vos paulò antè inui-
tus admonui, cùm ſocij pertimuiſſent, hoſtium
opes, animique creuiſſent: cùm ſatis firmum
præſidium prouincia non haberet, amiſiſſetis
Aſiam,

* al. permittendum, al. committẽdum.
* al. veſtræ
* Auctoritas Pompeij.
g L. compleтiſque omnibus.
* al. vilitas ex ſumma inopia.
* al. vnius hominis ſpe
* al. in.

Aſiã, Quirites,[32] h niſi ipſũ id tẽporis diuinitus Cn. Pompeium ad eas regiones fortunas populi R. attuliſſet. Huius aduentus & Mithridatẽ inſolitã i inflammatum victoria continuit, & Tigranem magnis copiis minitantem Aſiæ retardauit. Et quiſquam dubitabit, quid virtute perfecturus ſit, qui tantum auctoritate perfecerit? aut quàm facilè imperio, atque exercitus ſocios, & vectigalia conſeruaturus ſit, qui ipſo nomine, ac rumore defenderit? || Age verò, illa 46
res quantam declarat eiuſdem hominis apud hoſteis populi Rom. auctoritatem, quòd ex locis tam longinquis, támque diuerſis, tam breui tempore omnes vnà * huic ſe dediderunt? quòd * Cretenſium legati, cùm in eorum inſula k noſter imperator, exercitúſq; eſſet, ad Cn. Põpeium in vltimas propè terras venerunt, eique ſe omnes Cretenſium ciuitates dedere velle dixerunt?[33] Quid? idem * ipſe Mithridates, nónne ad eundem Cn. Pompeium legatum vſque in Hiſpaniam miſit: * eúmque Pompeius legatũ ſemper iudicauit: ij, quibus ſemper erat moleſtum, ad eũ potiſſimùm eſſe miſſum, ſpeculatorem, quàm legatum * iudicare maluerunt? Poteſtis igitur iam conſtituere, Quirites, hanc auctoritatem, multis poſteà rebus geſtis, magniſq; veſtris iudiciis amplificatam, quantum apud illos reges, quantum apud exteras nationes valituram eſſe exiſtimetis. || Reliquum * eſt, vt de 47
* felicitate quam præſtare l de ſe ipſo nemo poteſt: meminiſſe, & commemorare de altero poſſumus m ſicut æquum eſt homini de poteſtate deorum, timidè & pauca dicamus. Ego enim ſic exiſtimo: Maximo, Marcello, Scipioni, Mario, & ceteris magnis imperatoribus, non ſolùm propter virtutem, ſed etiam propter fortunam, ſæpius imperia mandata, atque exercitus eſſe cõmiſſos. fuit enim profectò quibuſdam ſummis viris quædam ad amplitudinem, n & gloriam, & ad

h L. niſi ad id ipſum tẽporis. al. niſi ad ipſum diſcr.
i al. inflatũ.
* al. vni ſe huic dediderunt.
* al. quod communi Cretenſiũ legato. al. quodã communi Cretenſium legato.
k L. veſter imperator.
* al. iſte. al. iſta.
* al. miſit eum quem Pompeius ſẽper legatum iudicauit. hi quib. erat moleſtum &c. al. quibus pererat moleſtum.
* al. iudicari.
* Felicitas Pompeij in gerendo bello.
* al. facilitate.
l al. de ſe ipſe nemo
m L. ſicut æquum eſt hominem de pot.
n L. & ad gloriam.

ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna. de huius autem hominis felicitate, quo de nunc agimus, hac vtar moderatione dicendi, non vt in illius poteſtate fortunam poſitam eſſe dicam, ſed vt præterita meminiſſe, reliqua ſperare videamur, ne aut inuiſa diis immortalibus oratio noſtra, aut ingrata eſſe videatur.

48 ||Itaque non ſum prædicaturus, Quirites, quantas ille res domi, militięque, terra, mariq́;, quantáque felicitate geſſerit: vt eius ſemper voluntatibus non modò ciues aſſenſerint, ſocij obtéperarint, hoſtes obedierint: ſed etiam venti, tēpeſtatéſque obſecundarint. hoc breuiſſimè dicam, neminem vnquam tam impudentem fuiſſe, qui à diis immortalibus tot, & tantas res tacitus auderet optare, quot, & quantas dij immortales ad Cn. Pompeium detulerunt, quod vt illi proprium, ac perpetuum ſit, Quirites, cùm communis ſalutis, atque imperij, tum ipſius hominis cauſa (ſicuti facitis) velle & optare debetis.

49 ||Quare cùm & bellū ita neceſſariū ſit, vt negligi non poſſit: ita magnū, vt accuratiſſimè ſit adminiſtrandū: [o] & cùm ei imperatorem præficere poſſitis, in quo ſit eximia belli ſcientia, ſingularis virtus, clariſſima auctoritas, egregia fortuna: dubitabitis, Quirites, quin hoc tantum boni, [p] quod à diis immortalibus oblatum, & datū eſt, in rempublicam conſeruandam, atq; amplificā-

o L. & ei imperatorem.

p for. quod vobis è diis

50 dā conferatis? ||Quòd ſi Romæ Cn. Pōpeius priuatus eſſet hoc tempore tamen ad tantum bellum is erat diligendus, atque mittendus nunc, cùm ad ceteras ſummas vtilitates hæc quoque opportunitas adiungatur, vt in iis ipſis locis adſit, vt habeat exercitum, vt ab iis, qui habēt, accipere ſtatim poſſit: quid exſpectamus? aut cur non, ducibus diis immortalibus, eidem, cui cetera ſumma cum ſalute reipublicæ commiſſa ſunt: hoc quoque bellum regium cōmittimus?

51 14 || At * enim [q] vir clariſſimus, reipublicæ

* CONFVTATIO.

q. L. vir clariſſimus amantiſſimus reip. veſtris benef.

&

& veſtris beneficiis ampliſſimis affectus, Q. Catulus: itémque ſummis ornamẽtis honoris, fortunæ, virtutis, ingenij præditus, Q. Hortenſius, ab hac ratione diſſentiunt: quorum ego auctoritatem apud vos multis locis plurimùm valuiſſe, & valere oportere confiteor: ſed in hac cauſa, tametſi cognoſcitis auctoritates contrarias [r] fortiſſimorum virorum & clariſſimorum, tamẽ omiſſis auctoritatibus, ipſa re & ratione exquirere poſſumus veritatem: atque hoc faciliùs, quòd ea omnia, quæ adhuc à me dicta ſunt, iidẽ iſti vera eſſe concedunt, & neceſſarium bellum eſſe, & magnum & in vno Cn. Pompeio ſumma eſſe omnia. || Quid igitur ait Hortenſius? Si vni 52
omnia tribuenda ſunt, vnum digniſſimum eſſe Pompeium: ſed ad vnum tamen omnia deferri nõ oportere. Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis, quàm verbis, refutata. Nam tu idem Quincte Hortenſi, multa, pro tua ſumma copia, ac ſingulari facultate dicendi, & in ſenatu contra virum fortem A. Gabiniũ grauiter, ornatéq; dixiſti, cùm is de vno imperatore contra prædones conſtituendo legem promulgaſſet: & ex hoc ipſo loco [s] permulta idem contra legẽ verba feciſti. || Quid? tũ, per deos imortaleis, ſi plus 53
apud populum R. auctoritas tua, quã ipſius populi R. ſalus, & vera cauſa valuiſſet, hodie hanc gloriam, atq; hoc orbis terræ imperium teneremus? An tibi tum imperium eſſe hoc videbatur, cùm populi R. legati, prætores, quæſtoreſq; capiebãtur? cùm ex omnib. prouinciis cõmeatu & priuato, & publico prohibebamur? cùm ita [t] clauſa nobis erant omnia maria, [v] vt neq; priuatam ʒ rem maritimã, neq; publicam iam obire poſſemus? || Quæ ciuitas antea vmquam fuit, 54
non dico Athenienſium, quæ ſatis latè quondam mare tenuiſſe dicitur; ſed non Karthaginienſium, qui permultùm claſſe, maritimiſque rebus valuerunt: non Rhodiorum, quorum vſque ad

r L. fortiſſimorum, & clariſſimorum virorum, tamẽ, om.

s fort. permulta contra legem v. al. permulta item contra eã legem.

t L. clauſa erant nobis omn.

v L. vt neque priuatam rem tranſmarinam, neq;.

ad noſtram memoriam diſciplina naualis, [x] & gloria remanſit: quæ ciuitas antea vmquam, tam tenuis, quæ tam parua inſula fuit, quæ nō portus ſuos, & agros, & aliquam partem regionis, atque oræ maritimæ per ſeipſa defenderet? At Hercle aliquot annos continuos ante legem * Gabiniā ille populus R. cuius, vſque ad noſtram memoriam, nomen inuictum in naualibus pugnis permanſerat, [y] magna, ac multò maxima parte non modò vtilitatis, ſed dignitatis, atq; imperij caruit.

55 || Nos, quorum maiores Antiochum regem claſſe, Perſenque ſuperarunt, omnibúſq; naualibus pugnis Karthaginenſeis, homines in maritimis rebus exercitatiſſimos, paratiſſimoſque vicerunt: ij nullo in loco iam prædonibus pares eſſe poteramus. nos quoque, qui antea nō modò Italiam tutam habebamus, [z] ſed omnes ſocios in vltimis oris auctoritate noſtri imperij ſaluos præſtare poteramus, tum cùm inſula Delos tam procul à nobis in Aegeo mari poſita, quò omnes vndique cum mercibus, atque oneribus commeabant, referta diuitiis, parua ſine muro nihil timebat: iidem nō modò prouinciis, atque [36] oris Italiæ maritimis, ac portubus noſtris, ſed etiam Appia iam via carebamus: & his temporibus non pudebat magiſtratus populi R. in hunc ipſum locum adſcendere, cùm eum vobis maiores veſtri exuuiis nauticis, & claſſiū ſpoliis ornatum reliquiſſent.

56 || Bono te animo tū Q. Hortenſi, populus R. & ceteros, qui erant in eadem ſententia, dicere exiſtimauit ea, quæ ſentiebatis: ſed tamen in ſalute communi idem populus R. dolori ſuo maluit, quàm auctoritati veſtræ obtemperare. Itaque vna lex, vnus vir, vnus annus non modò nos illa miſeria, ac turpitudine liberauit: ſed etiam effecit, vt aliquando verè videremur omnibus gentibus, ac nationibus terra, maríque imperare.

57 || Quo mihi etiam indigniùs videtur obtrectatum eſſe adhuc [37] [a] Gabi-

x L. & gloria permanſit.

* legem tulit Gabini' vt imperiū belli adminiſtrandi Pompeio demandaretur, qua etiam ſcriptum fuit vt quos ipſe vellet legatos poſtularet.

y for. magna atque adeò multo maxim.

z v. c. ſed omni ſoc.

a L. Gabinione dicā, an Pomp.

Gabinio dicam, ánne Pompeio, an vtrique? (id
quod eſt verius) ne legaretur A. Gabinius Cn.
Pompeio expetenti, ac poſtulanti. Vtrùm ille,
qui poſtulat legatum ad tantum bellum, quem
velit, idoneus non eſt, qui impetret, cùm cæteri
ad expilandos ſocios, diripiendáſque prouin-
cias, quos voluerunt, legatos eduxerint: an ipſe,
cuius lege ſalus, ac dignitas populo R. atq; om-
nibus gentibus conſtituta eſt, expers eſſe debet
gloriæ eius imperatoris, atq; eius exercitus, qui
conſilio ipſius, atque periculo eſt conſtitutus?
|| an Cn. Falcidius,* Q. Metellus,[b] Q. Cælius* 58
Latinienſis, Cn. Lentulus, quos omnis honoris
cauſa nomino, cũ tribuni pl. fuiſſent anno pro-
ximo legati eſſe potuerunt: in hoc* vno Gabi-
nio ſunt tàm diligentes, qui in hoc bello, quod
lege Gabinia geritur, in hoc imperatore, atque
exercitu, quem per ſe * ipſe conſtituit etiã præ-
cipuo iure eſſe deberet? de quo legando ſpero
conſules, ad ſenatũ relaturos, qui ſi dubitabunt,
aut grauabuntur: ego me profiteor relaturum:
neq; me impediet cuiuſquã, Quirites inimicum
edictum, quo minus, fretus vobis veſtrũ ius, be-
neficiũmq; defendã: neque, præter interceſſionẽ,
quidquam audiã: de qua (vt arbitror) iſti ipſi, qui
minantur, etiã atque etiam quî id liceat conſi-
derabunt. Mea quidẽ ſententia, Quirites, vnus
A. Gabinius, belli maritimi, 58 [c] rerumq; geſtarũ
auctor, comes Cn. Pompeio adſcribitur, pro-
pterea quòd alter vni [d] id bellum ſuſcipiẽdum
veſtris ſuffragiis detulit: alter delatum, ſuſcep-
túmq; confecit. || Reliquum eſt, vt de *Q. Catuli 59
auctoritate, & ſententia dicẽdum eſſe videatur,
qui cùm ex vobis quæreret, ſi in vno Cn. Pom-
peio omnia poneretis, [e] ſi quid de eo factũ eſſet:
in quo ſpem eſſetis habituri: cepit magnum ſuæ
virtutis fructum, ac dignitatis, cùm omnes [f] vna
propè voce, 59 [g] in eo ipſo vos ſpem habituros
eſſe dixiſtis. Etenim talis eſt vir, vt nulla res tã-

ta ſit,

* autor legis Falcidiæ.
b L. Q. Cœlius.
* al. Latienſis, al. Laterenſis.
* al. hoc Gabinio.
* al. per vos ipſe.
c L. rerúmque geſtarum comes Cn. Põpeio.
d L. illud bellum.
* Cuius orationem vide apud Dionem.
e L. ſi quid eo factum eſſet.
f L. propè vna voco.
g L. in ipſo vos ipſe h.

ta ſit,[h] ac tam difficilis, quã ille non & conſilio
regere, & integritate tueri, & virtute conficere
poſſit. ſed in hoc ipſo ab eo vehementiſſimè
diſſentio, quòd quò minus certa eſt hominum,
ac minus diuturna vita, hoc magis reip. dum per
deos immortaleis licet, frui debet ſummi homi-
60 nis vita, atque virtute.[i] At enim inquit noui
nihil fiat contra exempla, atq; inſtituta maiorũ.
Non dico hoc loco, maiores noſtros ſemper in
pace, conſuetudini: in bello, vtilitati paruiſſe:
ſemper ad nouos caſus temporum, nouorũ con-
ſiliorum rationes accommodaſſe:[k] non dicam,
duo bella maxima, Punicũ, & Hiſpaniẽſe, ab vno
* imperatore eſſe confecta: duas vrbeis poten-
tiſſimas, quæ huic imperio [l] maximè minaban-
tur Karthaginem, atq; Numantiam, 4° ab eodẽ
*Scipione eſſe deletas: non cõmemorabo, nuper
ita vobis, patribúſq; veſtris eſſe viſum, vt in vno
C.*Mario ſpes imperij poneretur, vt idẽ cũ Iu-
61 gurtha, idẽ cũ Cimbris, idẽ cũ Theutonis bellũ
adminiſtraret.|| in ipſo Cn. Põpeio, in quo noui
conſtitui nihil vult Q. Catulus, quàm multa ſint
noua, ſummáq; Catuli voluntate conſtituta, re-
cordamini.*Quid tã nouũ, quàm*adoleſcẽtulũ,
priuatũ, exercitũ difficili*reip. tẽpore cõficere?
cõfecit. huic præeſſe? præfuit. rẽ optimè * ductu
ſuo gerere? geſſit. Quid tam præter conſuetudi-
nẽ, quã homini peradoleſcẽti, cuius à ſenatorio
gradu ætas longè abeſſet, imperiũ, atq; exercitũ
dari? Siciliã permitti, atq; Africã, bellũq; in ea
adminiſtrandum? fuit in his prouinciis ſingulari
innocentia, grauitate, virtute: bellum in Africa
maximum confecit, victorem exercitum [m] de-
portauit. Quid verò tam inauditum, quàm equi-
tem Ro. triumphare? at eam quoque rem popu-
lus Ro. non modò vidit, ſed etiam [n] omni ſtu
62 dio viſendam putauit.|| Quid tam inuſitatũ, quã
vt, cùm duo * conſules clariſſimi, fortiſſimi-
que eſſent, eques Ro. ad bellum maximũ, for-

h for nec tam diff.

i L. At enim nihil noui fiat.

k L. non dico duo.

* P. Scipione Aemiliano.

l for. maximè imminebant, Karth.

* al. ab eodẽ eſſe deletas.

* Vide Plutar. in Mario, Liu. Salluſt.

* L. Quid enim tam nouum.

* annos XXIII. natũ vt refert Plutarch.

* Syllano nempe.

* Capto Carbone.

m al. reportauit.

n L ſtudio omni. al. viſendam & concelebrandã putauit.

* D. Brutus & M. Aemilius.

* Q. Metellus pius.

midoloſiſſimúmq; pro conſule mitteretur? miſ-
ſus eſt. quo quidem tempore, cùm eſſet non
nemo in ſenatu, qui diceret non oportere
mitti hominem priuatum pro conſule: L.
Philippus dixiſſe dicitur, non ſe illum ſua
ſententia proconſule, ſed pro conſulibus mit-
tere. Tanta in eo reipublicæ bene gerendæ ſpes
conſtituebatur, vt duorum conſulum munus v-
nius adoleſcentis virtuti cõmitteretur. Quid tã
ſingulare, quàm vt ex ſenatuſconſulto*legibus
ſolutus conſul antè fieret, quàm vllum alium
magiſtratum per leges capere licuiſſet? quid tã
incredibile, quàm vt iterũ eques R. ex S.C. triũ-
pharet? quæ in omnibus hominibus noua poſt
hominum memoriam [o] conſtituta ſunt, ea tam
multa non ſunt, quàm hæc, quæ in hoc vno ho-
mine vidimus. || Atque hæc tot exempla, tanta 63
ac tam noua profecta ſunt in eundem hominem
[p] à Q. Catulo, atq; à ceterorum eiuſdem digni-
tatis ampliſſimorum hominũ auctoritate. Qua-
re videant, ne ſit periniquũ, & non ferendum, il-
lorum auctoritatem de Cn. Pompeij dignitate
à vobis comprobatam ſemper eſſe: veſtrum ab
illis de eodẽ homine iudiciũ populiq; R. aucto-
ritatẽ improbari: pręſertim cùm iã ſuo iure pop.
R. in hoc homine ſuã auctoritatem vel contra
omneis, qui diſſentiũt, poſſit defendere: propte-
rea quòd, iſtis reclamantibus, vos vnum illũ ex
omnibus delegiſtis, quem bello prædonum prę-
poneretis. || Hoc ſi vos temere feciſtis, & reip. 64
parũ cõſuluiſtis: rectè iſti ſtudia veſtra ſuis cõ-
ſiliis regere conantur. ſin autem vos plus tum
in rep. vidiſtis: vos, his repugnantibus, per voſ-
metipſos dignitatem huic imperio, ſalutem or-
bi terrarum attuliſtis: aliquando iſti principes,
& ſibi & ceteris, populi Ro. vniuerſi auctoritati
parendũ eſſe fateãtur. Atq; in hoc bello Aſiati-
co, & regio, non ſolùm militaris illa virtus, quæ
eſt in Cn. Põpeio ſingularis, ſed aliæ quoq; vir-
tutes

* legibus ſoluti dicũtur quibus præcipuo iure, vt leg. non teneantur ſenatuſconſulto permittitur.
o fort. iuſti tuta ſunt.
p l. à Q. Catuli, atque.

65 tutes animi multæ,& magnæ requiruntur. || difficile eſt in Aſia,*Cilicia,Syria,regniſq;* exterarũ nationũ ita verſari veſtrum imperatorem, vt nihil aliud,quàm de hoſte,ac de laude cogitet. deinde etiam ſi qui ſunt pudore, ac temperãtia moderatiores:tamen eos eſſe [q] taleis,propter multitudinem cupidorũ hominum nemo arbitratur. Difficile eſt dictu,Quirites , quanto in odio ſimus apud exteras nationes , propter eorũ,quos ad eas hoc anno cum imperio miſimus,iniurias,ac libidines. Quod enim fanum putatis in illis terris [r] noſtris magiſtratibus religioſum,quam ciuitatem ſanctam,quam domũ ſatis clauſam ac munitam fuiſſe?vrbes iam locupletes,[s] ac copioſæ requirũtur,quibus cauſa belli propter diripiendi cupiditatem inferatur.
66 || Libenter hæc [t] coram Q. Catulo,& Q. Hortenſio diſputarem,ſummis & clariſſimis viris. Nouerunt enim ſociorũ vulnera:vident eorum calamitates:querimonias audiũt.Pro ſociis vos contra hoſteis exercitũ mittere putatis,an hoſtiũ ſimulatione,contra ſocios,atq;amicos?quę ciuitas eſt in Aſia,quæ[u] non modò imperatoris, aut legati,ſed vnius tribuni militum animos [x] ac ſpiritus capere poſſit? Quare etiam ſiquẽ habetis,qui collatis ſignis,exercitus regios ſuperare poſſe videatur:tamen,[y] niſi erit idẽ,qui ſe à pecuniis ſociorũ,qui ab eorũ cõiugibus,ac liberis,qui ab[z] auro,gazaq; regia,manus,oculos, animũ cohibere poſſit:non erit idoneus,qui ad
67 bellũ Aſiaticũ,regiũmque mittatur. ||Ecquã putatis ciuitatem pacatam fuiſſe,quæ locuples ſit? ecquã eſſe locupletem,quæ iſtis pacata eſſe videatur?Ora maritima,Quirites Cn. Pompeium non ſolùm propter rei militaris gloriam,ſed etiam propter animi continentiam requiſiuit. 41 [a] Videbat enim populus Ro. non locupletari quotannis pecunia publica, * præter paucos, [b] neque eos quidquã aliud aſſequi claſſiũ nomi-

*al.Cilicia, Lycia , Syria.
* al. extremarũ , alij interiorum omnino mendosè.
q v.c. talis.
r L. veſtris magiſtr.
s L. & copioſæ.
t L. coràm cum Q. Catulo.
v L. non modò vni imperatoris.
x al. ac ſpẽ capere p.
y L.niſi idẽ erit is , qui à p.
z al. qui ab ornamẽtis fanorum atque oppidorum, cui ab auro &c.
a L.videbat enim, populum R.Anto. Aug. Rem.locupletari.
* Pant.prætores.
b L. neque nos quidquam aliud aſſ.

ne, niſi vt, detrimentis accipiendis, maiore affici turpitudine videremur. Nunc, qua cupiditate homines in prouincias, quib[9] iacturis, quibus cõdicionibus proficiſcãtur, ignorãt videlicet iſti, qui ad vnum deferenda eſſe omnia non arbitrantur. Quaſi verò Cn. Pompeium non cũ ſuis virtutibus, tum etiã alienis vitiis magnum

c I. nolite dubitare, Quirites, quin h. d for. inter tot annos.

eſſe videamus. || Quare [c] nolite dubitare, quin 68
huic vni credatis omnia, qui [d] inter annos tot vnus inuentus ſit, quem ſocij in vrbeis ſuas cũ exercitu veniſſe gaudeant. Quòd ſi auctoritatibus hanc cauſam, Quirites, confirmandam putatis: eſt vobis auctor, vir bellorum omnium maximarúmque rerum peritiſſimus. P. Seruilius cuius tantæ res geſtæ terra, marique exſtiterunt, vt cùm de bello deliberetis, auctor vobis grauior eſſe nemo debeat: eſt C. Curio [e] ſummis veſtris benficiis maximiſque rebus geſtis, ſummo ingenio, & prudentia præditus: eſt Cn. Lentulus, in quo omnes, pro ampliſſimis veſtris honoribus, ſummum conſilium, ſummam grauitatem eſſe cognoſcitis: eſt C. Caſſius, integritate, virtute, conſtantia ſingulari. Quare videte, num horum auctoritatibus, illorum orationi, qui diſſentiunt, reſpõdere poſſe videamur. || Quę 69

e I. ſummis veſtris beneficiis. vſus, maximis rebus geſt.

* PERORATIO.

* cùm ita ſint, C. Manili, primùm iſtam tuam & legẽ, & voluntatem, & ſententiam laudo, vehementiſſiméq; comprobo: deinde te hortor, vt auctore populo Ro. maneas in ſententia, néve cuiuſquam vim, aut minas pertimeſcas. Primùm in te ſatis eſſe animi, cõſtantiæq; arbitror: deinde, cùm tantam multitudinem cum tanto ſtudio adeſſe videamus, quantam non * iterum in eodẽ homine præficiendo * vidimus: quid eſt, quòd aut de re, aut de perficiẽdi facultate dubitemus? Ego autem quidquid in me eſt ſtudij, cõſilij, laboris, ingenij, quidquid hoc beneficio populi Ro. atque hac poteſtate prætoria, quidquid auctoritate, fide, cõſtantia poſſum, id omne ad hãc

* al. nunc.
* al. videmus.

rem

Digitized by Google

rem conficiendam, tibi & populo R. polliceor,
70 & defero.|| teſtorq; [f] omneis deos, & eos maximè, qui huic loco, templóque præſidēt, qui omnium menteis eorum, qui ad remp. adeunt, maximè perſpiciunt, me hoc neque rogatu facere cuiuſquam, [g] neq; quo Cn. Pompeij gratiā mihi per hanc cauſam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiuſquā amplitudine, aut præſidia periculis, aut adiumenta honoribus quæram: propterea quòd pericula, facilè, vt hominem præſtare oportet, innocentia tecti pellemus: honores autē neq; ab vno, [h] neque ex hoc loco, ſed eadem noſtra illa laborioſiſſima ratione vitæ, ſi
71 veſtra voluntas feret, conſequemur.|| Quamobrem, quidquid in hac cauſa mihi ſuſceptum eſt, Quirites, id omne me reip. cauſa ſuſcepiſſe confirmo, tantúmque abeſt, vt aliquam bonā gratiā mihi quæſiſſe videar, vt multas etiam ſimultates partim obſcuras, partim [42]* apertas intelligam, mihi non neceſſarias, vobis non inutileis, ſuſcepiſſe: ſed ego me hoc honore præditum, tantis veſtris beneficiis affectum ſtatui, Quirites, veſtram voluntatem, & reip. dignitatem, & ſalutem prouinciarum, atque ſociorum, meis omnibus commodis, & rationibus præferre oportere.

* * *

f v.c. omnis deos.

g al. neque quod.

h al. neque ab hoc loco

* al apertas mihi non neceſſarias, vobis inutiles, intelligam me ſuſcepiſſe.

PRO A. CLVENTIO *1 HABITO.

* L. Auito.

ORATIO DECIMAQVARTA.

QVAESTIO, *an Cluentius Oppianicum vitricum veneno ſuſtulerit, & an Oppianicus iuſtè condemnatus.* ACCVSATOR T. *Atticus Piſaurenſis.* REVS *A. Cluentius.* PATRONVS *Cluētij, Cicero, idémque prætor de pecuniis repetundis.* PRAETOR *Q. Naſo.* IVDEX *Q. N. Vaconius. Acta in foro anno* 687. EVENTVS, *Cluentius abſolutus.*

* EXORDIVM.
* Attici Piſaurenſis.
a v.c. partis.
*quo Oppianicus accuſante Cluẽtio iudice quæſtionis C. Iunius condemnatus.
* al. perſpicio.
b v.c. conſueſtis.

ANIMADVERTI, * iudices, omnem * accuſatoris orationē, in duas diuiſam eſſe [a] parteis: quarū altera mihi niti, & magnopere confidere videbatur inuidiâ tam inueteratâ iudicij * Iuniani: altera tantummodò cōſuetudinis cauſa timidè, & diffidenter attingere rationem veneficij criminum: qua de re lege eſt hæc quæſtio conſtituta. Itaq; mihi certū eſt hanc eandem diſtributionem inuidiæ, & criminū, ſic in defenſione ſeruare, vt omnes intelligant, nihil me nec ſubterfugere voluiſſe reticēdo, nec obſcurare dicendo. 1
2 Sed cùm conſidero, quomodo mihi in vtraq; re ſit elaborandū, altera pars, ea quæ propria eſt iudicij veſtri, & legitimæ veneficij quæſtionis, per mihi breuis & nō magnæ in dicendo contentionis fore videtur: altera autem, quæ procul à iudicio remota eſt, quæ contionibus ſeditioſè concitatis accōmodatior eſt, quā tranquillis, moderatiſq; iudiciis, 2 * proſpicio, quantū in agendo difficultatis, & quantum laboris ſit habitura.
3 Sed in hac tanta difficultate illa me res tamē, iudices, cōſolatur, quòd vos de criminib. ſic audire [b] conſueuiſtis, vt eorum omnem diſſolutionē ab oratore quæratis:

ratis:vt non exiſtimetis.plus vos ad ſalutẽ reo
largiri oportere,quàm quantũ defenſor,purgã-
dis criminib.conſequi.& dicendo probare po-
tuerit. De inuidia autem ſic inter vos diſcepta-
re debetis,vt nõ,quid dicatur à nobis,ſed quid
oporteat dici,conſideretis. Agitur enim in cri-
minibus,A.Cluentij proprium periculum:in in-
uidia,cauſa communis. Quamobrem alteram
partem cauſæ ſic agemus, vt vos doceamus : al-
teram,ſic,vt oremus. in altera,diligentia veſtra
nobis adiũgenda eſt:in altera fides imploranda.
nemo eſt enim,qui inuidiæ ſine veſtro , ac ſine
4 talium virorũ ſubſidio poſſit reſiſtere.|| Equidẽ,
quod ad me attinet,quò me vertam,neſcio. ne-
gem fuiſſe illam infamiã iudicij corrupti?[c] ne-
gem eſſe illam rem agitatam in cõtionibus? ia-
ctatam in iudiciis?commemoratam in ſenatu?[d]
euellere ex animis hominũ tantam opinionem?
tam penitus inſitam?tam vetuſtam? non eſt no-
ſtri ingenij:veſtri auxilij eſt,iudices,huiꝰ inno-
centiæ ſic in hac calamitoſa fama, quaſi in ali-
qua pernicioſiſſima flamma,atq;in communi in-
5 cendio ſubuenire. || Etenim ſicut in aliis locis
parum firmamenti,& [e] parũ virium falſitas ha
bet:ſic in hoc loco falſa inuidia imbecilla eſſe
debet.dominetur in cõtionib.iaceat in iudiciis:
valeat in opinionibus,ac ſermonibus imperito-
rũ,ab ingeniis prudentiũ repudietur:vehemen-
teis habeat repentinos impetus,ſpatio interpo-
ſito,& cauſa cognita conſeneſcat.denique illa
definitio iudiciorum æquorũ,quæ nobis à ma-
ioribus tradita eſt,retineatur:vt in iudiciis &
ſine inuidia culpa plectatur,& ſine culpa inui-
6 dia ponatur.||Quãobrẽ à vobis,iudices,antequã
de ipſa cauſa dicere incipio,hæc poſtulo:primũ
id,quod æquiſſimũ eſt,vt nequid huc præiudi-
cati afferatis. etenim non modò auctoritatem,
ſed etiam nomen iudicum amittemus , niſi hîc
ex ipſis cauſis iudicabimus, ac ſi ad cauſas iudi-

c L.negem. illam r. ag. in cont.

d L. euellã ex anim. hom. tantã opinionem tam pen. in ſitã,tam ve tuſtã, non eſt n.

e L. parum virium veri tas habet.

Digitized by Google

cia iam facta domo deferemus. deinde ſiquam
opinionem iam veſtris mentibus cõprehendi-
f l. ſi oratio labefacta- bat.
ſtis, ſi eam ratio conuellet, 4 [f] ſi ratio labefacta-
bit, ſi denique veritas extorquebit: ne repugne-
tis, eámque animis veſtris aut libentibus, aut
æquis remittatis. tum autem, cùm ego vnaquaq;
de re dicam, & diluã, ne ipſi quæ contraria ſunt,
taciti cogitationi veſtræ ſubiiciatis: ſed ad ex-
tremum exſpectetis, & me meum dicendi ordi-
g al. cùm peroratum fuerit, ſi quid.
nem ſeruare patiamini: [g] cũ peroraro, tũ ſiquid
erit præteritũ, à me requiratis.‖Ego me, iudices, 7
ad eam cauſam accedere, quæ iã per annos octo
continuos ex contraria parte audiatur, atq; ip-
ſa opinione hominum tacita propè conuicta,
atque damnata ſit, facilè intelligo: ſed ſi quis
h L. beniuolentiam.
mihi deus veſtram ad me audiendum [h] beneuo-
lentiam cõciliarit: efficiam profectò, vt intelli-
gatis nihil eſſe homini tam timẽdum, quàm in-
uidiam: nihil innocenti, ſuſcepta inuidia, tã op-
i L. quòd in hoc deniq;
tandum, quàm æquum iudicium [i] quod in hoc
vno denique falſæ infamiæ finis aliquis, atque
exitus reperiatur. Quamobrẽ magna me ſpes te-
net, ſi ea, quæ ſunt in cauſa, explicare, atque om-
nia dicendo conſequi potuero, hunc locum cõ-
ceſſúmq; veſtrum, quẽ illi horribilem A. Cluen-
tio, ac formidoloſum fore putauerunt, eum tan-
dem eius fortunæ miſeræ, multũq; iactatæ por-
tũ ac perfugium futurũ.‖Tametſi permulta ſunt, 8
quæ mihi, antequam de cauſa dicam, de cõmu-
nibus inuidiæ periculis dicenda eſſe videantur,
tamen ne diutius oratione mea ſuſpenſa exſpe-
ctatio veſtra teneatur, aggrediar ad crimen cum
illa deprecatione, iudices, qua mihi ſæpius vtẽ-
k al. quaſi hoc tẽpore primũ hæc cauſa d.
dũ eſſe intelligo, ſic vt me audiatis, [k] quaſi hoc
tẽpore hæc cauſa primùm dicatur, ſicuti dicitur,
non quaſi ſępe iam dicta, & numquam probata
ſit. hodierno enim die primũ veteris iſtius cri-
minis diluendi poteſtas eſt data: ante hoc tem-
pus error in hac cauſa, atq; inuidia verſata eſt.
Quam-

Digitized by Google

Quamobrem dum multorum annorum accuſa-
tioni breuiter,dilucidéque reſpondeo , quæſo,
vt me,iudices,ſicuti facere inſtituiſtis,benignè,
9 attentéq;audiatis.‖Corrupiſſe*dicitur A.Cluē- *PROPOSITIO.
tius iudicium pecunia,quo inimicum ſuum in-
nocentem,Statium Albium,condemnaret.Oſtē-
dam,iudices,primum,quoniā caput illius atro-
citatis,atque inuidiæ fuit,innocentem pecunia
circumuentum,neminem vmquam maiorib.cri-
minibus,grauioribus teſtibus eſſe in iudicium
vocatum:deinde ea de eo præiudicia eſſe facta
ab ipſis iudicibus,à quibus condemnatus eſt,vt
non modò ab iiſdem,ſed ne ab aliis quidem vl-
lis,abſolui vllo modo poſſet. Cùm hæc docue-
ro,tum illud oſtēdam,quod maximè requiri in-
telligo,iudicium illud pecunia eſſe tentatum,
non à Cluentio,ſed contra Cluentium:faciam-
que,vt intelligatis,in tota illa cauſa quid res
ipſa tulerit,quid error affinxerit , quid inuidia
10 conflarit.‖* Primùm igitur[l] illud erit.ex quo in- * CONFIRMATIONIS pars prior,
telligi poſſit,debuiſſe Cluentium magnopere
cauſæ confidere,quòd certiſſimis criminibus,&
teſtibus fretus ad accuſandum deſcenderit.Hoc l L. illud eſt.
loco faciendū[m] mihi,iudices,eſt,vt vobis bre- m for mihi eſt,iudices, vt vob.
uiter illa,quibus Albius condemnatus eſt , cri-
mina exponā.Abs te peto,Oppianice,vt me in-
uitum de patris tui cauſa dicere exiſtimes , ad-
ductum fide , atque officio defenſionis. etenim
tibi ſi in præſentia ſatisfacere non potuero , ta-
men multæ mihi ad ſatisfaciendum reliquo tē-
pore facultates dabuntur:Cluētio niſi nunc ſa-
tisfecero poſtea mihi ſatisfaciendi poteſtas nō
erit. ſimul & illud quis eſt , qui dubitare de-
beat,contra damnatum,& mortuum pro inco-
lumi & viuo dicere:cùm illi , in quem dicitur,
damnatio omne ignominiæ periculum iam ab-
ſtulerit,[5] mors verò etiam * doloris?huic autē, * al.dolorē
pro quo dicitur,nihil poſſit offenſionis[n] acce- n L. accidere ſine.
dere ſine acerbiſſimo animi ſenſu,ac dolore, &
ſine ſummo dedecore vitæ , ac turpitudine?

Digitized by Google

‖ Atque, vt intelligatis, Cluentium non accuſa- 11
torio animo, non oſtentatione aliqua, aut glo-
ria adductum ſed nefariis iniuriis, quotidianis
inſidiis, propoſito ante oculos vitæ periculo no
men Oppianici detuliſſe, paulò longiùs exordiũ
rei demonſtrãdæ repetam: quod quæſo, iudices,
ne moleſtè patiamini principiis enim cognitis,

* NARRATIVNCVLA ſeu digreſsio de Cluentij matre.

multò faciliùs extrema intelligetis.* A. Cluen-
tius º Habitus, fuit pater huiuſce, iudices, homo
non ſolùm municipij * Larinatis, ex quo erat,
ſed etiam regionis illius, & vicinitatis, virtute,
exiſtimatione nobilitate facilè princeps. Is cũ

o L. Abitus.

* Larinum oppidum Apuliæ. Pli. l.3.c.11.

eſſet mortuus, Sylla * & Pompeio Coss. reli-
quit hunc annos xv. natum: grandem autem, &
nobilem filiam: quæ breui tempore poſt patris
mortem nupſit A. Aurio Melino cõſobrino ſuo,

* Anno vrbis 662.

p al exorta eſt.

q L. coniuncta. fort. coinquinata.

* L. Abiti.

r L. mater enim à me in omni cauſa.

* id eſt maternum nomen.

al. quàm maximè.

s L. Auiti.

adoleſcenti in primis, vt tum habebatur, inter
ſuos & honeſto, & nobili. ‖ Cũ eſſent hæ nuptiæ 12
plenæ dignitatis, plenæ concordiæ, repentè [r] eſt
exorta mulieris importunæ nefaria libido, non
ſolùm dedecore, verùm etiam ſcelere [q] cõuicta.
Nam Saſſia mater huius * Habiti ([r] mater enim
à me [6] nominis cauſa; tametſi in hũc hoſtili o-
dio & crudelitate eſt; mater inquam, appellabi-
tur: neq; vmquam illa ita de ſuo ſcelere, & im-
manitate audiet, vt naturæ* nomẽ amittat: Quo
enim eſt ipſum nomen amantiùs, indulgentiuſ-
que maternũ, hoc illius matris, quæ multos iam
annos, [7] & nunc * cùm maximè filium interfe-
ctum cupit, ſingulare ſcelus, maiore odio dignũ
eſſe ducetis:) Ea igitur [s] Habiti, Melini illius
adoleſcentis, generi ſui, contrà quàm fas erat,
amore capta, primò, neque idipſum diu, quoquo
modo poterat, in illa cupiditate continebatur:

* al. inflammata libidine.

deinde ita flagrare cœpit amẽtia, ſic inflamma-
ta ferri * libidine, vt eã non pudor, non pudici-
tia, non pietas, non macula familiæ, nõ hominũ
fama, nõ filij dolor, nõ filiæ mæror à cupiditate
reuocaret. ‖ Animũ adoleſcẽtis, nõdũ cõſilio, ac 13
ratione

ratione confirmatũ pellexit iis omnibus rebus,
quibus illa ætas capi, ac deliniri poteſt. ᵗfilia, quæ
nõ ſolùm illa cõmuni dolore muliebri in eiuſ-
modi viri iniuriis angeretur, ſed nefariũ matris
pellicatũ ferre nõ poſſet, de quo ne queri quidẽ
ſine ſcelere ſe poſſe arbitraretur, ceteros ſui tan
ti mali ignaros eſſe cupiebat: in huius amantiſ-
ſimi ſui fratris manibus, & gremio, mœrore, &
14 lacrymis conſeneſcebat: || Ecce autem ſubitum
diuortium: quod ſolatium malorum omnium
fore videbatur.[r] diſcedit à Melino Cluentia: vt
in tantis iniuriis, non inuita: vt à viro, non li-
benter. Tum verò illa egregia, ac præclara ma-
ter, palàm exſultare lætitia, ac triumphare gau-
dio cœpit, victrix filię, non libidinis. Itaque diu-
tiùs ſuſpicionibus obſcuris lædi famã ſuam no-
luit: lectum * illum * genialem, quem biennio
antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo
ſibi ornari, & ſterni, expulſa, atque exturbata fi-
lia, iubet. nubit genero ſocrus,[s] [u] nullis auſpi-
cibus, nullis auctoribus, funeſtis ominibus om-
15 nium. || O mulieris ſcelus incredibile, &, præter
hanc vnam, in omni vita inauditã: ô libidinem
effrenatam, & indomitam: ô audaciam ſingula-
rem. non timuiſſe, ſi minùs vim deorum, homi-
númque famam, at illam ipſam noctem, * faceiſ-
que illas nuptialeis? non limen * cubiculi? non
cubile filię? non parietes denique ipſos, ſupe-
riorum teſteis nuptiarum? Perfregit, ac proſtra-
uit omnia cupiditate, ac furore: vicit pudorem
libido, timorem audacia, rationem amentia.
16 || Tulit hoc commune dedecus iam familiæ, co-
gnationis, nominis, grauiter filius: augebatur
autem eius moleſtia quotidianis querimoniis,
& aſſiduo fletu ſororis, ſtatuit tamẽ nihil ſibi in
tantis iniuriis, ac tanto ſcelere matris:[x] grauiùs
faciendum, quàm vt illa matre ne vteretur: ne,
quam videre ſine ſummo animi dolore non po-
terat,

ᵗ χορίζεται.

* vide Feſtum.

* al. genitalem.

ᵘ lib. vulg. nullis auſpiciis. vide de omnibus nuptiarum Cic. 1. de Diuinat.

* Facem in nuptiis præferri, vt & ignem & aquã moris fuit apud veteres. Vide Feſtum in Facem.

* Puella nubens, cũ ad licentiã mariti peruenerat, poſtes laneis villis ornare, & oleo inungere ſolebat, vnde vxores, quaſi vnxores dictæ. Ser. 4. Aen. Pli. lib. 28. c. 9. Cauebat quoque ingrediens ne mariti limen attingeret. Vide Plu. in Probl. Ser. tit. 8. Pl. Caſina

Lucam. 1. x L. grauius eſſe faciendum.

Digitized by Google

terat, ea ſi matre vteretur, non ſolùm videre, ſed etiam probare ſuo iudicio putaretur. || Initium quod huic cum matre fuerit ſimultatis, [y] audiuiſtis. pertinuiſſe hoc ad cauſam [z] tunc, cùm reliqua cognoueritis, intelligetis. Nam illud me non præterit, cuiuſmodicumque mater ſit, tamen in iudicio filij de turpitudine parentis dici vix oportere non eſſem ad vllam cauſam idoneus, iudices, ſi hoc, quod in communibus hominum ſenſibus, atque in ipſa natura poſitum, atque infixum eſt, id ego,[9] * cùm ad amici pericula depellenda adhiberer, non viderem. Facilè intelligo nõ modò reticere homines parentum iniurias, ſed etiam animo æquo ferre oportere. Sed ego ea, quæ ferri poſſunt ferenda: quæ taceri, tacenda eſſe arbitror. || Nihil in vita vidit calamitatis A. Cluentius, nullum periculum mortis adiit, nihil mali timuit, quod non totum à matre [10] [a] eſſet conflatũ, & perfectum. Quæ hoc tempore ſileret omnia, atque ea, ſi obliuione non poſſet, tamen taciturnitate ſua tecta eſſe pateretur. ſed ea verò ſic agit, vt prorſus reticere nullo modo poſſit. Hoc enim ipſum iudicium, hoc periculum, [b] illa accuſatio, omnis teſtium copia, quæ futura eſt, à matre initio eſt adornata, à matre hoc tempore inſtruitur, atque omnibus eius opibus, & copiis comparatur: ipſa denique nuper Larino, huius opprimendi cauſa, Romam aduolauit. præſtò eſt mulier audax, pecunioſa, crudelis:[11] inſtruit accuſatores, [c] inſtruit teſteis: ſqualore huius, & ſordibus lætatur: [d] exitium exoptat: ſanguinem ſuum profundere omnem cupit, dummodò profuſum huius antè videat. Hæc niſi omnia perſpexeritis in cauſa: temerè à nobis illam appellari putatote. ſin autem erunt & aperta, & nefaria: Cluentio ignoſcere debetis, quòd hæc à me dici patiatur: mihi ignoſcere non deberetis, ſi tacerem. || Nunc * iam ſummatim exponam, quibus criminibus

Margin notes: [17] [18] [19]

y L. audiſtis.
z tũ, cum.
* al. quis.
a L. eſſet conflatum, & profectũ
b L. hęc accuſatio.
c L. inſtituit teſteis:
d L. exitiũ huic exoptat.

Digitized by Google

minibus Oppianicus damnatus ſit: vt & cõſtantiam A. Cluentij, & rationem accuſationis perſpicere poſſitis. Ac primùm cauſa accuſandi quæ fuerit, oſtendam: vt id ipſum A. Clentium vi
20 & neceſſitate coactum feciſſe videatis. || Cùm manifeſtò venenũ deprehendiſſet, quod vir matris Oppianicus, ei parauiſſet: & ræs non coniectura, ſed oculis, ac manibus teneretur, neque in cauſa vlla dubitatio poſſet eſſe: accuſauit Oppianicum, quàm cõſtanter, & quàm diligenter poſtea dicam, nunc hoc ſcire vos volui, nullam huic aliam accuſandi cauſam fuiſſe, niſi vt propoſitum vitæ periculum, & quotidianas capitis inſidias hac vna ratione vitaret. Atque, vt intelligatis, [e] his accuſatũ eſſe criminibus Oppianicum, vt neque accuſator * timere, [12] neq; reus ſperare* debuerit: pauca vobis illius iudicij crimina exponam: quibus cognitis, nemo vẽſtrûm mirabitur, illum, diffidentem rebus ſuis ad Stalenum, atque ad pecuniam confugiſſe.
21 || Larinas quædam fuit Dinea, ſocrus Oppianici: quæ filios habuit M. & Numerium Aurios, & Cn. Magium, & filiam Magiam nuptam Oppianico. M. Aurius adoleſcentulus, bello * Italico captus apud * Aſculum, in Q. Sergij ſenatoris, eius, qui inter ſicarios damnatus eſt, manus incidit, & apud eum fuit in ergaſtulo. Numerius autẽ Aurius frater, mortuus eſt, heredemq; Cn. Magium, fratrẽ ſuum, reliquit. poſtea Magia vxor Oppianici, mortua eſt, poſtremò vnus qui reliquus erat, Dineæ filius, Cn. Magius, eſt mortuus. is fecit heredem illum [f] adoleſcẽtem Oppianicũ, ſororis ſuæ filium, eumq; partiri cũ Dinea matre iuſſit: interim venit iudex ad Dineã, neq; obſcurus, neque incertus, qui nuntiaret ei, filium

* Narratiuncula de damnatione Oppianici, cui tertio Saſsia mater Cluentij nupſerat, & eius criminib⁹, hoc eſt de M. Auria & aliis interfectis, de Saſsia Cluentij matre ducta, & occiſis duobus filiis ex Papia & Nouia natis. De Cluentia vxore veneno ſublata. De Oppianico fratri & eius vxore prognatæ ſublatis. De Magij vxore quã pro curato prius ab ortu duxit. de Aſinio Larinate occiſo per Aiuliũ, De Dineæ ſocrus cæde. De falſo in Dineæ teſtamẽto cõmiſſo. De tabulis publicis Larini corruptis.

e L. iſs acc. * al. timere debuerit. * al. potuerit. * quòd vt Marſitum; quod à Marcis coegit & ſociale. Strab. libr. 5. Cicer. pro Syll. * Aſculum colonia Piceni. Plin. lib 3. c. 13. Strab. lib 5. f L. adoleſcentuium.

Digitized by Google

filium eius M. Aurium, viuere: & in agro Gallico eſſe in ſeruitute. || Mulier, amiſſis liberis, 22
cùm vnius filij recuperandi ſpes eſſet oſtentata, [g] omneis ſuos propinquos, filiique ſui neceſſarios conuocauit, & ab iis flens, [h] petiuit, vt negotium ſuſciperent, adoleſcentem inueſtigarent, ſibi reſtituerent eum filium, [i] quem tantùm vnum ex multis fortuna reliquum eſſe voluiſſet. Hæc cũ agere inſtituiſſet, oppreſſa morbo eſt. itaque teſtamentum fecit eiuſmodi, vt illi filio L L S. cccc1ↄↄↄↄ. millia legaret; heredem inſtitueret eundem illum Oppianicum, nepotem ſuum. atque his diebus paucis eſt mortua. propinqui tamen illi, quemadmodum viua Dinea inſtituerant, ita mortua illa ad inueſtigandũ Aurium cum eodem illo indice in agrum Gallicum profecti ſunt. || Interim Oppianicus, 23
vt erat, ſicuti multis ex rebus reperietis, ſingulari ſcelere, & audacia, per quendam Gallicanum, familiarem ſuum, primùm illum indicem pecunia corrupit: deinde ipſum Auriũ, non magna iactura facta, tollendum, interficiendúmque curauit. Illi autem, qui erant ad propinquum inueſtigandum, & recuperandum profecti, literas Larinum, ad Aurios, illius adoleſcentis propinquos, ſuóſque neceſſarios, mittunt: ſibi difficilem eſſe inueſtigandi rationem, quòd intelligerent indicẽ ab Oppianico eſſe corruptum. Quas literas A. Aurius, vir fortis, & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurij propinquus, in foro, palàm, multis audientibus, cùm adeſſet Oppianicus, recitat, & clariſſima voce ſe nomen Oppianici, ſi interfectum M. Aurium comperiſſet, delaturum eſſe teſtatur. || Interim breui tempo- 24
re illi, qui erant in agrum Gallicũ profecti, Larinum reuertuntur: interfectum eſſe M. Aurium renuntiant. animi non ſolùm propinquorum, ſed etiam omnium Larinatium odio Oppianici & illius adoleſcentis miſericordia commouentur

g v.c. omnis ſuos
h L. petiit,
i L. quem tuum vnũ ex mult.

uentur. Itaque cùm A. Aurius, qui antea denunciarat, clamore hominem, ac minis inſequi cœpiſſet: Larino profugit, & ſe in caſtra clariſſimi
25 viri, Q. Metelli, contulit. || Poſt illam fugam & ſceleris, & conſcientiæ teſtē, numquam ſe iudiciis, numquam legibus, numquam inermem inimicis committere auſus eſt : ſed per illam [k] L. Syllæ, vim, atque victoriam, Larinum in ſummo timore omnium, cum armatis aduolauit: [l] quatuor viros, quos municipes fecerant, ſuſtulit : ſe à Sylla, & alios præterea * treis, factos eſſe dixit: & ab eodem ſibi eſſe imperatum, vt Aurium illũ, qui ſibi delationem nominis, & capitis periculũ oſtentarat, & alterum Aurium, [m] & eius C. filiũ, & ſex. Vrbium, quo ſequeſtre in illo indice corrumpendo dicebatur eſſe vſus, proſcribendos, interficiendoſq; curaret. Itaque illis crudeliſſimè interfectis, non mediocri ab eo ceteri proſcriptionis, & mortis metu terrebantur. His rebus in cauſa, iudicióq; patefactis, quis eſt, qui nullum abſolui potuiſſe arbitraretur? [n] Atque hæc parua ſunt : cognoſcite reliqua vt non aliquando cõdemnatũ eſſe Oppianicũ, ſed aliquã-
26 diu incolumem fuiſſe miremini. || Primùm videte hominis audaciam. Saſſiã in matrimoniũ ducere, * Habiti matrem, illã, cuius virũ A. Aurium occiderat, concupiuit. Vtrùm impudentior hic, qui poſtulet: an crudelior illa, ſi nubat, difficile dictu eſt. ſed tamen vtriuſque humanitatem, cõ-
27 ſtantiámque cognoſcite. || Petit Oppianicus, vt ſibi Saſſia nubat, & id magnopere cõtendit. [o] illa autem non admiratur audaciam, non impudẽtiam aſpernatur. nõ denique illam [p] Oppianici dexteram, viri ſui ſanguinem redundantem, reformidat: ſed quòd haberet treis ille filios, idcirco ſe ab his nuptiis abhorrere reſpõdit. Oppianicus, qui pecuniam Saſſiæ concupiuiſſet, domo ſibi quærendum remedium exiſtimauit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur. Nam,

[k] v.c. L. Sullæ.

[l] L. IIII. viros, & ita v.c. in quibuſdam municipiis quatuor viri, in aliis duumuiri.

* v.c. tris.

[m] L. & C. eius filium, & Sex. Vibium.

[n] al. Atqui hæc p.

* L. Auiti

[o] fort. illa autem non demiratur.

[p] L. Oppianici domũ viri ſui ſ. & ita Victor. 15. Var. lect.

ized by Google

cùm haberet ex Nouia infantem filiũ:alter autẽ
eius filius,*Pappia natus,Theaniappuli,[q] quod
abeſt à Larino decem & octo millia paſſuum,
apud matrẽ educaretur: arceſſit ſubitò ſine cau-
ſa puerum Theano:quod facere, niſi ludis publi
cis,aut feſtis diebus , antea non ſolebat. Mater
nihil mali miſera ſuſpicans,mittit.Ille ſe Tarẽ-
tum proficiſci cùm ſimulaſſet, eo ipſo die puer,
cùm hora vndecima in publico valens viſus eſ-
ſet,ante noctem mortuus,&poſtridie,antequàm
luceret, * combuſtus eſt. Atque hunc tantum 28
mærorem matri prius hominum rumor, quàm
quiſquam ex Oppianici familia [r] renuntiauit.
Illa cùm vno tempore audiſſet ſibi non ſolùm
filium , ſed etiam exſequiarum munus ereptum,
Larinum confeſtim exanimata venit , & ibi de
integro funus iam ſepulto filio fecit.Dies non-
dum decem interceſſerant , cùm ille alter filius
infans necatur. Itaque nubit Oppianico conti-
nuò Saſſia, lætanti iam animo,& ſpe optima cõ-
firmata,nec mirum, quæ ſe non nuptialibus do-
nis , ſed filiorum funeribus delinitam videret.
Itaque,quod ceteri propter liberos pecunię cu-
pidiores ſolent eſſe,ille propter pecuniam libe-
ros amittere iucundum eſſe duxit. Sentio,iudi- 29
ces,vos pro veſtra humanitate, his tantis ſcele-
ribus breuiter à me demonſtratis , vehementer
eſſe commotos. Quo tãdem igitur animo fuiſſe
illos arbitramini, quibus his de rebus nõ modò
audiendum fuit,verùm etiam iudicandum ? Vos
auditis de eo,in quem iudices non eſtis : de eo,
quẽ non videris: de eo,quem odiſſe iam nõ po-
teſtis:de eo,qui & naturæ, & legibus ſatisfecit:
[s] quem leges exſilio,natura morte multauit:au-
ditis non ab inimico,auditis ſine teſtibus, audi-
tis,cùm ea,quæ copioſiſſimè dici poſſunt breui-
ter à me ſtatimque dicuntur. Illi audiebant de
eo,de quo*iurati ſententias ferre debebant : de
eo, cuius præſenti nefarium , & conſceleratum
vul

* al.Papia, eſt autem nomen gẽtis Papiæ Lanuuij oriundæ.

q L. quod abeſt Larino.

* vt fuit antiquorum mos , vide Alexandrũ ab Alexandro.

r L. nuntiauit.

s L. quem leges exſulio.

* Iudices iurati ſententias dicebant.

Digitized by Google

vultum intuebantur: de eo,quem oderant propter audaciam:de eo, quem omni ſupplicio dignum eſſe ducebant. audiebant ab accuſatorib. audiebant verba multorum teſtium: audiebant, cùm vnaquaque de re,à P.Canutio,homine elo-
30 quentiſſimo,grauiter, & diu diceretur. || Et eſt quiſquam, qui, cùm hæc cognouerit, ſuſpicari poſſit,Oppianicum iudicio oppreſſum, & circũuentum eſſe innocentem? Aceruatim iam reliqua,iudices,dicam, vt ad ea, [t] quæ [14] propiora huius cauſæ,& adiũctiora ſunt,perueniam. Vos, quæſo,memoria teneatis, nõ mihi hoc eſſe propoſitum,vt accuſem Oppianicum mortuum:ſed, cùm hoc perſuadere vobis velim, iudicium ab hoc non eſſe corruptum,hoc vti initio, ac fundamento defenſionis: Oppianicum, hominem ſceleratiſſimum,& nocentiſſimum, eſſe damnatum: qui vxori ſuæ Cluentiæ, quæ amita huius Auiti fuit,cùm ipſe poculum dediſſet,ſubitò illa in media potione exclamauit,ſe maximo cum dolore mori:nec diutius vixit,quàm locuta eſt. nam in ipſo ſermone hoc,&vociferatione mortua eſt.& ad hanc mortem tam repentinam, vocémque morientis,omnia præterea, quæ ſolent eſſe indicia,& veſtigia veneni, in illius mortuæ
31 corpore fuerunt.| Eodémque veneno,C.Oppianicum,fratrem,necauit. Neque eſt hoc ſatis: tametſi [u] in ipſo fraterno parricidio nullum ſcelꝰ prætermiſſum videtur: tamen, vt ad hoc nefarium facinus accederet, aditum ſibi aliis ſceleribus antè muniuit. Nam cùm eſſet grauida Auria fratris vxor,& iam appropinquare partus videretur:mulierem veneno interfecit, [x] vt vnà illa,& quod erat ex fratre conceptum,necaretur. Poſtea fratrem aggreſſus eſt: [y] qui ſerò,iam exhauſto illo poculo mortis, cùm & de ſuo, & de vxoris interitu clamaret, teſtamentúmque mutare cuperet, in ipſa ſignificatione huius voluntatis, eſt mortuus. Ita mulierem, ne partu

t L. quo propiora huic cauſę, & adiunct. al. quæ propria huius cauſæ, & adiunct.

v L. in ipſo fraterno parricidio n.

x L. vt vnà cum illa, id, quod erat ex.

y L. qui ſerò, & iam exh.

eius ab hereditate fraterna excluderetur, necauit: fratris autē liberos prius vita priuauit, quā
z I. ab natura.
illi hanc [z] à natura propriam lucem accipere potuerunt: vt omnes intelligerēt, nihil ei clauſum, nihil ſanctum eſſe poſſe: cuius ab audacia, fratris liberos ne materni quidem corporis cu-
ſtodia tegere potuiſſet. ‖Memoria teneo, Mile- 32
ſiam quandam mulierem, cùm eſſem in Aſia, quòd ab heredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam: neque iniuria, quæ ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, heredem familiæ, deſignatum reip. ciuem, ſuſtuliſſet.* Quanto eſt Oppianicus in eadem iniuria maiore ſupplicio dignus? ſiquidem illa, cū ſuo corpori vim attuliſſet, [a] ſe ipſam cruciauit: hic autem idem illud effecit per alieni corporis mortem, atque cruciatum. Ceteri non videntur in ſingulis hominibus[b] multa parricidia ſuſcipere poſſe: Oppianicus inuentus eſt, qui in v-
*I. Quanta Oppianicus in eadē iniuria, &c.
a L. ſe ipſa
b L. multa paricidia, al. multos
* L. hanc conſuetudinem.
no corpore [15] plureis necaret. ‖Itaq; cùm* hanc 33
eius conſuetudinē, audaciāq́, cognoſceret auūculus illius adoleſcentis, Oppianici, Cn. Magi[9]: iſq́; graui morbo affectus eſſet, & heredem, illū ſororis ſuæ filiū, faceret: amicis adhibitis, præſente matre ſua, Dinea, vxorem ſuam interrogauit, [c] eſſétne prægnans: quæ cùm ſe eſſe reſpondiſſet: ab ea petiuit, vt, ſe mortuo, apud Dineam, quæ tum ei mulieri ſocrus erat, quoad pareret, habitaret, diligentiámq; adhiberet, vt id quod conceperat, ſeruaret, vt saluū parere poſſet. Itaque ei, teſtamēto legat grandem pecuniā à filio, ſiqui natus eſſet: ab ſecūdo herede nihil legat.
c v.c. eſſétne prægnas.
‖Quid de Oppianico ſuſpicatus ſit, videtis: quid 34
iudicarit, obſcurum non eſt. Nam, cùm eius filiū faceret heredem, eum tutorem liberis non adſcripſit. Quid Oppianicus fecerit, cognoſcite: vt illum Magium intelligatis longè animo proſpexiſſe morientem. Quæ pecunia mulieri lega-

ta

Digitized by Google

ta erat à filio, ſiqui natus eſſet, eam præſentem Oppianicus nō debitā mulieri ſoluit: ſi hæc ſolutio legatorum, & non merces abortionis appellanda eſt. Quo illa pretio accepto, multiſq; præterea muneribus, quæ tum ex tabulis Oppianici recitabantur, ſpem illā, quam in aluo commendatam à viro continebat, victa auaritia ſce-
35 leri Oppianici vendidit. || Nihil poſſe iā ad hanc improbitatem addi videtur. attendite exitum. Quę mulier obteſtatione viri decem illis* menſibus ne domum quidem vllam, niſi ſocrus ſuæ, noſſe debuit, hæc quinto menſe poſt viri mortē ipſi Oppianico nupſit. quæ nuptiæ non diuturnę fuerunt. Erant enim non matrimonij dignitate,
36 ſed ſceleris ſocietate coniunctæ. || Quid? illa cædes Aſinij Larinatis, adoleſcentis pecunioſi, 16 d quàm clara, cùm recens fuit? quàm omniū ſermone celebrata? Fuit * Aiulius quidam Larinas perdita nequitia, & ſumma egeſtate, arte quadā præditus ad libidines adoleſcentulorum excitandas accommodata, qui, vt ſe blanditiis, & aſſentationibus in Aſinij conſuetudinem penitus immerſit, Oppianicus continuò ſperare cœpit, e hoc ſe Aiulio, tanquam aliqua machina, admota, capere Aſinij adoleſcentiam, & fortunas eius patrias expugnare poſſe. Ratio excogitata Larini eſt: res tranſlata Romā. iniri enim id cōſilium faciliùs in ſolitudine, perfici rē eiuſmodi commodiùs in turba poſſe arbitrati ſunt. Aſini⁹ cum Aiulio Romam eſt profectus. Hos veſtigiis Oppianicus conſecutus eſt. Iam vt Romæ vixerint, quibus conuiuiis, quibus flagitiis, quantis, & quàm profuſis ſumtibus, non modò conſcio, ſed etiam conuiua, & adiutore Oppianico: longum eſt mihi dicere, præſertim ad alia properanti. Exitum huius aſſimulatæ familiarita-
37 tis cognoſcite. || Cùm eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, f & ibi diem poſterum commoraretur: Aiulius,

*luctus mēſes intelligit quos auxit duobus menſibus. Theodoſius l. 2. C. de ſecundis nuptiis.

d L. quàm clara tum, recenti re? q.

* Vrſ. Auilius.

e for. hoc ſe Atulio adhibito, tanq.

f for. & ibidem.

vt erat conſtitutum, ſimulat ſe ęgrotare, & teſtamentum facere velle. Oppianicus * obſignatores ad eum, qui neque Aſinium, neque Aiulium noſſent, adducit, & illum Aſinium appellat: ipſe teſtamento, Aſinij nomine obſignato, diſcedit, Aiulius illicò conualeſcit. Aſinius autem breui illo tempore, quaſi in hortulos iret, in arenarias quaſdam extra portam Eſquilinam, perductus, occiditur. ‖ Qui cùm vnum iam, & alterum diem 38
deſideraretur: neque in iis locis, vbi ex conſuetudine quærebatur, inueniretur, & Oppianicus in foro Larinatium dictitaret, nuper ſe, & ſuos amicos teſtamentum eius obſignaſſe: liberti Aſinij, & nonnulli amici, quod eo die, quo poſtremùm Aſinius viſus erat, Aiulium cum eo fuiſſe, & à multis viſum eſſe conſtabat, in eum inuadunt, & hominem ante pedes Qu. Manilij, qui tum erat * triumuir, conſtituunt. Atque ille continuò, nullo teſte, nullo indice, recentis maleficij conſcientia perterritus, omnia, vt à me paulò antè dicta ſunt, exponit, Aſiniumque ab ſe, conſilio Oppianici interfectum fatetur. ‖ Ex- 39
trahitur * domo latitans Oppianicus à Manilio: index Aiulius ex altera parte coràm tenetur. Hic iam quid reliqua quæritis? Manilium plerique noratis. non ille honorem à pueritia, non ſtudia virtutis, non vllum exiſtimationis bonæ fructum vmquam cogitarat: ſed ex petulanti, atque improbo ſcurra, in diſcordiis ciuitatis ad eam * columnam, ad quam multorum ſæpe conuitiis perductus erat, [g] vnà cùm ſuffragiis populi peruenerat. Itaque rem cum Oppianico tranſigit: pecuniam ab eo accipit: cauſam & ſuſceptam, & manifeſtam relinquit. Ac tum in Oppianici cauſa, crimen hoc Aſinianum cùm teſtibus multis, tum verò indicio Aiulij probabatur. [17] in quo, [h] inter allegatos, Oppianici nomen, primum eſſe conſtabat, eius, quem vos miſerum, atque innocentem, falſo iudi

* obſignatores quos Seneca 2. de beneficiis pararios, Plau. Actuarios, l. 91. de regulis iuris tabelliones.

* Triumuiri capitales carceris cuſtodiam habuere, l. 2. de origine iuris delata crimina ad prætorẽ referebant.

* vide l. 18. ff. de in ius l. nemo ff. de regulis iuris.

* Ad colũnam Meniam Triũuiri capitales cognoſcebant de ſeruis & aliis abiectæ ſortis hominibus.

g L. tum ſuffragiis pop.

h I. inter alligatos, Opp.

40 iudicio circumuentum eſſe dicitis. || Quid? auiã tuã, Oppianice, Dineam, cui tu es heres, pater tu[9] non manifeſtò necauit? ad quam cùm adduxiſſet medicum illum ſuum, iam cognitum. [18] [i] & ſępe victorem (per quem interfecerat plurimos) mulier exclamat, ſe ab eo nullo modo velle curari, quo curante ſuos omneis perdidiſſet. Tum repentè Anconitanum quendam, L. Clodium, pharmacopolam circumforaneum, qui caſu tum Larinum veniſſet, aggreditur, & cum eo IIS. quadringentis, id quod ipſius tabulis tum eſt demonſtratum, tranſigit. L. Clodius, qui properaret, cui fora multa reſtarent, ſimul atque introductus eſt, rem confecit: prima potione mulierem ſuſtulit: neque poſtea Larini punctum

i L. & ſæpe victorem: mulier excl.

41 eſt temporis commoratus. || Eadem hac Dinea teſtamentũ faciente, cùm tabulas prehendiſſet Oppianicus, qui gener eius fuiſſet, digito legata deleuit: &, cùm id multis locis feciſſet, poſt mortem eius, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum, ſignis adulterinis obſignauit. Multa prætereo conſultò. etenim vereor, ne hæc ipſa nimiũ multa eſſe videantur. vos tamen eũ ſimilem ſui fuiſſe [k] in ceteris quoque vitæ partibus exiſtimare debetis. Illũ tabulas publicas Larini cenſorias corrupiſſe, decuriones vniuerſi iudicauerũt. cũ illo iã nemo rationẽ, nemo rem vllam contrahebat: nemo illũ ex tam multis cognatis, & affinibus tutorẽ vmquam liberis ſuis ſcripſit: nemo illũ aditu, nemo congreſſione, nemo ſermone, nemo conuiuio dignum iudicabat. omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant, omnes, vt aliquam immanem, ac pernicioſam beſtiam, peſtémque fugiebant.

k L. in ceteris vitæ partibus.

42 || Hunc tamen hominem tam audacem, tam nefarium, tam nocentem, numquam accuſaſſet *Habitus, iudices, ſi id prætermittere, ſaluo capite ſuo, potuiſſet. Erat huic inimicus Oppianicus, erat: ſed tamen erat vitricus: crudelis, &

* L. Auitus.

huic infeſta mater:attamen mater.poſtremò ni-
hil tam remotum ab accuſatione, quàm Cluen-
tius & natura,& voluntate, & inſtituta ratione
vitæ. Sed cùm eſſet hæc illi propoſita conditio,
vt aut iuſtè,piéque accuſaret,aut acerbè, indi-
gnéq; moreretur:accuſare, quoquo modo poſ-
ſet,quàm illo modo emori, maluit.|| Atque, vt 43
hæc ita eſſe perſpicere poſſitis, exponam vobis
Oppianici facinus manifeſto compertum,atque
deprehenſum : ex quo ſimul vtrumque, & huic,

l fort.& illi condemnari neceſſe f.

*Martiales miniſtri Martis.

accuſare, [l] & illum condemnari neceſſe fuiſſe,
intelligetis.Martiales*quidã Larini appellabã-
tur,miniſtri publici Martis,atque ei deo veteri-
bus inſtitutis,religionibúſq;Larinatium conſe-
crati: quorum cùm ſatis magnus numerus eſſet,
cúmque item,vt in Sicilia permulti Venerei ſũt:
ſic illi Larini in Martis familia numerarẽtur:re-
pentè Oppianicus eos omneis, liberos eſſe, ci-
ueiſq; R.cœpit defendere. Grauiter id decurio-
nes Larinatiũ,cũctiq; municipes tulerũt.Itaque

* L. Auito.

*L.Auito.

ab*Habito petiuerũt,vt eã causã ſuſciperet,pu-
blicéq; defenderet.* Habit⁹ cùm ſe ab omni e-
iuſmodi negotio remouiſſet,tamẽ pro loco,pro

m L. quòd ſe non ſuis ſolùm cõmod.

antiquitate generis ſui,pro eo, [m] quòd ſe non
ſolũ ſuis cõmodis, ſed etiam ſuorũ municipum,
ceterorũq; neceſſariorũ natũ eſſe arbitrabatur,
tantę voluntati vniuerſorũLarinatiũ deeſſe no-
luit. || Suſcepta cauſa, Romamq; delata, magnæ 44
quotidię contẽtiones inter Habitũ,& Oppiani-
cũ ex vtriuſq; ſtudio defenſionis excitabantur.
Erat ipſe immani, acerbáq; natura Oppianicus.
incendebat eius amentiã infeſta, atq; inimica
filio mater Habiti, magni autẽ illi ſua intereſſe
arbitrabãtur,hũc à cauſa Martialiũ [n] dimouere.

n L.demouere.

Suberat etiã alia cauſa maior,quæOppianici,ho
minis auariſſimi,atq;audaciſſimi,mentẽ maximè
cõmouebat.||Nã * Habitus vſq; ad illius iudicij

* L.Auitus.

tempus,nullũ teſtamentũ vmquã fecerat. neque 45
enim legare eiuſmodi matri poterat in animum

indu

inducere: neque teſtamento nomen omnino prætermittere parentis. Id cùm Oppianicus ſciret (neque enim erat obſcurum) intelligebat, Habito mortuo, bona eius omnia ad matrem eſſe ventura: quæ ab ſeſe poſtea, aucta pecunia, maiore præmio: orbata filio, minore periculo, necaretur. Itaq; his rebus incenſus, qua ratione Habitũ veneno tollere conatus ſit, cognoſcite.

46 ‖C. & L. Fabricij, fratres gemini fuerunt ex municipio[o] Aletrinate, homines inter ſe cùm forma, tum moribus ſimiles: municipum autẽ ſuorum diſſimillimi: in quibus quantus ſplendor ſit, quàm propè æquabilis, quàm ferè omnium conſtans, & moderata ratio vitæ, nemo veſtrûm vt mea fert opinio, ignorat. His Fabriciis ſemper vſus eſt Oppianicus familiariſſimè. Iam hoc ferè ſcitis omnes, quãtam vim habeat ad coniũgendas amicitias, ſtudiorum, ac naturæ ſimilitudo. Cùm illi ita viuerent, vt nullum quæſtum turpẽ eſſe arbitrarentur: cùm omnis ab his fraus, omnes inſidiæ, circumſcriptionéſque adoleſcentiũ naſcerentur, cúmque eſſent vitiis, atque improbitate omnibus noti. ſtudioſè, vt dixi, ad eorum ſe familiaritatem multis iam antè annis Oppianicus applicarat.‖

47 Itaque, tum ſic ſtatuit, per C. Fabricium (nã L. erat mortuus) inſidias Habito cõparare. Erat illo tempore infirma[p] valetudine Habitus. vtebatur autem medico ignobili, ſed ſpectato homine, Cleophãto: cuius ſeruũ Diogenem Fabricius ad venenum habito dandum ſpe & pretio ſollicitare cœpit. Seruus nõ incallidus, ſed, vt ipſa res declarauit, frugi, atq; integer, ſermonem Fabricij non eſt aſpernatus: rem ad dominum detulit: Cleophantus autem cum Habito eſt locutus. Habitus autem ſtatim cum M. Bebrio ſenatore, familiariſſimo ſuo, communicauit: qui qua fide, qua prudentia,[19] qua * dignitate fuerit, meminiſſe vos arbitror. ei placuit, vt Diogenẽ Habitus emeret à Cleophanto,

o L. Aletrinati.

p v. c. valitudine.

* al. diligentia.

Digitized by Google

quo faciliùs aut comprehenderetur res eius in-
dicio, aut falſa eſſe cognoſceretur.[q] Ne multis:
Diogenes emitur: venenum diebus paucis, multi
viri boni cùm ex occulto interueniſſent: pecu-
niáque obſignata, quæ ad eam rem dabatur, in
manibus Scamandri, liberti Fabriciorum, depre-
henditur. || Pro dij immortales! Oppianicum 48
quiſquam, his rebus cognitis, circumuentũ[r] di-
cit eſſe? Quis vnquam audacior? quis nocẽtior?
quis apertior in iudicium adductus eſt? Quod
ingenium, quæ facultas dicendi, quę à quoquam
excogitata defenſio, huic vni crimini potuit ob
ſiſtere? ſimul & illud quis eſt, qui dubitet, quin
hac re comperta, manifeſtóque deprehenſa, aut
obeunda mors Cluentio, aut ſuſcipienda accu-
ſatio fuerit? || Satis* eſſe arbitror demonſtratum, 49
iudices, iis criminibus accuſatum eſſe Oppiani-
cum, vt honeſtè abſolui nullo modo potuerit.
Cognoſcite[s] nunc ita reum citatum eſſe illum:
vt re ſemel, atque iterum præiudicata, condem-
natus, in iudicium venerit. Nã Cluentius, iudi-
ces* primùm nomen eius detulit, cuius in mani-
bus venenũ deprehenderat. is erat libertus Fa-
briciorum, Scamander. integrum conſilium: iu-
dicij corrupti nulla ſuſpicio: ſimplex in iudiciũ
cauſa, certa res, verũ crimen allatum eſt. Hîc tũ
Fabricius, is, de quo antè dixi, qui, liberto dam-
nato, ſibi illud impendere periculum videret:
quod mihi cũ Aletrinatibus vicinitatem, & cum
pleriſque eorum magnum vſum eſſe ſciebat, fre-
quenteis eos ad me domum adduxit. Qui quam-
quam de homine, ſicut neceſſe erat, exiſtimabãt;
tamen, quòd erat ex eodẽ municipio, ſuæ digni-
tatis eſſe arbitrabantur, eum, quibus rebus poſ-
ſent defendere: atque à me, vt facerem, & vt cau-
ſam Scamandri ſuſciperem, petebãt, in qua cau-
ſa patroni omne periculum cõtinebatur. || Ego, 50
qui neq; illis talib. viris, ac tam amantibus mei,
rem poſſem vllam negare: neque illud crimen
tan

q L. Ne multa Diogenes emitur: venenũ diebus paucis cõparatur: multi viri boni cùm ex occ.

r L. eſſe dicet?

*DE PRAEIVDICIIS, ſeu de iudicio in Scamandrum, C. Fabricium.

s L. nunc ita illum reum eſſe citatum, vt re ſ.

*Iudiciorũ capitalium ordo nominis delatio, patrocinium rei citatio, accuſatio, defenſio, probationes, ex teſtibus, cõiecturis, interrogationibus ſeu confeſſionibus, condemnatio.

Digitized by Google

tantum,ac tam manifeſtum eſſe arbitrarer, [t] ſicut nec illi quidem ipſi,qui mihi tum illã cauſam commendabant, arbitrabantur: pollicitus iis ſum,me omnia,quæ vellent,eſſe facturũ. Res agi cœpta eſt:citatus eſt Scamander reus: accuſabat P.Canutius, homo inprimis ingenioſus, & in dicendo exercitatus: accuſabat autem ille quidem Scamandrum verbis tribus, veneńu eſſe deprehenſum. Omnia tela totius accuſationis in Oppianicnm coniiciebãtur:aperiebatur cauſa inſidiarum:Fabriciorum familiaritas commemorabatur:hominis vita, & audacia proferebatur:denique omnis accuſatio variè,grauitérque tractata, ad extremum manifeſta veneni deprehenſione concluſa eſt.

t L.ſicut ne illi quidem ipſi.

51 Hic ego cùm ad reſpondendũ ſurrexi,qua cura,dij immortales?qua ſollicitudine animi? quo timore? Semper equidem magno cum metu incipio dicere. quotieſcũque dico,toties mihi videor in iudicium venire, nõ ingenij ſolùm, ſed etiam virtutis atque officij: ne aut id profiteri videar, quod non poſſim implere,quod eſt impudentiæ: aut id non efficere, quod poſſim:quod eſt aut perfidiæ,aut negligẽtiæ.tũ verò ita ſum perturbatus, vt omnia timerem:ſi nihil dixiſſem, ne infantiſſimus: ſi multa in eiuſmodi cauſa dixiſſem,ne impudentiſſimus exiſtimarer.Collegi me aliquando,&ita conſtitui fortiter eſſe agendum:illi ætati, qua tũ erã, ſolere laudi dari, etiam ſi in minùs firmis cauſis hominum periculis non defuiſſem. itaque feci: ſic pugnaui,ſic omni ratione contendi,ſic ad omnia confugi, quantum ego aſſequi potui, remedia,ac perfugia cauſarum,vt hoc,quod timidè dicam, conſecutus ſim, nequis illi cauſæ patronũ defuiſſe arbitraretur.

52 Sed,vt quidquid ego apprehenderã, ſtatim accuſator extorquebat è manibus. [u] Si quęſieram,an inimicitię Scamandro cum Habito: fatebatur nullas fuiſſe: ſed Oppianicum, cuius ille miniſter fuiſſet, huic

u L.Si quęſieram, ecquæ inimicitiæ Sc.

huic inimiciſſimum fuiſſe, atq; eſſe dicebat. Sin autem illud egeram, nullum ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentũ fuiſſe: cõcedebat: ſed ad vxorem Oppianici, hominis in vxoribus necandis exercitati, omnia bona Habiti ventura eſſe dicebat. Cùm illa defenſione vſus eſſem quæ in libertinorum cauſis honeſtiſſima ſemper exiſtimata eſt, Scamandrum patrono eſſe probatum, fatebatur: ſed quærebat, cui probatus eſſet ipſe patronus. ‖ Cùm ego plurib⁹ 53
verbis in eo commoratus eſſem, Scamandro factas inſidias eſſe per Diogenem: conſtitutumq; inter eos de alia re fuiſſe, vt medicamentũ, non venenum Diogenes afferret: hoc cuiuis vſu venire poſſe: quærebat, cur in eiuſmodi locum, tã abditum, cur ſolus, cur cum obſignata pecunia, veniſſet. Denique hoc loco cauſa teſtibus, honeſtiſſimis hominibus, premebatur. M. Bebrius de ſuo conſilio Diogenem emtum: ſe præſente Scamandrum cum veneno, pecuniáq; deprehẽſum eſſe dicebat. P. [x] Quinctius Varus, homo ſumma religione, & ſumma auctoritate præditus, de inſidiis, quæ fierent Habito, & de ſollicitatione Diogenis, recenti re, ſecum Cleophantum locutum eſſe dicebat. ‖ Atque in illo iudi- 54
cio cùm Scamãdrum nos defendere videremur, verbo ille reus erat, re quidem vera, & periculo, & tota accuſatione Oppianicus Neq; id obſcurè ferebat [y] nec diſſimulare vllo modo poterat: aderat frequens, aduocabat, omni ſtudio, [*] gratiáque pugnabat: poſtremò, id quod maximo malo illi cauſæ fuit, hoc ipſo in loco, quaſi reus ipſe eſſet, ſedebat. Oculi omnium iudicum non in Scamandrum, ſed in Oppianicum coniiciebantur: timor eius, perturbatio, ſuſpenſus, incertúſque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea ſuſpicioſa, hæc aperta, ac manifeſta faciebant. ‖ Cùm in conſilium iri oporteret, 55
quæſiuit [z] ab eo reo C. Iunius, quæſitor, ex lege

x L. Quinctilius Varus.

y al. neque diſſ.

* L. gratiáque: poſtremo.

z L. ab reo C. Iun.

lege illa*Cornelia,quæ tũ erat,clàm, an palàm, de ſe ſententiam ferri vellet.De Oppianici ſententia reſponſum eſt,quòd is Habiti familiarem Iunium eſſe dicebat,clam velle ferri.Itum eſt in conſilium omnibus ſententiis, præter vnam, quam ſuam Stalenus eſſe dicebat, Scamander prima actione condemnatus eſt. Quis tum erat omnium qui,Samandro condemnato, non iudicium de Oppianico factum eſſe arbitraretur? quid eſt illa damnatione iudicatum,niſi venenũ id quodHabito daretur,eſſe quæſitum?quę porrò tenuiſſima ſuſpicio collata in Scamandrum eſt,aut conferri potuit, vt is ſua ſponte necare

56 voluiſſe Habitum putaretur? || Atque, hoc tum iudicio facto,&Oppianico*re & exiſtimatione, iam lege,& pronuntiatione, nondum condemnato, tamen Auitus Oppianicum [a] reum ſtatim non fecit.voluit cognoſcere,vtrùm iudices in eos ſolos eſſent ſeueri, quos venenum habuiſſe ipſos comperiſſent : an etiam conſilia, conſcientiáſque eiuſmodi facinorum ſupplicio dignas iudicarent. * Itaque C.Fabricium,quem proptèr familiaritatem Oppianici conſcium illi facinori fuiſſe arbitrabatur,[b]reum ſtatim fecit: vtque ei locus primus conſtitueretur, propter cauſæ coniunctionem impetrauit. Hic tum Fabricius non modò an me meos vicinos, & amicos,Aletrinateis,non adduxit,ſed ipſe iis neque defenſoribus vti poſtea,neque laudatorib. po-

57 tuit.|| Rem enim integram hominis non alieni, quãuis ſuſpicioſam,defendere,humanitatis eſſe putabamus : iudicatam labefactare conari, impudentiæ.Itaque tum ille, inopia, & neceſſitate coactus, in cauſa eiuſmodi ad Cepaſios fratres confũgit,homines induſtrios, atque eo animo, vt quæcumque dicendi [c] poteſtas eſſet data, in honore, atque in beneficio ponerent. Iam hoc quoq; propè iniquiſſimè comparatum eſt, quòd in morbis corporis, vt quiſque eſt difficillimus, ita

* intelligit Corneliam legẽ à Cornelio Sylla latam de veneficiis, anno vrbis 671.

* præiudicio damnabantur re & exiſtimatione,iudicio verò lege &pronũtiatione ſimul.

a al. ſtatim ream non fecit.

*De Scamãdri condemnatione & nominis eius delatione, citatione, accuſatione, defenſione, &c.

b al.ſtatim reum fecit.

c δύναμις.

ita medicꝰ nobiliſſimus, atq; optimus quæritur: in periculis capitis, vt quęque cauſa difficillima eſt, ita deterrimus, obſcuriſſimúſq; patronus adhibetur. niſi fortè [d] hæc cauſa eſt, quod medici nihil, præter artificium, oratores etiam auctoritatem præſtare debent. || Citatur reus: [e] agitur 58
cauſa paucis verbis. accuſat, vt de re iudicata, Canutius. Incipit, longo, & altè petito proœmio, reſpondere maior Cepaſius. primò attentè auditur eius oratio. erigebat animum, iam demiſſum, & oppreſſum, Oppianicus. gaudebat ipſe Fabricius, nō intelligebat, animos iudicū, nō illius eloquētia, ſed defenſionis impudentia cōmoueri poſteaquàm de re cœpit dicere, ad ea, quæ erant in cauſa, addebat etiā ipſe noua quædam vulnera. Hoc quamquam ſedulò faciebat, tamē interdū non defendere,*[21] ſed præuaricari accuſationi videbatur. Itaq; cùm callidiſſimè ſe dicere putaret, & cū illa verba grauiſſima ex intimo artificio depromſiſſet: RESPICITE, IVDICES, HOMINVM FORTVNAS: RESPICITE DVBIOS, VARIOSQVE CASVS, RESPICITE C. FABRICII SENECTVTEM. cùm hoc, RESPICITE, ornandæ orationis cauſa ſæpe dixiſſet, reſpexit ipſe: at C. Fabricius à ſubſelliis, dimiſſo capite, diſceſſerat. || [f] Hic iudices ridere, ſtomachari, 59
atque acerbè ferre: patronus cauſam ſibi eripi, & ſe cetera de illo loco, RESPICITE IVDICES, non poſſe dicere: nec quidquam propiùs eſt factum, quàm vt illum perſequeretur, & collo obtorto, ad ſubſellia reduceret, vt reliqua poſſet perorare. Iam tum Fabricius primùm ſuo iudicio, quod eſt grauiſſimum: deinde legis vi, & ſententiis iudicum eſt condemnatus. [g] Quid * eſt,[22] quòd iam de Oppianici* cauſa plura dicamus? Apud eoſdem iudices reus eſt factus, cùm is duobus præiudiciis iam damnatus eſſet, ab iiſdem autem iudicibus qui Fabriciorum damnatione de Oppianico iudicarant, locus ei

d Lam. hoc c tſæ eſt,

e L. agitur cauſa: paucis verbis accuſat, vt de re iud. Agebatur autē cauſa apud prætorem die cognitionum, præſente conſilio. Dicebatur verò cauſa & edebatur actio poſtulationum die, qui diès comperendinus erat, nimirum in ius vocatione, dicendóque vadimonio deſtinatus.

*L. ſed præuaricari accuſatori vid.

f L. Hic iudices ridere: ſtomachari, atq; acerbè ferre patronus: cauſ.

g al. Quid eſt iā quòd de Opp.

* DE OPPIANICI condemnatione. * al. Oppianici perſona, cauſáque.

pri

primus eſt conſtitutus:accuſatus eſt criminibus
grauiſſimis,iis, quæ à me breuiter dicta ſunt, &
præterea multis, quæ ego omnia nunc omitto:
accuſatus eſt apud eos,qui & Scamandrum, mi-
niſtrum Oppianici,& Fabricium, conſcium ma-
60 leficij condẽnarant.|| [h] Vtrùm, per deos immor-
taleis,magis eſt mirandum, quòd is condemna-
tus eſt, an quòd omnino reſpondere auſus eſt?
Quid enim illi iudices facere potuerunt? qui ſi
innocenteis Fabricos condemnaſſent, tamen in
Oppianico ſibi conſtare, & ſuperioribus cõſen-
tire iudiciis debuerunt. An verò illi [i] ſua per ſe
iudicia reſcinderent, cùm ceteri ſoleant, in iu-
dicando, ne ab aliorum iudiciis diſcrepẽt pro-
uidere? & illi,qui Fabricij libertum, quia mini-
ſter in maleficio fuerat:patronum,quia cõſcius,
condemnaſſent: ipſum principem atque archi-
tectum ſceleris abſoluerent? & qui ceteros,nul-
lo præiudicio facto,tamen ex ipſa cauſa condẽ-
naſſent:hunc, quem bis condemnatum iam ac-
61 ceperant,liberarent?|| Tum verò illa iudicia ſe-
natoria,non falſa inuidia, ſed vera, atq; inſigni
turpitudine notata, [k] atq;operta dedecore,& in-
famia,defẽſioni locũ nullũ reliquiſſẽt. Quid .n.
tãdem [l] illi iudices reſpõderẽt,ſiquis ab iis quę-
reret? Condemnaſtis, Scamãdrum,quo crimine?
nẽpe quòd Habitũ per ſeruũ medici,veneno ne-
care voluiſſet. Quid Habiti morte Scamãder cõ
ſequebatur? nihil, ſed adminiſter erat Oppiani-
ci.Condẽnaſtis C. Fabriciũ. quid ita? quia, cùm
ipſe familiariſſimè Oppianico vſus, libertus au-
tẽ eius in maleficio deprehenſus eſſet: illum ex-
pertẽ eius cõſilij fuiſſe nõ probabatur. Si igitur
[m] ipſum Oppianicũ,*bis ſuis iudiciis cõdẽnatũ,
abſoluiſſẽt,quis tantam turpitudinem iudicio-
rũ, quis tantam inconſtantiam rerum iudicata-
rum, quis tantam libidinem iudicum ferre po-
62 tuiſſet?|| Quòd*ſi hoc videtis, quod iam hac o-
mni oratione patefactum eſt, illo iudicio reum
con

h al. Vtrũ, per d.

i L. ſua ipſi iudicia reſcin.

k al. & cooperta dedec.

l al. iudices illi reſpõd.

m al. Oppianicum ipſum.

* Pantag. his præiudĩciis.

* CONFIRMATIONIS pars altera qua probat Oppianicum iudicium Iunianum pecunia corrupiſſe.

Digitized by Google

condemnari,præſertim ab iiſdem iudicibus, qui
duo præiudicia feciſſent,neceſſe fuiſſe ſimul:il-
lud videatis,neceſſe eſt, nullam accuſatori cau-
ſam eſſe potuiſſe , cur iudicium vellet corrum-
n L. T. Atti.
pere. Quæro enim abs te, [n] T.Acti, relictis iam
ceteris argumentis omnibus , num Fabricios
o v.c. innocentis.
quoque [o] innocenteis condemnatos exiſtimes:
num etiam illa iudicia pecunia corrupta eſſe di-
cas,quibus iudiciis alter à Staleno ſolo abſolu-
tus eſt,alter etiam ipſe ſe condemnauit. Age, ſi
nocentes : cuius maleficij? numquid præter ve-
nenum quæſitum,quo Habitus necaretur, obie-
ctũ eſt?nũquid aliud in illis iudiciis verſatũ eſt,
præter haſce inſidias Habito ab Oppianico per
p L. nihil, inquam, aliud.
Fabricios factas? [p] nihil,nihil inquã,aliud,iudi-
ces,reperietis.Exſtat memoria : ſunt tabulæ pu-
blicæ.redargue me,ſi mentior: teſtiũ dicta reci-
ta:doce in illorum iudiciis quid præter hoc ve-
nenum Oppianici,non modò in criminis, ſed in
maledicti loco ſit obiectũ.|| Multa dici poſſunt, 63
quare ita neceſſe fuerit iudicari:ſed ego occur-
ram exſpectationi veſtræ,iudices. Nã, etſi à vo-
bis ſic audior , vt numquam benigniùs , neque
attentiùs quemquam auditum putem : tamẽ vo-
cat me aliò iamdudum tacita veſtra exſpectatio,
quæ mihi obloqui videtur.Quid ergo?negáſne,
illud iudicium eſſe corruptum ? non nego : ſed
ab hoc corruptum non eſſe cõfirmo.A quo igi-
tur eſt corruptum? opinor, primùm, ſi incertum
fuiſſet , quiſnam exitus illius iudicij futurus eſ-
ſet:veriſimilius tamen eſſet , eum potiùs corru-
piſſe,qui metuiſſet,ne ipſe cõdemnaretur,quàm
illũ qui veritus eſſet,ne alter abſolueretur:dein
de,cùm eſſet nemini dubium, quid iudicari ne-
ceſſe eſſet,eum certè potiùs , qui ſibi aliqua ra-
tione diffideret , quàm eum , qui omni ratione
confideret:poſtremò,certè potius illum,qui bis
q I. apud eoſdẽ iud.
[q] apud eos iudices offendiſſet , quàm eum , qui
bis cauſam iis probauiſſet.|| vnum quidem certè, 64
nemo

nemo erit tam iniquus Cluentio, qui mihi non concedat, ſi conſtet corruptum illud eſſe iudicium: aut ab Habito, aut ab Oppianico eſſe corruptum. ſi doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico: ſi oſtendo ab Oppianico, purgo Habitum. Quare, etſi ſatis docui, rationem nullã huic [r] corrũpendi fuiſſe, ex quo intelligitur, ab Oppianico eſſe corruptum: tamen de illo ipſo ſeparatim cognoſcite. Atque ego in illa non argumentabor, quæ ſunt grauia vehementer: eum corrupiſſe, qui in periculo fuerit: eũ, qui metuerit: eum, qui ſpẽ ſalutis in alia ratione non habuerit: eum, qui ſemper ſingulari fuerit audacia. multa ſunt eiuſmodi. verùm cùm habeam rem non dubiam, ſed apertam, atq; manifeſtã, enumeratio ſingulorum argumentorum non eſt ne-

65 ceſſaria. Dico, C. Aelio Staleno, iudici pecuniã grandem Statium Albium ad corrumpendũ iudicium dediſſe. numquis negat? Te appello, Oppianice, te [s] T. Acti: quorum alter eloquentia damnationẽ illã, alter tacita pietate deplorat. audete negare, ab Oppianico Staleno iudici pecuniam datam: negate, negate, inquã, [2]; in * eo loco. quid reticetis? At negare non poteſtis, ꝗ repetiſtis, quod confeſſi eſtis, quod abſtuliſtis. Qua tandẽ igitur ore mentionẽ corrupti iudicij facitis, cùm ab iſta parte, iudici pecuniã ante iudicium datam, poſt iudiciũ ereptã eſſe fatea-

66 mini? Quonam igitur hæc modo geſta ſunt? repetã paulò altiùs, iudices, & omnia. quæ in diuturna obſcuritate latuerũt, ſic aperiã, vt ea cernere oculis videamini. Vos quæſo, vt adhuc me attentè audiſtis, item, quæ reliqua ſunt, audiatis: profectò nihil à me dicetur, quod non dignũ hoc conuentu, & ſilentio, dignũ veſtris ſtudiis, atq; auribus eſſe videatur. Nam, vt primùm Oppianicus ex eo, quod Scamander reus erat fact9, quid ſibi impenderet, cœpit ſuſpicari: ſtatim ſe ad hominis egentis, audacis, in iudiciis corrum-

r al. corrũpendi iudicij fuiſſe.

s L. T. Atti.

* al. meo loco. al. in iſto loco.

Digitized by Google

pendis exercitati, tum autem iudicis, Staleni familiaritatem applicauit. Ac primùm Scamandro reo, tantum donis dotis, muneribúſque [t] perfecerat, [24] vt eo * auctore vteretur cupidiore, quàm fides iudicij poſtulabat. || Pòſt autem, 67
cùm eſſet Scamander vnius Staleni ſentētia abſolutus, patronus autem Scamandri ne ſua quidem ſententia liberatus: acrioribus ſalutis ſuæ remediis ſubueniendm putauit. Tum à Staleno, ſicut ab homine ad excogitandum acutiſſimo, ad audendum impudentiſſimo, ad efficiendum acerrimo (hæc enim ille & aliqua ex parte habebat, & maiore ex parte ſe habere ſimulabat) auxilium capiti, & fortunis petere cœpit. Iā hoc non ignoratis, iudices, vt etiā beſtiæ, [25] fame dominante, plerūque ad eū locū vbi paſtæ aliquādo ſint, reuertantur. || Stalenus ille biēnio antè, 68
cū cauſam bonorum Safinij Atellæ recepiſſet, ſexcentis millibus nummū ſe iudicium corrupturum eſſe dixerat, quę cū accepiſſet à pupillo, ſuppreſſit, iudicioq́; facto, nec Safinio, nec bonorum emtoribus reddidit. [v] Quā cùm pecuniā profudiſſet, & ſibi nihil non modò ad cupiditates ſuas, ſed ne ad neceſſitatem quidē reliquiſſet: ſtatuit ad eaſdem ſibi prædas ac ſuppreſſiones iudicialeis [x] reuertendū. Itaq; cùm Oppianicū iā perditum, [y] & duobus iugulatum præiudiciis videret: promiſſis eū ſuis excitauit abiectum, & ſimul ſaluti deſperare vetuit. Oppianicus orare hominem cœpit, vt ſibi rationem oſtenderet iudicij corrumpēdi. || Ille autē (quem- 69
admodum ex ipſo Oppianico poſtea eſt auditū) negauit quemquā eſſe in ciuitate, pręter ſe, qui id efficere poſſit. ſed primò grauari cœpit, quòd ædilitatem ſe petere cū hominib. nobiliſſimis, & inuidiā, atque offenſionē timere dicebat. pòſt exoratus, initiò permagnā pecuniam popoſcit: deinde ad id peruenit, quod confici potuit, [z] & ſeſtertia ſexcenta quadraginta millia deferri ad

t l. profecerat, vt eo fautore vteretur cup.
* al. fautore.
v al. Quum pecuniam.
x l. eſſe reuertendū.
y l. & duobus præiudiciis iugulatum videret.
z l. & ſeſtertiū ſexcenta. quadrag.

ſe domum iuſſit.Quæ pecunia ſimulatque ad eũ
delata eſt, homo impuriſſimus ſtatim cœpit in
eiuſmodi mẽte,& cogitatione verſari: nihil eſ-
ſe ſuis rationibus vtilius,quam Oppianicũ cõ-
demnari,illo abſoluto, pecuniam illam aut iu-
dicibus diſpertiendã,aut ipſi eſſe reddendã:dã-
70 nato,repetiturum eſſe neminem.||Itaq; rem ex-
cogitat ſingularem.Atque hæc,iudices,quæ ve-
rè dicuntur à nobis:facilius credetis, ſi cum a-
nimis veſtris longo interuallo recordari C.Sta-
leni vitam & naturã volueritis. [a] Nam perinde
vt opinio eſt de cuiuſque moribus,ita, quid ab
eo factũ,& non factum ſit,exiſtimari poteſt. Cũ
eſſet egens,ſumtuoſus,audax,callidus,perfidio-
ſus [b] & cũ domi ſuæ, [26] miſerrimus & inaniſſi-
mus,tantũ nummorũ poſitũ videret: ad omnem
malitiã,& fraudem verſare mentem ſuam, hæc
ſecum cogitans,cœpit,Démne iudicibus? mihi
igitur ipſi,præter periculum,& infamiam, quid
quæretur?nihil excogitem, quamobrem [c] Op-
pianico damnari neceſſe ſit? qui tandem? ni-
hil enim eſt,quod fieri non poſſit. Si quis eum
fortè caſus ex periculo eripuerit,nónne reddẽ-
dum eſt?præcipitantem igitur impellamus, in-
71 quit,& perditũ proſternamus.|| [d] Capit hoc con-
ſilium,vt pecuniam quibuſdam iudicibus leuiſ-
ſimis polliceatur:deinde eam poſtea ſupprimat:
vt,quoniam graueis homines ſua ſponte ſeuerè
iudicaturos putabat,hos qui leuiores erant,de-
ſtitutione iratos Oppianico redderet.Itaq;, vt
erat ſemper præpoſterus,atq; peruerſus,initium
facit à * Bulbo?&eũ,quòd iãdiu nihil quæſierat,
triſtẽ,atq; oſcitantẽ,leuiter impellit. Quid tu,
inquit?ecquid me adiuuas Bulbe, ne gratis rei-
publicæ ſeruiamus?Ille verò,ſimul atq; hoc au-
diuit,NE GRATIS,Quò voles,inquit,ſequar. ſed
quid affers?Tum ei [e] quadraginta millia,ſi eſſet
abſolutus Oppianicus,pollicetur:& eũ,vt cete-
ros appellet,quibuſcũ loqui conſueſſet,rogat:

a L.Nam proinde, vt vt opin.

b L.& cùm domi ſuæ, & miſerrimis in locis & inaniſsimis tantũ num.

c al.Oppianicũ damn.

d L. capit hoc conſilij.

* Vide 4. Verr.

e for. quadraginta LLS. millia.

atque etiam ipſe conditor totius negotij, Guttam adſpergit huic Bulbo. || Itaq; minimè amarus is viſus eſt,[27] qui aliquid ex eius ſermone * ſpeculæ deguſtarat. Vnus & alter dies interceſſerat, cùm res parum certa videbatur: ſequeſter, & confirmator pecuniæ deſiderabatur. Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blãdiſſimè poteſt: [f] Quid tu, inquit, Pæte? (hoc enim ſibi Stalenus cognomẽ ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne, ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuæ, quàm generis vti cognomine videretur) qua de re mecum locutus es, quærunt à me, vbi ſit pecunia. Hic * ille * planus improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe iã, atque animo incubaret: contrahit frontem (recordamini faciem, atque illos eius fictos, ſimulatóſq; vultus) queritur ſe ab Oppianico deſtitutum: &, qui eſſet totus ex fraude, & mendacio factus, quique ea vitia, quæ à natura habebat, etiam ſtudio, atque artificio quodam malitiæ condiuiſſet, pulchrè aſſeuerat ſe ab Oppianico deſtitutum: atq; hoc addit teſtimonij, ſua illum ſententia, quàm palã omnes laturi eſſent, * condemnatum iri. || Manarat ſermo in conſilio, pecuniæ quandam mentionem inter iudices eſſe verſatã. res neque tam fuerat [g] occulta, quàm erat occultanda: neque tam erat aperta, quàm reipu. cauſa aperienda. In ea obſcuritate, ac dubitatione omnium, Canutio, perito homini, qui quodam odore ſuſpicionis Stalenũ corruptum eſſe ſenſiſſet, neque dum rem perfectã arbitraretur, placuit repentè iudices pronuntiare.[28] Iudices ſe id velle dixerunt. Hîc tũ Oppianicus non magnopere pertimuit. Rẽ à Staleno perfectam eſſe arbitrabantur. || In conſiliũ erant ituri iudices triginta, & duo ſententiis decẽ, & ſex abſolutio [h] confici poterat. LLS. quadraginta millia nummûm in ſingulos iudi

72 (margin, at "Itaq;")
73 (margin, at "Manarat")
74 (margin, at "In conſiliũ")

* al. ſingulæ.

f L. quid tu inquit Paecere? (hoc en.

* al ipſe.
* Planus impoſtor.

* Ex Cornelia lege quæ poteſtatem dabat, vt ſententiæ palã vel clàm ferremur.

g L. occultata.

h L. confici poterat quadraginta millia nummum in ſing.

iudices diſtributa, cum numerum ſententiarum
conficere debebant, vt ad cumulũ, ſpe maiorum
præmiorum, ipſius Staleni ſententia ſeptima de-
cima accederet. Atque etiam caſu tùm cùm il-
lud repentè erat factum, Stalenus ipſe non ade-
rat. cauſam neſcio quam apud iudices defende-
bat. Facilè hos habitus patiebatur: facilè Canu
tius: at non Oppianicus, neque patronus eius L.
Quinctius: qui cùm eſſet eo tempore tribunus
plebis conuicium C. Iunio iudici quæſtionis,
maximum fecit, vt ne ſine Staleno in conſilium
iretur: cúmque id ei per viatores conſultò ne-
gligentiùs agi videretur, ipſe à publico iudicio
ad priuatum Staleni iudicium profectus eſt, &
illud pro poteſtate dimitti iuſſit: Stalenum ipſe
75 ad ſubſellia adduxit. Conſurgitur in conſiliũ,
cùm ſententias Oppianicus, quæ tum erat pote-
ſtas, palàm ferri velle dixiſſet, vt Stalenus ſcire
poſſet, quid cuique deberetur. Varia iudicũ ge-
nera: nummarij pauci: ſed omnes irati. Vt enim
qui accipere in campo conſueuerunt, iis candi-
datis quorum nummos ſuppreſſos eſſe putant,
inimiciſſimi ſolent eſſe: ſic eiuſmodi iudices, in-
feſti tum reo venerãt: ceteri innocentiſſimũ eſ-
ſe arbitrabantur: ſed * ſpectabant ſententias eo- * al. exſpectabant.
rum, quos corruptos putabant: vt ex iis conſti-
tuerent, à quo iudicium corruptum videretur.
Ecce tibi eiuſmodi ſortitio, vt in primis Bulbo,
& Staleno, & Guttæ eſſet iudicandum. Summa
omnium exſpectatio, quidnam ſententiæ ferrẽt
leues, ac * nummarij iudices. Atque illi omnes * id eſt pecunia corrupti.
76 ſine vlla dubitatione condemnant. Hic tum in
iectus eſt hominibus ſcrupulus, & quædam du-
bitatio, quidnam eſſet actum. deinde homines
ſapientes ex vetere illa[i] diſciplina iudiciorum, i L. iudiciorum diſciplina.
qui neque abſoluere hominem nocentiſſimum
poſſent, neq; eum de quo eſſet orta ſuſpicio, [k] k for. pecunia eſſe oppugnatum.
pecunia oppugnatum, re illa incognita, primò
condemnare vellent: non liquere dixerunt. Nõ-

nulli autẽ ſeueri homines hoc ſtatuerunt,quo quiſq;animo quid faceret,ſpectari oportere:&, ſi alij pecunia accepta verũ iudicabant, tamen nihilominus ſe ſuperioribus ſuis iudiciis conſtare putabant oportere.Itaq;damnarunt.Quinque omnino fuerunt,qui illum veſtrum innocẽtem Oppianicũ ſiue imprudẽtia,ſiue miſericordia,ſiue aliqua ſuſpicione,ſiue ambitione adducti,abſoluerent.||Condemnato Oppianico, ſta- 77
tim L.Quinctius homo maximè popularis, qui [l] omneis rumorũ,& contionũ ventos colligere conſueſſet,oblatam ſibi facultatem putauit, vt ex inuidia ſenatoria poſſet creſcere,q̃ ei⁹ ordinis iudicia min⁹ iã probari populo arbitrabatur.Habetur vna,atq; altera contio vehemens, & grauis:accepiſſe pecuniã iudices,vt innocentem reũ condemnarent,tribunus pleb.clamitabat:agi fortunas omniũ dicebat:nulla eſſe iudicia:qui pecunioſum inimicum haberet, incolumen eſſe [m] neminẽ poſſe.Homines totius ignari negotij,qui Oppianicũ numquã vidiſſent,virũ optimum, [n] & hominem prudentiſſimum,pecunia oppreſſũ arbitrarentur: incenſi ſuſpicione,rem in mediũ vocare cœperunt,& cauſam illam totã depoſcere.||Atq; illo ipſo tempore in 78
ædeis T.Annij hominis honeſtiſſimi,neceſſarij, & * amici,noctu Stalenus arceſſitus ab Oppianico,venit.Iã cetera nota ſunt omnibus:vt cum illo Oppianic⁹ egerit de pecunia:vt ille ſe redditurum eſſe dixerit:vt eorum ſermonem omnẽ audierint viri boni,qui tum conſultò [29] propè in occulto ſtetiſſent:vt res patefacta,atq;in forũ prolata,& pecunia omnis à Staleno extorta, atq; erepta ſit.Huius Staleni perſona,populo iã nota,atque perſpecta,ab nulla turpi ſuſpicione abhorrebat:ſuppreſſam eſſe ab eo pecuniã, quã pro reo pronuntiaſſet,qui erant in contione,nõ intelligebant. neque enim docebantur, verſatã eſſe in iudicio mentionem pecuniæ [o] ſentiebãt: in-

l v.c.omnis

m al. poſſe neminem.

n L. & hominem pudentiſsimũ.

* L.amici mei.

o al. ſciebant.

innocentem reum condemnatum eſſe audiebãt: Staleni ſententia condemnatum videbãt:non gratis id ab eo factum eſſe,quod hominẽ norãt, iudicabat, ſimilis in Bulbo , in Gutta , in aliis
79 nonnullis ſuſpicio conſiſtebat.|| Itaq; conſiteor (licet enim iã impunè,hoc præſertim in loco, confiteri)quòd Oppianici non modò vita , ſed etiam nomen ante illud tempus populo ignotũ fuiſſet,indigniſſimum porrò videretur, circumuentum eſſe innocentem pecunia: hanc deinde ſuſpicionem augeret Staleni improbitas,& nõnullorum eius ſimilium iudicũ turpitudo : cauſam autẽ ageret L. Quinctius, homo cùm ſumma poteſtate præditus,tum ad inflammandos animos multitudinis accommodatus: ſo [p] ſummam illi iudicio inuidiã,infamiámque eſſe cõflatam.|| Atque in hanc flammã recentẽ,[q] C. Iunium,qui illi quæſtioni præfuerat,iniectum eſſe memini,& illum hominem ædilitium, iam prætorem opinionibus hominum conſtitutum,non diſceptatione dicendi,ſed clamore hominum, de foro,atque adeò de ciuitate eſſe ſublatum.

> p I.ſummã. Auito , illo iudicio, inuidiam.
> q L.tum C. Iunium.

80 || Neque me pœnitet hoc potius tempore,quàm illo,cauſam A.Cluentij defendere. Cauſa enim manet eadem,quæ mutari nullo modo poteſt: temporis iniquitas,atq;inuidia receſſit:vt quod in tempore mali fuit,nihil obſit:quòd in cauſa boni fuit,proſit.Itaque nunc quemadmodũ audiar,ſentio non modò ab iis,quorũ iudiciũ,atq; poteſtas eſt,ſed etiam ab illis , quorum tantùm eſt exiſtimatio.At tum ſi dicerem,non audirer. non quòd alia res eſſet,immò eadẽ, ſed tempus aliud.Id adeò ſic cognoſcite.Quis tum auderet dicere,nocentem condemnatum eſſe Oppianicũ?quis nunc [r] audet negare?Quis tũ poſſet arguere,[s] ab Oppianico iudiciũ tentatũ eſſe pecunia?quis id hoc tẽpore inficiari poteſt?Cui tum liceret docere,Oppianicũ reum factum eſſe tum deniq;cùm duob⁹ proximis præiudiciis cõdem-

> r L.id audet.
> s L. ab Oppianico tentatum eſſe iudiciump.

natus eſſet? quis eſt,qui id hoc tẽpore infirma-
re conetur?|| Quare,inuidia remota, quam dies 81
mitigauit,oratio mea deprecata eſt,veſtra fides,
atque æquitas à veritatis diſceptatione reiecit:
quid eſt præterea, quod in cauſa relinquatur?
Verſatam eſſe in iudicio pecuniam, conſtat: ea
quæritur vnde profecta ſit:ab accuſatore, an ab
reo.Accuſator dicit hæc: Primùm, grauiſſimis
criminibus accuſabã, vt nihil opus eſſet pecu-
nia:deinde condemnatum adducebam, vt ne e-
ripi quidem pecunia poſſet: poſtremò, etiam ſi
abſolutus eſſet,mearum tamen omnium fortu-
narum ſtatus incolumis maneret. Quid contrà
reus?Primùm, ipſam multitudinem,& atrocita-
tem criminum pertimeſcebã:deinde, Fabriciis,
propter conſcientiam mei ſceleris condemna-
tis,me eſſe condemnatum ſentiebam:poſtremò,
in eum caſum veneram, vt omnis mearum for-
tunarum ſtatus vnius iudicij periculo contine-
retur.|| Age quoniam corrumpendi iudicij cau- 82
ſas ille multas,& graueis habuit,hic nullã:pro-
fectio ipſius pecunię requiratur.Confecit tabu-
las diligentiſſimè Cluentius. hæc autem res ha-
bet hoc certè,vt nihil poſſit,neque additũ, ne-
que detractum de re familiari latere. anni ſunt
octo,cùm iſta cauſa in iſta meditatione verſa-
tur:cùm omnia,quæ nunc ad eam rem pertinẽt,
& ex eius:& ex aliorum tabulis,agitatis,tracta-
tis,inquiritis:cùm interea Cluentianæ pecuniæ
veſtigium nullum inuenitis:Quid?Albiana pe-
[t] L.vobis. cunia veſtigiiſne[t] nobis odoranda eſt,an ad ip-
ſum cubile,vobis ducibus venire poſſumus?Te-
nentur [u] vno in loc LLS.ſexcenta quadraginta
[v] L.vno in auloco ſexcẽta quadraginta millia numm millia nummûm: tenentur apud hominem au-
daciſſimum,tenentur apud iudicem.quid vultis
amplius?|| At enim Stalenus nõ fuit ab Oppia- 83
nico, ſed à Cluentio ad iudicem corrumpendũ
conſtitutus.Cur eum, cùm in conſilium iretur,
Cluen

Cluentius & Canutius abeſſe [x] patiebantur? cùm in conſilium mittebant, Stalenum iudicẽ, cui pecuniam dederant non requirebant? Oppianicus quærebatur? Quinctius flagitabat? ſine Staleno ne in conſilium iretur, [11] tribunitia poteſtate perfectum eſt? At cōdemnauit. Hāc enim damnationem dederat obſidem Bulbo, & ceteris, vt deſtitutus ab Oppianico videretur. Quare ſi iſtinc cauſa corrumpendi iudicij, iſtinc pecunia: iſtinc Stalenus, iſtinc denique omnis fraus, & audacia eſt: hinc pudor, honeſta vita, & nulla ſuſpicio pecuniæ, nulla corrūpendi iudicij cauſa: patiamini veritate patefacta, atque omni errore ſublato, eò tranſire illius turpitudinis infamiam, vbi cetera maleficia [a] conſiſtant: ab eo inuidiam diſcedere aliquando, ad quem numquam acceſſiſſe culpam videtis.

84 || At enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrūpendum iudicium, ſed ad conciliationem gratiæ. Tene hoc, * Acti, dicere tali prudentia, [b] etiā vſu atque exercitatione præditū? [12] Sapiētiſſimu * eſſe dicunt eum, *cui quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuentis obtemperet.* In ſtultitia contrà eſt. *Minùs enim ſtultus eſt is, cui nihil in mentem venit, quàm ille qui, quod ſtultè alteri venit in mentem, comprobat.* Iſtā conciliationē gratiæ Stalenus tum recenti re, cùm faucibus premeretur, excogitauit, ſiue vt homines tū loquebantur, à P. Cethego admonitus, [c] iſtā dedit conciliationis, & gratiæ fabulā.

85 || Nam fuiſſe hunc hominū ſermonem recordari poteſtis, Cethegum, quòd hominem audiſſet, & quòd eius improbitatē verſari in rep. nollet, & quòd videret, eum, qui ſe ab reo pecuniam, cùm iudex eſſet, clàm atq; extra ordinem accepiſſe confeſſus eſſet, ſaluum eſſe non poſſe, minus ei fidele cōſiliū dediſſe. In hoc ſi improbus Cethegus fuit, videtur mihi aduerſariū remouere voluiſſe. ſin erat eiuſmodi cauſa, vt Sta-

x L. patiebā tur? cur cū in conſil.
y L. Oppianicus quærebat?
z For. patiamini, verit.
a L. conſiſtunt.
* L. Atti.
b L. tali etiam vſu.
* Sumptū ex Heſiodo refert etiā Ariſtot. I. ad Nicomachum, Liu. 33.
c L. iſtam dedit conciliationis gratiæ fab.

Digitized by Google

lenus nũmos ſe accepiſſe negare nõ poſſet,nihil autẽ erat periculoſius,nec turpius,quàm, ad quã rem accepiſſet,confiteri:non eſt conſilium Cethegi reprehendendũ.‖Verùm alia cauſa,tũ Staleni fuit,alia nunc,Atti.tua eſt.Ille,cùm re premeretur,quodcumque diceret , honeſtiùs diceret,quàm ſi quod erat factum,fateretur. te verò illud idẽ,quod tum exploſum & eiectũ eſt,nunc retuliſſe demiror.Quî enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius?qui cum matre habebat ſimultates:[d] hærebat in tabulis publicis reus,& accuſator:condemnati erãt Fabricij:nec elabi alio accuſatore poterat Albius, nec ſine ignominia [e] calumniæ relinquere accuſationẽ Cluentius.an vt præuaricaretur? Iam id quoq; ad corrumpendum iudicium pertinet. Sed quid opus erat ad eã rem iudice ſequeſtre? & omnino,quãobrẽ tota iſta res per Stalenũpotius,hominẽ ab vtroq;alieniſſimũ,ſordidiſſimũ, turpiſſimũ, quàm per bonũ aliquẽ virum ageretur,& amicum,neceſſariũq; communem ?‖ Sed quid ego hæc pluribus,quaſi de re obſcura,diſputo,cùm ipſa pecunia,quæ Staleno data eſt,numero,ac ſumma ſua nõ modò,quanta fuerit,ſed etiã ad quã rem data fuerit,oſtendat? Sexdecim dico iudices,vt Oppianicus abſolueretur, corrumpendos fuiſſe ad Stalenum ſexcenta & quadraginta millia nummûm eſſe delata. Si , vt tu dicis,gratiæ conciliandæ cauſa, [f] quadraginta iſtorum acceſſio millium quid valet ? ſi vt nos dicimus,vt ɪↄc. xʟ. millia nummûm ſexdecim iudicibus darentur:non Archimedes meliùs potuit deſcribere.‖At enim iudicia facta permulta ſunt,à Cluentio iudiciũ eſſe corruptum.Immo verò ante hoc tempus omnino iſta ipſa res ſuo nomine in iudicium numquã eſt vocata.Ita multũ agitata ita diu iactata iſta res eſt, vt hodierno die primũ cauſa illa defenſa ſit, hodierno die primùm veritas vocem contra inuidiã, his

Marginal numbers: 86 (beside "thegi reprehendendũ"), 87 (beside "tur,& amicum"), 88 (beside "tuit deſcribere").

d for.hærebant in.

e L.kalumniæ, & ſic vet.c.

f L. quadraginta iſtorũ millium acceſsio.

* CONFVTATIONIS pars prima de Obiectis ab actione.

gitized by Google

his iucicibus freta, miſerit. Veruntamen multa iſta iudicia, quæ ſunt? Ego enim me ad omnia g confirmaui, & ſic paraui, vt docerē, quæ facta poſtea iudicia de illo iudicio dicerentur, partim ruinæ ſimiliora, aut tempeſtati, quàm iudicio, & diſceptationi fuiſſe: partim nihil contra Habitum valere: partim etiā pro hoc eſſe: partim eſſe eiuſmodi, vt neque appellata vmquam

89 iudicia ſint, neq; exiſtimata. Hic ego, magis vt conſuetudinem ſeruem, quàm quòd vos nō veſtra hoc ſponte faciatis, petā à vobis, vt me dum de his ſingulis diſputo iudiciis, attētè audiatis. Condemnatus eſt C. Iunius, qui ei quæſtioni præfuerat. adde etiā illud, ſi placet: tum eſt cōdemnatus, cùm eſſet iudex quęſtionis. Non modò cauſæ, ſed ne legi quidem quidquā per tribunum pleb. laxamenti datum eſt. Quo tempore illū à quæſtione ad nullū aliud reip. munus abduci licebat, eo tempore ad quæſtionem ipſe abreptus eſt. At quā quæſtionem? Vultus enim veſtri, iudices, me inuitāt, vt quæ reticenda putarā, libeat iā liberè dicere.

90 Quid illa tādē quęſtio, aut diſceptatio, aut iudiciū fuit? putato te fuiſſe. dicat, qui vult hodie de illo populo concitato, cui tum mos geſtus eſt: qua de re Iunius causā dixerit. Quemcumque rogaris hoc reſpōdebit, quòd pecuniā acceperit, quòd innocentē circumuenerit. Eſt hæc opinio. At, ſi ita eſſet: hac lege accuſatū eſſe oportuit, h qua accuſatur Habitus. At ipſe ea lege quærebat. Paucos dies exſpectaſſet Quinctius. At neq; priuat⁹ accuſare, nec, ſedata iā inuidia, volebat. Videtis igitur non in cauſa, ſed in tempore ac poteſtate

91 ſpē omnē accuſatoris fuiſſe. Multā petiuit. Qua lege? ꝙ in legē nō iuraſſet: quæ res nemini vmquā fraudi fuit: & quòd C. Verres, prætor vrban⁹, homo sāctus, & diligens, ſubſortitionē eius in eo codice non haberet, qui tū interlitus proferebatur. His de cauſis C. Iunius cōdēnatus eſt, iudi-

g for. cōformaui.

h for. quæ Auitus Accuſatur.

iudices,leuiſſimis,& infirmiſſimis:quas omnino in iudiciu afferri non oportuit. Itaque oppreſſus eſt non cauſa,ſed tempore.‖Hoc vos Cluētii iudicium putatis obeſſe oportere?Quam ob 92
cauſam?i Si ex lege ſubſortitus nō erat Iunius, aut ſi in lege aliquando non iurauerat : idcirco illius damnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? Non, inquit:ſed ille idcirco his legibus condemnatus eſt,quòd contra aliā legem commiſerat. Qui hoc confitentur, 34 poſſunt , illud idē * iudicium non fuiſſe,defendere. Ergo idcirco,inquit,infeſtus tū prætor Iunio fuit,quòd illud * iudicium corruptū per eū putabatur. Nū igitur hoc tempore cauſa mutata eſt ? num alia res , alia ratio illius iudicij , alia natura totius negotij nunc eſt,ac tum fuit?non opinor,ex iis rebus,quæ geſtæ ſunt,rem vllam potuiſſe mutari.‖Quid ergo eſt cauſæ,quòd nunc noſtra de- 93
fenſio audiatur tāto ſilentio,tunc Iunio defendendi ſui poteſtas erepta ſit? Quia tum in cauſa nihil erat,præter inuidiā,errorem,ſuſpicionem, contentiones quotidianas,ſeditioſè , ac populariter concitatas.Accuſabat tribunus pl. idem in contionibus,idem ad ſubſellia: ad iudicium non modò de contione, ſed etiā cum ipſa contione veniebat.Grad⁹ illi Aurelij tū noui,quaſi pro theatro illi iudicio ædificati videbantur: quos vbi accuſator cōcitatis hominibus cōplerat,non modò dicendi ab reo, ſed ne ſurgendi quidē poteſtas erat. ‖ Nuper apud C.Orchiniū, 94
collegam meum,locus ab iudicib. Fauſto Syllæ de pecuniis reſiduis nō eſt conſtitutus: 35 nō quo illi aut exlegem eſſe Syllam,aut cauſā pecuniæ publicę contemtam, atq; abiectam putarent,ſed quòd accuſante tribuno plebis conditione ęqua diſceptari poſſe nō putauerūt?Quid? conferam Syllámne cum Iunio ? an hunc tribunum plebis cum Quinctio ? an verò tempus cum tempòre?Sylla maximis opibus , cognatis, affi-

i L. Si ex lege ſubſortitus iudice non erat.

* Pant. iudicando.
* al. iudiciū fuiſſe.

affinibus, neceſſariis, clientibus plurimis: hæc
autem, apud Iunium parua, & infima, & ipſius
labore quæſita, atq; collecta. Hic tribunus ple- k L. pudés,
bis, modeſtus, [k] prudens, non modò nō ſeditio-
ſus, ſed etiam ſeditioſis aduerſarius: ille autem
acerbus, criminoſus, popularis homo, ac turbu- l L. atque pacatum.
lentus. Tempus hoc tranquillum, [l] ac pacatum:
illud omnibus inuidiæ tempeſtatibus concita-
tum. Quę cùm ita eſſent, in Fauſto tamen illi iu-
dices ſtatuerunt, iniqua condicione reum cau-
95 ſam dicere, cùm aduerſario eius ad ius accuſa-
tionis ſumma vis poteſtatis accederet. || Quam
quidem rationem vos, iudices, diligenter pro
veſtra ſapientia, & humanitate cogitare, & pe-
nitus perſpicere debetis, quid mali, quãtum pe-
riculi vnicuique noſtrûm inferre poſſit vis tri-
bunitia, conflata præſertim inuidia, & contio-
nibus ſeditiosè concitatis. Optimis hercle tem
poribus, tum, cùm homines ſe non iactatione
populari, ſed dignitate, atque innocentia tue-
bantur, tamen nec C. Popillius, nec Q. Metellus,
clariſſimi, atq; ampliſſimi viri, vim tribunitiam
ſuſtinere potuerunt: nedum his temporibus, his
moribus, his magiſtratibus, ſine veſtra ſapien-
tia, [m] ac iudiciorũ remediis, ſalui eſſe poſſimus. m L. ac ſine iudiciorũ.
96 || Non fuit igitur illud iudicium, iudicij ſimile,
iudices, non fuit: in quo non modus eſt adhibi-
tus, non mos, conſuetudoq; ſeruata, non cauſa
defenſa. vis illa fuit, &, vt ſæpe iam dixi, ruina
quædam, atque tẽpeſtas, & quiduis potiùs, quàm
iudicium, aut diſceptatio, aut quæſtio. Quòd ſi
quis eſt, qui illud iudicium fuiſſe arbitretur, &
qui his rebus iudicatis ſtandum putet: is tamen
hanc cauſam ab illa debet ſeiungere. ab illo e-
nim, ſiue ꝙ in legem non iuraſſet, ſiue quòd ex
lege ſubſortitus iudicẽ non eſſet, multa petita
eſſe dicitur. Cluentij autẽ ratio cum illis legi-
bus quibus ab Iunio multa petita eſt, nulla po-
97 teſt ex parte eſſe cõiuncta. || At etiam Bulbus eſt
eodem

cõdemnatus.Adde maieſtatis:vt intelligas,hoc iudicium cum illo nõ eſſe coniunctum. [n] At eſt hoc illi crimen obiectum. Fateor:ſed etiam legionem eſſe ab eo ſollicitatam in Illyrico, C. Coſconij literis, & multorum teſtimoniis planum factum eſt quod crimen erat proprium illius quæſtionis,& quæ res lege maieſtatis tenebatur. At hoc obfuit ei maximè. Iã iſta diuinatio eſt, qua ſi vti licet : vide ne mea coniectura multo ſit verior. Ego enim ſic arbitror, Bulbũ, quòd homo nequã,turpis,improbus,multis flagitiis cõtaminatus in iudicium ſit adductus, idcirco faciliùs eſſe damnatũ.tu mihi ex tota cauſa Bulbi,quod tibi commodum eſt, eligis,vt id eſſe ſecutos iudices dicas.||

98 Quapropter hoc Bulbi iudiciũ non plus obeſſe huic cauſæ debet, quàm illa, quæ cõmemorata ſunt ab accuſatore,duo iudicia,P.Popilij,[o] &T.Guttę:qui cauſã de ambitu dixerunt:qui accuſati ſunt ab iis,qui erant ipſi ambitus cõdemnati : quos ego nõ idcirco eſſe arbitror in integrum reſtitutos,quòd planum fecerint, illos ob rem iudicãdam pecuniam accepiſſe : ſed quòd iudicibus probarint, quòd in eodem genere,in quo ipſi offendiſſent, alios reprehendiſſent,ſe ad præmia legis venire oportere. Quapropter neminẽ dubitare exiſtimo, quin illa damnatio ambitus nulla ex parte cum cauſa Cluentij,veſtroq; iudicio coniuncta eſſe poſſit.||

99 Quid,quòd Stalenus eſt condemnatus? non dico hoc tempore,iudicés,id quod neſcio an dici oporteat,illũ maieſtatis eſſe damnatum: non recito teſtimonia hominũ honeſtiſſimorum,quæ in Stalenũ ſunt dicta ab iis, qui M. Aemilio,clariſſimo viro,legati,& pręfecti,& tribuni militares fuerunt:quorũ teſtimoniis planũ factũ eſt,maximè eius opera,cùm quæſtor eſſet, in exercitu ſeditionem eſſe conflatam. Ne illa quidẽ teſtimonia recito,quæ dicta ſunt de LLS. 12.c.XL.millibus.quæ ille cùm accepiſſet nomine

n L. At eſt illi hoc crimen

o L. & L. Guttæ.

p al. de LLS CI.C. milib.

ne iudicij Safiniani : ſicut in Oppianici iudicio
100 poſtea, retinuit, atq; ſuppreſſit. ‖ Omitto & hęc,
& alia permulta, quæ illo iudicio in Stalenum
dicta ſunt : hoc dico, eandem tum fuiſſe P. & L.
Cominiis, equitibus R. [q] honeſtiſſimis homini
bus, & diſertis, controuerſiam cum Staleno, quẽ
accuſabant, quæ nunc mihi eſt [r] cum Actio. Co-
minij dicebant idem, quod ego dico: Stalenũ ab
Oppianico pecuniam accepiſſe, vt iudicium cor
rumperet: Stalenus conciliandæ gratiæ cauſa ſe
accepiſſe dicebat. Irridebatur hæc illius recon-
ciliatio, & perſona viri boni ſuſcepta, ſicut in
ſtatutis inauratis, quas poſuit ad Iuturnæ : qui-
bus ſubſcripſit, Reges [s] ab ſe in gratiam eſſe re-
ductos. Exagitabantur omnes eius fraudes, atq;
fallaciæ : tota vita in eiuſmodi ratione verſata
aperiebatur: egeſtas domeſtica, quæſtus forenſis
in medium proferebatur ; nummarius interpres
pacis & concordiæ, non probabatur. Itaque tum
Stalenus, cùm idem defenderet, [t] quod Actius,
101 cõdemnatus eſt. ‖ Cominij cũ hoc agerẽt, quod
nos [u] in tota cauſa egimus, probauerũt. Quam-
obrem ſi Staleni damnatione, Oppianicũ iudi-
cium corrumpere voluiſſet, Oppianicum iudici
ad emendas ſententias dediſſe pecuniã, iudica-
tum eſt: cùm ita cõſtitutum ſit, vti in illa culpa
aut Cluentius ſit, aut Oppianicus: Cluentij nũ-
mus nullus iudici datus vllo veſtigio [x] reperitur:
Oppianici pecunia poſt iudicium factũ a iudice
ablata eſt: poteſt eſſe dubiũ quin illa damnatio
Staleni, non modò non ſit cõtra Cluentium, ſed
maximè noſtram cauſam, defenſionemq; cõfir-
102 met? ‖ [y] Ergo adhuc Iunij iudicium video eſſe
eiuſmodi, vt incurſionẽ potiùs ſeditionis, vim
multitudinis, impetũ tribunitiũ, quàm iudicium
appellandum putem. Quòd ſi quis illud iudiciũ
appellet, tamẽ hoc confiteatur neceſſe eſt, nul-
lo modo illam multam, quæ à Iunio petita ſit,
cum Cluentij cauſa poſſe coniungi. Illud igitur
Iunia

q L. honeſtis homini bus.
r L. cum Attico.
s L. à ſe
t L. quod Attius,
u al. in tota cauſa agimus
x L. reperiatur: Op. pec. poſt iud. factum à iud. ablata ſit: p.
y L. Ego ad huc Iunij.

Iunianum,per vim factum eſt: Bulbi, & Popillij,& Guttæ,contra Cluentium non eſt:Staleni, etiam [z] pro Cluentio. Videamus ecquod aliud iudicium,quod pro Cluentio ſit,proferre poſſimus.

[z L. pro Cluentio eſt. Vid.]

|| Dixitne tandem cauſam C. Fidiculanius Falcula,qui Oppianicũ condemnarat,cùm præſertim,id quod fuit in illo iudicio [a] inuidioſiſſimũ, poſt paucos dies ex ſubſortitione ſediſſet? dixit,& bis quidem dixit. In ſummam enim L. Quinctius inuidiam cõtionibus eum quotidianis,ſeditioſis,& turbulentis adduxerat. Vno iudicio [b] multa eſt ab eo petita, ſicut ab Iunio, quòd non ſuæ decuriæ munere, neque ex lege ſediſſet. paullo ſedatiore tẽpore eſt accuſatus, quàm Iunius, ſed eadem ferè lege & crimine. Quia nulla in iudicio [c] ſeditio neque turba verſata eſt,prima actione facillimè eſt abſolutus. Non numero hanc abſolutionem. nihilo minùs enim p teſt,vt illam multam non commiſerit, accepiſſe tamen ob rem iudicandam, [d] pecuniã, 36 quam captam nuſquam Stalenus eadem lege dixit. Proprium crimen illud quæſtionis eius nõ fuit. 103

[a L. inuidioſiſſimũ,paucos dies]

[b lib. vulg. mulcta.mẽdosè.]

[c L. ſeditio, neque vis, neque turba]

[d L. pecuniam, quã Stalenus: qui cauſam nuſquã eadem lege dix.]

|| Fidiculanius quid feciſſe dicebatur? accepiſſe [e] à Cluentio LLS.CCCC. Cuius erat ordinis? ſenatorij. qua lege in eo genere à ſenatore ratio repeti ſolet de pecuniis repetundis. ea lege accuſatus honeſtiſſimè eſt abſolutus. Acta eſt enim cauſa more maiorum,ſine vi,ſine metu,ſine periculo: dicta,& expoſita, & demonſtrata ſunt omnia: adducti iudices ſunt,non modò potuiſſe honeſtè ab eo reũ cõdemnari, qui nõ perpetuò ſediſſet,ſed, ſi aliud is iudex nihil ſciſſet, niſi, quæ præiudicia de eo facta eſſe [f] cõſtarent, audire prçterea nihil debuiſſe. 104

[e L. à Cluentio LLS. XL. c 13.]

[f L. conſtaret.]

|| Tũ etiã illi quinque, 105 qui imperitorũ hominũ rumuſculos aucupati, tum illũ abſoluerunt,iam ſuã clementiã laudari magnopere nolebãt. à quibus ſiqui quæreret, ſediſſéntne iudices in Cn. Fabricium: ſe dicerent. ſi interrogarẽtur,num quo crimine is eſſet

accuſa

accuſatus, prætercuā veneni eius,quod quæſitū Habito diceretur:negarent. ſi deinde eſſent rogati,quid iudicaſſent: condemnaſſe ſe dicerent. nemo enim abſoluit. Eodem modo quæſitum ſi eſſet de Scamandro,certè idē reſpondiſſent: tametſi ille vna ſententia eſt abſolutus: ſed illam
105 vnam nemo tum iſtorum ſuam dici vellet.|| Vter igitur faciliùs ſuę ſententię rationem redderet: iſne,qui ſe & ſibi,& rei iudicatæ [g] cōſtitiſſe dicit:an ille,qui ſe in principem maleficij,lenem: in adiutores eius,& conſcios, vehementiſſimū [h] eſſe reſpondit? Quorum ego de ſententia non debeo diſputare.neque enim dubito, quin ij tales viri, [i] ſuſpicione aliqua perculſi repentina, de ſtatu ſuo declinarent. Quare eorum, qui abſoluerunt,miſericordiam non reprehendo: eorum, qui in iudicando ſuperiora iudicia ſecuti ſunt ſua ſponte,non Staleni fraude, conſtantiā comprobo:eorum verò,qui ſibi non liquere dixerunt,ſapientiam laudo:qui abſoluere eū, quē nocentiſſimum cognorant, & quem ipſi bis iam antea condemnarant,nullo modo poterant:cōdemnare,cùm tanta conſilij infamia, & tā atrocis rei ſuſpicio eſſet iniecta, paullo poſteriùs pa
107 tefacta re,maluerunt.|| Ac ne ex facto ſolùm ſapiēteis illos iudicetis,[37] ſed etiam [k] ex nominib. ipſis quod ij fecerint,rectiſſimè,ac ſapientiſſimè factum probetis.quis P.Octauio Balbo ingenio prudentior,iure peritior,fide,religione,officio, diligentior, aut ſanctior commemorari poteſt? non abſoluit. Quis Qu. Conſidio conſtantior? quis iudiciorum,atque eius dignitatis,quæ in iudiciis publicis verſari debet, peritior? quis virtute,conſilio,auctoritate præſtantior?ne is quidem abſoluit. Longum eſt de ſingulorum virtute ita dicere:quæ,quia cognita ſunt ab omnib9, verborum ornamenta non quærunt. Qualis vir M. Iuuentius Pedo fuit ex vetere illa iudicum diſciplina?qualis L. Caulius Mergus? [l] M.Baſili9?

g L.conſtitiſſe diceret:an ille, qui

h L. fuiſſe reſponderet?

i L.ſuſpicione aliqua perculſi repentina,de ſtatu ſuo declinarint.

k L.ex hominibus ipſis

l L.M. Baſilus?

C.Caudinus?qui omnes in iudiciis publicis,iam tum florente rep. floruerũt. Ex eodẽ numero L. Caſſius,Cn.Næuius,pari & integritate,&prudẽtia:quorum nullius ſentẽtia eſt Oppianicus abſolutus. Atque ex his omnibus, natu minimus, ingenio,& diligentia,& religione par iis, quos
m al.P.Saturius, antea commemoraui. [m] P. Saturius, in eadem ſententia fuit. ‖ O innocentiam Oppianici ſingularem: quo in reo,qui abſoluit, ambitioſus: qui diſtulit,cautus: qui condemnauit. conſtans existimatur. Hæc tum agitante Quinctio,neque in concione,neque in iudicio demonſtrata ſunt
n al.nec er. m [n] neque enim ipſe dici patiebatur, nec per multitudine concitatam conſiſtere cuiquam in dicendo licebat.Itaque ipſe, poſtquam Iuniũ peruertit,
o L. totam cauſam rel. [o] cauſam totam reliquit.Paucis enim diebus illis & ipſe priuatus eſt factus, & hominum ſtudia [p] deferbuiſſe intelligebat. Quòd ſi per
p al.deferuiſſe intell. quos dies Iunium accuſauit, Fidiculaniũ accuſare voluiſſet:reſpondendi Fidiculanio poteſtas facta non eſſet.Ac primò quidem,omnibus illis iudicibus,qui Oppianicum condemnarãt,minabatur.‖Iam inſolentiam noratis hominis: noratis animos eius,ac ſpiritus tribunitios. Quod erat odiũ? dij immortales!quæ ſuperbia! quanta ignoratio ſui?quàm grauis, atque intolerabilis arrogantia? qui illud etiam ipſum acerbè tulerit,ex quo illa nata ſunt omnia, non ſibi, ac de-
q al. perinde q. fenſioni ſuę condonatum eſſe Oppianicũ: [q] proinde quaſi non ſatis ſigni eſſe debuerit, ab omnibus eum fuiſſe deſertum, qui ſe ad patronum illum contuliſſet. Erat enim Romæ ſumma copia patronorum, hominum eloquentiſſimorum, atque ampliſſimorum,quorum certè aliquis defendiſſet equitẽ R.in municipio ſuo nobilem,ſi honeſtè pataſſet eiuſmodi cauſam poſſe defendi.‖Nam Quinctius quidem,quã cauſam vmquã antea dixerat, cùm annos ad quinquaginta natus eſſet? quis eum vmquam non modò in pa-

tro

troni,ſed in laudatoris,aut aduocati loco videratꝰ qui quòd Roſtra iãdiu vacua, locumque illum,poſt aduentũ L. Syllæ à tribunita voce deſertum,oppreſſerat,multitudinemq́; iam deſuefactam à contionibus ad veteris conſuetudinis ſimilitudinem [r] reuocauerat,idcirco cuidã ho- r ſor. reuocarat.
minum generi pauliſper iucundior fuit. Atque idem quanto in odio poſtea ſuis illis ipſis fuit, per quos in altiorẽ locum adſcenderat? neque
111 iniuria.|| Facite enim, vt non ſolùm mores eius, & arrogantiam,ſed etiam vultum,atque amictũ, atque illam vſque ad talos demiſſam purpuram recordemini.Is,quaſi non eſſet vllo modo ferẽdum,ſe ex iudicio diſceſſiſſe victũ, rem ab ſubſelliis in Roſtra detulit. Et iam quærimur ſæpe, hominibus nouis non ſatis magnos in hac ciuitate eſſe fructus?nego vſquã vmquam fuiſſe maiores : vbi, [s] ſi quis ignobili loco natus,ita viuat, vt nobilitatis dignitatẽ virtute tueri poſſe videatur,vſque eò peruenit, quoad eũ induſtria
112 cum innocẽtia proſecuta eſt.|| [s] Si quis autẽ hoc s ſort. ſi quis autem hoc vno nitatur,quòd ſit ign.
vno nititur, quod ſit ignobilis : procedit ſæpe lõgiùs,quàm ſi idem ille eſſet cũ iiſdem ſuis vitiis nobiliſſimus.vt Quinctius (nihil enim dicã de ceteris) ſi fuiſſet homo nobilis : quis eũ cum illa ſuperbia,atque intolerantia ferre potuiſſet? Quòd eo loco fuit:ita tulerunt,vt,ſi quid haberet à natura boni, prodeſſe ei putarent oportere:ſuperbiam autem,atq; arrogantiam eius, deridendam magis arbitrarentur propter humilitatem hominis, quàm pertimeſcendam. Sed vt illuc reuertar:quo tempore Fidiculanius eſt abſolutum,qui ea iudicia facta commemoras,quęro,quid tum eſſe exiſtimas iudicatũ?certè gratis
113 iudicaſſe.|| At condemnarat:at cauſam totã non audierat:at in contionibus omnibus à L. Quinctio vehementer erat,& ſępe vexatus.Illa igitur omnia Quinctiana,iniqua,falſa,turbulenta, popularia, ſeditioſa iudicia fuerunt. Eſto : potuit

Digitized by Google

eſſe innocens Falcula. Iam ergo aliquis Oppianicum gratis condemnauit: iam non eos Iunius ſubſortitus eſt,qui pecunia accepta condemnarent:39 Iam potuit aliquis ab initio ſediſſe,& tamē Oppianicum gratis condēnaſſe. Verùm,ſi innocens Falcula,quæſo,quis nocens? ſi hic gratis condemnauit,quis accepit? Nego[t] rem eſſe vllā in quemquam illorum obiectam, quæ Fidiculanio obiecta nō ſit: [u] neq; aliquid fuiſſe in Fidiculanij cauſa, quod idem non eſſet in ceterorū.
114 ||Aut hoc iudicium reprehendas tu, cuius accuſatio rebus iudicatis [x] nitividebatur,neceſſe eſt: aut,ſi hoc verum eſſe concedis, Oppianicū gratis condemnatum eſſe fateare. Quamquam ſatis magno argumēto eſſe debet, quòd ex tam multis iudicibus,abſoluto Falcula,nemo reus factus eſt. Quid enim mihi damnatos ambitus colligitis,alia lege,certis criminibus, plurimis teſtib. cùm primū illi ipſi debuerint potiùs accuſari de pecuniis repetundis, quàm ambitus. nam, ſi in ambitus iudiciis hoc his obfuit, cùm in alia lege cauſam dicerent: certè, ſi propria lege huius peccati adducti eſſent, multo plus obfuiſſet.
115 ||Deinde,ſi tanta vis fuit iſtius criminis, vt, qua quiſque lege ex illis iudicibus reus factus eſſet, tamen hac plaga periret: cur in tanta multitudine accuſatorum,tantis præmiis,ceteri rei facti non ſunt? Hic profertur id, quod iudicium appellari nō oportet,P. Septimo [y] Scæuolæ litem eo nomine eſſe æſtimatam. Cuius rei quæ conſuetudo ſit, quoniam apud homines peritiſſimos dico, pluribus verbis docere non debeo. Numquam enim ea diligentia,quę ſolet adhiberi in ceteris iudiciis,eadem, reo damnato, adhibita eſt. || In 115
litibus æſtimādis ferè iudices,aut, quòd ſibi eū, quem ſemel condemnarunt, * inimicum putant eſſe, ſiqua in eum lis capitis illata eſt, non admittunt: aut, quòd ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur, cùm de reo iudicarunt, negligentiùs

atten

[t] fort. rem eſſe vllam cuiquam illorum

[u] L. nego aliquid f

[x] L. nitebatur,n.

[y] L. Scæuulæ

* præſumitur inimicus eſſe à quo capitis accuſatus eſt.

attendunt cetera. Itaque & maieſtatis abſoluti ſunt permulti, [z] quibus damnatis, de pecuniis repetundis, lites eſſent æſtimatæ: & hoc quotidie fieri videmus. vt, reo dãnato de pecuniis repetundis, ad quos perueniſſe pecunias in litibus æſtimandis ſtatutũ ſit, eos illi iudices abſoluãt: quod cùm fit, non iudicia reſcinduntur, ſed hoc ſtatuitur, æſtimationem litium, non eſſe iudiciũ. Scæuola condẽmnatus eſt aliis criminibus, frequentiſſimis Apuliæ teſtibus. omni contentione pugnatum eſt, [a] vt lis hæc, capitis æſtimaretur. quæ res, ſi rei iudicatæ pondus habuiſſet: ille poſtea vel iiſdem, vel aliis inimicis, reus hac lege ipſa factus eſſet.

117 ||Sequitur id, quod* illi iudiciũ appellant: maiores autem noſtri numquam neq; iudicium nominarunt, [b] neque perinde, vt rem iudicatã, obſeruauerũt, animaduerſio, atq; auctoritas cenſoria. [c] Qua de re antequam dicere incipio, perpauca mihi de meo officio verba facienda ſunt: vt à me cùm huiuſce periculi, tum ceterorum quoque officiorum, & amicitiarum ratio conſeruata eſſe videatur. Nam mihi cum viris fortibus, qui cenſores proximè fuerũt ambobus eſt amicitia: cũ altero verò (ſicuti & plerique veſtrûm ſciunt) magnus vſus, & ſumma vtriuſque officiis 40 conſtituta neceſſitudo eſt.

118 ||Quare, quidquid de ſubſcriptionibus eorũ mihi dicendum erit, eo dicam animo, vt omnẽ orationem meam non de illorum facto, ſed de ratione cenſoria habitam exiſtimari velim: à Lẽtulo autem, familiari meo, qui à me pro eximia ſua virtute, ſummíſque honorib. quos à populo R. adeptus eſt, honoris cauſa nominatur, facilè hoc, iudices, impetrabo, vt, quam ipſe adhibere conſueuit [d] in amicorum periculis fidem, & diligentiam, tũ* vim animi, libertatémq; dicẽdi, *in hac mihi concedat, vt tantũ mihi ſumam, quantum ſine* huius periculo præterire non poſſum. A me tamẽ, vt æquũ eſt omnia cautè, pedetẽtim-

z L. quibus damnatis, de pecuniis repetundis lites eſſent æſtimatæ:

a L. vt illis hæc, capitis æſtim.

* Cenſoria animaduerſio non eſt iudicium.

b L. neque proinde, vt rem iudicatam, obſeruarunt,

c L. Qua de re prius, quàm dicere inc.

d L. in amicorum periculis cùm fidem, & d.

* al. vim libertatemque dicẽdi.

* fort. in hoc mihi conc.

* al. eius

Digitized by Google

que dicentur , vt neque fides huius defenſionis
relicta,neque cuiuſquã aut dignitas læſa,aut a-
micitia violata eſſe videatur.|| Video igitur, iu- 119
dices, animaduertiſſe cenſores in iudices quoſ-
dam illius conſilij Iuniani, cùm iſtam ipſã cau-
ſam ſubſcriberent.Hic primùm illud commune
proponam , nũquam animaduerſionibus cenſo-
riis hanc ciuitatem ita contentam, vt rebus iu-
dicatis,fuiſſe.neque in re nota conſumam tem-
pus exemplis.ponam illud vnum:C.Getam,cùm
à L.Metello,& Cn.Domitio, cenſoribus, ex ſe-
natu eiectus eſſet, cenſorẽ ipſum poſtea eſſe fa-
ctum : &, cuius mores à cenſoribus erant repre-
henſi,hunc poſtea & populi R.& eorum, qui in
ipſum animaduerterãt,morib.præfuiſſe.Quòd ſi
illud iudiciũ putaretur : vt ceteri turpi iudicio
damnati, in perpetuum omni honore,ac digni-
tate priuantur:ſic hominib. ignominia notatis,
neq;ad honorẽ aditus,neq; in curiã redit⁹ eſſet.
||Nũc,ſi quẽ Cn.Lẽtuli,autL.Gellij libert⁹ furti 120
condẽnarit:is,omnib.ornamentis amiſſis, num-
quã vllã honeſtatis ſuæ partẽ recuperabit.Quos
autẽ ipſe L.Gellius,& Cn.Lẽtulus,duo cẽſores,
f L. furti, aut capt. clariſſimi viri,ſapientiſſimiq; homines,[f] furti,&
captarum pecuniarũ nomine,notauerunt:ij non
modò in ſenatũ redierũt,ſed etiam illarũ ipſarũ
rerũ iudiciis abſoluti ſũt.Neminẽ voluerũt ma-
iores noſtri non modò. de exiſtimatione cuiuſ-
quã, ſed ne pecuniaria quidẽ de re minima eſſe
iudicem, niſi qui inter aduerſarios conueniſſet.
Quapropter in omnibus legibus,quib⁹ exceptũ
g al. quibus e cauſis eſt,[g] de quib. cauſis aut magiſtratũ capere non
liceat,aut iudicẽ legi , aut alterũ accuſare , hæc
ignominiæ cauſa prætermiſſa eſt. Timoris enim
cauſam, nõ vitæ pœnã in illa poteſtate eſſe vo-
luerũt.||Itaq; nõ ſolùm,iudices,illud oſtendam, 121
quod iã videtis,populi R. ſuffragiis ſæpenume-
* al. ſublatas, ro [41] cenſorias ſubſcriptiones eſſe* deletas,ve-
rũ etiã iudiciis eorũ , qui iurati ſtatuere maio re

cùm

cum religione & diligentia debuerunt. Primùm
iudices, ſenatores, equiteſque R. in complurib.
iam reis, quos contra leges pecunias[h] accepiſſe
ſubſcriptum eſt, ſuę potiùs religioni, quàm cen-
ſorum opinioni, paruerunt. Deinde prætores
vrbani, qui iurati debẽt optimum quemque in
ſelectos iudices referre, numquam ſibi ad eam
rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe
122 oportere duxerũt. ‖ Cẽſores deniq; ipſi ſæpenu-
mero ſuperiorum cenſorum iudiciis (ſi iſta iudi-
cia appellari vultis) non ſtatuerunt. atque etiam
ipſi inter ſe cenſores ſua iudicia tanti eſſe arbi-
trantur, vt alter alterius iudiciũ non modò re-
prehendat, ſed etiam reſcindat: vt alter de ſena-
tu mouere velit, alter retineat, & ordine ampliſ-
ſimo dignum exiſtimet: vt alter in * ærarios re-
ferri, aut * tribu moueri iubeat, alter vetet. Qua-
re qui vobis in mentem venit, hæc appellare iu-
dicia, quę à populo R. reſcindi ab iuratis iudici-
bus repudiari, à magiſtratib. negligi, ab iis, qui
eandem poteſtatem adepti ſunt, commutari, [i] in-
123 ter collegas diſcrepare videatis? ‖ Quæ cùm ita
ſint: videamus, quid tandẽ cenſores de illo iudi-
cio corrupto iudicaſſe dicantur. Ac primùm il-
lud ſtatuamus: vtrùm, quia cenſores ſubſcripſe-
rint, ita ſit? an, quia ita fuerit, illi ſubſcripſerint.
[k] Si ideò, quia ſubſcripſerint: videte, quid aga-
tis, ne in vnũquemq; noſtrûm cenſorib. in poſte-
rũ poteſtatẽ regiã permittatis: ne in ſubſcriptio
cenſoria non minùs calamitatis ciuibus, quàm
illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre: ne cẽ-
ſorium ſtilum, cuius mucronem multis remediis
maiores noſtri retuderunt, æquè poſthac, atque
124 illum dictatorium gladium pertimeſcamus. ‖ Sin
autem quod ſubſcriptum eſt, quia verum eſt, id-
circo graue debet eſſe: hoc quæramus, verum
ſit, an falſum: remoueantur auctoritates cenſo-
riæ: tollantur id ex cauſa, quod in cauſa non
eſt: doce, quam pecuniam Cluentius dederit,

h L. cepiſſe

* Aerarius, inquit Aſcon. qui pro capite æs pendet.

* Tribu mouebantur qui ex ruſtica in vrbanam, aut ex ruſtica mobili in minus mobilem referebantur.

i L. inter collegas diſcrepari videatis?

k Si ideò ita eſt, quia ſubſcripſerint: videte quid agati: videte, ne in vnũq.

Digitized by Google

vnde dederit,quemadmodum dederit:vnũ deni-
que aliquod à Cluentio profectæ pecuniæ ve-
ſtigium oſtende. Vince deinde, virũ bonũ fuiſſe
Oppianicum,hominem integrum: nihil de illo
vmquam ſecus eſſe exiſtimatum : nihil denique
præiudicatum.[l] tum auctoritatem cenſorum 42
amplexator:tum illorum iudicium cum re con-
iunctum eſſe defendito. || Dum verò eum fuiſſe 125
Oppianicũ conſtabit, qui tabulas publicas mu-
nicipij ſui corrupiſſe iudicatus ſit: qui teſtamẽ-
tum interleuerit : qui ſuppoſita, perſona, fal-
ſum teſtamentum obſignandum curarit : qui
eum, cuius nomine id obſignatum eſt, interfe-
cerit:qui auũculum filij ſui in ſeruitute, ac vin-
culis necarit : qui municipes ſuos proſcriben-
dos,occidendóſque[m] curarit: qui eius vxorem,
quem occiderat, in matrimonium duxerit : qui
pecuniam pro abortione dederit : qui ſocrum,
qui vxorem, vno tempore fratris vxorem, ſpe-
ratóſque liberos,fratrémque ipſum, qui deniq;
ſuos liberos interfecerit:qui cùm venenum pri-
uigno ſuo quæreret, manifeſtò ſit deprehenſus:
cuius miniſtris, conſciiſq; damnatis,ipſe addu-
ctus in iudicium pecuniam iudici dederit ad ſẽ-
tentias iudicum corrumpendas : dum hæc, in-
quam,de Oppianico conſtabunt, nec vllo argu-
mento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur:
quid eſt,quòd te iſta cenſoria ſiue voluntas,ſiue
opinio fuit,adiuuare,aut hunc innocentem op-
primere poſſe videatur? || Quid igitur cenſores 126
ſecuti ſunt? Ne ipſi quidem, vt grauiſſimè dicã,
quidquam aliud dicẽt,præter ſermonem , atque
famam.nihil ſe teſtibus,nihil tabulis,nihil gra-
ui aliquo argumento comperiſſe,nihil denique,
cauſa cognita,ſtatuiſſe dicent:Quòd ſi ita feciſ-
ſent:tamen id non ita fixum eſſe deberet,vt cõ-
uelli non liceret. Non vtar exemplorum co-
pia,quæ ſumma eſt : non rem veterem , non ho-
minem potentem aliquem , aut gratioſum pro-
feram

[l] l. tum auctoritatem cenſorum amplexa-tor:

[m] al. curauerit:

ſeram. Nuper hominem tenuem, ſcribam ædilitium, D. Matrinium cùm defendiſſem apud [n] M. Iunium, Qu. Publicium prætores, & M. Plætorium, C. Flaminium, * ædileis curuleis : perſuaſi, vt ſcribam iurati legerent eũ, quẽ iidem iſti cẽſores ærarium reliquiſſent. Cùm enim in homine nulla culpa reperiretur : quid ille meruiſſet, non quid de eo ſtatutum eſſet, quærendum eſſe
127 duxerunt. || Nã hæc quidẽ, quæ de iudicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt, qui ab illis ſatis cognita, & diligenter iudicata arbitretur? in M. Aquillium, & in T. Guttam video eſſe ſubſcriptũ. Quid eſt hoc? duos eſſe corruptos ſolos pecunia. [o] Quid? ceteri videlicet gratis cõdemnarũt. Non eſt igitur circumuentus, [p] non eſt oppreſſus, pecunia, non, vt ille Quinctianæ contiones habebantur, omnes, qui Oppianicũ condemnarunt, in culpa ſunt, ac ſuſpicione ponendi. duos ſolos video auctoritate cenſorũ affineis ei turpitudini iudicari. 43 [q] Nam vt illud afferant, nihil eſt, quod de iis duobus habuerint compertũ, de ceteris comperiſſe. || [r] Nã illud quidem minimè probandum eſt, adnotationes, auctoritatẽq; cenſoriam, exemplum illos à conſuetudine militari tranſtuliſse. Statuerunt enim ita maiores noſtri, vt, ſi à multis eſset flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur; vt metus videlicet [s] ad omneis, pœna ad paucos perueniret. Quod idem facere cenſores [t] in delectu dignitatis, & in iudicio ciuiũ, & in animaduerſione vitiorum, quî cõuenit? Nã miles, qui locũ nõ tenuit, qui hoſtiũ impetũ, vimq; pertimuit, [v] poteſt idem poſtea & miles eſse melior, & vir bonus, & ciuis vtilis. Quare, ne in bello, propter hoſtium metũ, delinqueret, amplior ei mortis, & ſupplicij metus eſt à maioribus conſtitutus. ne autem nimiùm multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt. || Hoc tu idem facies cenſor,

n L. M. Iunium Q. Poblicium, prær.

* in nummis argenteis legitur ædilis

o L. Quid ceteri?

p L. non oppreſſus pec.

q L. Namque illud quod afferunt, nihil eſt: aliquid eſſe, quod de his duobus habuerint compertum, de ceteris nihil comperiſſe.

r L. Ne illud quidẽ probãdum eſt, ad not. al. Iam illud quidem minimè prboand &c

s v. c. ad omnis,

t L. in dilectu dign.

v ἀνὴρ φεύγων, καὶ πάλιν μαχήσεται.

[x] in ſenatu legendo,ſi erunt plures, qui, ob innocentem condemnandum, pecuniam acceperint,vt non animaduertas in omneis,ſed carpas, vt voles,& paucos ex multis ad ignominiã ſortiare?Habebit igitur,te ſciente & vidente,curia ſenatorem,populus R.non iudicem, reſp.ciuem ſine ignominia quemquam, qui ad perniciem innocentis, fidem ſuam, & religionem pecunia commutarit: &, qui pretio adductus eripuerit patriam,fortunas,liberos ciui innocenti, is cẽſoriæ ſeueritatis nota non inuretur?* Tu es præfectus moribus, tu magiſter veteris diſciplinæ, & ſeueritatis, ſi aut retines quemquam ſciens in ſenatu,ſcelere tanto contaminatum: aut ſtatuis, qui in eadem culpa ſit, non eadem pœna affici conuenire? & quam conditionem supplicij maiores in bello timiditati militis propoſitam eſſe voluerunt, eandem tu in pace conſtitues improbitati ſenatoris? Quòd ſi hoc exemplum ex re militari ad animaduerſionem cenſoriam transferendum fuit: ſortitione idipſum factum eſſe oportuit. Sin autem ſortiri ad pœnam, atque hominum* delictum fortunæ iudicio committere, minimè cenſorium eſt: certè in multorum peccato carpi paucos ad ignominiam, & turpitudinem, non oportet. ¶ Verùm omnes intelligimus, in iſtis ſubſcriptionibus ventum quendam popularem eſſe quæſitum. Iactata res erat in contione à tribuno ſeditioſo: incognita cauſa probatum illud erat: 44 [y] multitudinem illicitum eſt contra dicere:nemo denique, vt defenderet contrariam partem,laborabat. In inuidiã porrò magnã illa iudicia venerant. [z] etenim paucis poſtea menſib. alia vehemens erat in iudiciis ex notatione tabularum inuidia verſata.Prætermitti à cenſoribus, & negligi à macula iudiciorum poſſe non videbatur. homines, quos ceteris vitiis, atque omni dedecore infameis videbant, eos hac quo

x al. in ſenatu legendo? ſi erunt plures, qui ob innocẽtem condẽnandu, pecuniam acceperint: non animaduerſiotes in omneis,ſed capes, vt voles,& paucos ex multis ad ignominiam ſortiere?

* Cenſoris munera.

* ita Victor & Manut. alij, dilectum.

y L, multitudinem' illam non licitum eſt contra dicere: al. prolatum illud erat multitudini illicitum erat contradicere. An. Aug. probatum illud erat multitudini nemini licitum erat contra diceret:

z L. etenim paucis poſt menſib.

130

quoque ſubſcriptione notare voluerunt: & eo magis, quòd illo ipſo tempore, illis cenſoribus erant iudicia cum equeſtre * ordine communicata: vt viderentur per hominum idoneorum ignominiam ſua auctoritate illa iudicia cum equeſtri ordine reprehendiſſe. *per legem Aureliam.

131 || Quòd ſi hanc apud eos ipſos cenſores mihi, aut alij cauſam agere licuiſſet: hominibus tali prudentia certè probauiſſem (res enim indicat) nihil ipſos habuiſſe cogniti, nihil competti: ex tota ipſa ſubſcriptione rumorem quendam, & plauſum popularem eſſe quæſitum. Nam in L. Popilliũ, qui Oppianicum condemnarat, ſubſcripſit L. Gellius, quòd is pecuniam accepiſſet, quo innocentem condemnaret. Iam idipſum quantæ diuinationes eſt, ſcire, innocentem fuiſſe reum, quem fortaſſe numquam viderat, cùm homines ſapiẽtiſſimi, iudices, vt nihil dicam de iis, qui condẽnarunt, cauſa cognita, ſibi dixerint, non liquere?

132 || Verùm eſto. condemnat Popillium Gellius: iudicat, accepiſſe à Cluentio pecuniã. Negat hoc Lentulus. nã Popillium, quòd erat libertini filius, in ſenatum non legit: locum quidem * ſenatorium ludis, & cetera * ornamenta[a] reliquit, & eum omni ignominia liberat. Quod cùm facit, iudicat, eius ſententia gratis eſſe Oppianicum condemnatum, & eundem Popilliũ poſtea Lẽtulus in ambitu iudicio pro teſtimonio diligẽtiſſimè laudat. Quare, ſi neque L. Gellij iudicio ſtetit Lentulus, neque Lẽtuli exiſtimatione cõtentus fuit Gellius: &, ſi vterque cẽſor cenſoris opinione ſtandum non putauit: quid eſt, quamobrem quiſquam noſtrum cẽſorias ſubſcriptiones[b] omneis, fixas, & in perpetuum ratas putet

133 eſſe oportere? || At in ipſum * Habitum animaduerterunt. Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, ſed erratum. Neque enim hoc nomine ſanctior, neq; probior, neq; in omnib. officiis retinẽdis diligẽtior

*ſolis enim ſenatorib. ludos in orcheſtra ſpectare licuit.
*ornamenta ſenatoria erant lati claui tunica, calcei lunati, de quib. Phil. 13. Feſt. Iſidor. Zon.
a L. relinquit,
b v.c. omnis,
* L. Auitum

tior eſse quiſquam poteſt : neque illi aliter di-
cunt : ſed eandem illam famam iudicij corrupti
ſecuti ſunt : neque ipſi ſecus exiſtimant , quàm
nos exiſtimari volumus, de huius pudore, inte-
gritate, virtute : ſed putarunt prætermitti accu-
ſatorem non potuiſse, cũ animaduerſũ eſset in
iudices. Qua de re tota ſi vnũ factũ ex omni an-
tiquitate protulero, plura non dicam.|| Nõ enim 134
mihi exemplum ſummi & clariſſimi viri, P. Afri-
cani, prætereundũ videtur: qui cùm eſset cẽſor,
& in equitum cenſu C. Licinius Sacerdos pro-
diiſset: clara voce, vt omnis contio audire poſ-
ſet, dixit ſe ſcire, illũ verbis cõceptis peieraſse.
ſiquis cõtrà dicere vellet: vſurũ eſse eum ſuo te-
ſtimonio. deinde cùm contrà nemo diceret: iuſ-
ſit equũ traducere. Itaq; is, cuius arbitrio & po-
pulus R. & exteræ gentes, contentæ eſse [c] con-
ſueuerũt, [d] ipſe ſua conſcientia ad ignominiam
alterius contentus non fuit. Quod ſi hoc * Ha-
bito facere licuiſset, facilè, illis ipſis iudicibus,
& falſæ ſuſpicioni, & inuidiæ populariter exci-
tatæ reſtitiſset.|| Vnum etiam eſt, ꝙ me maximè 135
conturbat, cui loco reſpõdere poſse vix videor,
45 [e] quòd elogium recitaſti de teſtamento Cn.
Egnatij, patris, hominis honeſtiſſimi, videlicet,
& ſapientiſſimi, idcirco ſe exheredaſse filium,
quòd is ob Oppianici dãnationem pecuniã ac-
cepiſset. De cuius hominis leuitate, & inconſtã-
tia, plura non dicam. Hoc teſtamentum ipſum,
quod recitas, eiuſmodi eſt, vt ille, cùm eum filiũ
exheredaret, quem oderat, ei filio coheredes 46
homines alieniſſimos* coniũgeret, quẽ dilige-
bat. Sed tu, [f] Acti, conſideres, cenſeo, diligenter,
vtrùm [g] cenſorium iudicium graue velis eſse, an
Egnatij. Si Egnatij : leue eſt, quod cenſores de
ceteris ſubſcripſerunt. ipſũ enim Cn. Egnatium,
quem tu grauem eſse vis, [h] ex ſenatu eiecerunt.
[i] ſin autẽ cenſorium: hunc Egnatiũ, quem pater
cenſoria ſubſcriptione exheredauit, cenſores in
ſe

c L. conſueuerant,
d al. ipſe ſua ſcientia ad
* L. Auito
e L. quòd elegium recitaſti al. eclogium al. ellogiũ
* al. adiungeret,
f L. Atti,
g L. cenſorum
h al. è ſenatu
i L. ſin autẽ cenſorum :

136 ſenatu, cùm patrem eiicerent, retinuerunt. || At enim ſenatus vniuerſus iudicauit, illud corruptum eſſe iudicium. Quomodo? ſuſcepit cauſã. An potuit rem delatam eiuſmodi repudiare? cũ tribunus pleb. populo concitato, rem pæne ad manus reuocaſſet: cùm vir optimus, & homo innocentiſſimus, pecunia circumuentus eſſe diceretur: cùm inuidia flagraret ordo ſenatorius: potuit nihil decerni? potuit illa concitatio multitudinis ſine ſummo periculo reip. repudiari? At quid eſt decretum? quã iuſtè? quã ſapienter? quã diligenter? SI QVI SVNT, QVORVM OPERA FACTVM SIT, VT IVDICIVM PVBLICVM CORRVMPERETVR. Vtrùm videtur ſenatus id factum iudicare: an, ſi factum ſit, moleſtè, grauitérque ferre? Si ipſe A. Cluentius ſententiam de iudiciis rogaretur, aliam non diceret, atque ij dixerũt, quorum ſententiis Cluentium condemnatum
137 eſſe dicitis. || Sed quæro à vobis, num iſtã legem ex iſto S.C. L. Lucullus conſul, homo ſapientiſſimus, tulerit: num anno pòſt M. Lucullus, & C. Caſſius, [k] in quos cùm conſules deſignatos idẽ illud ſenatus decreuerit, non tulerunt. & quod tu Habiti pecunia factum eſſe arguis, [l] neque id vlla, vel tenuiſſima ſuſpicione cõfirmas, factum eſt primò illorum æquitate, & ſapientia conſulum, vt id, quod ſenatus decreuerat, ad illud inuidiæ præſens incendium reſtinguendum, id poſtea referendum ad populũ non arbitrarẽtur. ipſe deinde populus Ro. qui L. Quinctij tribuni pleb. fictis querimoniis antea [m] concitatus, rem illã, & rogationẽ flagitarat, idem C. Iunij filij, pueri paruuli, lacrymis commotus, maximo clamore, & concurſu totam illam legẽ, & quæſtio-
138 nem repudiauit. || Ex quo intelligi potuit id, quod ſæpe dictum eſt, vt mare, quod ſua natura tranquillũ ſit, ventorum vi agitari, atque turbari: ſic & populum R. ſua ſponte eſſe placatum, hominum ſeditioſorum vocibus, vt violentiſſimis

k L. in quorum conſules deſ. idẽ ill. ſen. decreuerat.
l lib. vulg. neque id vlla tenuiſſ.
m L. incitatus,

mis tempeſtatibus, concitari. Eſt etiam reliqua
permagna auctoritas, quam ego turpiter pænè
præterij:mea enim eſſe dicitur. Recitauit ex o-
n L. Attius, ratione neſcio qua[n] Actius, quā meam eſſe di-
cebat, cohortationem quādam iudicum ad ho-
neſtè iudicandum, & commemorationem tum
illorum iudiciorum, quæ probata non eſſent,
o L. proinde quaſi tum illius ipſius iudicij Iuniani:[o] perinde quaſi
ego non ab initio huius defenſionis dixerim,
inuidioſum illud fuiſſe iudicium: aut, cùm de
p L. iudiciorũ, diſput. infamia[p] iudiciorum, quæ probata non eſſent,
diſputarem,potuerim illud, quod tam populare
eſſet,in illo tēpore præterire.|| Ego verò, ſiquid 139
eiuſmodi dixi,neque cognitum commemoraui,
neque pro teſtimonio dixi, & illa oratio potiùs
temporis mei,quàm iudicij, & auctoritatis fuit.
Cū enim accuſarem, & mihi initiò propoſuiſſē,
& animos & populi Romani & iudicū commo-
q v.c. omnis off. uerem: cúmque[q] omneis offenſiones iudiciorū
non ex mea opinione, ſed ex hominum rumore
proferrem:iſtam rem,quæ tam populariter eſſet
agitata,præterire non potuit. Sed erat vehemē-
ter,ſi quis in orationibus noſtris, quas in iudi-
ciis habuimus, auctoritates noſtras conſignatas
ſe habere arbitratur. omnes enim illæ oratio-
nes,cauſarū,& temporū ſunt, nō hominū ipſo-
r L. aut patron. rū,[r] ac patronorum. Nam, ſi cauſæ ipſæ pro ſe
loqui poſſent:nemo adhiberet oratorē. nūc ad-
hibemur,vt ea dicamus,non quę noſtra auctori-
tate conſtituātur:ſed46 quæ ex re ipſa,cauſáque
* al. dicantur. *ducantur.||Hominē ingenioſum, M. Antoniū, 140
aiunt ſolitum eſſe dicere,idcirco ſe nullam vm-
orationem ſcripſiſſe,vt,ſi quid aliquando,quod
non opus eſſet,ab ſe eſſet dictum: poſſet ſe ne-
s L. proinde quaſi. gare dixiſſe:[s] perinde quaſi, quid à nobis di-
ctum, aut actum ſit, id niſi literis mandauerì-
mus, hominum memoria non comprehendatur.
Ago verò in iſto genere libentiùs cùm multorū,
tum hominis eloquentiſſimi, & ſapientiſſimi,

L.

L. Craſſi, auctoritatem ſequor: qui cùm L. Plancium defenderet, accuſante M. Bruto, homine in dicendo 47 vehementi, [t] & callido, * cùm Brutus, duobus recitatoribus conſtitutis, ex duabus eius orationibus capita altera, inter ſe contraria, recitanda curaſſet, quod in diſſuaſione rogationis eius, quæ contra coloniam Narbonenſem ferebatur, quantum poteſt, de auctoritate ſenatus detraxit, in ſuaſione* legis Seruiliæ ſummis ornat ſenatum laudibus: & multa in equites Rom. cùm ex ea oratione aſperiùs dicta recitaſſet, quo animi illorum iudicum in Craſſum incenderentur: aliquantum eſſe commotus
141 dicitur. Itaque in reſpondendo primùm expoſuit vtriuſque rationem temporis: vt oratio ex re, [u] & cauſa, habita videretur: deinde, vt intelligere poſſet Brutus, quem hominem, & nō ſolùm qua eloquentia, verùm etiam quo lepôre, & quibus facetiis præditum laceſſiſſet: [x] treis & ipſe excitauit recitatores cum ſingulis libellis, quos M. Brutus, pater illius accuſatoris de iure ciuili reliquit. Eorum initia cùm recitarentur, ea, quæ vobis nota eſſe arbitror: FORTE EVENIT, VT RVRI [y] IN PRIVERNATE ESSEMVS, EGO, ET BRVTVS FILIVS: fundum Piuernatem flagitabat: IN ALBANO ERAMVS EGO, ET BRVTVS FILIVS. Albanum poſcebat. [z] IN TIBVRTE FORTE CVM ASSEDISSEMVS, EGO, ET BRVTVS FILIVS. Tiburtum fundum requirebat: Brutum autem, hominem ſapientem, quòd filij nequitiam videret: quæ prædia ei relinqueret, teſtificati dicebat voluiſſe. quòd ſi potuiſſet honeſtè ſcribere, ſe in balneis cum * id ætatis filio fuiſſe: non præteriiſſet. eas ſe tamen ab eo balneas non ex libris patris, ſed ex tabulis, & ex cenſu quærere. Craſſus tum ita Brutum vltus eſt, vt illum recitationis ſuæ pœniteret. moleſtè enim fortaſse tulerat, ſe in iis orationibus reprehenſum,

*Vict li. 30.

Var. legit. calido.

*vide 2. de de Orat. Quint. l. 9. c. 3.

* lex Seruilia, à Qu. Seruilio Cœpione lata, de iudiciis inter equitem & ſenatum pari numero communicandis, Cic. de Cl. poſtea inter tres ordines lege Aurelia communicata.

v L. & ex cauſa.

x v. c. tris

y al. IN PRIVERNATI

z al. IN TIBVRTI

* mos fuit Romanis ne pater cū filio pubere néue ſocer cum genero lauaret. Val. l. 1. c. 1.

Digitized by Google

ſum, quas de repub. habuiſſet: in quibus forſitã magis requiratur conſtantia. || Ego autem illa 142 recitata eſſe non moleſtè fero. neque enim ab illo tempore,[a] quod tum erat, neque ab ea cauſa, [b] quæ tum agebatur, aliena fuerunt: neque mihi quidquam oneris ſuſcepi; cùm iſta dixi, quo minùs honeſtè hanc cauſam, & liberè poſſẽ defendere. Quòd ſi velim confiteri, me cauſam A. Cluentij nunc cognoſcere, antea fuiſſe in illa opinione populari: quis tandem id poſſit reprehendere? præſertim, iudices, cùm à vobis quoque ipſis hoc impetrare ſit æquiſſimũ, quod ego & ab initio petiui, & nunc peto, vt, ſiquam huc grauiorem de illo iudicio opinionem attuliſtis, hanc cauſa perſpecta, atque omni veritate cognita, deponatis. || Nunc, *quoniam ad omnia, quæ abs te dicta ſunt, [c] T. Acti, de Oppianici damnatione reſpondi: confiteare neceſſe eſt, [d] te opinionem multùm fefelliſſe, quòd exiſtimaris, me cauſam A. Cluentij non facto eius, ſed lege defenſurum. Nam hoc perſæpe dixiſti, tibi ſic renuntiari, me habere in animo cauſam hanc præſidio legis defendere. Itáne eſt? ab amicis videlicet imprudentes prodimur? & eſt neſcio quis de iis, quos amicos nobis arbitramur, qui noſtra conſilia ad aduerſarios deferat? Quiſnam tibi hoc renuntiauit? quis tam improbus fuit? cui ego autem narraui? nemo, vt opinor, in culpa eſt: ſed nimirum tibi iſtuc lex ipſa renuntiauit. [e] Sed 48 num ita tibi defendiſse videor, vt tota in cauſa mentionem vllam fecerim legis? num ſecus hanc cauſam defendiſse, ac ſi lege Habitus teneretur? certè vt hominem confirmare oportet, nullus eſt locus à me purgandi iſtius inuidioſi criminis prætermiſsus. || Quid ergo eſt? quæret fortaſse quiſpiam diſpliceátne mihi, legum præſidio 49 à capite periculum propulſare. Mihi verò, iudices, non 143 144

[a] al. quod tunc er.
[b] al. quæ tunc ag.
*Confirmationis pars ſecunda, ſeu de lege iudiciaria veneficiorum.
[c] L. T. Attii,
[d] for. opinionem te multum fef.
[e] I. Sed nõ tibi ita defendiſſe videor, vt tota in cauſa mentionẽ nullam fec. legis? nũ ſecus hanc cauſam defendiſſem, ſi lege Auitus teneretur? al. nec ſecus defendiſſem,

Digitized by Google

diſplicet : ſed vtor inſtituto meo. In hominis
honeſti,[f] prudentiſque iudicio, non ſolùm meo
conſilio vti conſueui, ſed multùm etiam eius,
quem defendo, & conſilio, & voluntati obtem-
pero. Nã, vt hæc ad me cauſa delata eſt: qui le-
ges eas, ad quas adhibemur, & in quibus verſa-
mur, noſſe deberem: [g] dixi Habito ſtatim, de eo,
QVI COISSET, QVO QVIS CONDEMNARETVR, illũ
eſſe liberum, teneri autem noſtrum ordinem.
Atque ille me orare, & obſecrare cœpit, vt ne
ſeſe lege defenderem. Cùm ego, quæ mihi vide-
rentur, dicerem: traduxit me ad ſuam ſententiã.
affirmabat enim lacrymans, non ſe cupidiorem
eſſe ciuitatis retinendæ, quàm exiſtimationiſ.
145 || Morem homini geſſi: & tamẽ idcirco feci (ne-
que enim id ſemper facere debemus) quod vi-
debã, per ſe, ipſam cauſam copioſiſſimè ſine le-
ge poſſe defendi. Videbam, in hac defenſione,
qua iã ſum vſus, plus dignitatis in illa, qua me
hic vti noluit, minus laboris futurum. Quòd ſi
nihil aliud eſſet actum, niſi vt hanc cauſam ob-
tinerem: lege recitata peroraſſem. Neque me il-
la oratio commoueret; quod ait [h] Actius, *
indignum eſſe facinus, ſi ſenator iudicio quem-
quã circumuenerit, legibus enim teneri: ſi eques
146 Rom. hoc idem fecerit, non teneri. || Vt tibi cõ-
cedam, hoc indignum eſſe (quod cuiuſmodi ſit,
iam videro) tu mihi concedas neceſſe eſt, multò
eſſe indignius, in ea ciuitate, [i] quæ legibus con-
tineatur, diſcedi à legibus. Hoc enim vinculũ
eſt huius dignitatis, qua fruimur in repub. hoc
fundamẽtum libertatis, hic fons æquitatis. mẽs,
& animus, & conſilium, & ſententia ciuitatis,
poſita eſt in legib. Vt corpora noſtra ſine mẽte:
ſic ciuitas ſine lege, ſuis partibus, vt neruis, [k] ac
ſanguine, & membris vti non poteſt. Legũ mini-
ſtri, magiſtratus legũ interpretes, iudices: legum
deniq; idcirco omnes ſerui ſumus, vt liberi eſſe

f L. prudentiſque.
g L. dixi Auito ſtatim eo capite, QVI CO.
h L. Atrius.
* al. iniquũ eſſe ſi Senator, &c.
i L. quæ legibus teneatur.
k L. & ſanguine.

Digitized by Google

> * Vict. cur in hoc ſexto loco ſedes.

poſſimus.||Quid eſt, Qu. Naſo,[51] cur * tu in iſto 147
loco ſedeas? quæ vis eſt, qua abs te hi iudices,
tali dignitate præditi coerceantur? vos autē iudices,
quamobrem ex tam magna multitudine
ciuium tam pauci de hominum fortunis ſententiam
fertis? quo iure [l] Actius quæ voluit, dixit?
cur mi hi tamdiu [m] poteſtas dicendi datur? quid
ſibi autem illi ſcribæ, quid lictores, quid ceteri,
quos apparere huic quæſtioni video, volunt? opinor
hæc omnia lege fieri, totúmq; hoc iudicium
(vt antea dixi) [n] quaſi mente quadam regi,
& adminiſtrari. Quid ergo eſt? hæc quæſtio
ſola ita gubernatur? quid M. Plætorij, & C. Flaminij
inter Sicarios? quid C. Orchinij peculatus?
quid mea de pecuniis repetundis: quid C.
Aquilij, apud quem nunc de ambitus cauſa dicitur?
quid reliquæ quæſtiones circumſpicite
omneis reipu. parteis. omnia legum imperio, &
præſcripto fieri videbitis.||Si quis apud me te,[o] 148
T. Acti, reum velit facere: clames, te lege pecuniarum
repetundarum non teneri. neque hæc
tua recuſatio, confeſſio ſic captæ pecuniæ: ſed
laboris, ſed periculi non legitimi declinatio.
Nunc, quid abs te iuris conſtituatur, vide. Iubet
lex * ea qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, iudicem
quæſtionis, hoc eſt, Q. Voconium, cum iis
iudicibus, qui ei obuenerint (vos appellat, iudices)
quærere de veneno. In quem quærere infinitum
eſt. QVICVNQVE FECERIT, VENDIDERIT,
EMERIT, HABVERIT, DEDERIT. Quid eadē
lex ſtatim adiungit? Recita. DEQVE EIVS CAPITE
QVAERITO. Cuius? qui coierit? conuenerit?
non ita eſt. Quid ergo eſt? dic. QVI TRIBVNVS
MILITVM LEGIONIBVS QVATVOR, PRIMIS,
QVIS QVAESTOR TRIBVNVS
PL. Deinceps omneis magiſtratus nominauit.
QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXIT, DIXERIT.
* Quid tum? QVI EORVM COIIT, COIERIT,
CONVENIT, CONVENERIT, QVO QVIS

> l L. Attius.
> m L. dicendi poteſtas.
> n L. quaſi mente quadam, lege regi, & admin.
> o L. T. Atti.
> * lex de veneficiis.
> * quatuor primæ legiones ordinariæ. Nā binas legiones ſinguli conſules habebant.
> * hoc caput pertinet ad legem Iuliam repetundarum.

IV-

IVDICIO PVBLICO CONDEMNARETVR. [52] Qui corũ. quorum?videlicet,qui ſuprà ſcripti ſunt. quid inteſt vtro modo ſcriptum ſit? Etſi eſt apertum,tamen ipſa lex docet.Vbi enim [p] omneis mortaleis alligat,ita loquitur: QVI VENENVM MALVM FECIT,FECERIT. omnes viri mulieres , liberi , ſerui in iudicium vocantur. Si item de coitione voluiſſet : adiunxiſſet. QVIVE COIERIT. Nunc ita eſt, DEQVE EIVS CAPITE QVAERITO , QVI MAGISTRATVM HABVERIT, QVIVE IN SENATV SENTENTIAM DIXERIT:

p v.c. omnis mortalis.

149 QVI EORVM COIIT COIERIT. ‖ Num is eſt Cluentius?certè non eſt. Quis ergo eſt Cluentius?qui tamen defendi cauſam ſuam lege nolit. Itaque [q] abiicio legem: morem Cluentio egero:tibi tamẽ,[r] Acti,pauca,quę ab huius cauſa ſeiuncta ſunt, reſpondebo. eſt enim quiddã in hac cauſa,quod ad ſe Cluentius,eſt aliquid ꝙ ego ad me putẽ pertinere,hic ſua putat intereſſe, ſe re ipſa,& geſto negotio,non lege defendi:ego autem mea exiſtimo intereſſe , me nulla in diſputatione [s] ab Actio videri eſſe ſuperatum. non enim mihi hęc cauſa ſola dicenda eſt. omnibus hic labor meus propoſitus eſt , quicumque hac facultate defenſionis contenti eſſe poſſunt. nolo quemquam eorum , qui adſunt , exiſtimare , me , quæ de lege [t] ab Actio dicta ſunt , ſi reticuerim , comprobare. Quamobrem , Cluenti , de te tibi obſequor: neque ego legem recito : neque hoc loco pro te dico : ſed ea , quę à me deſiderari arbitror,

q v.c. abicio.

r L. Atti.

s L. ab Attio.

t L. ab Attio.

150 non relinquam. ‖ Iniquum tibi videtur, [u] Acti, eſſe , non iiſdem legibus omneis teneri. Primùm (vt id iniquiſſimum eſſe confitear) huiuſmodi eſt , vt commutatis eis opus ſit legibus , non vt iis quę ſunt,non pareamus. Deinde quis vmquam hoc ſenator accuſauit, vt, cùm altiorem gradum dignitatis , beneficio

v L. Atti.

Digitized by Google

populi R. eſſet conſecutus, eò ſe putaret durioribus legum condicionibus vti non oportere? Quàm multa ſunt commoda, quibus caremus: quàm multa moleſta, ac difficilia, quæ ſubimus? [x] atque hæc omnia tantū honoris & amplitudinis commodis compenſantur.* Conuerte nunc ad equeſtrem ordinem, [y] atque in ceteros ordines eaſdem vitę condiciones. non perferent. putant enim minùs multos ſibi laqueos legum, & condicionum, ac iudiciorum propoſitos eſſe oportere, qui in ſummum locum ciuitatis aut nō potuerunt adſcendere, aut non petiuerunt. ‖ Atque vt omittam, leges alias omneis, quibus nos tenemur, ceteri autem ſunt ordines liberati, hāc ipſam legem, NE QVIS IVDICIO CIRCVMVENIRETVR, C. Gracchus tulit: eā legem pro plebe, non in plebem tulit. Poſtea L. Sylla homo à populi cauſa remotiſſimus, tamē cùm eius rei quęſtionem hac ipſa lege conſtitueret, qua vos tēpore iudicatis populum Ro. quem ab hoc genere liberum acceperat, alligare [z] nouo quæſtionis genere vſus non eſt. Quod ſi fieri poſſe exiſtimaſſet: pro illo odio, quod habuit in equeſtrem ordinem, nihil feciſſet libentius, [a] quàm omnem illam acerbitatem proſcriptionis ſuæ, quæſtus in veteres iudices 53 in hanc vnā quæſtionem cōtuliſſet. ‖ Nec nunc quidquam agitur (mihi credite, iudices, & proſpicite id, quod prouidendum eſt) niſi, vt* equeſter ordo in huiuſce legis periculum * includatur. Neque hoc agitur ab omnibus, ſed à paucis. nam ij ſenatores, qui ſe facilè tuentur integritate, & innocentia, quales, (vt verè dicam) vos eſtis, & ceteri, qui ſine cupiditate vixerunt, equites ordini ſenatorio dignitate proximos, concordia cōiunctiſſimos eſſe cupiunt: ſed ij, qui ſe volunt poſſe omnia, neque præterea quidquā eſſe aut in homine vllo, aut in ordine: hoc vno metu ſe putāt equites Roman. in poteſtatem ſuam redacturos, ſi

151 152

x L. Atque hæc omnia tamen hō.
* al. Conferte.
y L. atque ad ceteros ord.
z for. nouo quæſtionis generi auſ.
a L. quàm ill acerb. proſcriptionis ſuæ, in hanc vnam q cont.
* al. equites Ro.
* al. concludantur.

b ſi conſtitutum eſt,vt de iis [c] qui rem iudicarent,huiuſcemodi iudicia fieri poſſint. Vident enim auctoritatem huius ordinis confirmari: vident iudicia comprobari. hoc metu propoſito,euellere ſe aculeum ſeueritatis veſtræ poſſe confidunt.

153 Quis enim de homine audeat,paulò maioribus opibus prædito, verè & fortiter iudicare,cùm videat,ſibi de eo,quod coierit, aut conſenſerit,cauſam eſſe dicendam?O viros forteis,equites Ro.qui homini clariſſimo,ac potẽtiſſimo,M.Druſo,tribuno pl.reſtiterunt,cùm ille nihil aliud ageret cùm illa cuncta,[d] quæ tum erant nobilitate,niſi vti,qui res iudicaſſent,huiuſcemodi quæſtionibus in iudicium vocarentur.Tunc C.Flauius Puſio,Cn.Titinnius,C.Mecœnas,illa robora populi Ro. ceteríque huiuſcemodi ordinis,non fecerunt idem,quod nunc Cluẽtius,vt aliquid culpæ ſuſcipere ſe putarẽt, recuſando:ſed apertiſſimè repugnarũt, cùm hęc recuſarent,& palàm fortiſſimè,atque honeſtiſſimè dicerent,ſe potuiſſe iudicio populi Roma. in ampliſſimum locũ peruenire,ſi ſua ſtudia ad honores petendos conferre voluiſſent: ſeſe vidiſſe,in ea vita qualis ſplendor ineſſet, quanta ornamenta,quæ dignitas:quę ſe non contemſiſſe,ſed ordine ſuo,patrúmque ſuorũ, contentos fuiſſe.& vitam illam tranquillam,& quietã, remotam à procellis inuidiarum,& huiuſcemodi

154 iudiciorum [f] amfractu ſequi maluiſſe. Aut ſibi ad honores petendos ætatem integram reſtitui oportere:aut quoniam id non poſſet eam condicionem vitæ,quã ſecuti,petitionem reliquiſſent,manere:iniquum eſſe,eos,qui honorũ ornamenta propter periculorum multitudinẽ prętermiſiſſent,populi beneficiis eſſe priuatos, iudiciorum nouorum periculis non carere: ſenatorem hoc queri non poſſe, propterea, quòd ea condicione propoſita petere cœpiſſet:quódque permulta eſſent ornamenta, quibus eam

b L. ſi conſtitutũ ſit, vt

c L. qui res iudicarint.

d al. quæ tũ erat nobilitas.

e L. Cn. Titinius, C. Mæcenas.

f al. anfractu.

mitigare moleſtiam poſſet: locus, auctoritas, domi ſplendor, apud exteras nationes nomen, & gratia, * toga prætexta, ſella curulis, inſignia, faſces, exercitus, imperia, prouinciæ: quibus in rebus cùm ſummum rectè factis maiores noſtri præmium, tum plura peccatis pericula propoſita eſſe voluerunt. Illi non hoc recuſabant, ea ne lege accuſarentur, qua nunc Habitus accuſatur, quæ tunc erat Sempronia, nũc eſt Cornelia: intelligebant enim, ea lege equeſtrem ordinem non teneri: ſed [g] ne noua lege alligarētur, laborabant. || Habitus ne hoc quidem vmquam recu- 155
ſauit, quo minus vel ea lege rationem vitæ ſuæ redderet, qua non teneretur. Quæ ſi vobis condicio placet: omnes id agamus, vt hæc quamprimùm [h] in omneis ordines quæſtio perferatur. Interea quidem per deos immortaleis, quoniam omnia commoda noſtra, iura, libertatem, ſalutē deenique legibus obtinemus, à legibus nõ recedamus: ſimul & illud [i] quàm ſit indignũ cogitemus, populũ R. aliud nunc agere: vobis rēp. & fortunas ſuas commiſiſſe: ipſum ſine cura eſſe non metuere, ne lege ea, quàm numquam ipſe iuſſerit, & quæſtione, qua ſe ſolutum, liberúmq; eſſe arbitretur, per paucos iudices adſtringatur.
|| Agit enim ſic cauſam [k] T. Actius, adoleſcens 156
bonus, & diſertus: omneis ciueis legibus teneri omnibus: vos attenditis & auditis [l] ſilētio ſicut ſi facere debetis A. Cluentius, eques R. cauſam dicit ea lege, qua lege ſenatores, & ij, qui magiſtratum habuerunt, ſoli tenentur: mihi per eum recuſare, & in arce legis, [m] præſidia conſtituere defenſionis meæ non licet. Si obtinuerit cauſam Cluentius (ſicuti veſtra æquitate [n] nixi cõfidimus) exiſtimabunt, id quod erit obtinuiſſe propter innocentiam quoniã ita defenſus ſit: in lege autē, quã attingere noluerit præſidij nihil fuiſſe. || Hic nunc eſt quiddam, quod ad me per- 157
tineat, de quo antè dixi, quod ego populo Ro.

præte-

* toga præterea iudicum magiſtratus.

g al. ſed, ne nouæ legi allig.

h v. c. in omnis.

i L. quàm ſit iniquũ, cogitem.

k L. T. Attius.

l σιωπῇ.

m for. præſidia defẽſ. meæ conſtit. nõ lic.

n 4 lib. vet. niſi conſ.

prę́ſtare debeam,quoniã is meæ vitæ ſtatus eſt, vt omnis mihi cura,atque opera,poſita ſit [o] in omnium periculis defendendis.Video, quanta, & quàm periculoſa, & quàm infinita quæſtio tentetur ab accuſatoribus,cùm eam legem, quæ in noſtrum ordinem ſcripta ſit,in populum R. transferre conentur. qua in lege eſt, QVI COIERIT:quòd quàm latè pateat,videtis.CONVENERIT.ę́què infinitum,& incertum eſt.CONSENSERIT.Hoc verò cùm incertum,& infinitum: tum obſcurum,& occultum eſt. FALSVMNE TESTIMONIVM DIXERIT. Quis de plebe Romana teſtimonium dixit vmquam, [p] cui non hoc periculum, [q] T.Actio auctore,paratum eſſe videatis? nam dicturum quidem certè,ſi hoc iudiciũ plebi Romanæ propoſitum ſit,neminem vmquã eſ-

158 ſe confirmo.|| Sed hoc polliceor omnibus, ſi cui fortè hac lege negotium faceſſetur,qui lege nõ teneatur,ſi is vti me defenſore voluerit,me eius cauſam legis præſidio defenſurum:& vel his iudicibus,vel eorum ſimilibus, facilè probaturũ, & omni me defenſione vſurum eſſe legis: qua nunc vt vtar ab eo,cuius voluntati mihi obtẽperandum eſt,non conceditur.Non enim debeo dubitare,iudices, quin, ſi qua ad vos cauſa huiuſmodi delata ſit eius,qui lege non teneatur, etiam ſi is inuidioſus, aut multis offenſus eſſe videatur, etiam ſi eum dederitis, etiamſi inuiti abſoluturi ſitis, tamen abſoluatis: & religioni potius veſtræ, quàm odio pareatis.

159 || 54 [r] Eſt enim ſapientis iudicis, meminiſſe ſe hominem cogitare,tantùm ſibi à populo Ro.eſſe permiſſum, [s] quantum commiſſũ ſit & creditum: & non ſolùm ſibi poteſtatem datam, verùm etiam fidem habitam eſſe meminiſſe: poſſe, quem oderit, abſoluere: quem non oderit, condemnare: & ſemper non quid ipſe velit, ſed quid lex, & religio cogat, cogitare: animaduertere, qua lege reus citetur,

o L. in hominum p.

p L. cui hoc non pertẽ.

q L. T.Attio.

r L. eſt enim ſapientis iudicis, cogitare, tantũ &c.

s L. quantũ cõmiſſum & creditum ſit & non ſ.

Digitized by Google

de quo reo cognoſcat,quæ res in quæſtione ver
ſetur.Cùm hæc ſunt videnda,tum verò illud eſt
hominis magni,iudices,atque ſapientis,[55] cùm
t L.reputare non ſe eſſe ſolùm, illam iudicandi cauſa,tabellam ſumſerit, [56] t
non ſe putare eſſe ſolum,neque ſibi quodcum-
que concupierit,licere:ſed habere in conſilio
legem,religionem,æquitatem,fidem:libidinem
autem,odium,inuidiã,metũ, cupiditateſq; om-
* al. maximéque. neis am..uere:[57] * maximique æſtimare cõſciẽ-
tiam mẽtis ſuæ,quam ab diis immortalibus ac-
cepimus ,quæ à nobis diuelli non poteſt: quæ ſi
optimorum conſiliorum,atque factorum teſtis
in omni vita nobis erit:ſine vllo metu, & ſum-
v L.T.Attius. ma cum honeſtate viuemus. ‖Hæc ſi v T. Actius 160
aut cognouiſſet,aut cogitaſſet:profectò ne co-
natus quidẽ eſſet dicere id,quod multis verbis
egit:iudicem,quod ei videatur,ſtatuere, & non
deuinctum legibus eſſe oportere. quibus de re-
bus mihi pro Cluentij voluntate, nimiùm pro
reip.dignitate, parũ pro veſtra prudentia, ſatis
dixiſſe videor.Reliqua perpauca ſunt, quæ,quia
veſtræ quæſtionis erant,idcirco illi ſtatuerunt
ſibi fingenda eſſe,& proferenda, ne omniũ tur-
piſſimi reperirentur,ſi in iudiciam nihil, præ-
ter inuidiam,attuliſſent. Atque vt exiſtimetis,
neceſſariò me de his rebus,de quibus iam dixe-
rim, pluribus egiſſe verbis, attendite reliqua.
profectò intelligetis,ea,quæ paucis demonſtra-
x L. potuerint. ri x potuerũt,breuiſſimè eſſe defenſa.‖Cn.Decio 161
Samniti,ei,qui proſcriptus eſt,iniuriam in cala-
mitate eius ab huius familia factam eſſe dixi-
ſtis. Ab nullo ille liberaliùs, quàm à Cluentio
tractatus eſt. huius illum opes in rebus eius in-
cõmodis ſubleuarunt,atq; hoc cùm ipſe:tũ om-
nes eius amici,neceſſariíque cognouerũt,Anca-
rij,& Paceni paſtoribus,huius villicos vim, &
manus attuliſſe.Cùm quædã in collibus (vt ſo-
* L.Auiti. let controuerſia paſtorũ eſſet orta:*Habiti vil-
lici rem domini, & priuatam poſſeſſionem de-
fen

Digitized by Google

ſenderunt. cùm eſſet expoſtulatio facta: cau-
ſa illis demonſtrata ſine iudicio, controuerſiá-
162 que diſceſſum eſt. ‖ P. Aelij teſtamento propin-
quus exheredatus cùm eſſet, hæres hic alienior
inſtitutus eſt. P. Aelius Habiti merito fecit: ne-
que hic in teſtamento faciendo interfuit: idque
teſtamentum, ab huius inimico Oppianico eſt
obſignatum. Florio legatum ex teſtamento in-
ficiatum eſſe. Non eſt ita. ſed cùm IIS.XXX. ſcri-
pta eſſent, pro IIS. CCC. neque ei ſatis cautum
videretur: voluit, eum aliquid acceptum referre
liberalitati ſuæ. primò [y] debebere negauit: pòſt y L. debere ſe neg.
ſine cõtrouerſia ſoluit. Cœlij cuiuſdam Samni-
tis vxorem poſt bellum ab hoc eſſe repetitam.
Mulierem cùm emiſſet [z] de ſectoribus: quo tē- z L. à ſecto ribus.
pore eam primùm liberam eſſe audiuit, ſine iu-
163 dicio reddidit Cœlio. ‖ Ennium eſſe quendã cu-
ius bona teneat Habitus. Eſt hic Ennius egens
quidam [a] calumniator, [b] mercenarius Oppia- a v.c. kalũniator.
nici, qui per multos annos quieuit: deinde ali- b v.c. mercennarius.
quando cum ſeruo Habiti furti egit: nuper ab Opp.
ipſo Habito petere cœpit. Hic illo priuato iudi-
cio (mihi credite) nobis iiſdem fortaſſe patro- c v.c. kalũniam.
nis [c] calumniã non effugiet. Atque etiam, vt d al. cauponem.
nobis renuntiatur hominē multorũ hoſpitum,
A. Binnium quendam, [d] coponem, de via Latina,
ſubornatis: qui ſibi à Cluentio, ſeruiſque eius,
in taberna ſua manus allatas eſſe dicat. Quo de
homine, nihil etiam nunc dicere nobis eſt ne-
ceſſe. Si inuitauerit, id quod ſolet, ſic hominem
accipiemus, vt moleſtè ferat, ſe de via deceſſiſ-
164 ſe. ‖ Habetis, iudices, quæ in totam vitã de mo-
ribus A. Cluentij, quem illi inuidioſum reũ vo-
lunt eſſe, annos octo meditati accuſatores col-
legerũt. quàm leuia, genere ipſo? quàm falſa re,
quã breuia reſpõſu! Cognoſcite nũc id, quod ad
veſtrũ iuſiurandũ pertinet. ꝙ veſtri iudicij eſt,
quod vobis oneris impoſuit ea lex, qua coacti
huc conueniſtis, de criminibus veneni: vt om-

Digitized by Google

intelligant,quàm paucis verbis hæc cauſa per-
orari potuerit, & quàm multa à me dicta ſint,
quę ad huius voluntatem maximè,ad veſtrũ iu-

* Diluit crimina Cluẽtio obiecta

diciũ minimè pertinerent.||Obiectum * eſt , C. 165
Vibium Capacẽ ab hoc A.Cluentio veneno eſ-
ſe ſublatum.Opportunè adeſt homo ſumma fi-
de,& omni virtute præditus,L.Plætorius, ſena-
tor,qui illius Capacis hoſpes fuit,& familiaris.
Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hunc æ-

e L haud heres eſt Clu.

grotauit, huius domi eſt mortuus. [e] At heres eſt
Cluentius.Inteſtatum dico eſſe mortuum , poſ-
ſeſſionémque eius bonorũ,prætoris edicto,huic

e L.adoleſſenti pudẽtiſſ.

illius ſororis filio, [f] adoleſcenti pudẽtiſſimo, &
in primis honeſto,equiti Rom.datam,Numerio
Cluentio,quem videtis.||Alterum veneficij cri- 166

* Morem Larinatinũ in nuptiis prandere vt Romanis cenare quidam hic notat.

* Mos Romanis primam ſitim mulſo ſe dare. Vide Lip.3. Antiq.lect.

men,Oppianico huic adoleſcenti , cùm eius in
nuptiis,*more Larinatium multitudo hominũ
pranderet,venenum Habiti conſilio paratum:id
cùm daretur in * mulſo,Balbutium quendã , e-
ius familiarem,intercepiſſe, bibiſſe , ſtatimque
eſſe mortuum.Hæc ego ſi ſic agerem , tanquam
mihi crimen eſſet diluẽdum , hæc pluribus ver-
bis dicerem,quæ nunc paucis percurrit oratio
mea.||Quid vmquam Habitus in ſe admiſit , vt 167
hoc tantum ab eo facinus nõ abhorrere videa-
tur?quid autem magnopere Oppianicum me-
tuebat,cùm ille verbum omnino in hac ipſa
cauſa nullum facere potuerit,huic autem accu-

g L.id quod iam intelligetis.al.id q̃ iã intelligitis.

ſatores matre viua deeſſe non poſſent ? [g] quod
iam intelligetis.An vt de cauſa eius periculi ni-
hil decederet , ad cauſam nouum crimen ac-
cederet?quod autem tempus veneni dandi in
illo die?in illa frequentia? per quem porrò da-
tum?vnde ſumtum?quæ deinde interceptio po-
culi?cur non de integro autem datum ? Multa
ſunt,quæ dici poſſunt,ſed non committam , vt

h L. iam ſe ipſa defendat.

videar non dicendo voluiſſe dicere.res enim [h]
iam ſeipſa defendet. || Nego illum adoleſcen- 168
tem , quem ſtatim epoto poculo mortuum eſſe
di-

Digitized by Google

diximus, omnino illo die eſſe mortuum magnum & impudens mendacium. Perſpicite cetera. dico illum, cùm ad illud prandiũ crudior veniſſet, &, vt ætas illa fert, ſibi tum non pepercillet, [i] aliquot dies ægrotaſſe, & ita eſſe mortuum. Quis huic rei teſtis eſt? idem, qui ſui luctus, pater: pater inquam, illius adoleſcentis: quem propter animi dolorem, pertenuis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtem in A. Cluentium conſtituere: is hunc ſuo teſtimonio ſubleuat. quod recita. Tu autem niſi moleſtum eſt, paulisper exſurge, & perfer hunc dolorem commemorationis neceſſariæ, in qua ego diutius non morabor, quoniã, quod fuit viri optimi, feciſti, [k] vt ne cui innocenti mæror tuus calamitatem, & falſum crimẽ [l] afferret. TESTIMONIVM BALBVTII PATRIS.

169 ‖ Vnum etiã mihi reliquum eiuſmodi crimẽ eſt, iudices, ex quo illud perſpicere poſſitis, quod à initio orationis meæ dictum eſt: quidquid mali [m] per hos annos A. Cluentius viderit, quidquid hoc tempore habeat ſollicitudinis, [n] ac negotij, id omne à matre eſſe conflatum. Oppianicũ veneno necatum eſſe, quod ei datum ſit in pane per M. Aſellium quendam, [o] familiarem ipſius: idque Habiti cõſilio factum eſſe, dicitis. In quo primum illud quæro, quæ cauſa Habito fuerit, cur interficere Oppianicũ vellet. Inimicitias enim inter ipſos fuiſſe confiteor: ſed homines inimicos ſuos morte affici volunt, vel quod metuunt, vel quod oderunt.

170 ‖ Quò tandem igitur Habitus metu adductus, tantũ in ſe facinus ſuſcipere conatus eſt? quid erat [p] quod iam Oppianicum pœna affectum pro maleficiis eiectum è ciuitate quiſquam timeret? quid metuebat? [58] [q] vt opppugnaretur à perdito, an ne accuſaretur à condemnato, an ne exſulis teſtimonio læderetur? Sin autem, [r] quòd oderat, Habitus idcirco illum vita frui noluit: adeóne erat ſtultus, vt illam quàm tum ille viuebat, vitã eſſe arbitraretur,

[i] L. dies aliquot ægr.

[k] L. vti ne cui.

[l] L. offerret.

[m] L. per hoſce annos.

[n] L. & negotij,

[o] L., familiarẽ illius.

[p] L. quòd Oppianicũ iam pœna aff.

[q] L. ne oppugnarentur à perd.

[r] L. quòd oderat Auitus inimicũ idcirco ill.

tur damnati, exſulis, deſerti ab omnibus? quem propter animi importunitatem, nemo recipere tecto,[59] *nemo adire, nemo alloqui, [s] nemo reſpicere vellet? huius igitur vitæ Habitus inuidebat? || hunc ſi acerbè, & penitus oderat, [60] non eum quã diutiſſimè viuere velle debebat? huic mortem maturabat inimicus, quod illi vnum in malis perfugium erat calamitatis? qui ſi quid animi, ac virtutis habuiſſet (vt multi ſæpe fortes viri in eiuſmodi dolore) mortem ſibi ipſe [t] cõſciſſet: huic quamobrem id vellet inimicus offerre quod ipſe ſibi optare deberet? Nam nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit? niſi fortè ineptiis, *ac fabulis ducimur, vt exiſtimemus, illum apud inferos impiorũ ſupplicia perferre, ac plureis illic offendiſſe inimicos, quàm hic reliquiſſe: à ſocrus, ab vxorum, à fratris, à liberûm pœnis actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedẽ, atque regionem, quæ ſi falſa ſũt, id, quod omnes intelligunt, quid ei tandẽ aliud mors eripuit, præter ſenſum doloris? || Age verò, 171

venenum per quem datum? per M. Aſellium. [u] Quid | huic cum Habito? nihil. atque adeò, quod ille Oppianico familiariſsimè eſt vſus, potiùs etiam contra ſimultas. Eine igitur, quem ſibi offenſiorem, Oppianico familiariſſimum ſciebat eſſe potiſsimũ, & ſuum ſcelus, & illius periculũ committebat? cur deinde tu, qui pietate ad accuſandum excitatus es, hunc Aſellium eſſe inultum tamdiu ſinis? cur nõ Habiti exemplo vſus es, vt per illum, qui attuliſſet venenum, de hoc præiudicaretur? || Iam verò illud quàm non probabile, quàm inuſitatũ, iudices, quàm nouum, in pane datum venenum? Faciliùſne potuit, quàm in poculo? [61] * latentiùs potuit, abditũ aliqua in parte panis, quàm ſi totum colliquefactum in potione eſſet? [62] * celeriùs potuit, comeſum, [x] quàm epotum in venas, atque [y] in omneis parteis 172 173

* al:nemo audire.
s L. nemo adſpicere.
t L.conciſſet.
* Irridet inferiorum ſupplicia.
v for. Quid huic rei cũ Auito?
* al.latius petiuit,
* Vide Priſ. li.10.
x L.quàm potum.
y v.c.in omnis.

parteis corporis permanere? faciliùs [z] fallere in pane, ſi eſſet animaduerſum, quàm in poculo, cùm ita confuſum eſſet, vt ſe cerni nullo modo
174 poſſet? || At repentina morte periit. [a] Quod ſi eſſet ita auctum: tamen ea res, propter multorum eiuſmodi mortem, ſatis firmam veneni ſuſpicionem non haberet, ſi eſſet ſuſpicioſum: tamen ad alios potiùs, quàm ad Habitum pertineret. Verùm in eo ipſo homines impudentiſſimè mentiuntur. Id vt intelligatis: & mortē eius, &, quēadmodum poſt mortem, in Habitum ſit crimen
175 à matre quæſitum, cognoſcite. || Cùm vagus, & exſul erraret, atque vndique excluſus Oppianicus, in Falernum ſe [63] ad C. *Quinctilium contuliſſet: ibi primùm in morbum incidit, [b] ac ſatis vehemēter, diúq; ægrotauit. Cùm eſſet vnà Saſſia, & Statio Albio quodā, colono, homine valente, qui ſimul eſſe ſolebat, familiariùs vteretur, quàm vir diſſolutiſſimus, incolumi fortuna, pati poſſet: & ius illud matrimonij caſtum atq; legitimum, damnatione viri ſublatum arbitraretur: Nicoſtratus, quidam fidelis Oppianici ſeruulus, percurioſus, & minimè mēdax, multa dicitur renūtiare domino ſolitus eſſe. Interea Oppianicus cùm iam cōualeſceret, neque in Falerno improbitatem coloni diutiùs ferre poſſet, & huc ad vrbem profectus eſſet (ſolebat enim extra portam aliquid habere conducti) [c] cecidiſſe ex quo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendiſſe vehemēter, &, poſteaquàm ad vrbem cùm febri venerit, paucis diebus eſſe mortuus. Mortis ratio, iudices eiuſmodi eſt, vt aut nihil habeat ſuſpicionis, aut, ſi quid habet, [64] id *intra parietes in domeſtico ſcelere verſetur.
176 || Poſt mortem eius Saſſia ſtatim moliri nefaria mulier cœpit inſidias filio: quæſtionem habere de viri morte conſtituit. emit de A. Rupilio, quo erat vſus Oppianicus medico, Stratonem quendam, quaſi vt idem faceret, quod Habitus in emen

z λαθεῖν.

a al. Hoc ſi eſſet f.

* L. Quinctium

b al. ac ſanè vehem.

c L. dicitur ex equo decidiſſe, & homo

* al. parietes in domeſtico ſcelere verſetur, vel parietes verſetur.

Digitized by Google

emendo Diogene fecerat. De hoc Stratone, & de aſſecla quodam ſeruo ſuo[d] quęſiturã eſſe dixit. præterea ſeruum illum Nicoſtratũ, quem nimiùm loquacem fuiſſe, ac nimiùm domino fidelem arbitrabatur, ab hoc adoleſcente Oppianico in quæſtionem poſtulauit. Hic cùm eſſet illo tempore puer, & illa quęſtio de patris ſui morte cõſtitui diceretur: etſi illum ſeruum, & ſibi[e] beneuolum eſſe, & patri fuiſſe arbitrabatur: nihil tamen eſt auſus recuſare. Aduocantur amici, & hoſpites Oppianici, & ipſius mulieris multi homines honeſti, atq; omnibus rebus ornati. tormentis omnibus vehemẽtiſſimis quæritur. Cùm eſſent animi ſeruorum, & ſpe, & metu tentati, vt aliquid in queſtione dicerent: tamen (vt arbitror) auctoritate aduocatorum, & vi tormentorum adducti in veritate manſerunt, neque ſe quidquam ſcire dixerunt. || Quæſtio illo die de 177
amicorum ſententia dimiſſa eſt. Satis longo interuallo poſt iterum aduocãtur. habetur de integro quæſtio: nulla vis tormentorum acerrimorum prætermittitur: auerſari aduocati, & iam vix ferre poſſe: furere crudelis, atq: importuna mulier, ſibi nequaquã vt ſperaſſet, ea, quæ cogitaſſet, procedere. Cùm iam tortor, atque eſſent tormenta ipſa defeſſa, neque tamen illa finem facere vellet: quidam ex aduocatis, homo & honoribus populi ornatus, & ſumma virtute præditus, intelligere ſe dixit, non id agi, vt verum inueniretur: ſed vt aliquid falſi dicere cogerentur. Hoc poſtquàm ceteri comprobarunt[f] ex omnium ſententia conſtitutum eſt, ſatis videri eſſe quæſitum. || Redditur Oppianico Ni- 178
coſtratus: Larinum ipſa proficiſcitur cum ſuis, mærens, quòd iam certè incolumem filium fore putabat, ad quem non modò verum crimen, ſed ne ficta quidem ſuſpicio perueniret: & cui non modò aperta inimicorum oppugnatio, ſed ne occultæ quidem matris inſidiæ nocere potuiſſent.

d L. quæſitura ſe eſſe dixit.

e v.c. beniuolum eſſe,

f al de omnium ſententia.

Digitized by Google

tuiſſent, Larinum poſtquam venit: quæ à Stratone illo venenum antea viro ſuo datum, ſibi perſuaſum eſſe ſimulaſſet, inſtructam ei continuò, & ornatam Larini medicinæ exercendæ cauſa tabernam dedit. vnum, alterum, tertium annum Saſſia quieſcebat, vt velle, atque optare aliquid calamitatis filio potiùs, quàm id

179 ſtruere, & moliri videretur.|| Tum interim Hortenſio, Metello COSS. vt hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil eiuſmodi cogitantem, [g] ad hanc accuſationem detraheret, inuito deſpondit ei filiam ſuam, illam quam ex genero ſuſceperat, vt eum nuptiis alligatum, ſimul, & teſtamenti ſpe deuinctum, [h] poſſit habere in poteſtate. Hoc ipſo ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem huiuſmodi. Cùm eſſet in ædibus armarium, in quo ſciret eſſe nummorum aliquantum, & auri: noctu duos conſeruos dormienteis occidit, in piſcinamque deiecit: ipſe armarij fundum exſecuit, 65 [i] & ſeſtertiorum, & auri quinque pondo abſtulit, vno ex ſeruis puero non grandi

180 conſcio. || Furto poſtridie cognito, omnis ſuſpicio in eos ſeruos, qui non comparebant, cõmouebatur. Cùm exſectio illa fundi in armario animaduerteretur, quærebant homines, quónam modo fieri potuiſſet. Quidam ex amicis Saſſiæ recordatus eſt, ſe nuper in actione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam [k] ex omni parte dentium, & tortuoſam venire ſerrulam, qua illud potuiſſe ita circumſecari videretur. Ne multa: perquiritur à * coactoribus. inuenitur ea ſerrula ad Stratonem perueniſſe. Hoc initio ſuſpicionis orto, & apertè inſimulato Stratone, puer ille conſcius pertimuit: rem omnem dominæ indicauit: homines in piſcina inuẽti ſunt: Strato [l] in vincula coniectus eſt: atque etiam in taberna eius nummi, nequaquam omnes reperiuntur.

181 tur. || Conſtituitur quæſtio de furto. nam quid

quiſ

h L. ad hãc accuſationem attraheret,
h L. poſſet hab.

i L. & ſeſtertiûm * & auri q.

k al. ex omni parte dẽtatam, & tort. Pant. exteriore parte
*Coactores miniſtri argentariorũ in actionibus.
l al. in vincla

quiſquã ſuſpicari aliud poteſt? An hoc dicitis? armario expilato, pecunia ablata non omni recuperata, occiſis hominibus inſtitutã eſſe quæſtionem de morte Oppianici? cui probatis? quid eſt, quod minùs veriſimile proferre potuiſtis? Deinde, vt omittam cetera, triennio poſt mortẽ Oppianici de eius morte quærebatur? Atq; etiã incenſa odio priſtino, Nicoſtratum eundem illum tum ſine cauſa in quæſtionem poſtulauit. Oppianicus primò recuſauit.[m] poſteaquàm illa adducturam ſe filiam, mutaturam eſſe teſtamentum minaretur: mulieri crudeliſſimæ ſeruum fideliſſimum, non in quæſtionem tulit, ſed planè

m L. Poſtea, cùm illa abd.

ad ſupplicium dedit. || Poſt trienniũ igitur agi- 182
tata denique quæſtio de viri morte habebatur: [n] & de quibus ſeruis habebatur? Noua, credo, res obiecta, noui quidã homines in ſuſpicionẽ vocati ſunt. De Stratone, & de Nicoſtrato. Quid? Romæ quæſitum de iſtis hominibus non erat?

n L. At de quibus ſ.

66 *Itáne tandem? mulier iam non morbo, ſed ſcelere furioſa, cùm quæſtionẽ habuiſſet Romę, cùm de T. Annij, L. Rutilij,[o] P. Saturij, & ceterorum honeſtiſſimorum virorum ſententia cõſtitutum eſſet, ſatis quæſitum videri: eádem de re triennio pòſt, iiſdem de hominibus, nullo adhibito, non dicam viro, [p] ne colonum fortè adfuiſſe dicatis, ſed bono viro: in filij ca-

* al. Itaque tãdem mulier

o L. P. Satureij, ceterorum h.

p L. ne colonum fortè affuiſſe dicatis,

put quæſtionem habere conata eſt. || An hoc di- 183
citis? mihi enim venit in mentẽ, quid dici poſſit, tametſi adhuc non eſſet dictum: cùm haberetur de furto quæſtio: Stratonem aliquid de veneno eſſe cõfeſſum? Hoc vno modo, iudices, ſæpe multorum improbitate depreſſa veritas emergit, & innocẽtię defenſio intercluſa reſpirat: quòd aut ij, qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audẽt, quantũ excogitãt: [q] aut illi, quorum eminet audacia, atque proiecta eſt, à conſiliis malitiæ deſeruntur. quòd ſi aut cõfidens aſtutia, aut callida eſſet audacia, vix vllo obſiſti modo poſſet.

q L. aut ij, quorũ em.

vtrùm

Digitized by Google

Vtrùm furtum factum non eſt? At nihil clarius
Larini fuit. An ad Stratonem ſuſpicio non per-
tinuit? At is & ex ſerrula inſimulatus, & à pue-
ro conſcio eſt indicatus. An id actum non eſt
in quærendo? Quæ fuit alia igitur cauſa quærẽ-
di? an id quod dicendum vobis eſt, & quod tum
67 Saſſia* dictitabat, cùm de furto quæreretur, tũ * al. dictitant,
184 Strato iiſdem in tormẽtis dixit de veneno? || An
hoc illud eſt, quod antè dixi: mulier abundat
audacia: conſilio & ratione deficitur. nam ta-
bellæ quæſtionis plures proferuntur, quæ reci-
tatæ, vobiſque editæ ſunt, illæ ipſæ, quas tũ ob-
ſignatas [r] eſſe dixi: in quibus tabellis de furto r v. c. eſſe dixit:
litera nulla inuenitur. Non venit in mentem,
primam orationem Stratonis conſcribere de
furto, pòſt aliquid adiũgere dictum de veneno,
quod non percontatione quæſitum, ſed dolore
expreſſum videretur. Quæſtio de furto eſt, vene-
ni iam ſuſpicione, ſuperiore quæſtione, ſublata
quod ipſum hæc eadem mulier indicarat: quæ
vt Romæ de amicorum ſententia ſtatuerat ſatis
eſſe quæſitum, poſtea per triennium maximè ex
omnibus ſeruis Stratonem illum dilexerat, in
honore habuerat, commodis omnibus affece-
185 rat. || Cùm igitur de furto quæreretur, & eo fur-
to, quod ille ſine controuerſia fecerat: tum ille
de eo, quod querebatur, verbum nullum fecit?
de veneno ſtatim dixit? de furto, ſi non eo loco,
quo debuit, ne in extrema quidem, aut media,
aut in aliqua denique parte quæſtionis, verbum
fecit vllum? Iam videtis, illam nefariam mulie-
rem, iudices, eadem manu, qua, ſi detur poteſtas,
interficere filium cupiat, hanc fictam quæſtionẽ
cõſcripſiſſe. Atque iſtam ipſam quæſtionem, di-
cite, quis obſignauit? Vnũ aliquẽ nominate, ne-
minẽ reperietis, niſi fortè eiuſmodi hominem,
quẽ ego proferri malim, quã neminẽ nominari.
|| Quid ais, [s] T. Atti? tu periculũ capitis, tu indi- s L. T. Atti?
186 cium ſceleris, tu fortunas alterius literis con-

ſcriptas in iudicium[t] afferas: neque earũ auctorem literarum, neque* obſignatorem, neque teſtem vllum nominabis? &, quam tu peſtem innocentiſſimo filio ex matris ſinu depromſeris, hãc hi tales viri comprobabunt?[68] Eſto: in tabellis *nihil eſt auctoritatis: quid? ipſa quæſtio, iudicibus: quid? amicis, hoſpitibúſque Oppianici, quos adhibuerat antea: quid? huic tandem ipſi tempori, cur non reſeruata eſt? quid iſtis hominibus factum eſt, Stratone, & Nicoſtrato? || quæ- 187
ro abs te, Oppianice, ſeruo tuo Nicoſtrato quid factum eſſe dicas, quem tu, cũ hunc breui tempore accuſaturus eſſes, Romã deducere, [u] dare poteſtatem iudicandi, incolumem denique ſerſeruare quæſtioni, ſeruare his iudicibus, ſeruare huic tempori debuiſti. Nã Stratonẽ quidẽ, iudices, in crucem actũ eſſe exſecta ſcitote lingua: quod nemo eſt Larinatium, qui neſciat. Timuit mulier amens non ſuam conſcientiam, nõ odium municipum, non famam omnium: ſed, quaſi nõ omnes, eius ſceleris, teſtes eſſent futuri, ſic metuit, ne condemnaretur extrema ſeruuli 188
voce morientis. || Quod*hoc portentum, dij immortales? quod tantum monſtrum in vllis locis? quod tã infeſtũ ſcelus, & immane, aut vnde natum eſſe dicam[9]? Iã enim videtis profectò, iudices, nõ ſine neceſſariis me, ac maximis cauſis, principio orationis meæ de matre dixiſſe. nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. *Mitto illã primã libidinis iniuriam: mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulſã ex matrimonio filiam: quæ nondum ad huiuſce vitæ periculum, ſed ad commune familiæ dedecus pertinebant. nihil de altaris Oppianici nuptiis queror: quarũ illa cũ obſides filios ab eo mortuos accepiſſet, tũ deniq; in familiæ luctũ, atq; in priuignorũ funus nupſit.[y] Prætereo,[69] quòd Aurium Melinum, cuius illa quõdam

t L. afferes: * quæſtiones tormẽtis elicitas in tabellas referri, & ſignis eorũ qui interfuerant, obſignari mos fuit antiquis.

* al. nonnihil

v L. dare poteſtatem iudicandi,

x L. reſeruare huic temp.

*Peroratio.

*Enumeratio.

y L. Præter eo quòd, cũ A. Aurium Melinum, cuius illa quondam ſocrus, p. a. vx. fuiſſet, Oppia. eſſe ⁊ p.

dam ſocrus, paulò antè vxor fuiſſet, cùm Oppia-
nici eſſe opera proſcriptum, occiſúmq; cogno-
ſceret, eam ſibi domum, ſedémque coniugij de-
legit, in qua quotidie ſuperioris viri mortis in-
189 dicia, & ſpolia fortunarum videret.[70] ‖ [z] Illud
primũ queror, de illo ſcelere quod nunc deniq;
patefactum eſt, Fabriciani veneni : quod iam tũ
recẽs, ſuſpicioſum ceteris, huic incredibile, nũc
verò apertum iam omnibus, ac manifeſtũ vide-
tur. Non eſt profectò de illo veneno celata ma-
ter : nihil eſt ab Oppianico ſine conſilio mulie-
ris cogitatum : [a] quod niſi eſſet, certè poſtea,
deprehenſa re, non illa vt ab improbo viro di-
ſceſſiſſet : ſed vt à crudeliſſimo hoſte fugiſſet,
domúmque illam, in perpetuum, ſcelere omni
190 affluentem, reliquiſſet. ‖ * non modò id nõ fecit,
ſed ab illo tempore nullum locum prætermiſit,
in quo[b] non inſtrueret inſidias aliquas, ac dies
omneis, [c] ac nocteis tota mente mater de perni-
cie filij cogitaret. quæ primum, vt iſtum confir-
maret Oppianicum accuſatorem filio ſuo, [71]
[d] donis muliebrib. collocatione filiæ, ſpe here-
ditatis obſtrinxit. [e] Itaque apud ceteros, nouis
inter propinquos ſuſceptis inimicitiis, ſępe fieri
diuortia, [72] [f] atque affinitatum diſſidia vidimus:
hæc mulier ſatis firmum accuſatorem filio ſuo
fore neminem putauit, niſi qui in matrimonium
ſororem eius [g] antè duxiſſet. ceteri nouis affi-
nitatibus adducti, veteres inimicitias ſæpe de-
ponunt : illa ſibi ad confirmandas inimicitias,
affinitatis coniunctionem pignori fore putauit.
191 ‖ Neque in eo ſolùm diligens fuit, vt accuſa-
torem filio ſuo compararet: ſed etiã cogitauit,
quibus eum rebus armaret. hinc enim illæ * ſol-
licitudines ſeruorum & minis, & promiſſis: hinc
illæ infinitæ, crudeliſſimæque de morte Oppia-
nici quæſtiones : quibus finem aliquando non
muliebris modus, ſed amicorũ auctoritas fecit.
ab eodẽ ſcelere illæ triẽnio pòſt habitæ Larini

z L. Illud primùm queror, illud ſcelus quod
a L. quod ni eſſet:
* Amplificatio
b L. non inſtrueret filio inſidi. aliq.
c L. fort. & nocteis totas mater de pernic.
d L. donis, munerib. collocatione fil.
e L. Itaque quod apud cet.
f L. atque affinium diſcidia. vide mu. al. affinitatis diſſidia
g L. antea duxiſſ.
* L. ſollicitationes

quæſtiones:eiuſdem amentię falſę conſcriptio-
nes quæſtionũ : ex eodem furore etiam illa cõ-
ſcelerata exſectio linguæ: totius denique huius
ab illa eſt & inuenta, & adornata comparatio
criminis.‖ Atque his rebus cũ inſtructum accu- 192
ſatorem filio ſuo Romam ipſa miſiſſet : paulli-
ſper conquirendorum, & conducendorum te-
ſtium cauſa, Larini eſt commorata : poſtea au-
tem, cùm appropinquare[h] huius iudicium, ei
nuntiatum eſt, confeſtim huc aduolauit, ne aut
accuſatoribus diligentia,[i] aut pecunia teſtibus
deeſſet:aut ne fortè mater hoc ſibi optatiſſimũ
ſpectaculum huius ſordium,atque luctus,&tan-
ti ſqualoris amitteret. Iam verò quod iter Ro-
mam eius mulieris fuiſſe exiſtimatis? quod ego
propter vicinitatem Aquinatium,[k] & Venafra-
norum,ex multis audiui,& comperi : quos con-
curſus in his oppidis? quantos, & virorum, &
mulierum gemitus eſſe factos? mulierem quan-
dam Larino, atque illam vſque à mari ſupero
Romã profiſci, cũ magno comitatu,& pecunia,
quo faciliùs circũuenire iudicio capitis, atque
opprimere filium[l] poſſet.‖ Nemo erat illorũ,pę- 193
ne dicam, quin expiandũ illũ locũ eſſe arbitra-
retur,quacumque illa iter feciſſet : nemo, quin
terrã ipſam violari,quæ mater eſt[m] omniũ, ve-
ſtigiis conſceleratæ matris putaret. Itaque nul-
lo in oppido conſiſtendi poteſtas ei fuit : nemo
ex tot hoſpitib.inuentus eſt,qui non contagio-
nẽ adſpectus fugeret,nocti ſe potiùs, ac ſolitu-
dini,quàm vlli aut vrbi, aut hoſpiti committe-
bat.‖ Nunc verò quid agat,quid moliatur, quid 194
deniq; quotidie cogitet, quẽ ignorare noſtrûm
putat? quos appellarit,quibus pecuniã promiſe-
rit,quorũ fidẽ pretio labefactare conata ſit, te-
nemus.quin etiã nocturna ſacrificia, quæ putat
occultiora eſſe,ſceleratáſque eius preces.& ne-
faria vota cognouimus : quibus illa etiam deos
immortaleis de ſuo ſcelere teſtatur: neq; intel-

ligit,

h al. hoc iudicium,

i fort. aut teſtib. pecunia deeſſ.

k al. & Frabaterianorum,

l L. poſſet?

m al. omnium noſtrûm,

ligit,pietate, & religione,& iuſtis precib⁹,deorũ menteis,nõ contaminata ſuperſtitione, [n] neque ad ſcelus perficiendum cæſis hoſtiis poſſe placari.cuius ego furorem, atque crudelitatem deos immortaleis à ſuis aris, atque templis aſpernatos eſſe cõfido.

195 ||Vos,* iudices, quos huic A. Cluentio quoſdam alios deos ad omne vitæ tempus fortuna eſſe voluit, [o] huius importunitatẽ matris à filij capite depellite.multi ſæpe in iudicando, peccata liberûm, parentum miſericordiæ [p] conceſſerunt:vos,ne huius honeſtiſſimè actam vitam matris crudelitati condonatis, rogamus: præſertim cùm ex altera parte totum municipiũ videre poſſitis. Omneis, ſcitote, iudices(incredibile dictu eſt, ſed à me [q] veriſſimè dicetur)omneis Larinateis, qui valuerunt, veniſſe Romam,vt hunc ſtudio, frequentiáq; ſua, quantum poſſent,in tanto eius periculo ſubleuarent.Pueris illud, hoc tempore,& mulierib⁹, oppidũ ſcitote eſſe traditũ,idq; in præſentia, in cõmuni Italiæ pace, domeſticis copiis eſſe tutũ.quos tamẽ ipſos æquè,& eos, quos præſẽteis videtis,huius exſpectatio iudicij dies, nocteiſq; ſollicitat.

196 || Nõ illi vos de vnius municipiis fortunis arbitrantur,ſed de totius municipij ſtatu, dignitate,commodiſq; omnibus ſententias eſſe laturos.ſumma eſt enim,iudices,hominis in cõmunẽ municipij rem diligentia,in ſingulos municipes benignitas, in omneis homines iuſtitia, & fides.preterea nobilitatem illã inter ſuos,locúmque à maioribus traditum,ſic tuetur,vt maiorũ grauitatẽ,conſtantiam,gratiã, liberalitatẽ aſſequatur. Itaq; iis eũ verbis publicè laudant, vt nõ ſolùm teſtimoniũ ſuum, iudiciúmque ſignificent,verùm etiam curam animi,ac dolorẽ, quæ dũ laudatio recitatur,vos,quæſo, qui eam, detuliſtis, [r] aſſurgite.

197 ||Ex lacrymis horum, iudices,exiſtimare poteſtis,omneis hæc decuriones decreuiſſe lacrymanteis. Agè verò, vicinorum,

n quidam libr.vet.neque cæſis ad ſcel. perf.hoſtiis

* Monet affectus à perſona Larinatium.

o al. huius matris importunitatem

p al. condonarant:

q L. veriſſimè dici

r L.aſſurgite.

LAVDATIO CLVENTII, EX DECVRIONVM LARINATIVM DECRETO.

Ex lacr.

Digitized by Google

quantũ ſtudium, quàm incredibilis beniuolẽtia, quanta cura eſt? nõ in libellis laudationũ decreta miſerũt, ſed homines honeſtiſſimos, quos noſſemus omnes, huc frequẽtes adeſſe, & hũc præſenteis laudare voluerũt. Adſũt Ferentani, homines nobiliſſimi,[s] Marrucini item: pari dignitate Theano Apulo, atque Luceria equites Romanos, honeſtiſſimos homines laudatores videtis: Bouiano, totóque ex Samnio cùm laudationes honeſtiſſimæ miſſæ ſunt, tum homines ampliſſimi nobiliſſimíque venerũt. ‖ Iã qui in agro 198
[t] Larinati prędia, qui negotia,[u] qui res pecuniarias habent, honeſti homines, & ſummo ſplendore prędití, difficile dictu eſt, quã ſint ſolliciti, quã laborent. Non multi mihi ab vno ſic diligi videntur, vt hic ab his vniuerſis. Quã non abeſſe [x] ab huius iudicio* L. Voluſienũ, ſummo ſplẽdore hominẽ, ac virtute prędítũ, vellem?[y] præſentẽ poſſem P. Heluidium Rufũ, equitem R. omnium ornatiſſimũ,[z] nominare: qui, cùm, huius cauſa, dies, noctéiſque vigilaret, & cùm me hãc cauſã doceret: in morbũ grauem, periculoſúmq; incidit: in quo tãmen non minùs de capite huius, [a] quã de ſua vita laborabat. Cn. Tucidi ſenatoris viri optimi, & honeſtiſſimi, par ſtudiũ & teſtimonio, & laudatione cognoſcetis. Eadẽ ſpe, ſed maiore verecũdia, de te, P. Volumni: quoniã iudex es in A. Cluentium, dicimus. Et, ne longũ ſit, omniũ vicinorũ ſummam eſſe in hunc [b] beneuolentiam, cõfirmamus. ‖ Horũ omniũ ſtudium, 199
curam, diligentiam, meúmque vnà laborem, qui totam hanc cauſam, vetere inſtituto, ſolus peroraui, veſtrámque ſimul, iudices, æquitatem, & manſuetudinem vna mater oppugnat. At quæ mater? quam cæcam crudelitate, & ſcelere ferri videtis: cuius cupiditatem nulla vmquam turpitudo retardauit: quæ vitiis animi in deterrimas parteis iura hominum conuertit omnia: cuius ea ſtultitia eſt, vt eum nemo hominem: ea vis, vt nemo fœminam: ea crudelitas, vt nemo

s L. Marrucini item pari dignitate: Theano Apulo, atque Luceria equites Romanos, hom. honeſtiſſ.
t L. Larinate
v L. qui res pecuarias hab.
x L. ab hoc iudicio
* al. Voluſenum,
y L. quàm vellem præſentem poſſe P. Heluid.
z L. nominare?
a L. quàm de ſua vita laborat.
b L. beniuolentiam.

Digitized by Google

matrem appellare poſſit, atque etiam nomina
neceſſitudinum, non ſolùm naturæ nomen, &
iura mutauit: vxor generi nouerca filij, filiæ
pellex: eò iam denique adducta eſt, vt ſibi,
præter formam, nihil ad ſimilitudinem homi-
100 nis reſeruarit.|| Quare, iudices, ſi ſcelus audiſtis:
prohibete aditum matris à filij ſanguine: date
parenti hunc incredibilem dolorem ex ſalute,
ex victoria liberum: [c] patiamini, matrem, ne c L. patimi
orbata filio lætetur, victam potiùs veſtra æqui- ni, matrē,
tate diſcedere. Sin autem, id quod veſtra natu-
ra poſtulat, pudorem, bonitatem, virtutemque
diligitis: leuate hunc aliquando ſupplicem, ve-
ſtrum, iudices, tot annos in falſa inuidia, pericu-
liſque verſatum: qui nunc primùm poſt illam
flammam, aliorum facto, & cupiditate excita-
tam: ſpe veſtræ æquitatis erigere animum, &
paulùm reſpirare à metu cœpit: cui poſita ſunt
in vobis omnia: quem ſeruatum eſſe plurimi
101 cupiunt, ſeruare ſoli vos poteſtis. || Orat vos
Habitus, iudices, & flens obſecrat, ne ſe inuidię,
quæ in iudiciis valere non debet, ne matri, cu-
ius vota, & preces à veſtris mentibus repudiare
debetis: ne Oppianico, homini nefario, condē-
nato iam, & mortuo, condonetis. Quòd ſi qua ca
lamitas hunc in hoc iudicio affixerit innocen-
tem: [d] næ iſte miſer, iudices, ſi id quod difficile d v.c. ne
factu eſt, in vita remanebit, ſæpe, & multū que- iſte.
retur, deprehenſum eſſe illud quondam Fabri-
cianum venenum. quod ſi tū indicatum non eſ-
ſet: non huic ærumnoſiſſimo venenū illud fuiſ-
ſet: ſed multorum medicamentum laborum: po-
ſtremò etiam fortaſſis mater exſequias illius fu-
neris proſequuta, mortem ſe filij lugere ſimulaſ
ſet. nunc verò [e] quid erit perfectum, niſi vt huius e L. quid e-
ex mediis mortis inſidiis vita ad luctum reſer- rit profe-
uata, mors ſepulchro patris priuata eſſe videa- ctum,
102 tur? || Satis diu fuit in miſeriis, iudices: ſatis mul-
tos annos ex inuidia laborauit. nemo tā iniqu9,

præter parentem, fuit, cuius animum non iã expletum eſſe putemus. vos, qui eſtis omnibus, qui vt quiſque crudeliſſimè oppugnatur, eum leniſſimè ſubleuatis, conſeruate A. Cluentium: reſtituite incolumem municipio: amicis, vicinis, hoſpitibus, quorum ſtudia videtis, reddite: vobis in perpetuum, liberiſque veſtris obſtringite. veſtrum eſt hoc, iudices, veſtræ dignitatis, veſtræ clementiæ: rectè hoc repetitur à vobis, vt virum optimum atque innocentiſſimum, plurimiſque mortalibus[f] carum, atque iucundiſſimum, his aliquando calamitatibus liberetis: vt omnes intelligant, in contionibus eſſe inuidiæ locum, in iudiciis veritati.

f L. cariſſimum, atq;.

DE LEGE * AGRARIA, KALENDIS IANVAR. CONTRA P. Seruilium Rullum tribunum pl. in ſenatu.

* Agell. l. 13 c. 23. Oratio de lege Agraria Kal. Ian. contra P. Rullum.

ORATIO XV.

Pub. Seruilius Rullus trib. pl. vel ſuo, vel eorum conſilio qui ſibi plus potentiæ quàm libera ciuitas ferret, querentes, exitioſa nouarum legum liberalitate populi gratiam aucupabantur, legem Agrariam ante Kal. Ian. tulerat. De Decemuiris creandis ad omnes agros publicos (quibuſdam exceptis) vel qui extra Italiam, vel in Italia eſſent, partim vẽdendos impoſito vectigali, partim colonis diuidendos, partim priuatorum, quoſdam emendos. Hanc legem Cicero Conſul primo magiſtratus die, id eſt, Kal. Ianuarij in Senatu ipſo præſente Rullo aliiſq; tribunis plebis diſſuaſit, legis varia capita hac & ſequenti oratione tractantur. Euentus lex Bulli antiquata non ſuffragiis aut interceßione tribunorum plebis impeditus, verùm eam Rullus cognita populi voluntate ferre non eſt auſus. Plin. l. 7 c. 10.

De

Deſunt*permulta.

1 * Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. dicent, enim decemuiri, id quod & dicitur à multis, & ſæpe dictum eſt, poſt eoſdem conſules, regi * Alexandrini teſtamento, regnum illud, populi R. eſſe factum: habetis igitur Alexandriam clàm petentibus iis, quibus apertiſſimè pugnantib. reſtitiſtis? Hæc, per deos immortaleis, vtrùm eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia: & vtrùm cogitata ſapientum, an optata furioſorum vi-
2 dentur? || Videte nunc, proximo capite vt impurus helluo turbet rempublicam, vt à maioribus noſtris[a] poſſeſſiones relictas diſperdat, & diſſipet, vt ſit non minùs in populi R. patrimonio *nepos, quàm in ſuo. Proſcribit in ſua lege vectigalia, quæ decemuiri vendant, hoc eſt, proſcribit auctionem publicorum bonorum. agros emi vult, qui diuidantur: quærit pecuniã, videlicet excogitabit aliquid, atque afferet. nã ſuperiorib. capitibus dignitas populi Romani violabatur: nomen imperij in commune odium orbis terræ vocabatur: vrbes pacatę, agri ſociorũ, [b] regũ ſtatus decemuiris donabantur: nunc præſens
3 certa pecunia numerata, quæritur. || Exſpecto, quid tribunus plebis vigilãs, & acutus excogitet. Veneat, inquit, ſilua Scantia. Vtrùm tandem hãc ſiluã in relictis poſſeſſionib⁹, an in cenſorũ paſcuis inueniſti? ſi quid eſt, quod indagaris, inueneris, ex tenebris erueris, quãquam iniquum eſt, tamen conſume, quoniã cõmodũ eſt, quoniam quidẽ tu attuliſti. ſiluam verò tu Scantiam vendas, nobis cõſulibus, atq; hoc ſenatu? tu vllũ vectigal attingas? tu populi Romani [c] ſubſidia belli, tu ornamenta pacis eripias? Tum verò hoc me inertiorem conſulem iudicabo, quàm illos fortiſſimos viros, qui apud maiores noſtros fuerunt: quòd, quæ vectigalia, illis conſulibus,

* præſertim pars Illa quæ ad decemuiros creandos pertinet.

* DE VENDITIONE vectigaliũ

* Ptolemęi.

a al. relictas poſſeſſiones diſperd.

* decoctor.

b I. regum ſtatus decẽuiris condonabantur:

* huius ſiluæ meminit Cicero 2. de Or. & de Clar.

c al. ſubſidia belli, ornamenta pac.

Digitized by Google

populo Romano parta ſunt, ea, me conſule, ne
retineri quidem potuiſſe iudicabuntur. || Vendit 4
Italiæ[d] poſſeſſiones ex ordine omneis. ſanè eſt
in eo diligens. nullã enim prætermittit. perſe-
quitur in tabulis cenſoriis totam Siciliam: nullũ
ædificium, nullos agros relinquit. Audiſtis au-
ctionem populi Romani proſcriptam à tribuno
plebis, conſtitutam in menſem Ianuarium: &,
credo, non dubitatis, quin idcircò hæc, ærarij
cauſa, non venderint ij, qui armis, & virtute pe-
pererunt, vt eſſet, quod nos, largitionis cauſa,
venderemus. || Videte nunc, [2] [e] quoad fecerit 5
iter apertius, quàm antea. nam ſuperiore parte
legis quemadmodum Pompeium oppugnarent,
à me indicati ſunt: nunc iam ſe ipſi indicabunt.
Iubent venirent [3] agros * Attalenſium, atque
Olympenorum.[f] hos populo Romano Seruilij,
fortiſſimi viri, victoria adiunxit. deinde agros in
Macedonia regios, qui partim[g] T. Flaminij, par-
tim L. Paulli, qui Perſem vicit, virtute parti ſũt:
deinde agrum[h] optimum, & fructuoſiſſimũ Co-
rinthium, qui L. Mummij imperio, ac felicitate
ad vectigalia populi R. adiunctus eſt: pòſt autẽ
agros in Hiſpania apud Karthaginem nouam,
duorum Scipionum eximia virtute poſſeſſos: tũ
verò ipſam veterem Karthaginem vendunt, quã
P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus, ſiue
ad notandam Karthaginienſium calamitatem,
ſiue ad teſtificandam noſtram victoriam, ſiue ad
oblatam aliquam regionem, ad æternam homi-
num memoriam conſecrauit. || His inſignibus, 6
atque inſulis imperij venditis, quibus ornatam
[i] vobis maiores veſtri rempublicam tradiderũt.
iubent eos agros venire, quos rex Mithridates
in Paphlagonia, Ponto, Cappadociaq; poſſede-
rit. Num obſcurè videntur propè haſta præco-
nis inſectari Cn. Pompeij exercitum, qui venire
iubeant eos ipſos agros, in quibus ille etiam
nunc bellum gerat, atque verſetur? || Hoc verò 7

d al. poſſeſſiones ordine omnes

e L. quò affectari iter apertius, al. quo affectarint

* a l. Atalẽſium, al. Attalenſium,

f for. quos pop.

g L. T. Flaminini,

h for. optimum,

i al. nobis maiores &c.

cu

cuiuſmodi eſt, quod eius auctionis, quã conſtituunt, locum ſibi nullum definiunt? nam decẽuiris, quibus in locis ipſis videatur, vẽdendi poteſtas lege permittitur. Cẽſoribus vectigalia locare, niſi in conſpectu populi Romani nõ licet. his vendere vel in vltimis terris licebit? At hoc etiam nequiſſimi homines, conſumtis patrimoniis, faciunt, vt in atriis auctionariis potiùs, quã in triuiis, aut in compitis auctionentur. hic permittit ſua lege decemuiris, vt, in quibus commodum ſit tenebris, vt in qua velint ſolitudine,
8 bona populi Ro. poſſint diuendere. || Iam illa omnibus in prouinciis, regnis, liberis populis quã acerba, quàm formidoloſa, quàm quæſtuoſa concurſatio decemuiralis futura ſit, non videtis? hereditatum obeundarum cauſa, quibus vos [k] legationes dediſtis, qui & priuati, & priuatum ad negotium exierunt, non maximis opibus, neque ſumma auctoritate præditi, tamen auditis profectò, quàm graues eorũ aduentus ſociis veſtris eſſe ſoleãt. ||
9 Quamobrem quid putatis impendêre hac lege omnibus gentibus terroris & mali, cùm mittantur in orbem terrarum decemuiri ſummo cum imperio, ſumma cũ auaritia, infinitáque omnium rerum cupiditate? quorum cùm aduẽtus graues, cùm faſces formidoloſi, tum verò iudicium, ac poteſtas erit non ferenda. licebit enim, quod videbitur, publicum iudicare: quod iudicarint, vendere. etiam illud, quod homines ſancti non facient, vt pecuniam accipiant, ne vendant: [l] tamen iis id ipſum per legem licebit. vos quas ſpoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore
10 putatis? || Etenim quod ſuperiore parte legi præfinitum fuit, Sylla, & Pompeio conſulibus, id rurſus liberum, infinitúmque fecerunt. Iubet eoſdem decemuiros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, vt iidem poſ

k for. legationes liberas dediſt.

l li. vulg. tamen id iis ipſum

Digitized by Google

poſſint & liberare agros, quos commodum ſit,
&,quos ipſis libeat, publicare. Quo in iudicio
perſpici non poteſt, vtrùm ſeueritas, acerbior,
an benignitas,quæſtuoſior ſit futura. Sunt tamẽ
* al. exemptiones.
in tota lege*exceptiones duæ,non tam iniquæ,
quàm ſuſpicioſæ.excipit in vectigali imponendo,agrum Recentoricum Sicilienſem: [4] in vendendis agris,[m] eos agros, de quibus cautum ſit
m for. eos agros,quibus cautũ ſit fœdere.
fœdere. Hi ſunt in Africa, qui ab Hiẽpſale poſſidentur.|| Hic quæro, ſi Hiempſali ſatis eſt cau- 11
tum fœdere,& Recentoricus ager, priuatus eſt:
quid attinuerit excipi. ſin & fœdus illud habet
aliquã dubitationem, & ager Recentoricus dicitur nonnunquã eſſe publicus:quem putet exiſtimaturum,[5]duas cauſas in orbe terrarum [n] repertas,quibus gratis parceret.[6]Nunc * quíſnam
n for. repertas, quare his agris gratis
* al. Nam quíſnam
tam abſtruſus vſquam nummus videtur, quẽ nõ
architecti huiuſce legis olfecerint? prouincias,
ciuitates liberas,ſocios, amicos, reges denique
exhauriũt:admouent manus vectigalibus populi Romani.nõ eſt ſatis.|| Audite vos,qui ampliſ- 12
ſimo populi, ſenatúſque iudicio exercitus habuiſti,&bella geſſiſtis.quod ad quemque peruenit,peruenerit,[7] ex præda,*ex manubiis,ex auro
* vide Gel. l.13.c.23.
coronario, quod neque conſumptum in monumento, neque in ærarium relatum ſit, id ad decemuiros referri iubet. Hoc capite multa ſperant:[o]in omneis imperatores, heredéſque eorũ
o v. c. in omnis.
quæſtionem ſuo iudicio comparant: ſed maximam pecuniam ſe à Fauſto ablaturos arbitrantur. quam cauſam ſuſcipere iurati iudices noluerunt, hanc iſti decemuiri ſuſcepere.. idcirco
à iudicibus fortaſſe prætermiſſam eſſe arbitrantur,quod ſit ipſis reſeruata.|| Deinde etiã in reli- 13
quũ tempus diligentiſſimè ſancit,vt,quod quiſque imperator habeat pecuniæ, protinus ad decemuiros deferat. Hîc tamen excipit Pompeiũ,
* lex generalis à qua excipitur ſinus Glaucippus.
ſimillimè,vt mihi videtur, atque in * illa lege,
qua perigrini Roma eiiciuntur, Glaucippus
exci

excipitur. non enim hac exceptione vnius afficitur beneficio,[8] ſed vnus[p] priuatur iniuria. Sed cui manubias remittit, huius vectigalia inuadit. iubet enim, pecuniam ſiqua poſt nos conſules[9] [q] ex nobis vectigalibus recipiatur, hac vti decẽuiros. Quaſi vero non intelligamus, hæc eos vectigalia, quæ Cn. Pompeius adiunxerit, vendere cogitare.

p L. prohibetur iniuria.

q L. ex nouis vectigalibus, reficiatur, hac vti dec. al. ex nouis vectig. redigatur, &c.

* DE EMTIONE Agrorum.

14 ‖* Videtis iam P.C.[10] [r] omnibus rebus, & modis conſtructam, & coaceruatam pecuniam decemuiralem. Minuetur huius pecuniæ inuidia. conſumetur enim in agrorum emtionibus. Optime. Quis ergo emet agros iſtos? iidem decemuiri: tu Rulle (miſſos enim facio ceteros) emes, quos voles: vendes, quos voles: vtrumque horum facies, quanti voles. Cauet enim vir optimus, ne emat, ab inuito. Quaſi verò non intelligamus, ab inuito emere, iniurioſum eſſe: ab non inuito, quæſtuoſum. Quantum tibi agri vẽdet, vt alios omittam, ſocer tuus?[s] &, ſi ego eius æquitatem animi probè noui, vendet non inuitus. Facient idem ceteri libenter, vt poſſeſſionis inuidiam pecunia commutent: accipiant, quod cupiunt: dent, quod retinere vix poſſunt.

r L. omnibus rationibus, & modis c.

s L. Etenim, ſi ego eius

15 ‖ Nunc proſpicite omnium rerum infinitam, atque intolerandam licentiam. Pecunia coacta eſt ad agros emendos: ij porrò ab inuitis non ementur. Si conſenſerint poſſeſſores nõ vendere, quid futurum eſt? referetur pecunia? nõ licet. exigetur? vetat.* Verũ eſto: nihil eſt, quod non emi poſſit, ſi tantum des, quantum velit venditor. Spoliemꝰ orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium, vt, locupletatis aut inuidiæ, aut peſtilentiæ poſſeſſoribus, agri tamen emantur.

* DE DEDVCTIONE coloniarum.

16 ‖[t] Quid tum? quæ erit in iſtos agros deductio? quæ totius rei ratio, atque deſcriptio? Deducentur, inquit [11]coloniæ.[11] Quò? quorum hominum? in quæ loca? quis enim non videt, in coloniis eſſe hęc omnia conſideranda? Tibi nos, Rulle, & iſtis tuis, harum omnium rerum machi-

t L. Quid tum? quærit in iſt.

v L. Quot? quorum hom.

nato

natoribus,totam Iliam inermem tradituros exi-
ſtimaſti,quam præſidiis confirmaretis? coloniis
occuparetis ? omnibus vinclis deuinctam , &
conſtrictam teneretis ? Vbi enim cauetur, ne in
Ianiculo coloniam conſtituatis? ne vrbem hanc
vrbe alia premere , atque vrgere poſſitis ? Non
faciemus,inquit. Primùm neſcio:deinde timeo:
poſtremò non committam , vt veſtro beneficio
potiùs,quàm noſtro conſilio ſalui eſſe poſſimus.
x L. veſtris coloniis ||Quod verò totam [x] veſtris colonis complere 17
voluiſtis , id cuiuſmodi eſſet , neminémne no-
ſtrûm intellecturum exiſtimatis.Scriptum eſt e-
nim,quæ in municipia, quáſque in colonias de-
cemuiri velint, deducant colonos, quos velint:
& iis agros aſſignent , quibus in locis velint:vt,
cùm totam Italiam militibus ſuis occuparint,
vobis non modò dignitatis retinendæ , ſed ne
libertatis quidem recuperandæ ſpes relinqua-
tur.Atq; hæc à me ſuſpicionibus , & coniectura
coarguuntur. || Iam omnis omnium tolleretur 18
error:iā apertè oſtendent,ſibi nomē huius reip.
ſedem vrbis,atq; imperij:denique hoc templum
y v.c. Iouis opt. max. [y]Iouis optimi maximi,atque hanc arcem omniū
gentium diſplicere. Capuam deduci colonos
volunt.illam vrbem huic vrbi rurſus opponere,
illuc opes ſuas deferre,& imperij nomen trans-
ferre cogitant. qui locus propter vbertatem a-
grorū abundantiámq; rerū omnium ſuperbiam ,
& crudelitatem genuiſſe dicitur : ibi noſtri co-
z fort. dilecti ad loni, [z] delecti ad omne facinus, à decēuiris col-
locabuntur. Et,credo, qua in vrbe homines , in
veteri dignitate fortunáque nati , copiam rerū
moderatè ferre non poterunt,in ea iſti veſtri ſa-
tellites, modeſtè inſolentiā ſuam continebunt.
a τὸ κενὸν, ||Maiores noſtri Capua magiſtratus,ſenatū, [a] cō- 19
ſiliū cōmune,omnia denique inſignia reip.ſuſtu
lerunt, neq; aliud quidquam , niſi inane nomen
Capuæ reliquerunt.non crudelitate (quid enim
illis fuit clementiùs; qui etiam externis hoſtib.
victis

victis ſua ſæpiſſime reddiderunt : (ſed conſilio:
quòd videbāt,ſi quod reip.veſtigiū illis mœnib.
contineretur,vrbem ipſam imperio domicilium
præbere poſſe. Vos hæc[b] niſi euertere remp. cu-
peretis,ac vobis nouam dominationem compa-
rare,credo,quàm pernicioſa eſſent, non videre-
20 tis.[12] || Quid[*] enim cauendum eſt in coloniis de-
ducendis,ſi luxuries[c] Annibalem ipſum Capua
corrupit? ſi ſuperbia nata inibi eſſe ex Campa-
norum ſtudio videtur? ſi præſidium nō præponi
tur huic vrbi, iſta colonia, ſed opponitur? At
quemadmodum armatur? dij immortaleis! nam
bello Punico,quidquid potuit Capua,potuit i-
pſa per ſeſe.nunc omneis vrbes,quæ circum Ca-
puam ſunt, [d] à colonis per eoſdem decemuiros
occupabuntur. hanc enim ob cauſam permittit
ipſa lex,in omnia, quæ velint, oppida, colonos
vt decemuiri deducant,quos velint. Atque his
colonis agrū Campanū, & Stellatem campū di-
21 uidi iubet. || Non queror[e] diminutionē vectiga-
lium,non flagitiū huius iacturæ atq; damni:prę-
termitto illa,quæ nemo eſt, quin grauiſſimè, &
veriſſimè conqueri poſſit,nos caput patrimonij
publici, pulcherrimam populi R. poſſeſſionem,
ſubſidiū annonæ,horreum belli,ſub ſigno,clau-
ſtriſq; reip.poſitū vectigal,ſeruare non potuiſſe:
eū deniq; nos agrum P.Rullo cōceſſiſſe,qui ager
ipſe per ſeſe & Syllanæ dominationi, & Grac-
chorū largitioni reſtitiſſet. [f] non dico,ſolū hoc
in rep.vectigal eſſe,quod amiſſis aliis,remaneat,
intermiſſis,nō cōquieſcat:in pace niteat,in bel-
lo nō obſoleſcat : militē ſuſtentet, hoſtem non
pertimeſcat: prætermitto omnē hanc orationē,
& contioni reſeruo : de periculo ſalutis, ac li-
22 bertatis loquor. || Quid enim exiſtimatis[g] inte-
grum vobis in repu.fore,aut in veſtra libertate,
ac dignitate retinendum, cùm Rullus, atque
ij,quos multò magis, quàm Rullum,timetis,cū
omni egentium, atque improborum manu,
cum

b for. niſi cupertis remp.euertere, ac vobis,&c.
* al. Quid enim non cauendum eſt
c L. Hannibalem
d v.c.à colonis per eoſdem x.viros occ, al.coloniis per eoſdē x.viros oc.
e L. deminutionem.
f L. non dico,hoc ſolum in rep.
g fort. aut integrum vobis.

Digitized by Google

quiſquã ſuſpicari aliud poteſt? An hoc dicitis?
armario expilato, pecunia ablata non omni re-
cuperata,occiſis hominibus inſtitutã eſſe quæ-
ſtionem de morte Oppianici?cui probatis?quid
eſt, quod minùs veriſimile proferre potuiſtis?
Deinde,vt omittam cetera,triennio poſt mortẽ
Oppianici de eius morte quærebatur?Atq; etiã
incenſa odio priſtino, Nicoſtratum eundem il-
lum tum ſine cauſa in quæſtionem poſtulauit.
Oppianicus primò recuſauit.[m] poſteaquàm illa
adducturam ſe filiam,mutaturam eſſe teſtamen-
tum minaretur:mulieri crudeliſſimæ ſeruum fi-
deliſſimum,non in quæſtionem tulit, ſed planè
ad ſupplicium dedit. || Poſt trienniũ igitur agi- 182
tata denique quæſtio de viri morte habebatur:
[n] & de quibus ſeruis habebatur? Noua,credo,
res obiecta, noui quidã homines in ſuſpicionẽ
vocati ſunt.De Stratone,&deNicoſtrato.Quid?
Romæ quæſitum de iſtis hominibus non erat?
66 *Itáne tandem? mulier iam non morbo, ſed
ſcelere furioſa,cùm quæſtionẽ habuiſſet Romę,
cùm de T.Annij,L.Rutilij,[o] P.Saturij,& cete-
rorum honeſtiſſimorum virorum ſententia cõ-
ſtitutum eſſet, ſatis quæſitum videri: eádem de
re triennio pòſt, iiſdem de hominibus, nullo
adhibito, non dicam viro, [p] ne colonum for-
tè adfuiſſe dicatis, ſed bono viro: in filij ca-
put quæſtionem habere conata eſt.|| An hoc di- 183
citis?mihi enimvenit in mentẽ,quid dici poſſit,
tametſi adhuc non eſſet dictum:cùm haberetur
de furto quæſtio:Stratonem aliquid de veneno
eſſe cõfeſſum?Hocvno modo,iudices,ſæpe mul
torum improbitate depreſſa veritas emergit, &
innocẽtię defenſio intercluſa reſpirat:quòd aut
ij,qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum au-
dẽt,quantũ excogitãt:[q] aut illi,quorum eminet
audacia, atque proiecta eſt, à conſiliis malitiæ
deſeruntur.quòd ſi aut cõfidens aſtutia,aut cal-
lida eſſet audacia, vix vllo obſiſti modo poſſet

vtrùm

m L. Poſtea,cùm illa abd.

n L. At de quibus ſ.

* al. Itaque tãdem mulier

o L. P.Satureij, ceterorum h.

p L. ne colonum fortè affuiſſe dicatis,

q L. aut ij, quorũ em.

by Google

Vtrùm furtum factum non eſt? At nihil clarius Larini fuit. An ad Stratonem ſuſpicio non pertinuit? At is & ex ſerrula inſimulatus, & à puero conſcio eſt indicatus. An id actum non eſt in quærendo? Quæ fuit alia igitur cauſa quærēdi? an id quod dicendum vobis eſt, & quod tum 67 Saſſia* dictitabat, cùm de furto quæreretur, tū
184 Strato iiſdem in tormētis dixit de veneno? || An hoc illud eſt, quod antè dixi: mulier abundat audacia: conſilio & ratione deficitur. nam tabellæ quæſtionis plures proferuntur, quæ recitatæ, vobiſque editæ ſunt, illæ ipſæ, quas tū obſignatas [r] eſſe dixi: in quibus tabellis de furto litera nulla inuenitur. Non venit in mentem, primam orationem Stratonis conſcribere de furto, pòſt aliquid adiūgere dictum de veneno, quod non percontatione quæſitum, ſed dolore expreſſum videretur. Quæſtio de furto eſt, veneni iam ſuſpicione, ſuperiore quæſtione, ſublata quod ipſum hæc eadem mulier indicarat: quæ vt Romæ de amicorum ſententia ſtatuerat ſatis eſſe quæſitum, poſtea per triennium maximè ex omnibus ſeruis Stratonem illum dilexerat, in honore habuerat, commodis omnibus affecerat.
185 || Cùm igitur de furto quæreretur, & eo furto, quod ille ſine controuerſia fecerat: tum ille de eo, quod querebatur, verbum nullum fecit? de veneno ſtatim dixit? de furto, ſi non eo loco, quo debuit, ne in extrema quidem, aut media, aut in aliqua denique parte quæſtionis, verbum fecit vllum? Iam videtis, illam nefariam mulierem, iudices, eadem manu, qua, ſi detur poteſtas, interficere filium cupiat, hanc fictam quæſtionē cōſcripſiſſe. Atque iſtam ipſam quæſtionem, dicite, quis obſignauit? Vnū aliquē nominate, neminē reperietis, niſi fortè eiuſmodi hominem, quē ego proferri malim, quā neminē nominari. || Quid ais, [s] T. Acti? tu periculū capitis, tu indi-
186 cium ſceleris, tu fortunas alterius literis conſcri

* al. dictitant.

r v. c. eſſe dixit:

s L. T. Atti?

t L. afferes: * quæſtiones tormẽtis elicitas in tabellas referri, & ſignis eorũ qui interfuerant, obſignari mos fuit antiquis.
* al. nonnihil
v L. dare poteſtatem iudicandi,
x L. reſeruare huic temp.

ſcriptas in iudicium[t] afferas: neque earũ auctorem literarum, neque* obſignatorem, neque teſtem vllum nominabis? &, quam tu peſtem innocentiſſimo filio ex matris ſinu depromſeris, hãc hi tales viri comprobabunt?68 Eſto: in tabellis *nihil eſt auctoritatis: quid? ipſa quæſtio, iudicibus: quid? amicis, hoſpitibúſque Oppianici, quos adhibuerat antea: quid? huic tandem ipſi tempori, cur non reſeruata eſt? quid iſtis hominibus factum eſt, Stratone, & Nicoſtrato? quæ- 187
ro abs te, Oppianice, ſeruo tuo Nicoſtrato quid factum eſſe dicas, quem tu, cũ hunc breui tempore accuſaturus eſſes, Romã deducere, [u] dare poteſtatem iudicandi, incolumem denique ſeruare quæſtioni, ſeruare his iudicibus, ſeruare huic tempori debuiſti. Nã Stratonẽ quidẽ, iudices, in crucem actũ eſſe exſecta ſcitote lingua: quod nemo eſt Larinatium, qui neſciat. Timuit mulier amens non ſuam conſcientiam, nõ odium municipum, non famam omnium: ſed, quaſi nõ omnes, eius ſceleris, teſtes eſſent futuri, 188
ſic metuit, ne condemnaretur extrema ſeruuli voce morientis. Quod *hoc portentum, dij immortales? quod tantum monſtrum in vllis locis? quod tã infeſtũ ſcelus, & immane, aut vnde natum eſſe dicam69? Iã enim videtis profectò, iudices, nõ ſine neceſſariis me, ac maximis cauſis, principio orationis meæ de matre dixiſſe. nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit, cogitauerit, effecerit. *Mitto illã primã libidinis iniuriam: mitto nefarias generi nuptias: mitto cupiditate matris expulſã ex matrimonio filiam: quæ nondum ad huiuſce vitæ periculum, ſed ad commune familiæ dedecus pertinebant. nihil de altaris Oppianici nuptiis queror: quarũ illa cũ obſides filios ab eo mortuos accepiſſet, tũ deniq; in familiæ luctũ, atq; in priuignorũ funus nupſit. [y] Præterea, 69 quòd Aurium Melinum, cuius illa quõdam

*Peroratio.
*Enumeratio.
y L. Præterea quòd, cũ A. Aurium Melinum, cuius illa quondam ſocrus, p. a. vx. fuiſſet, Oppia. eſſe ep.

dam ſocrus,paulò antè vxor fuiſſet,cùm Oppia-
nici eſſe opera proſcriptum, occiſúmq; cogno-
ſceret,eam ſibi domum, ſedémque coniugij de-
legit,in qua quotidie ſuperioris viri mortis in-
189 dicia,& ſpolia fortunarum videret. 70 ‖ [z] Illud
primũ queror, de illo ſcelere quod nunc deniq;
patefactum eſt,Fabriciani veneni : quod iam tũ
recẽs,ſuſpicioſum ceteris,huic incredibile, nũc
verò apertum iam omnibus , ac manifeſtũ vide-
tur.Non eſt profectò de illo veneno celata ma-
ter : nihil eſt ab Oppianico ſine conſilio mulie-
ris cogitatum : [a] quod niſi eſſet,certè poſtea,
deprehenſa re , non illa vt ab improbo viro di-
ſceſſiſſet : ſed vt à crudeliſſimo hoſte fugiſſet,
domúmque illam , in perpetuum , ſcelere omni
190 affluentem,reliquiſſet.‖*non modò id nõ fecit,
ſed ab illo tempore nullum locum prætermiſit,
in quo[b] non inſtrueret inſidias aliquas , ac dies
omneis,[c] ac nocteis tota mente mater de perni-
cie filij cogitaret. quæ primùm,vt iſtum confir-
maret Oppianicum accuſatorem filio ſuo , 71
[d] donis muliebrib.collocatione filiæ , ſpe here-
ditatis obſtrinxit.[e] Itaque apud ceteros , nouis
inter propinquos ſuſceptis inimicitiis,ſæpe fieri
diuortia,72 [f] atque affinitatum diſſidia vidimus:
hæc mulier ſatis firmum accuſatorem filio ſuo
fore neminem putauit,niſi qui in matrimonium
ſororem eius [g] antè duxiſſet. ceteri nouis affi-
nitatibus adducti , veteres inimicitias ſæpe de-
ponunt : illa ſibi ad confirmandas inimicitias,
affinitatis coniunctionem pignori fore putauit.
191 ‖ Neque in eo ſolùm diligens fuit, vt accuſa-
torem filio ſuo compararet: ſed etiã cogitauit,
quibus eum rebus armaret.hinc enim illæ * ſol-
licitudines ſeruorum & minis,& promiſſis:hinc
illæ infinitæ, crudeliſſimæque de morte Oppia-
nici quæſtiones : quibus finem aliquando non
muliebris modus, ſed amicorũ auctoritas fecit.
ab eodẽ ſcelere illæ triẽnio pòſt habitæ Larini

z L. Illud primum queror, illud ſcelus quod
a L.quod niſi eſſet:
* Amplificatio
b L.non inſtrueret filio inſidi. aliq.
c L. & nocteis totas mater de pernic.
d L. donis, munerib. collocatione fil.
e L. Itaque quod apud cet.
f L. atque affinium diſſidia vide mu:al. affinitatis diſſidia
g L. antea duxiſſ.
* L.ſollicitationes

quæſtiones:eiuſdem amentię falſę conſcriptio-
nes quæſtionū : ex eodem furore etiam illa cō-
ſcelerata exſectio linguæ: totius denique huius
ab illa eſt & inuenta, & adornata comparatio
criminis.|| Atque his rebus cū inſtructum accu- 192
ſatorem filio ſuo Romam ipſa miſiſſet : paulli-
ſper conquirendorum, & conducendorum te-
ſtium cauſa, Larini eſt commorata : poſtea au-
tem, cùm appropinquare [h] huius iudicium, ei
nuntiatum eſt, confeſtim huc aduolauit, ne aut
accuſatoribus diligentia,[i] aut pecunia teſtibus
deeſſet: aut ne fortè mater hoc ſibi optatiſſimū
ſpectaculum huius ſordium, atque luctus, & tan-
ti ſqualoris amitteret. Iam verò quod iter Ro-
mam eius mulieris fuiſſe exiſtimatis? quod ego
propter vicinitatem Aquinatium,[k] & Venafra-
norum, ex multis audiui, & comperi : quos con-
curſus in his oppidis? quantos, & virorum, &
mulierum gemitus eſſe factos? mulierem quan-
dam Larino, atque illam vſque à mari ſupero
Romā profiſci, cū magno comitatu, & pecunia,
quo faciliùs circūuenire iudicio capitis, atque
opprimere filium[l] poſſet.|| Nemo erat illorū, pę- 193
ne dicam, quin expiandū illū locū eſſe arbitra-
retur, quacumque illa iter feciſſet : nemo, quin
terrā ipſam violari, quæ mater eſt [m] omniū, ve-
ſtigiis conſceleratæ matris putaret. Itaque nul-
lo in oppido conſiſtendi poteſtas ei fuit : nemo
ex tot hoſpitib. inuentus eſt, qui non contagio-
nē adſpectus fugeret, nocti ſe potiùs, ac ſolitu-
dini, quàm vlli aut vrbi, aut hoſpiti committe-
bat.|| Nunc verò quid agat, quid moliatur, quid 194
deniq; quotidie cogitet, quē ignorare noſtrûm
putat? quos appellarit, quibus pecuniā promiſe-
rit, quorū fidē pretio labefactare conata ſit, te-
nemus. quin etiā nocturna ſacrificia, quæ putat
occultiora eſſe, ſceleratáſque eius preces, & ne-
faria vota cognouimus : quibus illa etiam deos
immortaleis de ſuo ſcelere teſtatur: neq; intel-
ligit,

h al. hoc iudicium,
i fort. aut teſtib. pecunia deeſſ.
k al. & Frabaterianorum,
l L. poſſet?
m al. omnium noſtrûm,

Digitized by Google

ligit,pietate, & religione,& iuſtis precib⁹,deo-
rũ menteis,nõ contaminata ſuperſtitione, [n] ne-
que ad ſcelus perficiendum cæſis hoſtiis poſſe
placari.cuius ego furorem , atque crudelitatem
deos immortaleis à ſuis aris, atque templis aſ-
195 pernatos eſſe cõfido.||Vos,* iudices , quos huic
A. Cluentio quoſdam alios deos ad omne vitæ
tempus fortuna eſſe voluit, [o] huius importuni-
taté matris à filij capite depellite.multi ſæpe in
iudicando, peccata liberûm , parentum miſeri-
cordiæ [p] conceſſerunt:vos,ne huius honeſtiſſi-
mè actam vitam matris crudelitati condonatis,
rogamus : præſertim cùm ex altera parte totum
municipiũ videre poſſitis .Omneis , ſcitote, iu-
dices(incredibile dictu eſt , ſed à me [q] veriſſimè
dicetur)omneis Larinateis , qui valuerunt , ve-
niſſe Romam,vt hunc ſtudio, frequentiáq; ſua,
quantum poſſent,in tanto eius periculo ſuble-
uarent.Pueris illud, hoc tempore,& mulierib⁹,
oppidũ ſcitote eſſe traditũ,idq; in præſentia, in
cõmuni Italiæ pace , domeſticis copiis eſſe tu-
tũ.quos tamẽ ipſos æquè,& eos, quos præſẽteis
videtis,huius exſpectatio iudicij dieſ, nocteiſq;
196 ſollicitat.|| Nõ illi vos de vnius municipiis for-
tunis arbitrantur,ſed de totius municipij ſtatu,
dignitate,commodiſq; omnibus ſententias eſſe
laturos.ſumma eſt enim,iudices,hominis in cõ-
munẽ municipij rem diligentia,in ſingulos mu-
nicipes benignitas, in omneis homines iuſtitia,
& fides.preterea nobilitatem illã inter ſuos,lo-
cúmque à maioribus traditum,ſic tuetur,vt ma-
iorũ grauitatẽ,conſtantiam,gratiã, liberalitatẽ
aſſequatur. Itaq; iis eũ verbis publicè laudant,
vt nõ ſolùm teſtimoniũ ſuum , iudiciúmque ſi-
gnificent,verùm etiam curam animi,ac dolorẽ,
quæ dũ laudatio recitatur,vos,quæſo, qui eam,
197 detuliſtis,[r] aſſurgite.||Ex lacrymis horum, iudi-
ces,exiſtimare poteſtis,omneis hæc decuriones
decreuiſſe lacrymanteis. Agè verò , vicinorum,

n quidam libr.vet.neque cæſis ad ſcel. perf.hoſtiis

* Monet affectus à perſona Larinatium.

o al. huius matris importunitatem

p al. condonarant:

q L. veriſſimè dici

r L.aſſurgite.

LAVDATIO CLVENTII , EX DECVRIONVM LARINATIVM DECRETO.

Ex lacr.

quantū ſtudium,quàm incredibilis beniuolẽtia,
quanta cura eſt? nō in libellis laudationū decre
ta miſerūt,ſed homines honeſtiſſimos,quos noſ
ſemus omnes,huc frequẽtes adeſſe, & hūc præ-
ſenteis laudare voluerūt. Adſūt Ferentani, ho-
mines nobiliſſimi,[s] Marrucini item: pari digni-
tate Theano Apulo, atque Luceria equites Ro-
manos,honeſtiſſimos homines laudatores vide-
tis:Bouiano, totóque ex Samnio cùm laudatio-
nes honeſtiſſimæ miſſæ ſunt, tum homines am-
pliſſimi nobiliſſimique venerūt. || Iā qui in agro 198
[t] Larinati prędia,qui negotia,[v] qui res pecunia-
rias habent,honeſti homines, & ſummo ſplen-
dore pręditi,difficile dictu eſt,quā ſint ſolliciti,
quā laborent. Non multi mihi ab vno ſic diligi
videntur,vt hic ab his vniuerſis.Quā nonabeſſe
[x] ab huius iudicio* L.Voluſienū,ſummo ſplẽdo-
re hominẽ,ac virtute prędit ū,vellem?[y] præſentẽ
poſſem P.Heluidium Rufū,equitem R.omnium
ornatiſſimū,[z] nominare: qui, cùm, huius cauſa,
dies,nocteíſque vigilaret, & cùm me hāc cauſā
doceret:in morbū grauem, periculoſúmq; inci-
dit: in quo tamen non minùs de capite huius,
[a] quā de ſua vita laborabat. Cn. Tucidi ſenato-
ris viri optimi, & honeſtiſſimi, par ſtudiū & te-
ſtimonio, & laudatione cognoſcetis. Eadē ſpe,
ſed maiore verecūdia,de te,P.Volumni: quoniā
iudex es in A.Cluentium,dicimus. Et,ne longū
ſit,omniū vicinorū ſummam eſſe in hunc[b] bene-
uolentiam,cōfirmamus.|| Horū omniū ſtudium, 199
curam,diligentiam,meúmque vnà laborem, qui
totam hanc cauſam,vetere inſtituto, ſolus per-
oraui, veſtrámque ſimul, iudices,æquitatem, &
manſuetudinem vna mater oppugnat. At quæ
mater?quam cæcam crudelitate, & ſcelere ferri
videtis:cuius cupiditatem nulla vmquam turpi-
tudo retardauit: quæ vitiis animi in deterrimas
parteis iura hominum conuertit omnia : cuius
ea ſtultitia eſt, vt eum nemo hominem: ea *vis*,
vt nemo *fœminam*: ea *crudelitas*, vt nemo

s L. Marrucini item pari dignitate:Theano Apulo, atque Luceria equites Romanos, hom. honeſtiſſ.
t L. Larinate
v L. qui res pecuarias hab.
x L. ab hoc iudicio
* al. Voluſenum,
y L. quàm vellem præſentem poſſe P. Heluid.
z L. nominare?
a L. quàm de ſua vita laborat.
b L. beniuolentiam.

Digitized by Google

matrem appellare poſſit, atque etiam nomina
neceſſitudinum, non ſolùm naturæ nomen, &
iura mutauit: vxor generi nouerca filij, filiæ
pellex: eò iam denique adducta eſt, vt ſibi,
præter formam, nihil ad ſimilitudinem homi-
100 nis reſeruarit.|| Quare, iudices, ſi ſcelus audiſtis:
prohibete aditum matris à filij ſanguine: date
parenti hunc incredibilem dolorem ex ſalute,
ex victoria liberum: [c] patiamini, matrem, ne c L. patimi ni, matrẽ,
orbata filio lætetur, victam potiùs veſtra æqui-
tate diſcedere. Sin autem, id quod veſtra natu-
ra poſtulat, pudorem, bonitatem, virtutemque
diligitis: leuate hunc aliquando ſupplicem, ve-
ſtrum, iudices, tot annos in falſa inuidia, pericu-
liſque verſatum: qui nunc primùm poſt illam
flammam, aliorum facto, & cupiditate excita-
tam: ſpe veſtræ æquitatis erigere animum, &
paulùm reſpirare à metu cœpit: cui poſita ſunt
in vobis omnia: quem ſeruatum eſſe plurimi
101 cupiunt, ſeruare ſoli vos poteſtis. || Orat vos
Habitus, iudices, & flens obſecrat, ne ſe inuidię,
quæ in iudiciis valere non debet, ne matri, cu-
ius vota, & preces à veſtris mentibus repudiare
debetis: ne Oppianico, homini nefario, condẽ-
nato iam & mortuo, condonetis. Quòd ſi qua ca
lamitas hunc in hoc iudicio afflixerit innocen-
tem: [d] næ iſte miſer, iudices, ſi id quod difficile d v.c. ne iſte.
factu eſt, in vita remanebit, ſæpe, & multũ que-
retur, deprehenſum eſſe illud quondam Fabri-
cianum venenum. quod ſi tũ indicatum non eſ-
ſet: non huic ærumnoſiſſimo venenũ illud fuiſ-
ſet: ſed multorum medicamentum laborum: po-
ſtremò etiam fortaſſis mater exſequias illius fu-
neris proſequuta, mortem ſe filij lugere ſimulaſ
ſet. nunc verò [e] quid erit perfectum, niſi vt huius e L. quid erit profectum,
ex mediis mortis inſidiis vita ad luctum reſer-
uata, mors ſepulchro patris priuata eſſe videa-
102 tur? || Satis diu fuit in miſeriis, iudices: ſatis mul-
tos annos ex inuidia laborauit. nemo tã iniquꝰ,

Deſunt* permulta.

1 * Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. dicent, enim decemuiri, id quod & dicitur à multis, & ſæpe dictum eſt, poſt eoſdem conſules, regi * Alexandrini teſtamento, regnum illud, populi R. eſſe factum: habetis igitur Alexandriam clàm petentibus iis, quibus apertiſſimè pugnantib. reſtitiſtis? Hæc, per deos immortaleis, vtrùm eſſe vobis conſilia ſiccorum, an vinolentorum ſomnia: & vtrùm cogitata ſapientum, an optata furioſorum vi-
2 dentur? || Videte nunc, proximo capite vt impurus helluo turbet rempublicam, vt à maioribus noſtris[a] poſſeſſiones relictas diſperdat, & diſſipet, vt ſit non minùs in populi R. patrimonio *nepos, quàm in ſuo. Proſcribit in ſua lege vectigalia, quæ decemuiri vendant, hoc eſt, proſcribit auctionem publicorum bonorum. agros emi vult, qui diuidantur: quærit pecuniā, videlicet excogitabit aliquid, atque afferet. nā ſuperiorib. capitibus dignitas populi Romani violabatur: nomen imperij in commune odium orbis terræ vocabatur: vrbes pacatę, agri ſociorū, [b] regū ſtatus decemuiris donabantur: nunc præſens
3 certa pecunia numerata, quæritur. || Exſpecto, quid tribunus plebis vigilās, & acutus excogitet. Veneat, inquit, ſilua Scantia. Vtrùm tandem hāc ſiluā in relictis poſſeſſionib⁹, an in cenſorū paſcuis inueniſti? ſi quid eſt, quod indagaris, inueneris, ex tenebris erueris, quāquam iniquum eſt, tamen conſume, quoniā commodū eſt, quoniam quidē tu attuliſti. ſiluam verò tu Scantiam vendas, nobis cōſulibus, atq; hoc ſenatu? tu vllū vectigal attingas? tu populi Romani [c] ſubſidia belli, tu ornamenta pacis eripias? Tum verò hoc me inertiorem conſulem iudicabo, quàm illos fortiſſimos viros, qui apud maiores noſtros fuerunt: quòd, quæ vectigalia, illis conſulibus,

* præſertim pars illa quæ ad decemuiros creandos pertinet.

* DE VENDITIONE vectigaliū

*Ptolemęi.

a al. relictas poſſeſſiones diſperd.

*decoctor.

b L. regum ſtatus decēuiris condonabantur:

* huius ſiluæ meminit Cicero 2. de Or. & de Clar.

c al. ſubſidia belli, ornamenta pac.

populo Romano parta ſunt, ea, me conſule, ne retineri quidem potuiſſe iudicabuntur.|| Vendit 4
Italiæ[d] poſſeſſiones ex ordine omneis. ſanè eſt in eo diligens. nullã enim prætermittit. perſequitur in tabulis cenſoriis totam Siciliam: nullũ ædificium, nullos agros relinquit. Audiſtis auctionem populi Romani proſcriptam à tribuno plebis, conſtitutam in menſem Ianuarium: &, credo, non dubitatis, quin idcircò hæc, ærarij cauſa, non venderint ij, qui armis, & virtute pepererunt, vt eſſet, quod nos, largitionis cauſa, venderemus. || Videte nunc, [2] [e] quoad fecerit 5
iter apertius, quàm antea. nam ſuperiore parte legis quemadmodum Pompeium oppugnarent, à me indicati ſunt: nunc iam ſe ipſi indicabunt. Iubent venirent [3] agros * Attalenſium, atque Olympenorum.[f] hos populo Romano Seruilij, fortiſſimi viri, victoria adiunxit. deinde agros in Macedonia regios, qui partim[g] T. Flaminij, partim L. Paulli, qui Perſem vicit, virtute parti sũt: deinde agrum[h] optimum, & fructuoſiſſimũ Corinthium, qui L. Mummij imperio, ac felicitate ad vectigalia populi R. adiunctus eſt: pòſt autẽ agros in Hiſpania apud Karthaginem nouam, duorum Scipionum eximia virtute poſſeſſos: tũ verò ipſam veterem Karthaginem vendunt, quã P. Africanus nudatam tectis, ac mœnibus, ſiue ad notandam Karthaginienſium calamitatem, ſiue ad teſtificandam noſtram victoriam, ſiue ad oblatam aliquam regionem, ad æternam hominum memoriam conſecrauit. || His inſignibus, 6
atque inſulis imperij venditis, quibus ornatam [i] vobis maiores veſtri rempublicam tradiderũt. iubent eos agros venire, quos rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto, Cappadociáq poſſederit. Num obſcurè videntur propè haſta præconis inſectari Cn. Pompeij exercitum, qui venire iubeant eos ipſos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat, atque verſetur? || Hoc verò 7

cu

d al. poſſeſſiones ordi ne omnes

e L. quò affectari iter apertius, al. quo aſſectarint

*a l. Atalẽſium, al. Attalenſium,

f for. quos pop.

g L. T. Flaminini,

h for. optimum,

i al. nobis maiores &c.

Digitized by Google

cuiuſmodi eſt,quod eius auctionis, quā conſti-
tuunt,locum ſibi nullum definiunt? nam decē-
uiris,quibus in locis ipſis videatur,vēdendi po-
teſtas lege permittitur.Cēſoribus vectigalia lo-
care,niſi in conſpectu populi Romani nō licet.
his vendere vel in vltimis terris licebit?At hoc
etiam nequiſſimi homines, conſumtis patrimo-
niis,faciunt,vt in atriis auctionariis potiùs,quā
in triuiis,aut in compitis auctionentur.hic per-
mittit ſua lege decemuiris, vt, in quibus com-
modum ſit tenebris,vt in qua velint ſolitudine,
8 bona populi Ro.poſſint diuendere.|| Iam illa o-
mnibus in prouinciis, regnis, liberis populis
quā acerba, quàm formidoloſa,quàm quæſtuo-
ſa concurſatio decemuiralis futura ſit, non vi-
detis?hereditatum obeundarum cauſa, quibus
vos [k] legationes dediſtis, qui & priuati, & (k for. legationes liberas dediſt.)
priuatum ad negotium exierunt, non maximis
opibus, neque ſumma auctoritate præditi, ta-
men auditis profectò, quàm graues eorū aduen-
tus ſociis veſtris eſſe ſoleāt.|| Quamobrem quid
9 putatis impendêre hac lege omnibus gentibus
terroris & mali, cùm mittantur in orbem terra-
rum decemuiri ſummo cum imperio, ſumma cū
auaritia,infinitáque omnium rerum cupiditate?
quorum cùm aduētus graues,cùm faſces formi-
doloſi,tum verò iudicium, ac poteſtas erit non
ferenda.licebit enim,quod videbitur,publicum
iudicare: quod iudicarint, vendere. etiam il-
lud, quod homines ſancti non facient, vt pe-
cuniam accipiant, ne vendant: [l] tamen iis id (l li. vulg. tamen id iis ipſum)
ipſum per legem licebit. vos quas ſpoliationes,
quas pactiones, quam denique in omnibus lo-
cis nundinationem iuris, ac fortunarum fore
10 putatis? || Etenim quod ſuperiore parte legi
præfinitum fuit, Sylla, & Pompeio conſuli-
bus, id rurſus liberum, infinitúmque fecerunt.
Iubet eoſdem decemuiros omnibus agris pu-
blicis pergrande vectigal imponere, vt iidem
poſ

Digitized by Google

poſſint & liberare agros, quos commodum ſit, &,quos ipſis libeat, publicare. Quo in iudicio perſpici non poteſt, vtrùm ſeueritas, acerbior, an benignitas,quæſtuoſior ſit futura. Sunt tamẽ in tota lege*exceptiones duæ,non tam iniquæ, quàm ſuſpicioſæ.excipit in vectigali imponendo,agrum Recentoricum Sicilienſem: 4 in vendendis agris,[m] eos agros, de quibus cautum ſit fœdere. Hi ſunt in Africa, qui ab Hiẽpſale poſſidentur.|| Hìc quæro, ſi Hiempſali ſatis eſt cau- 11
tum fœdere,& Recentoricus ager, priuatus eſt: quid attinuerit excipi. ſin & fœdus illud habet aliquã dubitationem, & ager Recentoricus dicitur nonnunquã eſſe publicus:quem putet exiſtimaturum,5 duas cauſas in orbe terrarum * repertas,quibus gratis parceret.6 Nunc * quiſnam tam abſtruſus vſquam nummus videtur, quẽ nõ architecti huiuſce legis olfecerint? prouincias, ciuitates liberas,ſocios, amicos, reges denique exhauriũt:admouent manus vectigalibus populi Romani.nõ eſt ſatis.|| Audite vos,qui ampliſ- 12
ſimo populi, ſenatúſque iudicio exercitus habuiſti,&bella geſſiſtis.quod ad quemque peruenit,peruenerit,7 ex præda,*ex manubiis,ex auro coronario, quod neque conſumptum in monumento, neque in ærarium relatum ſit, id ad decemuiros referri iubet. Hoc capite multa ſperant:[o] in omneis imperatores, heredéſque eorũ quæſtionem ſuo iudicio comparant: ſed maximam pecuniam ſe à Fauſto ablaturos arbitrantur. quam cauſam ſuſcipere iurati iudices noluerunt, hanc iſti decemuiri ſuſcepere. idcirco à iudicibus fortaſſe prætermiſſam eſſe arbitrantur,quod ſit ipſis reſeruata.|| Deinde etiã in reli- 13
quũ tempus diligentiſſimè ſancit,vt,quod quiſque imperator habeat pecuniæ, protinus ad decemuiros deferat. Hìc tamen excipit Pompeiũ, ſimillimè,vt mihi videtur, atque in * illa lege, qua perigrini Roma eiiciuntur, Glaucippus exci

* al. exemptiones.

m for. eos agros,quibus cautũ ſit fœdere.

n for. repertas, quare his agris gratis

* al. Nam quiſnam

* vide Gel. l.13.c.23.

o v. c. in omnis.

* lex generalis à qua excipitur ſinus Glaucippus.

Digitized by Google

excipitur. non enim hac exceptione vnius afficitur beneficio,[s] ſed vnus[p] priuatur iniuria. Sed cui manubias remittit, huius vectigalia inuadit. iubet enim, pecuniam ſiqua poſt nos conſules [9] [q] ex nobis vectigalibus recipiatur. hac vti decẽuiros. Quaſi vero non intelligamus, hæc eos vectigalia, quæ Cn. Pompeius adiunxerit, vendere cogitare.

14 ‖* Videtis iam P.C.[10] [r] omnibus rebus, & modis conſtructam, & coaceruatam pecuniam decemuiralem. Minuetur huius pecuniæ inuidia. conſumetur enim in agrorum emtionibus. Optime. Quis ergo emet agros iſtos? iidem decemuiri: tu Rulle (miſſos enim facio ceteros) emes, quos voles: vendes, quos voles: vtrumque horum facies, quanti voles. Cauet enim vir optimus, ne emat, ab inuito. Quaſi verò non intelligamus, ab inuito emere, iniurioſum eſſe: ab non inuito, quæſtuoſum. Quantum tibi agri vẽdet, vt alios omittam, ſocer tuus?[s] &, ſi ego eius æquitatem animi probè noui, vendet non inuitus. Facient idem ceteri libenter, vt poſſeſſionis inuidiam pecunia commutent: accipiant, quod

15 cupiunt: dent, quod retinere vix poſſunt.‖ Nunc proſpicite omnium rerum infinitam, atque intolerandam licentiam. Pecunia coacta eſt ad agros emendos: ij porrò ab inuitis non ementur. Si conſenſerint poſſeſſores nõ vendere, quid futurum eſt? referetur pecunia? nõ licet. exigetur? vetat.* Verũ eſto: nihil eſt, quod non emi poſſit, ſi tantum des, quantum velit venditor. Spoliem[9] orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus ærarium, vt, locupletatis aut inuidiæ, aut peſtilentiæ poſſeſſoribus, agri tamen emantur.

16 ‖[t] Quid tum? quæ erit in iſtos agros deductio? quæ totius rei ratio, atque deſcriptio? Deducentur, inquit [u] coloniæ.[u] Quò? quorum hominum? in quæ loca? quis enim non videt, in coloniis eſſe hęc omnia conſideranda? Tibi nos, Rulle, & iſtis tuis, harum omnium rerum machinato

p L. prohibetur iniuria.

q L. ex nouis vectigalibus, reficiatur, hac vti dec. al. ex nouis vectig. redigatur, &c.

* DE EMTIONE Agrorum.

r L. omnibus rationibus, & modis c.

s L. Etenim, ſi ego eius

* DE DEDVCTIONE coloniarum.

t L. Quid tum? quæ rit in iſt.

v L. Quot? quorum hom.

Digitized by Google

natoribus,totam Iliam inermem tradituros exi-
ſtimaſti,quam præſidiis confirmaretis? coloniis
occuparetis ? omnibus vinclis deuinctam , &
conſtrictam teneretis ? Vbi enim cauetur, ne in
Ianiculo coloniam conſtituatis? ne vrbem hanc
vrbe alia premere, atque vrgere poſſitis ? Non
faciemus,inquit. Primùm neſcio:deinde timeo:
poſtremò non committam , vt veſtro beneficio
potiùs,quàm noſtro conſilio ſalui eſſe poſſimus.
x L. veſtris coloniis
||Quod verò totam [x] veſtris colonis complere 17
voluiſtis , id cuiuſmodi eſſet , neminémne no-
ſtrûm intellecturum exiſtimatis.Scriptum eſt e-
nim,quæ in municipia, quáſque in colonias de-
cemuiri velint, deducant colonos, quos velint:
& iis agros aſſignent, quibus in locis velint:vt,
cùm totam Italiam militibus ſuis occuparint,
vobis non modò dignitatis retinendæ, ſed ne
libertatis quidem recuperandæ ſpes relinqua-
tur.Atq; hæc à me ſuſpicionibus , & coniectura
coarguuntur. || Iam omnis omnium tolleretur 18
error:iā apertè oſtendent,ſibi nomē huius reip.
ſedem vrbis,atq; imperij:denique hoc templum
y v.c. Iouis opt. max.
[y]Iouis optimi maximi,atque hanc arcem omniū
gentium diſplicere. Capuam deduci colonos
volunt.illam vrbem huic vrbi rurſus opponere,
illuc opes ſuas deferre,& imperij nomen trans-
ferre cogitant. qui locus propter vbertatem a-
grorū abundantiámq; rerū omnium ſuperbiam ,
& crudelitatem genuiſſe dicitur : ibi noſtri co-
z fort. dilecti ad
loni,[z] delecti ad omne facinus, à decēuiris col-
locabuntur. Et,credo, qua in vrbe homines , in
veteri dignitate fortunáque nati , copiam rerū
moderatè ferre non poterunt,in ea iſti veſtri ſa-
tellites, modeſtè inſolentiā ſuam continebunt.
a τὸ κοινόν,
||Maiores noſtri Capua magiſtratus,ſenatū,[a] cō- 19
ſiliū cōmune,omnia denique inſignia reip.ſuſtu
lerunt, neq; aliud quidquam , niſi inane nomen
Capuæ reliquerunt.non crudelitate (quid enim
illis fuit clementiùs, qui etiam externis hoſtib.
victis

victis ſua ſæpiſſime reddiderunt : (ſed conſilio:
quòd videbāt, ſi quod reip. veſtigiū illis mœnib.
contineretur, vrbem ipſam imperio domicilium
præbere poſſe. Vos hæc[b] niſi euertere remp. cu-
peretis, ac vobis nouam dominationem compa-
rare, credo, quàm pernicioſa eſſent, non videre-
20 tis.[12] || Quid[*] enim cauendum eſt in coloniis de-
ducendis, ſi luxuries[c] Annibalem ipſum Capua
corrupit? ſi ſuperbia nata inibi eſſe ex Campa-
norum ſtudio videtur? ſi præſidium nō præponi
tur huic vrbi, iſta colonia, ſed opponitur? At
quemadmodum armatur? dij immortaleis! nam
bello Punico, quidquid potuit Capua, potuit i-
pſa per ſeſe. nunc omneis vrbes, quæ circum Ca-
puam ſunt, [d] à colonis per eoſdem decemuiros
occupabuntur. hanc enim ob cauſam permittit
ipſa lex, in omnia, quæ velint, oppida, colonos
vt decemuiri deducant, quos velint. Atque his
colonis agrū Campanū, & Stellatem campū di-
21 uidi iubet. || Non queror[e] diminutionē vectiga-
lium, non flagitiū huius iacturæ atq; damni: prę-
termitto illa, quæ nemo eſt, quin grauiſſimè, &
veriſſimè conqueri poſſit, nos caput patrimonij
publici, pulcherrimam populi R. poſſeſſionem,
ſubſidiū annonæ, horreum belli, ſub ſigno, clau-
ſtriſq; reip. poſitū vectigal, ſeruare non potuiſſe:
eū deniq; nos agrum P. Rullo cōceſſiſſe, qui ager
ipſe per ſeſe & Syllanæ dominationi, & Grac-
chorū largitioni reſtitiſſet. [f] non dico, ſolū hoc
in rep. vectigal eſſe, quod amiſſis aliis, remaneat,
intermiſſis, nō cōquieſcat: in pace niteat, in bel-
lo nō obſoleſcat: militē ſuſtentet, hoſtem non
pertimeſcat: prætermitto omnē hanc orationē,
& contioni reſeruo: de periculo ſalutis, ac li-
22 bertatis loquor. || Quid enim exiſtimatis[g] inte-
grum vobis in repu. fore, aut in veſtra libertate,
ac dignitate retinendum, cùm Rullus, atque
ij, quos multò magis, quàm Rullum, timetis, cū
omni egentium, atque improborum manu,
cum

b for. niſi cupertis remp. euertere, ac vobis, &c.

* al. Quid enim non cauendum eſt

c L. Hannibalem

d v. c. à colonis per eoſdem x. viros occ, al. coloniis per eoſdē x. viros oc.

e L. deminutionem.

f L. non dico, hoc ſolum in rep.

g fort. aut integrum vobis.

cum omnibus copiis, cum omni argento, & au-
ro,Capuam,& vrbeis circaCapuam occuparint?

*Peroratio

*His ego rebus, P.C. reſiſtam vehementer, atq;
acriter:neq; patiar,homines,ea,me conſule, ex-
promere,quæ contra remp.diu cogitarint. || Er- 23
raſtis,Rulle,vehementer & tu, & nonnulli col-
legæ tui, qui ſperaſtis, vos contra conſulem,
veritate,non oſtentatione popularem, poſſe in
euertēda rep.populareis exiſtimari.laceſſo vos,
in contionem voco, populo R. diſceptatore vti
volo. Etenim, vt circumſpiciamus omnia, quæ
populo grata,atque iucunda ſunt,nihil tam po-
pulare, quàm pacem, quàm concordiam, quàm
otiū reperiemus. ſollicitam mihi ciuitatem ſu-

h μετέωρον ἠωρημένην.

ſpicione,h ſuſpenſam metu, perturbatam veſtris
legibus,& contionibus,&ſeditionibus tradidi-
ſtis:ſpem improbis oſtendiſtis:timorē bonis in-
ieciſtis: fidem de foro,dignitatem de rep. ſuſtu-
liſtis. || Hoc motu, atque hac perturbatione a- 24
nimorū,atq; rerum cùm populo R.vox,& aucto
ritas conſulis repentè in tantis tenebris illuxe-
rit:cùm oſtenderit,nihil eſſe metuendum,nullū
exercitum,nullam manum,nullas colonias,nul-
lam venditionem vectigalium, nullum imperiū
nouum,nullum regnum decemuirale, nullā al-
teram Romam, neq; aliam ſedem imperij nobis
conſulibus,futuram, ſummámque tranquillita-
tē pacis,atque otij:verendum,credo,nobis erit,
ne veſtra iſta præclara lex Agraria,magis popu-
laris eſſe videatur.||cū verò ſcelera conſiliorum 25
veſtrorum,fraudémque legis,& inſidias,quę ipſi
populo R.à popularibus tribunis pl.fiant, oſtē-
dero: pertimeſcam, credo, ne mihi non liceat
contra vos in contione conſiſtere:præſertim cū

i al. eo modo gerere conſ.

mihi deliberatum,& conſtitutum ſit,i ita gere-
re conſulatum,quo vno modo geri grauiter, &
liberè poteſt, vt neque prouinciam, neque ho-
norem, neque ornamentum aliquod, aut com-
modum, neque rem vllam, quæ à tribuno pl.
impe

26 impediri poſſit,appetiturus ſim.|| Dicit frequentiſſimo ſenatu conſul,[k] Kalendis Ianuarij,ſeſe, ſi ſtatus hic reip.maneat,neque aliud negotium exſtiterit,quod honeſtè ſubterfugere non poſſit,in prouinciam non iturũ. ſic me in hoc magiſtratu [13] [l] gerã populo R.vt poſſim tribunum pl. reip.iratũ coercere:mihi iratum cõtemnere. Quamobrem,per deos immortaleis, colligite vos,tribuni pl.deſerite eos,à quibus, niſi proſpicitis,breui tempore deſeremini:cõſpirate nobiſcum: conſentite cum bonis:communem rẽp. communi ſtudio,atque amore defendite. multa ſunt [m] occulta reip.vulnera,multa nefariorum ciuium pernicioſa concilia:nullum externũ periculum eſt,non rex,nõ gens vlla,nõ natio pertimeſcenda eſt:incluſum malum, inteſtinum,ac domeſticum eſt. huic pro ſe quiſque noſtrûm mederi,atq; hoc omnes ſanare velle debemus.

27 || Erratis,ſi ſenatum probare ea,quæ dicuntur à me putatis,populũ autem eſſe in alia voluntate. Omnes,qui ſe incolumeis volunt,ſequentur auctoritatem conſulis, ſoluti à cupiditatibus, [14] liberi [n] à delictis,cauti in periculis,nõ timidi in cõtentionib. Quòdſi quis veſtrũ ſpe ducitur?ſe poſſe turbulẽta ratione honori velificari ſuo:primũ me cõſule, id ſperare deſiſtat:deinde habeat me ipſum ſibi documẽto,quẽ equeſtri ortũ loco cõſulẽ videt,quę vitę via facillimè viros bonos ad honorem,dignitatémq; perducat. Quòd ſi vos veſtrum mihi ſtudium,P. C. ad communem dignitatem defendendam profitemini,perficiam profectò id,quod maximè reſp.deſiderat,vt huius ordinis [o] auctoritas, quę apud maiores noſtros fuit, eadem nunc longo interuallo reip. reſtituta eſſe videatur.

***

k L. Kalendis Ianuariis.

l L. geram. P.C.vt poſ.

m ὕπουλα.

n L. à deliciis.

o for. auctoritas eadẽ, quæ apud m.n. fuit, nunc longo int.

Digitized by Google

DE LEGE AGRARIA CONTRA P. SERVILIVM tribunum pleb. ad populum.

ORATIO DECIMASEXTA.

Tribuni plebis ſuperiori oratione Ciceronis in ſenatu habita exterriti ad populum Ciceronem vocant, quaſi populo diſceptatore (cuius in ſpeciem cõmodo Agrariam ſuadebant) in cauſa ſuperiores eſſent futuri, Cicero Senatuſconſ. ſequi iubet, eiúſque comitatu ſeptus in concionem venit, & hac oratione ad populum legem Agrariam diſſuadet.

* EXORDIVM.

* Imagines in ſuis atriis ſeruabant qui magiſtrat⁹ curules adepti.

a al. vt tantum maioribus ſuis deb.

1 EST * hoc in more poſitum, Quirites, inſtitutoq́ue maiorum, vt ij qui beneficio veſtro * imagines familiæ ſuæ conſecuti sũt, eam primam habeant contionem, qua gratiam beneficij veſtri cum ſuorum laude coniungant, qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur: plerique autẽ hoc perficiunt, [a] vt tantum maioribus eorum debitum eſſe videatur, vnde etiam quod poſteris ſolueretur, redundaret. Mihi quidẽ apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur: nõ quòd non tales fuerint, qualeis nos illorũm ſanguine creatos, diſciplinisq́ue inſtitutos videtis: ſed ꝙ laude populari, atq; honoris veſtri luce caruerunt.|| De me autem ipſe vereor, ne arrogantis 2
ſit apud vos dicere: ingrati, tacere. nam &, quibus ſtudiis hanc dignitatem cõſecutus ſim, memetipſum commemorare, perquàm graue eſt: & ſilere de tantis veſtris beneficiis nullo modo põſſum. Quare adhibebi tur à me certa ratio, mo-

Digitized by Google

moderatioque dicendi, vt, quid à vobis accepe-
rim, commemorem: quâ re dignus veſtro ſummo
honore, ſingulariq; iudicio ſim, ipſe modicè di-
cam? ſi neceſſe erit: vos eoſdem exiſtimaturos
putem, qui iudicauiſtis. || Me perlongo * inter-
3 uallo prope memoriæ, tẽporúmq; noſtrorũ pri-
mum hominẽ nouũ, conſulẽ feciſtis: & eum lo-
cum, quẽ nobilitas præſidiis firmatum, atq; om-
ni ratione obuallatum tenebat, me duce, reſci-
diſtis: virtutique in poſterum patêre voluiſtis.
neque me tantummodo conſulem, quod eſt ip-
ſum [b] per ſeſe ampliſſimũ, ſed ita feciſtis, quo-
modo pauci nobileis in hac ciuitate conſules
facti ſunt, nouus ante me nemo. Nam profectò ſi
recordari volueritis, de nouis hominibus repe-
rietis eos, qui ſine repulſa conſules facti ſunt,
diuturno labore, atq; aliqua occaſione eſſe fa-
ctos, cùm * multis annis pòſt petiſſent, quã præ-
tores fuiſſent, aliquanto ſeriùs, quã per ætatem,
ac per leges liceret: qui autem anno ſuo pe-
tierint, ſine repulſa non eſſe factos: me eſſe vnũ
ex omnibus nouis hominibus, de quibus memi-
niſſe poſſumus, qui conſulatum petierim, cùm
primùm licitũ ſit: conſul factus ſim, cùm primũ
petierim: vt veſter honos ad mei temporis diem
petitus, non ad alienæ petitionis occaſionẽ in-
terceptus, nec diuturnis precibus efflagitatus,
4 ſed dignitate impetratus eſſe videatur. || Eſt il-
lud ampliſſimũ, quod paullo ante commemora-
ui, Quirites, quòd hoc honore ex nouis homini-
bus primũ me, multis * poſthabitis, affeciſtis: ꝙ
prima petitione: quòd anno meo: ſed tamẽ ma-
gnificẽtiùs, atq; ornatius eſſe illo nihil poteſt,
quòd meis comitiis [c] nõ tabellã* iudicẽ taci-
tæ libertatis, ſed vocem viuã prę vobis indicem
veſtrarũ erga me voluntatum, ac ſtudiorũ tuli-
ſtis. Itaque me nõ * extrema tribus ſuffragiorũ,
ſed primi * illi veſtri concurſus: [d] neque ſingu-
læ voces præconum, ſed vna voce vniuerſus po-

* poſt annos triginta quã C. Cœlius Caldus homo nouus conſul factus.
b al. per ſe ampliſſ.
* ſeptem annos iacuit C. Marius poſt præturam Cicero 3. Offic. patriciis duobus P. Galba & L. Catilina trib. pl. L. Caſsio Languino, Q. Cornificio & C. Licinio Sacerdote Aſc. in ora. pro Mure.
c L. non tabellam indicem t.
* legibus tabellariis conſtitutũ fuit, vt non voce ſed tabella populus ſuffragia ferret Cic. 3. de l.
* Ariniẽſis.
* Tribus ſuburanæ.
d L. neque ſingulares voces præcon.

Digitized by Google

pulus R. conſulem declarauit.‖Hoc ego tā in- 5
ſigne, tam ſingulare veſtrum beneficium, Quiri-
tes, cum ad animi mei fructum, atque lætitiā du-
co eſſe permagnum, tum ad curam, ſollicitudi-
némque multò maius. Verſantur enim, Quirites,
in animo meo multæ & graueis cogitationes,
quæ mihi nullam partem neque diurnæ, neque
nocturnæ quietis impertiunt: primùm tuēdi cō-
ſulatus: quæ cùm omnibus eſt difficilis, & ma-
(* al. cuius.) gna ratio, tum verò mihi præter ceteros: [2]* cui
errato nulla venia, rectè facto exigua laus, & ab
inuitis expreſſa proponitur non dubitanti fide-
le conſilium: non laboranti certum ſubſidium
nobilitatis oſtenditur.‖Quòd ſi ſolus in diſcri- 6
men aliquod adducerer: ferrem, Quirites, animo
æquiore: ſed mihi vidētur certi homines, ſi qua
in re me non modò conſilio, verùm etiam caſu
lapſum eſſe arbitrabūtur, vos vniuerſos, qui me
antetuleritis nobilitatē vituperatur, mihi autē,
Quirites, omnia potiꝰ perpetiēda eſſe duco, quā
nō ita gerendum conſulatū, vt in omnibus meis
factis, atq; cōſiliis veſtrū de me factū, cōſiliúm-
que laudetur: Accedit etiam ille mihi ſummus
labor, ac difficillima ratio conſulatus gerendi,
quòd non eadem, qua ſuperioribus conſulibus
(e L. mihi vtendum.) lege & conditione [e] vtendum eſſe decreui: qui
aditum huius loci, cōſpectúmque veſtrū partim
magnopere fugerunt, partim nō vehemēter ſe-
cuti ſunt. Ego autem nō ſolùm hoc in loco di-
cam, vbi eſt id dictu facillimum: ſed in ipſo ſe-
natu, in quo eſſe locus huic voci non videba-
(f L. rima illa mea.) tur, popularem me futurum eſſe cōſulem, [f] pri-
ma mea illa oratione Kal. Ianua. dixi.‖Neque e- 7
nim vllo modo facere poſſum, vt, cùm me intel-
ligam, non hominum potentium ſtudio, non
(g L. ſim popularis.) excellētibus gratiis paucorum, ſed vniuerſi po-
puli Ro. iudicio conſulem ita factum, vt nobi-
liſſimis hominibus longè præponerer: non &
in hoc magiſtratu, & in omni vita [g] eſſem po-
pula-

pularis. Sed mihi ad huiuſce verbi vim, & interpretationem vehementer opus eſt veſtra ſapientia.} verſatur * enim magnus error, propter inſidioſas nonnullorum ſimulationes. qui cùm populi non ſolùm commoda, verùm etiam ſalutem oppugnant, & impediunt, oratione aſſequi volunt, vt populares eſſe videantur. ‖ Ego qualẽ

* al. enim in eo magnus error.

8 h kalendis Ianuarij acceperim remp. Quirites, intelligo, plenam ſollicitudinis, plenam timoris: in qua nihil erat mali, nihil aduerſi, quod non boni metuerent, improbi exſpectarent. omnia turbulenta conſilia contra hunc reip. ſtatum, & contra veſtrum otium partim iniri, partim, nobis conſulibus deſignatis, inita eſſe dicebantur. ſublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, ſed ſuſpicione, ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum: nouæ dominationes, extraordinaria, non imperia, ſed regia, quæri putabantur. ‖ Quæ cùm ego

h L. Kalendis Ian.

9 non ſolum ſuſpicarer, ſed planè cernerem: (neque enim obſcurè gerebantur:) i dixi in ſenatu, in hoc magiſtratu me popularẽ conſulem futurũ. Quid enim eſt tam populare, quàm pax? qua non modò ij, quibus natura ſenſum dedit, ſed etiã tecta, atq; agri mihi lætari videntur. Quid tam populare, quàm libertas? quàm nõ ſolùm ab hominibus, verùm etiam à beſtiis peti, atq; omnibus rebus anteponi videtis? Quid tam populare, quàm otium quod ita iucundum eſt, vt & vos, & maiores veſtri & fortiſſimus quiſque vir, maximos labores ſuſcipiendos putet, vt aliquãdo in otio poſſit eſſe, præſertim in imperio, ac dignitate: qui idcirco etiam maioribus noſtris præcipuam laudem, gratiámque debemus, quòd eorum labore k eſt factum, vt impunè in otio eſſe poſſemus. Quare quî poſſum non eſſe popularis, cùm videam hæc omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis, ac nominis veſtri, otium domeſticum, denique

i L. dixi in ſenatu, me in hoc magiſtratu popularẽ cõſ.

k factum eſt,

Digitized by Google

omnia,quę vobis cara,atq; ampla ſunt , in fidē,
& quodammodo in patrocinium mei conſu-
latus eſſe collata?|| Neque enim , Quirites, illud 10
vobis iucundum , aut populare debet videri
largitio aliqua promulgata , quæ verbis o-
ſtentari poteſt,re vera fieri, niſi exhauſto æra-
rio, nullo pacto poteſt. neque verò illa popu-
laria ſunt exiſtimanda,iudiciorum perturbatio-
nes,rerum iudicatarū infirmationes , reſtitutio
damnatorum:qui ciuitatum afflictarum , perdi-
tis iam rebus,+ [l] extremi exitiorum ſolent eſſe
exitus,neque ſiqui agros populo R. pollicētur,
ſi aliud quiddam obſcurè moliuntur, aliud ſpe
ac ſpecie ſimulationis oſtētant,populares exi-
ſtimandi ſunt. Nam verè dicam,Quirites genus
ipſum legis Agrarię vituperare non poſſum.ve-
nit enim mihi in mentem,duos clariſſimos in-
genioſiſſimos,amantiſſimos plebis Romanæ vi-
ros[m] Tiberium,& C.Gracchos,plebem in agris
publicis conſtituiſſe,qui agri à priuatis antea
poſſidebantur. non ſum autē ego is conſul,qui,
vt plerique,nefas eſſe arbitrer,Gracchos lauda-
re:quorum conſiliis,ſapientia,legibus , multas
eſſe video reipublicæ parteis conſtitutas.|| Ita- 11
que,* vt initio mihi deſignato conſuli,nuntia-
batur,legē Agrariā tribunos pl.deſignatos cō-
ſcribere:cupiebā,quid cogitarent,cognoſcere.
etenim arbitrabar,quoniam eodem anno gerēdi
nobis eſſent magiſtratus,[n] eſſe aliquam opor-
tere inter nos bene adminiſtrandæ reipu.ſocie-
tatem.||Cùm familiariter me in eorum ſermonē 12
inſinuarem,ac darem,celabar,excludebar, & cū
oſtenderem,ſi lex vtilis plebi Rom.mihi vide-
retur,auctorē me, atque adiutorē futurū:tamen
aſpernabantur hāc liberalitatē meā: negabant,
me adduci poſſe vt vllam largitionem proba-
rem. finem feci offerendi mei,ne fortè mea ſe-
dulitas,aut inſidioſa , aut impudens videretur.
Interea non deſiſtebant clàm inter ſe conueni-
re,

l L.extremi; ſolent eſſe exitus.

m L.Ti.& C.Grachos.

*NARRATIO.

n L. aliquā inter nos bene adm. reip.ſociet. eſſe oportere. Cùm fam.

re, priuatos quoſdam adhibere ad ſuos cœtus occultos noctem adiungere, & ſolitudinē quibus rebus, quanto in metu fuerimus, ex veſtra ſolicitudine, in qua illis temporibus fuiſtis, fa-
13 cilè aſſequi coniectura poteritis. ‖ Ineunt tandē magiſtratus tribuni pl.[o] cōtio tandē exſpectata P. Rulli, quod & princeps erat Agrariæ legis, & truculentiùs ſe gerebat, quā ceteri.[p] Iam deſignatus, alio vultu, alio vocis ſono, alio inceſſu eſſe meditabatur: veſtitu obſoletiore, corpore inculto, & horrido, *capillatior, quā ante, barbáque maiore: vt oculis, & adſpectu denunciare omnib. vim tribunitiā, & minitari reip. videretur. Legē hominis, contionēque exſpectabā. Lex initiò nulla proponitur: cōtionē in primis aduocari iubet: ſumma cum exſpectatione concurritur. explicat orationē ſanè longā, & verbis valde bonis. Vnū erat, quod mihi vitioſum videbatur, quòd tanta ex frequentia inueniri nemo potuit, qui intelligere poſſet, quid diceret. Hoc ille vtrùm inſidiarum cauſa fecerit, an hoc genere eloquentiæ delectetur, neſcio. Tamē,[5] ſiqui acutiores in contione ſteterāt, de lege Agraria neſcio quid voluiſſe eū dicere, ſuſpicabātur. Aliquando tandē, me deſignato,[q] lex in publicū proponitur. cōcurrūt iuſſu meo plures vno tem-
14 pore librarij: deſcriptā legē ad me afferūt. ‖[6] Omni *hoc vobis ratione cōfirmare poſſū, Quirites hoc animo me ad legendā legē, cognoſcendāq; veniſſe, vt, ſi eā vobis accōmodatā, atq; vtilem eſſe intelligerē, auctor eius, atq; adiutor eſſem. nō enim natura, neq; diſſidio, neq; odio penitꝰ inſito, bellū neſcio q̄ habet ſuſceptū [s] cōſulatꝰ cum tribunatu,[7] quia perſæpe ſeditioſis, atque improbis tribunis pl. boni & fortes cōſules obſtiterunt, & quia vis tribunitia nonnumquā libidini reſtitit conſulari, non poteſtatū diſſimilitudo, ſed animorū diſiunctio diſſenſionem fa-
15 cit. ‖ Itaque hoc animo legē ſumſi in manus, vt

o L. concio exſp. pl. Nam iam deſ.

*annis 454. Romanis tonſoribus caruere Varro, Pli.

q L. lex in publico prop.

* PARTITIO.

r L. vobis aſſeueratione cōfirm.

s L. conſulatus cum tribunatu: ſed quia perſæpe ſedit.

t al. lib.

eam cuperem eſſe aptam veſtris commodis, & eiuſmodi, quam conſul, re, non oratione, popularis, & honeſtè, & libenter poſſet defendere. [t] Atque ego à primo capite legis, vſque ad extremum, reperio, Quirites, nihil aliud cogitatū, nihil aliud ſuſceptum, nihil aliud actum, niſi, vt decem reges ærarij vectigalium, prouinciarum omnium, totius reipublicæ regnorū, liberorum, populorum, orbis denique terrarum domini cōſtituerentur, legis Agrariæ, ſimulatione, atq; nomine. Sic confirmo: Quirites, hac lege Agraria, pulchra, atq; populari, dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia: oſtentari populo Romano agros, eripi etiam libertatem: priuatorum pecunias augeri, publicas exhauriri: deniq; quod eſt indigniſſimum, per tribunū plebis, quē maiores præſidem libertatis, cuſtodémque eſſe voluerunt, reges in ciuitate conſtitui. || Quæ cū 16
expoſuero, ſi falſa vobis videbuntur eſſe: ſequar auctoritatem veſtram [u] mutabo meam ſententiam. ſin inſidias fieri libertati veſtræ, ſimulatione largitionis, intelligetis, nolitote dubitare plurimo ſudore, & ſanguine maiorum veſtrorū partam, [x] nobiſque traditam libertatem nullo veſtro labore, cōſule adiutore, defendere. * Primum caput eſt legis Agratię: quo, vt illi putant, tentamini leuiter, quo animo libertatis veſtræ [y] diminutionem ferre poſſitis. Iubet enim tribunum pl. qui eam legem tulerit, creare decemuiros, per tribus ſeptemdecim, vt, quem nouem tribus fecerint, is decemuir ſit. || Hîc quæro, quā 17
ob cauſam initium rerū, ac legum ſuarum hinc duxerit, vt populus R. ſuffragio priuaretur. toties legibus Agrariis curatores conſtituti ſunt, [z] triumuiri, quinqueviri, decemuiri: quæro à populari tribuno pl. ecquando, niſi per xxxv. trib [a] creati ſint. Etenim cùm omnes poteſtates, imperia, curationes ab vniuerſo populo R. proficiſci conuenit, tum eas profectò maximè, quæ conſtituuntur

t al. lib. Atqui ego.

v L. mutabo ſentētiā meam. ſin inſ.

x L. vobiſque.

* CONFIRMATIO in qua hæc tria tractat de fine & forma legis, & de poteſtate Decemuiris permiſſa in hac agrorū diuiſione.

y L. deminutionem ferre.

z al. III. viri, V. viri, X. viri:

tuuntur ad populi fructũ aliquẽ, & commodũ,
in quo & vniuerſi deligant, quẽ populo R. maximè conſulturum putent, & vnuſquiſq; ſtudio, & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. Hoc tribuno pl. potiſſimùm venit in mentem, populum Ro. vniuerſum priuare ſuffragiis, paucas tribus non certa condicione iuris, ſed ſortis beneficio, fortuito, ad

18 vſurpandam libertatẽ vocare.[8]|| [a] ITEM, inquit, eodémque modo, * capite altero, VT COMITIIS PONTIFICIS MAXIMI. Ne hoc quidẽ vidit maiores noſtros tã fuiſſe populareis, vt ꝙ per populũ creari fas nõ erat, propter religionẽ ſacrorũ, in eo tamen, propter amplitudinẽ ſacerdotij voluerunt populo ſupplicari, atq; hoc idem de ceteris ſacerdotiis Cn. Domitius, tribunus pl. [b] vir clariſſimus tulit: ꝙ populus per religionem ſacerdotia mandare non poterat, vt minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui eſſet factus, is

a I. ITEM inquit, capite altero, VT COMIT.
* Caput ſecundum legis Agrariæ quò ſpectet
b v.c. V.C.

19 à collegio cooptaretur.|| Videte, quid interſit inter Cn. Domitium, tribunum plebis, hominem nobiliſſimũ, & P. Rullum, qui tentauit, vt opinor, patientiã veſtram, cùm ſe nobilem eſſe diceret. Domitius, quòd per cæremonias populi fieri nõ poterat, ratione aſſecutꝰ eſt, vt id, quoad poſſet, quoad fas eſſet, quoad liceret, [9] * populi ad parteis daret: hic, ꝙ populi propriũ ſemper fuit, ꝙ nemo imminuit, nemo immutauit, quin ij, qui populo agros eſſẽt aſſignaturi, antè acciperent à populo beneficium, quàm darent: id totum eripere vobis, atque è manibus extorquere conatus eſt. Ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodammodo dedit: hic [c] ꝙ adimi [10] nullo pacto poterat poteſtate, quadam

* al. populo.
c I. quod adimi nullo pacto poterat, poteſtve quadam rat. vide Muret. 5. Varr. c. 5.

20 ratione eripere conatur.|| Quæret quiſpiã, in tãta iniuria, tantáq; impudẽtia quid ſpectarit. Nõ defuit conſiliũ: fides erga plebẽ Romanã, æquitas, in vos, libertatẽq; veſtrã, vehemẽter defuit. Iubet enim comitia [d] decemuiris habere creã-

d v. c. X. viris.

dis eam, qui legem tulerit. Hoc dicam planius. Iubet Rullus homo [e] nō cupidus, neque appetens habere comitia Rullum. Nondum reprehēdo. video feciſſe alios. illud, quod nemo fecit, de minore parte populi, quò pertineat, videte. Habebit comitia: [11] volet [f] eos denuntiare, quibus regia poteſtas hac lege quæritur. vniuerſo populo neque ipſe cōmittit, neque illi horum conſiliorum auctores cōmitti rectè putant poſ-
ſe.|| [g] Sortietur tribus idem Rullus, homo felix: 21
educet, quas volet, tribus, quos nouē tribus decemuiros fecerint, ab eodē Rullo eductæ: hos omniū rerum (vt iā oſtendā) dominos habebimus, atque ij, vt grati, ac memores beneficij eſſe videantur, aliquid ſe nouem tribuū notis hominibus debere cōfitebuntur: reliquis verò ſex, & xx. tribubus, [h] nihil erit, quod nō putent poſſe ſuo iure denegare. Quos tandem igitur decemuiros creari vult? Se primū. Quî licet? leges enim ſunt veteres, neq; eæ conſulares, ſiquid intereſſe hoc arbitramini, ſed tribunitiæ, vobis, maioribúſque veſtris vehementer gratæ, atque iucundæ. *Licinia eſt lex, atq; altera, *Aebutia: quæ non modò eum, qui tulerit de aliqua curatione, ac poteſtate, ſed etiā collegas eius, cognatos, affineis excipit, ne eis ea poteſtas, curatióve
mandetur. || Etenim, ſi populo conſulis: remoue 22
te à ſuſpicione alicuius tui commodi: fac fidē, te nihil niſi populi vtilitatem & fructum quærere: ſine ad alios poteſtatem, ad te gratiā beneficij tui peruenire. nam hoc quidem vix eſt liberi populi, vix veſtrorum animorū, ac magnificentiæ. Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorē partem populi ſuffragiis priuauit? Rullus. Quis comitiis præfuit? Rullus. Quis tribus quas voluit, vocauit, [i] nullo cuſtode ſortitus? [k] Quis decēuiros, quos voluit renūtiauit? Idē Rullꝰ. Quē principē renuntiaui? Rullū. Vix, mehercule, ſeruis hoc eū ſuis, non vobis, omniū gentium domi-

e οὐ πλεονέκτης.

f L. eos renuntiari, quib.

g L. ſortietur tribus idem Rullus homo felix educe, quas volet trib*.

h L. nihil erit, quod non putēt ſe poſſe ſuo iure deneg.

* huius Liciniæ legis meminit pro domo, & 2. Att.

* Lex Aebutia de curatione poteſtatéve mandanda, fuit & alia lex Aebutia de Centumuiris cuius meminit. Gell. li. 16.

i L. nullo cuſtode ſortitus? Rull. Quis dec.

k v.c. Quis X. viros.

minis probaturum arbitrarer.Optimę leges igitur hac lege ſine vlla exceptione tollentur.Idē legis ſibi ſua lege curationem petet idem, maiore parte populi ſuffragiis ſpoliata, comitia habebit:quos volet,atq; in iis ſeipſum renuntiabit:& videlicet collegas ſuos, adſcriptores legis Agrariæ non repudiabit,à quibus ei locus primus inuidiæ [12] in præſcriptione legis conceſſus eſt:ceteri fructus omnium rerum, qui in ſpe legis huius poſiti ſunt,communi cautione,

23 atque æqua ſibi parte retinētur.|| At videte hominis diligentiam,ſi aut Rullum cogitaſſe, aut ſi Rullo potuiſſe in mētem venire arbitramini. Viderunt ij,qui hæc machinabantur,ſi vobis ex omni populo deligendi poteſtas eſſet data,quęcumq; res eſſet,in qua fides,integritas,virtꝰ,auctoritas quæreretur, vos eam ſine dubitatione CneiumPompeium principem delaturos. Etenim,quem vnum ex cunctis delegiſſetis, vt eum omnibus omniũ gentiũ bellis,terra,& mari pręponeretis:certè in Decemuiris faciendis, ſiue fides haberetur,ſiue honos: & committi huic optimè,& ornari hunc iuſtiſſimè poſſe intelligebant.

24 ||Itaque excipitur hac lege,non adoleſcentia,non legitimũ aliquod impedimentum, non poteſtas,non magiſtratus vllus,aliis negotiis; [1] ac legibus impeditus, [13] non vt denique, quò minùs decemuir fieri poſſit. Præſentem* eũ profiteri iubet,ꝙ nulla alia in lege vnquam fuit,ne in his quidem magiſtratib. quorũ certus ordo eſt,[14] Timebat * enim, Pōpeius, ne ſi adeſſet,ferri non poſſet:aut,ne ſi accepta lex eſſet,illũ ſibi collegã adſcriberetis,cuſtodẽ, ac vindicem cupiditatũ. Hic,quoniã vos hominis dignitate, & contumelia leges eſſe commotos: renouabo illud, quod initio dixi, regnum comparari, libertatem veſtram hac lege funditus tolli.

25 || An vos aliter exiſtimabatis, cùm ad omnia veſtra pauci homines cupiditatis oculos adieciſſent? non in eos pri-

1 ſi.vul.ac legibus impeditus,ne deniq.

* Ita Pompeium excludit longo bello impeditũ.

* al.timebat enim ne ſi Pompeius adeſſet, ferri non poſſet.

Digitized by Google

mis id acturos,vt ex omni cuſtodia veſtræ libertatis ex omni poteſtate,curatione, patrocinio veſtrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur? Viderunt, & vident, ſi per imprudentiam veſtram,neglig̃etiam meam,legem incognitam acceperitis:fore,vti poſtea, cognitis inſidiis,cùm decemuiros crearitis:tũ vitiis omnibus,& ſceleribus legis,Cn. Pompeij præſidiũ opponendum putetis.Et hoc paruũ argumentũ vobis erit, à certis hominibus dominationem, poteſtatémque omnium rerum quæri, cùm videatis,eum quem cuſtodẽ veſtræ libertatis fore videant, expertem fieri dignitatis?|| Cognoſcite 26
nunc,quæ poteſtas decemuiris,& quanta detũr. *Primùm lege Curiata decemuiros ornat. Iam hoc inauditum,& planè nouo more,[15] [m] vti Curiata lege magiſtratus detur,qui nullis comitiis antè ſit datus.Eam legem ab eo prætore, qui ſit primus factus,ferri iubet.At quomodo? Vt ij decemuiratum habeant,quos plebs deſignauerit. Et is orbem terrarum conſtringit nouis legib⁹, [16] qui, [n] quid in ſecundo capite ſcriptum eſt, non meminit in tertio.Atq;hîc perſpicuum eſt, quid iuris à maioribus acceperitis,quid ab hoc tribuno plebis vobis relinquatur. Maiores de omnibus magiſtratibus bis vós ſententiam ferre voluerunt.[17] [o] nam Centuriata lex Cenſoribus ferebatur,cùm Curiata ceteris patriciis magiſtratibus:* tum iterum de eiſdem iudicabatur,vt eſſet reprehendendi poteſtas, ſi populum 27
beneficij ſui pœniteret.|| Nunc quia prima illa comitia tenetis,centuriata, & tributa: curiata tantùm auſpiciorum cauſa * remanſerunt. Hic autem tribunus pl.quia videbat [p] poteſtatem neminem iniuſſu populi,aut plebis poſſe habere,curiatis ea comitiis, [q] quę vos non ſinitis,cõfirma-

* Tertium caput legis Agrariæ.

m L. vt iis Curiata lege magiſtratus detur,qui nulli com. &c. al. vt ei Curiata lege magiſt. detur,cui nul. com.&c.

n L.*quòd in ſecundo capite ſcriptum eſt, non meminit in tertio al.quicquid in ſecundo capite ſcriptum ſit.

o L.nam cũ Centuriata lex,cõſulib. fereb. ita Gruch.

* al. cum.

* arbitris pontificib. Gell.l.5.c.19.vt diuina quaſi approbatio legis videretur.

p L. poteſtatem iniuſſu pop. aut pl.poſſe hab. neminem curiatis, &c. Pant.quam

q L.quæ vos non tenetis,confir.al.quæ vos non initis vos non ſciuiſtis confirmauit:

Digitized by Google

firmauit:tributa,quæ veſtra erant, ſuſtulit. Ita cùm maiores binis comitiis voluerint vos de ſingulis magiſtratibus iudicare:hic homo popularis ne vnam quidem populo comitiorũ pote-
28 ſtatem reliquit.|| Sed videte hominis religionẽ, & diligentiam. Vidit, & perſpexit, ſine curiata lege [r] decemuiros habere poteſtatem non poſſe,quoniam per nouem tribus eſſent conſtituti. Iubet ferre de his legem curiatam: prætori imperat.quàm idipſum abſurdè, nihil ad me attinet.iubet enim, qui primus ſit prætor factus, eũ legem curiatam ferre.ſin is ferre non poſſit:qui poſtremus ſit:vt aut [s] luſiſſe in tantis rebus,aut profectò neſcio quid ſpectaſſe videatur. Verùm hoc, quod eſt aut ita peruerſum, vt ridiculum: aut ita malitioſum,vt obſcurũ ſit,relinquamus: ad religionem hominis reuertamur. Videt ſine lege curiata nihil agi per decemuiros poſſe.
29 || Quid *poſtea,ſi ea lata non erit? Attendite ingenium, TVM II DECEM VIRI, inquit, EODEM IVRE SINT, QVO QVI OPTIMA LEGE. [18]Si hoc * fieri poteſt,vt in hac ciuitate, quæ longè libertatis ceteris ciuitatibus antecellit,quiſquã nullis comitiis imperium aut poteſtatem aſſequi poſſit:quid attinet tertio capite legem curiatam ferre iubere, [t] quoniã quarto permittas,vt ſine lege curiata idem iuris habeant, quod haberent, ſi optima lege à populo eſſent creati? Reges conſtituuntur,non decemuiri,Quirites, [u] iique ab his initiis,fundamentiſq; naſcuntur, vt nõ modò cùm gerere cœperint,ſed etiam cùm conſtituentur, omne veſtrũ
30 ius, poteſtas, libertaſque tollatur. || At videte, quàm diligẽter retineat ius tribunitiæ poteſtatis.Conſulibus legem curiatam ferẽtibus, à tribunis plebis ſæpe eſt interceſſum.Neque tamen nos id querimur,eſſe hanc tribunorum pl.poteſtatem. [19] tantummodò ſi quis ea poteſtate temerè eſt vſus, [x] exiſtimamus. [20] Hic Trib.

*pleb.

r v.c. X. viros

s ῥᾳδιουργῆσαι.

* Quartum caput legis Agrariæ.

* al. ferri pot.

t L. cùm quarto permit.

v L. híque ab iis initiis, f. al. iiq; ab his init. al. iiq; ab iis init.

* al. temere eſt vſus reprehendendũ exiſtimamus.

x L. exiſtimamus Trib. pleb. legi curiatæ, q. Pant. exiſtimamus.

Digitized by Google

pleb. lege curiata, quã prętor ferat, adimit intercedendi poteſtatem. Atque hoc cùm in eo reprehendendũ eſt, quòd per tribunum plebis tribunitia poteſtas minuitur: tum in eo diridendũ, quòd conſuli, ſi legem curiatam non habet, attingere rem militarem [y] non licet: huic cui vetat intercedendi poteſtatem, etiam interceſſum ſit, tamen eandem conſtituit. quam, ſi lata eſſet lex: vt nõ intelligam, quare aut hic vetet intercedere, aut quemquam interceſſurũ putet: cùm interceſſio ſtultitiam interceſſoris ſignificatura ſit: non rem impeditura. ‖Sint*igitur Decemui- 31
ri neq; veris comitiis, hoc eſt populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem, atque ad vſurpationem vetuſtatis, per xxx. lictores, auſpiciorum cauſa, adumbratis, conſtituti. Videte nunc eos, qui à vobis nihil poteſtatis acceperint, quanto maioribus ornamentis afficiat, quàm omnes nos affecti ſumus, quibus vos ampliſſimas poteſtates dediſtis.[21] Iubet auſpicij coloniarum deducendarum cauſa decemuiros hãbere pullarios. EODEM IVRE, inquit, QVO HABVERVNT. [z] TRES * VIRI LEGE * SEMPRONIA. Audes etiam, Rulle, mentionem facere legis Semproniæ? nec te ea lex ipſa[a] cõmonet, treis viros illos xxxv. tribuũ ſuffragio eſſe creatos? Et, cùm tu à T. Gracchi æquitate, ac pudore longiſſimè remotus ſis: id quod diſſimillima ratione factum ſit, eodem iure putas eſſe oportere?‖ Dat præterea poteſta- 32
tem, verbo prætoriam, re vera regiam: definit in quinquennium, facit ſempiternam. tantis enim confirmat opibus, & copiis, vt inuitis eripi nullo modo poſſit. deinde ornat apparitoribus, ſcribis, *librariis, præconibus, architectis: præterea *mulis, tabernaculis, cẽturiis, ſuppellectili: ſumtum haurit ex ærario, ſuppeditat à ſociis: *ianitores ex equeſtri loco ducẽtos in annos ſingulos, *ſtipatores corporis conſtituit: eoſdẽ miniſtros, & ſatellites poteſtatis. Formã adhuc habet is

y L. non licet: hic, qui petat intercedere, poteſtatẽ, etiã ſi interceſſum ſit, tamen eand. cõſtit. quã, ſi lata lex eſſet: vt n.

* FORMA legis Agrariæ latæ à Rullo.

z v. c. III. viri

* vide App. 1. belli ciu.

* lex Sempronia à T. Graccho lata. vide orat. pro Sextio.

a al. cõmonuet,

* Vrſ. ſcribis librariis

* Pant. mulis Tautheriis tabernaculis,

* σωμα το φύλακας.

* al. finitores

Digitized by Google

betis,Quirites,& ſpeciē ipſam tyrannorū:[b] inſignia veteris poteſtatis, nōdum ipſam poteſtatem.Dixerit enim fortaſſe quiſpiā,Quid me iſta lędūt,ſcriba,lictor,pręco,pullarius?Omnia ſunt hæc huiuſmodi, Quirites, vt ea qui habeat ſine veſtris ſuffragiis,aut rex non ferēdus,aut priua-
33 tus furioſus eſſe videatur. || Perſpicite,* quanta poteſtas permittatur: nō priuatorum inſaniam, [c] ſed intolerantiam regis eſſe dicetis. Primùm permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ cōficiendæ de veſtris vectigalibus,nō fruendis,ſed alienandis:deinde orbis terrarū,gentiumq; omniū datur cognitio ſine cōſilio,pœna ſine prouocatione , animaduerſio ſine auxilio.
34 || iudicare per quinquenniū vel de conſulibus, vel de ipſis trib. pl.poterūt. de illis interea nemo iudicabit.magiſtratushis gerere licebit:cauſam dicere nō licebit.emere agros,à quibus volent,vel quos volent,quàm volēt magno,poterūt:colonias deducere nouas,renouare veteres, totā Italiam ſuis coloniisvt cōplere liceat,permittitur : omneis prouincias obeundi , liberos populos agris multandi, 22 [d] regnorū vel dandorum ſumma poteſtas datur,cùm velint:Romę eſſe , cū commodū ſit:quacumq; velint ſummo cum imperio, iudicioq; omniū rerum vagari vt liceat,cōceditur.interea diſſoluant iudicia publica:de conſiliis abducant,quos velint,ſinguli de maximis rebus iudicēt:quæſtori permittant: *finitorē mittant:ratū ſit quod finitor vni illi,à quo miſſus erit,renūtiauerit.|| Verbū mihi deeſt,
35 Quirites,cū ego hāc poteſtatē,regiam appello, ſed profectò maior eſt quædā.nullū enim regnū fuit vmquā,quod nō,ſi minùs iure aliquo,at regionibus tamē certis cōtineretur.hoc verò infinitū eſt,quo & regna omnia & veſtrū imperiū, ꝙ latiſſimè patet,& ea,quæ partim libera à vobis partim etiā ignorata vobis ſunt,permiſſu le-
36 gis continentur. || Datur igitur eis primùm , vt liceat

b L.inſignia videri veteris poteſtatis,

* Formam Agrarię legis tyrannicam docet, primū in genere, inde in ſpecie, quod nimia poteſtas permittatur Decē uiris in venditione bonorū agrorum,vectigalium manubiarum, in emptione agrorū, in deductione coloniarum.

c L. ſed intolerantiā regum.

d L.agrorū vendendorū ſumma pot.

* Finitor, qui agros terminat.

* De venditione bonorum.

Digitized by Google

liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis
ſenatuſcōſulta facta ſunt, M. Tullio, Cn. Corne-
lio Coss. || Cur hoc tam eſt obſcurum, atque cæ- 36
cum? quid? iſta omnia, de quibus ſenatus cēſuit,
nominatim in lege perſcribi nónne potuerunt?
Duæ ſunt huius obſcuritatis cauſæ, Quirites
vna, pudoris, ſi quis pudor eſſe poteſt in tam in-
ſigni impudentia: alteri ſceleris. nam neque ea,
quæ ſenatus nominatim vendenda cenſuit, au-
det appellare: ſunt enim loca publica vrbis,
ſunt ſacella, quæ poſt reſtitutā tribunitiam po-
teſtatem nemo attigit: [12] [e] quæ maiores in vr-
be partim periculi perfugia eſſe voluerunt. Hęc
lege tribunitia decemuiri vendent. Accedet eò
mons Gaurus: accedēt ſalicta ad Minturnas: ad-
iungetur etiam illa via vēdibilis [f] Herculanea,
multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ: per-
multa alia, quæ ſenatus propter anguſtias ærarij
vendenda cenſuit, conſules propter inuidiam
non vendiderunt || Verùm hæc fortaſſe propter 37
pudorem in lege reticentur. [23] Sed illud magis
eſt,* credendum, & pertimeſcendum, quòd au-
daciæ decemuirali, corrumpēdarum tabularum
publicarum, fingendorumque ſenatuſconſulto-
rum, quæ facta numquam ſunt, cùm ex eo nume-
ro, qui per eos annos cōſules fuerūt, multi mor-
tui ſint, magna poteſtas permittitur. niſi fortè
nihil eſt æquum vos de eorum audacia ſuſpica-
ri, quorum cupiditati nimiùm auguſtus orbis
terrarum eſſe videatur. || Habetis *vnum vendi 38
tionis genus, quod magnum videri vobis intel-
ligo: ſed attendite animos ad ea, quæ conſe-
quuntur. hunc quaſi gradum quendam, [h] atque
aditum ad cetera iactū intelligetis. QVI AGRI,
QVAE LOCA, QVAE AEDIFICIA. Quid eſt præ-
terea? multa in mancipiis, in pecore, auro, ar-
gento, ebore, veſte, ſupellectili, ceteris rebus.
[i] Quid dicā? [24] inuidioſum *putaſſet hoc fore,
ſi omnia nominaſſet? Non me tuit inuidiā. Quid
ergo?

e L. quæ maiores in vrbe portus periculi, & perfugia eſſe voluerūt

f fort. Herculana.

g al. cauendum,

* De venditione agrorum.

h L. atque aditum ad cetera factum intelligetis.

i L. Quid dicam? inuidioſum putaſſe hoc fore, ſi, &c.

* al. putaſſe

ergo? longum putauit, & timuit, nequid præte-
riret: adſcripſit, ALIVDVE QVID. qua breuitate
[k] rem nullam eſſe exceptam videtis. Quidquid
ergo ſit extra Italiam, quod publicum populi R.
factum ſit, L. Sylla. Q. Pompeio conſulibus, aut
39 poſtea, id decemuiros iubet vendere. || Hoc capi-
te, Quirites, omneis gēteis, nationes, prouincias,
regna decemuirum ditioni, iudicio, poteſtatiq;
permiſſa, & cōdonata eſſe dico.[25] Primum* hoc
quæro, qui tandem locus vſquam ſit, quem non
poſſint decemuiri dicere publicum populi Ro-
man. eſſe factum. nam, cùm idem poſſit iudicare,
qui dixerit: quid eſt, quod non liceat ei dicere,
[l] cui liceat eidem iudicare? Commodum erit
Pergamum, Smyrnamq; Tralleis, Epheſum, Mile-
tum, Cyzicum, totam denique Aſiam, quæ poſt
L. Syllam, Qu. Pompeiū, Cos. recuperata ſit, [m] po
40 puli R. factam eſſe dicere. || Vtrùm oratio ad eius
rei diſceptationem deerit: an, cùm idem & diſ-
ſeret, & iudicabit, impelli non poterit, vt falſum
iudicet? an, ſi condemnare Aſiam volet, terrorem
damnationis & minas non, quanti volet, æſti-
mabit? Quid (quod diſputari contra nullo pacto
poteſt, quoniam ſtatutum à vobis eſt, & iudica-
tum, quam hereditatem iam* creuimus) regnum
Bithyniæ? quod certè publicum eſt populi Ro.
factum. numquid cauſæ eſt, quin omneis agros,
vrbeis, ſtatiua portus, totā deniq; Bithyniā de-
cēuiri vendituri ſint? Quid* Mytilenæ? quæ cer-
tè veſtræ, Quirites, belli lege, ac victoriæ iure,
factæ ſunt: vrbs & natura, & ſitu, & deſcriptio-
ne ædificiorum, & pulchritudine, in primis no-
bilis: agri iucundi, & fertiles: nempe eodem ca-
41 pite incluſi continentur. | Quid Alexandria, cū-
ctáq; *AEgyptus: vt occultè latet? vt recondita
eſt? vt furtim tota decemuiris traditur? Quis e-
nim veſtrûm hoc ignorat dici, illud regnū [o] te-
ſtamento regis Alexandrini, populi Ro. eſſe fa-
ctum? Hîc ego conſul populi Rom. non modò

k L. nullam rem eſſe except.
* al Primū hoc, quæro enim qui tandem
l lib. vulg. cui licet idem iud.
m Lamb. publicam populi Ro. factam
n L. quod ſtatutum à vob.
* Bithyniā pop. Rom. Nicomedes rex teſtamento reliquerat.
* Mytilenæ vrbs in Leſbo.
* vide Liui. epito. 89.
* Aegyptus po. Rom. facto teſtamento Ptolomæi Alexandri Liui. 70. Iuſt. 38.
o L. teſtamento regis Alexandri,

Digitized by Google

nihil iudico,ſed ne, quid ſentiã quidem profero.magna.n.mihi res non modò ad ſtatuendum, ſed etiam ad dicendum videtur eſſe. Video, qui teſtamentum factum eſſe confirmet: auctoritatẽ ſenatus extare hereditatis aditæ ſentio , [p] tum, quando Alexandro mortũo, legatos Tyrũ miſimus,[25] qui ab illo [q] pecuniam depoſitam, [r] noſtris recuperarent.Hæc L.Philippum ſæpe in ſenatu confirmaſſe memoria teneo:eum,* qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere, neque animo regio eſſe : inter omneis ferè video conuenire. Dicitur contrà , nullum eſſe teſtamentum:non oportere populum Ro.omnium regnorum appetentem videri : demigraturos in illa loca noſtros homines,propter agrorum bonitatem,& omnium rerum copiam. || Hac tanta 42
de re P.Rullus cum ceteris decemuiris,collegis ſuis,[s] iudicabit?[26] &verum iudicabit?nam vtrũque ita magnum eſt,vt nullo modo neq; concedendum, neque ferendum ſit. Volet eſſe popula is.populo Ro.adiudicabit. Ergo idem ex ſua lege vendet Alexandriam , vendet AEgyptum: vrbis copioſiſſimæ,pulcherrimorúmque agrorũ iudex,arbiter,dominus, rex denique opulentiſſimi regni reperietur.Non ſumet ſibi tantũ,non appetet:iudicabit,Alexandriam regis eſſe:à populo R.abiudicabit.|| Primùm populi R. heredẽ 43
decemuiri iudicent , cùm vos volueritis de priuatis hereditatibus centumuiros iudicare ? deinde quis aget cauſam populiR.vbi res iſta agetur? qui ſunt iſti decemuiri , quos perſpiciamus regnum AlexandriæPtolomæo gratis adiudicaturos ? Quòd ſi Alexandria petebatur : cur non eoſdem curſus hoc tempore,quos L, Cotta , L. Torquato Coss.cucurrerunt? cur non apertè vt anteà?[27] cur non*item,[t] vt cum decreto,& palã religionem illã petierunt?an * quietis iis , qui

per

p L. tum, cùm Ale.
q L.depoſitam pecuniam,
r L. nobis
* Ptolemæum Auletem qui poſtea à ſuis expulſus Romã aufugit(de quo epiſt. ad Lentulum)& tandem perGabinium eiecto Archilao reſtitutus eſt. Huius Auletis filij Ptolomęus Dionyſius vltimi regũ Aegypti ex Alexandri ſucceſſoribus.
s L.iudicabit.Et vtrũ al. iudicabit ? Sed vtrum iudicabit?
*al.iterum.
t L. vt, cũ directò, & palã reg, illam pet.
quietis nobis ? an qui percurſ.
* al an qui Eteſiis qui per currũ, &c. Eteſij venti ſunt æſtiui, quibus Roma. in Aegyptum nauigatur, 9. Att. ep.7.

per curſum rectum regnum tenere non potue-
runt, nunc tætris tenebris, & caligine ſe Alexã-
44 driam peruenturos arbitrati ſunt? || Atque illud
circumſpicite veſtris mentibus,[58] [u] vnáque * v L. vnaq; quantum mali exteris nationibus comparetur conſiderate.
Legatos noſtros, homines auctoritate tenui, qui
rerum priuatarum cauſa legationes liberas o-
beunt, tamen exteræ nationes ferre vix poſſunt.
graue eſt enim nomen imperij, atque id etiam
in leui perſona pertimeſcitur, propterea quòd Leg. al. nã que vel nã quum
veſtro, non ſuo nomine, cùm hinc egreſſi ſunt,
abutuntur. Quid cenſetis, cùm iſti decemuiri cũ
imperio, cum faſcibus, cum illa [x] delecta fini x al. dilecta
torum iuuentute per orbem terrarum vagabun-
tur? quo tandem animo, quo metu, quo periculo
45 miſeras nationes futuras? || Eſt in imperio ter-
ror: patientur. eſt in aduentu ſumtus: ferent.
imperabitur aliquid muneris: non recuſabunt.
illud verò quantum eſt, Quirites, cùm is de-
cemuir, qui aliquam in vrbem aut exſpectatus,
vt hoſpes, aut repentè, vt dominus, venerit, il-
lum ipſum locũ, quò venerit, illam ipſam ſedem
hoſpitalem, in quã erit deductus, publicã popu-
li R. eſſe dicet?[29] * Quãta calamitas populi, ſi di- *al. At quãta calamitas
xerit? quantus ipſi quæſtus, ſi negarit? Atq; iidẽ,
qui hæc appetũt, queri nonnũquam ſolent, om-
neis terras Cn. Pompeio, atq; omnia maria eſſe
permiſſa. Simile verò eſt, multa cõmitti, an con-
donari omnia? [y] vel labori, & negotio præponi, y L. labori, & negotio
an prædæ, & quæſtui? mitti ad ſocios liberãdos,
an ad opprimendos? denique, ſiquis eſt honos
ſingularis, nihílne intereſt, vtrùm populus R. eũ,
cui velit, deferat: an is impudenter populo Ro.
46 per legis fraudem ſurripiatur? || Intellexiſtis,
quot res, & [z] quantas decemuiri, legis permiſ- z v.c. quantas x. viri,
ſu, vendituri ſint. * Non eſt ſatis, cùm ſeſe ſocio- *De venditione vectigalium,
rum, cùm exterarum nationum, cùm regum ſan-
guine implerint: incidant neruos populi Ro.
adhibeant manus vectigalibus veſtris, irrum-
pant, in ærarium. ſequitur enim caput, quo

 capi

Digitized by Google

capite non permittit quidem, ſi fortè deſit pe-
cunia,[a] quæ tanta ex ſuperioribus recipi poteſt,
vt deeſſe non debeat: ſed planè, quaſi ea res no-
bis ſaluti futura ſit, ita cogit, atque imperat, vt
decemuiri veſtra vectigalia vendãt nominatim.
|| Quam tu mihi ex ordine recita de legis ſcripto 47
populi Rom. auctionem: quam mehercule ego
præconi huic ipſi[b] luctuoſam, & acerbã*prædi-
cationem futuram puto. AVCTIO. Vt in ſuis re-
bus, ita in repub. luxurioſus eſt nepos, qui priùs
ſiluas vendat, quàm vineas. Italiam percenſuiſti:
perge in Siciliam. AVCTIONIS PARS EA, QVAE
AD SICILIAM PERTINET. nihil eſt in hac pro-
uincia, quod aut in oppidis, aut in agris maiores
noſtri proprium nobis reliquerint, quin id ve-
nire iubeat. || Quod partum recenti victoria 48
maiores vobis in ſociorum vrbibus, ac finibus,
& vinculum pacis, & monumentum belli reli-
querunt, id vos ab illis acceptum, hoc auctore,
vendetis? Hic mihi parumper menteis veſtras,
Quirites, cõmouere videor, dũ patefacio vobis,
quas iſti penitus abſtruſas inſidias ſe potuiſſe
[c]arbitrantur contra Cn. Pompeij dignitatem, &
mihi, quæſo, ignoſcite, ſi appello talem virũ ſæ-
pius. vos mihi prætori biennio antè, Quirites,
hoc eodem in loco perſonam hanc impoſuiſtis,
vt, quibuſcumque rebus poſſem, illius abſentis
dignitatẽ vobiſcum vnà tuerer. feci adhuc, quæ
potui, neque familiaritate illius adductus, [d] nec
ſpe honoris, atque ampliſſimæ dignitatis: quam
ego, etſi libente illo, [e] tamen abſente illo per
vos conſecutus ſum. || Quamobrem cùm intelli- 49
gam, hãc totam fere legem ad illius opes euer-
tendas, tanquam machinam, comparari: & re-
ſiſtam conſiliis hominum, & perſiciam profectò,
quod ego video comparari, vt id vos vniuerſi
non ſolum videre, verùm etiam tenere poſſitis.
Iubet venire, [f] quę Attalenſium, quæ Phaſeli-
tum, quæ Olympenorum fuerint, agrúmque Age-
ren

a L. quæ tãta ex ſuperioribus reficí poteſt, vt, &c. al. ex ſuperioribus redigi pot.

* al. ſcribæ huic ipſi luctuoſam & acerbam recitationem

b al. recitationem fut.

c L. arbitrẽtur

d al. neque ſpe

e L. tamen abſente, per vos, &c.

f L. quæ Attalenſium,

renſem, & Orindicum, & Geduſanum. Hæc P.
Seruilij imperio & victoria, clariſſimi viri ve-
ſtra facta ſunt. Adiungit agros Bithyniæ regios,
quibus nunc publicani fruuntur: deinde Attali-
cos agros in Cherrhoneſo: in Macedonia, qui
regis Philippi, ſiue Perſæ fuerunt: qui item à cē-
ſoribus locati ſunt, & certiſſimum vectigal. [31]
50 ||Adſcribit [g] idem auctioni Corinthios agros, o-
pimos, & fertileis: & *Cyrenenſeis, qui Appionis
fuerunt: & agros in Hiſpania propter Karthagi-
nem nouam: & in Africa ipſam veterem Kartha-
ginem vendit: quam videlicet P. Africanus non
propter religionem [h] ſedium illarum, ac vetuſta-
tis, de *conſilij ſententia, conſecrauit: ſed vt ipſe
locus, eorum, qui cum hac vrbe de imperio cer-
tarunt, veſtigia calamitatis oſtenderet. Sed non
fuit tam diligens, quàm eſt Rullus: aut fortaſſe
emtorem ei loco reperire non potuit. [32] Verùm
*inter hos agros regios, captos veteribꝰ bellis,
virtute ſummorum imperatorū, adiungit regios
agros Mithridatis, qui in Paphlagonia, qui in
Ponto, qui in Cappadocia fuerunt, vt eos decē-
51 uiri vendant. ||Itáne verò? non legib. datis, non
auditis verbis imperatoris, nondum deniq; bel-
lo confecto, cùm rex Mithridates, amiſſo exer-
citu, regno expulſus, tamen in vltimis terris ali-
quid etiam nunc moliatur, atque ab inuicta Cn.
Pompeij manu, Mæotide, & illis paludibus, & i-
tinerum anguſtiis, atque altitudine montiū de-
fēdatur: cùm imperator in bello verſetur: in lo-
cis autē illis etiā nunc belli nomen reliquū ſit:
eos agros, quorū adhuc penes Cn. Pompeiū om-
ne iudicium, & poteſtas, more maiorū debet eſ-
52 ſe, [i] decemuiri vendent? ||Et, credo, P. Rullus (is
enim ſic ſe gerit, vt ſibi iam decemuir deſigna-
tus eſſe videatur) ad eam auctionem potiſſimùm
proficiſcetur. Is videlicet, antequam veniat in
Pontum, literas ad Cn. Pompeium mittet: qua-
rum ego iam exemplum ab illis compoſitum

g L. eidem auctioni Cer.

*Ptolemęū Cyrenarū regem qui pop. Rom. heredem reliquit. Liu. ep. 70. Tacit. 14.

h al. ſedum

* Lege enim Papiria vetabatur terram iniuſſu populi conſecrari.

* al. interitus ad hos agros

i v. c. x. viri

Digitized by Google

* fingit Rulli epiſtolam inuidioſam.
k v. c. x. VIR, S. POMP.

eſſe arbitror. *P. SERVILIVS RVLLVS, TRIBVNVS PL. [k] DECEMVIR, S. D. CN. POMPEIO, CN. F. Non credo adſcripturum eſſe, Magno. non enim videtur id, quod imminuere lege conatur, conceſſurus verbo. TE VOLO CVRARE, VT MIHI SINOPE PRAESTO SIS, AVXILIVMQVE ADDVCAS, DVM EOS AGROS, QVOS TVO LABORE CEPISTI, EGO MEA LEGE VENDAM. An Pompeium non adhibebit? in eius prouincia vendet manubias imperatoris? ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter veſtra, atque hoſtium caſtra, haſta poſita, cum ſuis formoſis ſinitoribus auctionantem. || Neque in hoc ſolùm ineſt contumelia, quæ vehementer & inſignis eſt, & noua, vt vlla res [l] parta bello, nondum legibus datis, etiam tum imperatore bellum adminiſtrante, non modò venierit, verùm etiam locata ſit. Plus ſpectant homines certè, quàm contumeliam: ſperant, ſi conceſſum ſit inimicis Cn. Põpeij, cum imperio, cum iudicio omnium rerum, cum infinita potеſtatе, cum innumerabili pecunia, non ſolùm aliis in locis vagari, verùm etiam ad ipſius exercitum peruenire: aliquid illi inſidiarum fieri, aliquid de eius exercitu, copiis, gloria detrahi poſſe. putant, ſi quam ſpem in Cn. Pompeio exercitus habeat, aut agrorum, aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cùm viderit, earum rerum omnium poteſtatem ad decemuiros eſſe tranſlatam. || Patior non moleſtè, tam ſtultos eſſe, qui hæc ſperent: tam impudenteis, qui conentur. illud queror, tam me ab iis eſſe contemtum, vt hæc portenta, me conſule, potiſſimùm cogitarent. Atque in omnibus his agris, ædificiiſque vendendis, permittitur decemuiris, vt vendant, quibuſcumque in locis videatur. O perturbatam rationem: ô libidinem refrenandam: ô conſilia diſſoluta, [m] atque perdita. Vectigalia locare nuſquam licet, niſi

53 (margin, at "Neque in hoc ſo-")
54 (margin, at "Patior non moleſtè")

l for. bello parta,
m al. ac perdita.

niſi in hac vrbe,[n] hoc ex loco, hac veſtrûm fre-
quentia. venire veſtras res proprias, & in perpe-
tuum à vobis alienari, in Paphlagoniæ tenebris,
55 atque in Cappadociæ ſolitudine licebit? || L.
Sylla cùm bona indemnatorum ciuium, funeſta
illa auctione ſua venderet, & ſe prædam ſuam
[o]diceret vendere, tamen ex hoc loco vendidit:
nec, quorũ oculos offendebat, eorum ipſorum
conſpectum fugere auſus eſt. decemuiri veſtra
vectigalia non modò de vobis quidem arbitris,
ſed ne præcone quidem publico teſte vendent?
Sequitur omneis agros extra Italiam infinito ex
tempore, non, vt antea, ab Sylla & Pompeio
Coss. Cognitio decemuirûm, priuatus ſit, an pu-
blicus: ſicque agro pergrande vectigal imponi-
56 tur. || Hoc quantum iudicium, quàm intoleran-
dum, quàm regium ſit, quem præterit? poſſe, qui-
buſcumq; locis velint, nulla diſceptatione, nul-
lo conſilio, priuata publicare, publica liberare?
Excipitur hoc capite ager in Sicilia Recentori-
cus: quem ego excipi, & propter hominum ne-
ceſſitudinem, & propter æquitatem, Quirites,[31]
[p]ſæpe vehementer gaudeo. Sed quæ hæc impu-
dentia? qui agrum Recentoricum poſſident, ve-
tuſtate poſſeſſionis ſe, non iure: miſericordia ſe-
natus, non agri conditione defendunt. Nam illũ
agrum publicum eſſe fatētur,[q] ſed moueri poſ
ſeſſionibus,[r] amiciſſimis ſedibus, ac diis penati-
bus negant oportere. At, ſi eſt priuatus ager Re-
centoricus, quid eum excipis? ſin autẽ publicus:
quæ eſt iſta æquitas,[34] ceteros, etiam ſi priuati
ſint, permittere vt publici iudicentur: hunc ex-
cipere nominatim.[35] qui publicus eſſe fateatur?
Ergo eorũ ager excipitur, qui apud Rullum alia
ratione valuerũt: ceteri agri omnes, qui vbique
ſunt,[s] ſine vllo delectu, ſine populi R. notione,
57 ſine iudicio ſenatus, decẽuiris addicentur. || Atq;
etiam eſt alia, ſuperiore capite, quo omnia ve-
neũt, quæſtuoſa exceptio;[t] quæ teget eos agros

n al. ex hoc loco,

o L. vendere diceret,

p L. ſanè vehementer gaudeo,

q L. ſed ſe moueri

r al. antiquiſſimis

s v. c. ſine vllo dilectu, & ita L.

t L. quæ tegit

de quibus fœdere cautum eſt.Audiuit,hanc rem
non à me,ſed ab aliis agitari ſæpe in ſenatu,nõ-
nũquã ex hoc loco, poſſidêre agros in ora mari
tima regem* Hiempſalẽ, quos P. Africanus po-
pulo Ro. adiudicarit: [36] & tamen poſtea per C.
Cottam,coſ. cautum eſſe fœdere. Hoc quia vos
fœdus non iuſſeritis, veretur Hiempſal vt ſatis
firmum ſit,& ratum.Quid? cuiuſmodi eſt illud?
tollitur veſtrum iudicium:fœdus totum excipi-
tur: comprobatur. Quòd minuit auctionem de-
cemuiralem,laudo:quòd regi amico cauet, non
reprehendo:quòd nõ gratis fit,indico.|| Volitat 58
enim ante oculos iſtorũ [u] Iubæ regis filius,ado-
leſcens non minus bene nummatus, quàm bene
capillatus.Vix iam videtur locus eſſe, qui tãtos
aceruos pecuniæ capiat.*Auget,addit,accumu-
lat:aurum,argentum,ex præda,ex manubiis, [x] ex
coronario, ad quoſcumque peruênit, neque re-
latum eſt in publicum, neque in monumento
conſumtum, id profiteri [y] apud decemuiros, &
ad eos referre iubet.Hoc capite etiam quæſtio-
nẽ de clariſſimis viris,qui populi R.bella geſſe-
runt,iudiciũq; de pecuniis repetundis,ad decẽ-
uiros translatum videtis.[37] [z] Horũ erit illud iu-
dicium,quantæ cuiuſque manubiæ fuerint,quid
relatum,quid reſiduum ſit.In poſterum verò lex
hæc imperatoribus veſtris conſtituitur, vt, qui-
cumque de prouincia deceſſerit, apud eoſdem
decemuiros,quantum habeat prædæ, manubia-
rum,auri coronarij,profiteatur.|| Hic tamen vir 59
optimus eum,quẽ amat,excipit,Cn.Pompeium.
Vnde iſte amor tam improuiſus,ac tam repenti-
nus?qui honore decemuiratus excluditur propè
nominatim: cuius iudicium, legúmque datio,
captorum agrorum ipſius virtute cognitio tol-
litur:cuius non in prouinciam,ſed in ipſa caſtra
decemuiri cum imperio,infinita pecunia, maxi-
ma poteſtate,& iudicio rerum omnium,mittun-
tur:cui ius imperatoriũ, quod ſemper omnibus
impe

* patrem Iubæ Regis.

v l.Iuba, regis fil.

* De venditione manubiarum.

x fort. ex auro coronario,

y v.c. apud x.viros,

z al. Horũ erit nullũ iudicium, L. Horum erit ſolorũ iud. al. nũc al. nullum

Digitized by Google

imperatoribus eſt conſeruatum, ſoli eripitur: is excipitur vnus, ne manubias referre debeat. Vtrùm tandem hoc capite, honos haberi homini,
60 an inuidia quæri videtur? || Remittit hoc Rullo Cn. Pompeius: beneficio iſto legis, benignitate decemuirali nihil vtitur. nam ſi eſt æquum, prædas, ac manubias ſuas imperatores, non in monumenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre, ſed ad decemuiros, tanquã ad dominos, reportare: nihil ſibi appetit precipuè Pompeius, nihil vult ſe in communi, atque in eodem, quo ceteri, iure verſari. Sin eſt iniquũ, Quirites: ſi turpe, ſi intolerandum, [a] hoc decemuiros, portitores omnibus omniũ pecuniis conſtitui, qui non modò reges, atque exterarum nationum homines, ſed etiam imperatores noſtros excutiant: non mihi videntur honoris cauſa excipere Pompeium, ſed metuere, ne ille eandem contumeliam, quam ceteri, ferre non poſſit. 57
61 || [b] Pompeius autem hoc animo ſit, vt quidquid vobis placeat, ſibi ferendũ putet: quod vos ferre non poteritis, id profectò perficiat, ne diutius inuiti ferre cogamini. Verumtamen cauet, vt, ſi qua pecunia, poſt nos conſules ex nouis vectigalibus [c] recipiatur, ea decemuiri vtantur, noua porrò vectigalia videt ea fore, quæ Pompeius adiunxerit. Ita remiſſis manubiis, vectigalibus eius virtute partis ſe frui putat oportere. Parta ſit pecunia, Quirites, decemuiris tanta, quanta ſit in terris: nihil prætermiſſum: ſed omnes vrbes, agri, regna denique, poſtremò etiam vectigalia veſtra venierint: acceſſerint in cumulum manubiæ veſtrorum imperatorum: quantæ, & quàm immanes diuitiæ decemuiris in tantis auctionibus, tot iudiciis, tam infinita poteſtate re-
62 rum omnium quærantur, videtis. || Cognoſcite nunc alios immenſos, atque intolerabileis queſtus, vt intelligatis, ad certorum hominum importunã auaritiam hoc populare legis Agrariæ

a L. hos decemuiros.

b L. Pompeius enim cùm hoc animo ſit, vt quidquid vobis placeat, ſibi ferẽdum putet, tum quod vos ferre non poter. id prof. perficiet, ne diut.

c L. reficiatur, ea x. viri vtantur,

d L. nihil prætermiſſum ſit:

Digitized by Google

* DE EMTIONE publica agrorum.

nomē eſſe quæſitū.*Hac pecunia iubet agros e-
mi,quò deducamini. Non conſueui homines ap
pellare aſperiùs, Quirites, niſi laceſſitus. Velim
fieri poſſet, vt à me ſine contumelia nominarē-
tur ij,qui ſe decemuiros ſperant futuros : iā vi-
deretis , quibus hominibus omnium rerum &
vendendarum,& emendarū,poteſtatem permit-
teretis.Sed, quod ego nondum ſtatuo mihi eſſe
dicendum,vos tamen id poteſtis cum animis ve
ſtris cogitare. ‖ [c] Vnum hoc certè videor mihi 63
veriſſimè poſſe dicere , Tum , cùm haberet hæc
reſp.Luſcinos,Calatinos,Acidinos,homines nō
ſolùm honoribus populi,rebúſque geſtis,verùm
etiam patientia paupertatis ornatos: & tum, cū
erant Catones,[f] Philippi,Lælij,quorum ſapien-
tiam, temperantiámque in publicis, priuatiſq;,
forenſibus,domeſticiſq; rebus perſpexeratis:ta-
men huiuſmodi res commiſſa nemini eſt,vt idē
iudicaret, & venderet, & hoc faceret per quin-
quennium toto in orbe terrarū : idémque agros
vectigaleis populi R.abalienaret: & , cùm ſum-
mam tantæ pecuniæ nullo teſte ſibi ipſe ex ſua
voluntate feciſſet,tum denique emeret,à quib⁹
vellet,quod videretur. ‖ Committite vos nunc, 64
Quirites , his hominibus hæc omnia , quos o-
dorari hunc decemuiratum ſuſpicamini. repe-
rietis,partem eſſe eorum,quibus ad habendum:
partem,quibus ad conſumendū , nihil ſatis eſſe
videatur.Hîc ego iam illud,quod expeditiſſimū
ſit,ne diſputo quidem,Quirites,[g] non eſſe hanc
vobis à maioribus relictam conſuetudinem , vt
emantur agri à priuatis , quò plebs publicè de-
ducatur:omnibus legibus[h] agris publicis priua-
tos eſſe deductos : huiuſcemodi me aliquid ab
hoc horrido,ac truce tribuno pleb. exſpectaſſe:
hanc verò emendi, & vendendi quæſtuoſiſſimā,
ac turpiſſimam mercaturam , alienā actione tri-
bunitia,alienam dignitate populi Rom. ſemper
putaui.‖Libet agros emi. Primùm quæro , quos 65
agros?

c al. Hoc vnū certè vid.

f L. Phili,

g for. non eſſe hanc nobis à maiorib.

h al. in agros publicos

agros? & quibus in locis? nolo ſuſpenſam, & incertam plebem R. obſcura ſpe, & cæca exſpectatione pendêre. Albanus ager eſt, Setinus, Priuernas, Fūdanus, Veſtinus, Falernus, Linternus, Cumanus, Caſinas. audio. Ab alia porta, Capenas, Faliſcus, [i] Sabinus ager Reatinus, Venefranus, Trebulanus. Habes tantam pecuniam, qua hoſce omneis agros, & ceteros horū ſimileis non modò emere, verùm etiam coaceruare poſſis: cur eos non definis, neq; nominas, vt ſaltem deliberare plebs Romana poſſit, quid interſit ſua, quid expediat, quantum tibi in emendis, & in vendendis rebus committendum putet? Definio, inquit, Italiam. Satis certa regio. etenim quantulū intereſt, vtrùm in Maſſici radices, an in* Italiam,
66 alióue deducamini? ‖ Age verò, definis locum. [38] Quidnā agri verò, inquit, qui arari, aut coli poſſit? Qui poſſit arari, inquit, aut coli: non qui aratus, aut cultus ſit: Vtrùm hæc lex eſt, an tabula Veratianæ auctionis in qua ſcriptum fuiſſe aiūt: iugera cc. in quibus oliuetum fieri poteſt: iugera ccc. vbi inſtitui vineæ poſſunt. Hoc tu emes iſta innumerabili pecunia, quod arari, aut coli poſſit? Quod ſolum tam exile, & macrū eſt, quod aratro perſtringi non poſſit? aut quod eſt tam aſperum ſaxetum, in quo agricolarum cultus nō elaboret? Idcirco, inquit, agros nominare non poſſum, quia tangam nullum ab inuito. Hoc quoque multò eſt quæſtuoſius, quàm ſi ab inuito ſumeret. [39] [l] inietur enim ratio quæſtus de veſtra pecunia: & tum denique ager emetur, cùm
67 idem expedierit emtori, & venditori. ‖ Sed videte vim legis Agariæ. ne ij quidē, [m] qui publicos poſſident, decedent de poſſeſſione, niſi erūt deducti optima conditione, & pecunia maxima. Conuerſa ratio. Antea, cùm erat à tribuno pl. mentio legis Agrariæ facta, continuò qui agros publicos, aut qui poſſeſſiones inuidioſas tenēbant, pertimeſcebant. Hæc lex eos homines

i L. Sabinus Reatinus.

*al. Apuliā, Ant. Aug. Liguriam,

k L. Quidnam agri? Agri verò, inquit, qui arari, aut coli poſſit.

l L. inuenietur enim ratio quæſ. al. inuehitur

m L. qui agros public. poſſ.

fortunis locupletat, inuidia liberat. Quã multos enim, Quirites, exiſtimatis eſſe, qui latitudinem poſſeſſionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non poſſint? qui vendere cupiant, [n] emtores non reperiant? perdere iam denique illos agros ratione aliqua velint? Qui paullo antè [o] diem, noctémque tribunitium nomẽ horrebant, veſtram vim metuebant, mentionem legis Agrariæ pertimeſcebant: ij nunc etiam vltrò rogabuntur, atque orabuntur, vt agros partim publicos, partim plenos inuidiæ, plenos periculi quanti ipſi velint, decemuiris tradant. Atque hoc tamen hic tribunus pl. non vobis, ſed ſibi intus canit. Habet ſocerum, virũ optimum, qui 68 tantũ agri in illis reip. tenebris occupauit, quãtum concupiuit. Huic ſubuenire vult [p] ſuccũbenti, iam oppreſſo Syllanis oneribus graui ſua lege, vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. [q] Et vos non dubitatis, quin vectigalia veſtra vendatis, plurimo maiorum veſtrorũ ſanguine, & ſudore quæſita, vt Syllanos poſſeſſores diuitiis augeatis, periculo liberetis? Nam 69 ad hanc emptionem decemuiralem duo genera agrorum ſpectant, Quirites. eorum vnũ propter inuidiam, domini fugiunt: alterum propter vaſtitatem. Syllanus ager. à certis hominib9 latiſſimè continuatus, tantam habet inuidiam, vt veri, ac fortis tribuni pl. ſtridorem vnum perferre non poſſit. hic ager omnis, quoquo pretio coemtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Alterum genus agrorum, propter ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum, atque deſertum, emetur ab iis, qui eos vident ſibi eſſe, ſi nõ vendiderint, relinquendos. Et nimirum iſtud eſt, quod ab hoc tribuno pl. dictum eſt in ſenatu: vrbanam plebem nimium in rep. poſſe: * exhauriendam eſſe: hoc enim verbo eſt vſus: quaſi de aliqua ſentina, ac non de optimorũ ciuiũ genere loqueretur. Vos verò, Quirites, 70 ſi

n L. emtore non rep.

o L. dies, noctesq́ue trib.

p L. ſuccũbenti iam, atque oppreſſo Syllanis oneribus grauibus, ſua lege,

q L. Et vos dubitatis, quin vectigalia veſtra non vẽdatis, pl.

* Exhauriẽdi verbum à Rullo temere à Rullo cum de plebe vrba ſa loqueretur, reprehendit Cicero.

ſi me audire vultis, retinete iſtam poſſeſſionem gratiæ, libertatis, ſuffragiorum, dignitatis, vrbis, fori, ludorum, feſtorum dierum, ceterorum omnium commodorum: niſi fortè mauultis, relictis his rebus, atque hac luce reip. in Sipontina. ſiccitate, [r] aut in Salpinorum peſtilentiæ finibus, Rullo duce, collocari. At dicat, quos agros empturus ſit: oſtendat & quid, & quibus daturus ſit. Vt verò, cum omneis vrbeis, agros, vectigalia, regna vendiderit, tũ arenã aliquã, aut paludes emat: id vos poteſtis, quæſo, concedere? Quamquam illud eſt egregiũ, quòd hac lege ante omnia veneunt, ante pecuniæ coguntur, & coaceruantur, quàm glæba vna ematur. deinde emi iubet: ab inuito vetat. Quæro, ſi, qui velint vẽdere, non fuerint, quid pecunia fiet? [s] Referre in ærarium lex vetat: exigi prohibet. Igitur pecuniã omnem [t] decemuiri tenebunt: vobis ager non emetur. vectigalibus abalienatis, ſociis vexatis, regibus, atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebũt, vos agros non habebitis. Facilè, inquit, adducẽtur pecuniæ magnitudine, vt velint vendere. Ergo ea lex eſt, qua noſtra vendamus, quanti poſſimus: aliena emamus, quanti poſſeſſores velint. Atque in hoc agros, qui hac lege empti ſint, * colonias ab iis decemuiris deduci iubet? Quid? omniſne eiuſmodi locus eſt, vt nihil interſit reip. colonia deducatur in eum locũ, nécne? an eſt locus, [v] qui coloniam poſtulet? + [2] eſt planè rectius, &, quo in genere ſicut in literis reip. partibus, eſt operæ pretium diligentiam maiorum recordari: qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionẽ periculi collocarunt, vt eſſe non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperij viderentur. Hi deducent colonias in eos agros, quos emerint. Etiámne ſi reip. non expediat? & in quo loco præterea videbitur? Quid igitur eſt cauſæ, quin coloniam in Ianiculum [x] poſſint deducere? & ſuum præſidium in capite

71

72

73

r L. aut in Salapinorum

s v. c. Etenim referre in ær.

t v.c.x. viri

* DE COLONIARVM deductione in agros publica pecunia emptos.

v L. qui coloniam poſtulet: eſt & qui planè recuſet? quo in genere ſ. al. poſtulet, & qui planè recuſet? al. poſtulet vel planè recuſet? quo in genere

x L. poſſint deducere, & ſuũ præſidium in c.

pite

y L. atque in ceruici. veſtris col locare?

z L. quot colonias,

pite,[y] atq; ceruicib. veſtrís poſſint collocare? Tu
non definias,[z] quò colonias, in quæ loca, quo
numero colonorum deduci velis? tu occupes lo
cũ, quem idoneũ ad vim tuã iudicaris? compleas
numero? cõfirmes præſidio, quo velis? populi R.
vectigalibus, atque omnibus copiis ipſum popu
lum R. coerceas? opprimas? redigas in iſtam de-
cemuiralẽ ditionẽ, ac poteſtatem? || Vt verò tota 74
Italiam ſuis præſidiis obſidere, atque occupare
cogitet, quæſo, Quirites, cognoſcite. Permittit
decemuiris, vt in omnia municipia, in omneis
colonias totius Italiæ colonos deducant, quos
velint: iiſque colonis agrum dari iubet. Num
obſcurè maiores opes, quàm libertas veſtra pa-
ti poteſt, & maiora præſidia quærũtur? nũ obſcu
rè regnũ cõſtituitur? nũ obſcurè libertas veſtra
tollitur? Nã, cùm iidẽ omnẽ pecuniã,[a] maximã

a L. maximam multitudinem tenebunt: iidem totã Italiam ſuis op.

multitudinem, id eſt, totam Italiã, ſuis opibus
obſidebunt: iidem veſtram libertatem ſuis præ-
ſidiis, & coloniis intercluſam tenebũt: quæ ſpes
tandem, quæ facultas recuperandæ veſtræ liber-
tatis relinquetur? || At enim ager Campanus hac
lege diuidetur, orbis terræ pulcherrimus: & Ca- 75
puam Colonia deducetur, vrbem ampliſſimam,
atque ornatiſſimam. Atqui quid ad hæc poſſu-
mus dicere? De commodo veſtro priùs dicam,
Quirites: deinde ad amplitudinem, & dignitatẽ
reuertar: vt, ſi quis agri, aut oppidi bonitate de-
lectetur, ne quid exſpectet: ſi quem rei dignitas
commouet: vt huic ſimulatæ largitioni reſiſtat.
Ac primùm de oppido dicam, ſi quis eſt forte,
quem Capua magis, quàm Roma delectat. Quin-
que millia colonorum Capuam ſcribi iubet,[b] ad
hunc numerum quingentos ſibi ſinguli ſument.

b L. ad hũc numerum ſibi ſinguli quingenos ſument.

|| Quæſo, nolite voſmetipſos conſolari: verè &
diligenter conſiderate. Num vobis, aut veſtri ſi- 76
milibus, integris, quietis, otioſis hominibus, in
hoc numero locum fore putatis? Si eſt omni-
bus vobis, aut maiori veſtrûm parti: quamquam
me

me veſter honos vigilare dies atque nocteis, & intentis oculis omneis reip. parteis intueri iubet: tamē paullisper, ſi ita commodum veſtrum feret, conniuebo. Sed ſi quinque hominum millibus, ad vim, facinus, cædémque [c] delectis, locus, atque vrbs, quæ bellum facere, atque inſtruere poſſit, quæritur: taménne patiemini, veſtro nomine cōtra vos firmari opes? armari præſidia? vr-
77 beis, agros, copias comparari? || Nam agrum quidem Cāpanum, quem vobis oſtentant, ipſi concupiuerunt: deducent ſuos quorum nomine ipſi teneant, & fruantur: [d] coëment præterea: iſta dena iugera continuabunt. Nam, ſi dicent per legem id non licere: ne per Corneliam quidem licet. At videmus (vt longinqua mittamus) agrū Præneſtinum à paucis poſſideri: neque iſtorum pecuniis quidquā aliud deeſſe video, niſi eiuſmodi fundos, quorum ſubſidio familiarum magnitudines, & Cumanorū, ac Puteolanorum prædiorū ſumptus ſuſtentare poſſint. Quòd ſi veſtrum cōmodum ſpectat: veniat, & coràm mecum de agri
78 Campani diuiſione diſputet. || Quæſiui ex eo kalendis Ian. quibus hominibus, & quemadmodū illū agrum eſſet diſtributurus, reſpondit, à Romilia tribu ſe initium eſſe facturum. Primū, quæ eſt iſta ſuperbia, & contumelia, vt populi pars amputetur, ordo tribuum negligatur? antè ruſticis detur ager, qui habent, quàm vrbanis, quibus iſta agri ſpes, & iucūditas oſtenditur? aut, ſi hoc ab ſe dictū negat, & ſatisfacere omnib. vobis cogitat: [e] proferat 44 in iugera dena deſcribat: 45 ab Otriculana vſq; ad Narnienſem nomina veſtra proponat. Si non modò dena iugera dari vobis, ſed ne cōſtipari quidē tantū numerū hominum poſſe in agrū Cāpanū intelligetis: taménne vexari remp. contemni maieſtatem populi R. deludi voſmetipſos diutius à tribuno pl. patie-
79 mini? || Quod ſi poſſet ager iſte ad vos peruenire: nōne eū tamē in patrimonio veſtro remanere malletis? vnūne fundū pulcherrimū, populi R.

c ſor. dilectis.

d ſor. coement alios præterea:

e L. proferat: in ſingulos iugera dena deſcribat: à Suburana vſque ad Arnienſem al. ob Otriculana vſque ad Arnienſ.

Digitized by Google

caput veſtræ pecuniæ,pacis ornamentum,ſubſi-
dium belli,fundamentum vectigaliū,horreū le-
gionum,ſolatium annonæ diſperire patiemini?
An obliti eſtis,Italico bello amiſſis ceteris ve-
ctigalibus quantos agri Campani fructibus e-
xercitus alueritis? An ignoratis , cetera illa ma-
gnifica populi R.vectigalia,[46] perleui ſæpe mo-
mento fortunæ,inclinatione temporis pendere?
Quid nos Aſiæ portus,quid Syriæ rura,quid om
nia tranſmarina vectigalia iuuabūt , tenuiſsima
ſuſpicione prædonum, aut hoſtiū iniecta? || At 80
verò hoc agri Campani vectigal cùm eiuſmodi
eſt,vt domi ſit, & omnibus præſidiis oppidorū
tegatur:tum neque bellis infeſtum,[f] nec fructi-
bus varium,nec cœlo ac loco calamitoſum eſſe
ſolet. Maiores noſtri non ſolùm id,quod à Cā-
panis ceperant,non imminuerūt,verùm etiā,[47]
[g] quod & tenebant,quibus adimi iure non po-
terat,coemerunt. Qua de cauſa nec duo Gracchi
qui de plebis R.cōmodis plurimùm cogitauerūt,
nec L. Sylla, qui omnia ſine vlla religione,qui
bus voluit,eſt dilargitus,agrum Campanum at-
tingere auſus eſt. Rullus extitit , qui ex ea poſ-
ſeſsione [h] rempu.dimoueret: ex qua nec Grac-
chorū benignitas eam,nec Syllæ dominatio de-
ciſſet. Quē agrū nūc prætereuntes veſtrum eſſe
dicitis,& quē pariter qui iter faciūt,externi ho
mines,veſtrū eſſe audiūt:is cùm erit diuiſus, ne-
que erit,neque veſter eſſe dicetur. || At qui homi 81
nes poſſidebūt? Primò quidē artes, ad vim prō-
ti,ad ſeditionē parati:qui ſimulac decemuiri cō
crepuerint,armati in ciues,& expediti ad cędē
eſſe poſsint.deinde ad paucos,opibus, & copiis
affluenteis,totū agrū Campanum perferri vide-
bitis.Vobis interea,qui illas à maioribus pul-
cherrimas vectigalium [i] ſedes [48] armis captas
accepiſtis,glæba nulla de paternis,atque auitis
poſſeſsionibus relinquetur : ac tantum inter-
erit inter veſrram , & priuatorum diligentiam,
quòd,

f for.neque fructibus, neq; cœlo.

g L. quod ei tenebāt, quibus adimi &c.

h L. remp. demoueret

i L.ſedes armis partas acc.

Digitized by Google

quòd cùm à maioribus [k] veſtris [l] P. Lentulus, kal. noſtris.
princeps ſenatus, in ea loca miſſus eſſet, [m] vt & l L. P. Len-
priuatos agros, qus in publicum Campanum in- tulus, is qui
currebant, pecunia publica coemeret, dicitur princ.
renuntiaſſe, nulla ſe pecunia fundum cuiuſdam mal. vt etiã
emere potuiſſe: eúmq;, qui nollet vendere, ideò priuatos.
negaſſe ſe adduci poſſe, vti venderet, quòd, cum
82 plureis fundos haberet ex illo ſolo fundo num-
quam malũ nuntiũ audiſſet. || Itáne verò? priua-
tum hæc cauſa cõmouit: populus Ro. ne agrum
Campanum priuatis gratis, Rullo rogante tra- n q. l. vul.
dat, non cõmouebit? [n] At qui idem populus R. At qui-
de hoc vectigali poteſt dicere, quod ille de ſuo dem &c.
fundo dixiſſe dicitur. Aſia multos annos vobis mendosè.
fructum, Mithridatico bello, non tulit: Hiſpa-
niarum vectigal temporibus Sertorianis nullũ
fuit: Siciliæ ciuitatibus bello fugitiuorum [o] M. o L. M. A-
Attilius etiam mutuum frumentum dedit. at ex quilius.
hoc vectigali numquam malus nuntius auditus
eſt. Cetera vectigalia 49 [p] belli facultatib. affli- p for. belli
guntur: hoc vectigali etiam belli facultates ſu- difficultati
84 ſtentantur || Deinde in hac cõſignatione agro- bus afil.
rum, ne illud quidẽ dici poteſt, quod in ceteris,
agros, 50 deſertos à plebe, atque à cultura ho-
minum liberorum eſſe non oportere. Sic enim
dico: ſi Campanus ager diuidatur, exturbari, &
expelli plebem ex agris, non conſtitui, & collo-
cari. Totus enim ager Cãpanus colitur, & poſ-
ſidetur à plebe optima, & modeſtiſſima: quod
genus hominũ optimè moratum, optimorum &
aratorũ, & militũ, ab hoc plebicola [q] tribuno q al. tribu-
funditus eiicitur. Atq; illi miſeri, nati in illis a- no pl.
gris, & æducati, glæbis ſubigẽdis exercitati, quò
ſe ſubito conferant, nõ habebũt. his robuſtis, &
valentibus, & audacibus decemuirũ ſatellitibus
agri Campani poſſeſſio tota tradetur. &, vt vos
nunc de veſtris maioribus prædicatis: Hũc agrũ
nobis maiores noſtri reliquerunt: ſic veſtri po-
ſteri de vobis prædicabunt: Hunc agrum patres

Digitized by Google

noſtri acceptũ à patribus ſuis,perdiderunt. || E- 84
quidem exiſtimo,ſi iam campus Martius diuida-
tur,& vnicuique veſtrûm,vbi conſiſtat,bini pe-
des aſſignentur : tamen promiſcuè toto , quàm
propriè parua frui parte malletis. Quare [r] etiã
ſi ad vos eſſet ſingulos aliquid ex hoc agro per-
uenturum,qui vobis oſtenditur , aliis compa-
ratur:tamen honeſtiùs eum vos vniuerſi, quàm
ſinguli poſſideretis. Nunc verò, cùm ad vos ni-
hil pertineat,ſed paretur aliis, eripiatur vobis,
nónne acerrimè,tanquam armato hoſti,ſic huic
legi,pro veſtris agris reſiſtetis ? Adiungit Stel-
latam campum agro Campano:& in eo duode-
na deſcribit in ſingulos homines iugera. [s] Qua-
ſi verò paullùm differat [51] ager Campanus , ac
Stellatis.||Et multitudo,Quirites,quæritur, qua 85
illa omnia oppida compleantur.Nã dixi antea,
lege permitti,vt,quæ velint municipia,quas ve-
lint veteres colonias , colonis ſuis occupent.
Calenũ municipiũ cõplebunt:Theanum oppri-
ment:Atellã,Cumas,Neapolin,Põpeios, Nuce-
riã ſuis præſidiis deuinciẽt:*Puteolos verò,qui
nunc in ſua poteſtate ſunt,ſuo iure, libertateq;
vtuntur , totos nouo populo,atque áduentitiis
copiis occupabunt.Tunc illud exilium Campa-
næ coloniæ,vehemẽter huic imperio timendũ,
[u] Capua à Decemuiris inferetur : tunc contra
hanc Romã cõmunem patriã omnium noſtrûm,
illa altera Roma quæretur.||In id oppidũ homi- 86
nes nefarij remp.noſtrã transferre conãtur,quo
in oppido maiores [x] veſtri nullam omnino rẽ
eſſe voluerunt : qui tres ſolùm vrbeis in terris
omnibus,Karthaginem,Corinthum,Capuã ſta-
tuerunt poſſe imperij grauitatem,ac nomen ſu-
ſtinere.Deleta Karthago eſt,quòd cùm hominũ
copiis,tum ipſa natura,ac loco ſuccincta portu-
bus,armata muris excurrere ex Africa , [y] immi-
nere ita fructuoſiſſimis inſulis populi Rom. vi-
debatur.Corinthi veſtigium vix relictum eſt. e-
rat enim poſita in anguſtiis , a que in faucibus

r L. etiam ſi ad vos aliquid ſingulos eſſet ex hoc agro p.

s L. quaſi verò paulũ differat ager Campanus à Stellati. Scilicet multitudo, Q.

* Municipium primum erant puteoli, poſtea colonia facta. Liu.34. Velle.

t L. Tunc illud vexillum Camp. vide Liu. li. 56.

v L. & v.c. Capuã ad.

x al. noſtri.

y L. imminere Italiæ & fructuoſiſſ.

Græciæ,ſic,vt terra clauſtra locorum teneret,&
duo maria maximè nauigationi diuerſa pænè
coniungeret,cùm pertenui diſcrimine ſepara-
rentur. Hæc,quæ procul erant à conſpectu im-
perij,non ſolùm afflixerunt,ſed etiã, nequando
recreata exſurgere,atque erigere ſe poſſent,fun
87 ditus,vt dixi, ſuſtulerunt. || De Capua multùm
eſt [z] & diu conſultum:exſtant literæ,Quirites, z L.& diu conſultatũ.
publicæ: ſunt ſenatuſconſulta complura. Sta-
tuerunt homines ſapientes,ſi agrum Campanis
ademiſſent,magiſtratus ſenatum, publicum ex
illa vrbe conſilium ſuſtuliſſent,imaginem reip.
nullam reliquiſſent:nihil fore,quòd Capuã ti-
meremus. Itaque hoc perſcriptum in monumẽ-
tis veteribus reperietis, vt eſſet vrbs, quæ res
eas, quibus ager Campanus coleretur, ſuppe-
ditare poſſet:vt eſſet locus [a] comparandis,cõ- a L. comportandis,
dendiſque fructibus:vt aratores,cultu agrorum
defeſſi, vrbis domiciliis vterentur:idcirco illa
88 ædificia nõ eſſe deleta.||Videte,quantum inter-
uallum ſit interiectũ inter maiorũ noſtrorũ cõ-
ſilia,& inter iſtorum hominũ dementiã.Illi Ca-
puã,receptaculũ aratorum, nundinas ruſticorũ,
cællã,[b] atq; horreũ Campani agri eſſe voluerũt: b L.atque horreũ agri Campani eſſe vol.
hi expulſis aratoribus,effuſis ac diſſipatis fructi-
bus veſtris,eandẽ Capuã ſedem nouæ reip.con-
ſtituunt,molem contra *veterem remp.compa- * al.noſtrã.
rant. Quòd ſi maiores noſtri exiſtimaſſent,quẽ-
quam in tam illuſtri imperio,& tã præclara po-
puli Rom.diſciplina,Bruti [c] aut P.Rulli ſimilẽ c L.aut Rulli.
futurũ (hos enim nos duos adhuc [d] videmus,qui d L.vidimus.
89 hanc rẽp.Capuã totã transferre vellent, profe-
ctò nomen illius vrbis non reliquiſſent. || Verũ
arbitrabantur,Corintho,& Kathagini,etiam ſi
ſenatum,& magiſtratum ſuſtuliſſent,[e] agrũmq; e al.agrum ciuib.
ciuib. ademiſſent,tamen nõ defore,qui illa re-
ſtituerent,[f] atque,qui ante omnia cõmutarent, f L.atque ante omnia commut.
quã nos audire poſſem.[g] Hic verò,in oculis.S.P.
Q.R.nihil poſſe exſiſtere, ꝗ non ante extingui,
atq; opprimi poſſet,quã planè exortũ,ac natum

Digitized by Google

eſſet. Neque verò ea res ſefellit homines, diui-
na mente, & conſilio præditos. nam [g] poſt Qu.
Fuluium, Quint. Fabium, Coſs. quibus conſuli-
bus Capua deuicta, atque capta eſt, nihil eſt in
ea vrbe contra hanc remp. non dico factum, [h]
ſed omnino excogitatum. Multa poſtea bella
geſta cum regibus, Philippo, Antiocho, Perſa,
Pſeudophilippo, Ariſtonico, Mithridate, & ce-
teris: multa præterea bella grauia, [i] Kartha-
ginienſium, Corinthium, Numantinum: multæ
in hac repu. ſeditiones domeſticæ, quas præter-
mitto: bella cum ſociis, Fregellanum, Marſicũ:
quibus omnibus domeſticis, externiſque bellis
Capua non modò non obfuit, ſed opportuniſſi-
mam ſe nobis præbuit & ad bellum inſtruendũ,
& ad exercitus ornandos, & tectis ac ſedibus
ſuis recipiendos. || Homines non erant in vrbe, 90
qui malis * contionibus turbulentis ſenatuſcõ-
ſultis, iniquis imperiis remp. miſcerent, & rerũ
nouarum cauſam aliquam quærerent. neque e-
nim contionãdi poteſtas erat cuiquam, nec cõ-
ſilij capiundi publici: non gloriæ cupiditate ef-
ferebantur, propterea quòd vbi honos publicè
non eſt, ibi gloriæ cupiditas eſſe non poteſt: nõ
contentione, non ambitione diſcordes. nihil e-
nim ſupererat de quo certarent: nihil, quod cõ-
tra peterent: nihil vbi diſſiderent. [k] Itaque illã
Campanã arrogantiam, atque intolerandam fe-
rociam, ratione & conſilio maiores noſtri ad
inertiſſimũ & diſidioſiſſimum otiũ perduxerũt.
Sic & crudelitatis infamiam effugerunt, quòd
vrbem ex Italia pulcherrimam non ſuſtulerũt:
& multum in poſterum prouiderunt, quòd ner-
uis vrbis omnibus exſectis vrbem ipſam ſolutã,
ac debilitatam reliquerunt. || Hæc conſilia ma- 91
iorũ M. Bruto, vt antea dixi reprehendenda, &
P. Rullo viſa ſunt: neq; te P. Rulle, omnia illa
M. Bruti, atq; auſpicia, à ſimili furore deterrent.
nam & ipſe, qui deduxit, & qui magiſtratũ Ca-
puæ,

g L. poſt Cn. Fuluiũ, Cn. Sulp.

h L. ſed omnino cogitatum.

Karthaginienſe III. Corinthiũ,

* al. coitionibus.

k L. Itaque Campanã illã arrog.

puæ,[l] & Leocranti ceperunt,& qui aliquã par- l for.& Ta-
tem illius deductionis,honoris,muneris attige- renti cep.
runt,omnes acerbiſsimas impiorum pœnas per- al.coloniæ
tulerunt.Et quoniam Bruti,atque illius tempo- creati,al.
ris mentionẽ ſeci,cõmemorabo , id quod ego- ab eo crea-
met vidi,cùm veniſsem Capuam,coloniam de- ti.
ductam L.Conſidio,& Sex.Saltio (quemadmo-
dum ipſi loquebantur) prætoribus:vt intelliga-
tis,quantam locus ipſe afferat ſuperbiam : quæ
paucis diebus,quibus illò colonia deducta fuit,
92 perſpici atque intelligi potuit. Nam primùm,
id quod dixi,cùm ceteris in coloniis [m] duum- m v.c.II.vi
uiri appellentur, hi ſe prætores appellari vole- ri appel.
bant.Quibus primus annus hanc cupiditatẽ at Duumuiri
tuliſſet , nónne arbitramini paucis annis fuiſſe id in colo-
conſulum nomen appetituros?Deinde anteibãt niis quod
lictores,non cum bacillis,ſed,vt hic prætoribus Romæ cen
anteeunt,cum faſcibus duobus.erãt hoſtię ma- ſores.
iores in foro conſtitutę,53 quæ ab iſtis præto-
ribus de tribunali, ſicut à nobis conſulibus , [n] n L. de con
de conſilij ſententia 54 probatis,ad præconem, ſilij ſenten-
& ad tibicinem immolabantur. deinde patres tia probatę
conſcripti vocabantur. Iam verò vultũ Conſi- ad præc.
dij videre,ferendum vix erat. [o] Quem hominem o L. Quem
55 vt grandi macie torridum , Romæ contẽtum, hominem
atque abiectum videbamus,hunc Capuę Cam- vegrandi
pano ſupercilio,ac regio ſpiritu cùm viderem[p], macie torri
Magios,Bloſsios mihi videbar illos videre , ac dum al. fa
Iubellios Iam verò qui metus erat tunicatorum cie tor.al.
[p] illorum?& in Albana & Seplaſia,quę concur- horridum.
ſatio percontantium,quid prętor edixiſſet? vbi p L. illorũ?
cenaret?quid enuntiaſſet?Nos autem, hinc Ro- in Albena,
ma qui veneramus,iam non hoſpites , ſed pere- &.Seplaſia.
94 grini,atq; aduenę nominabamur. Hęc qui pro- qua conc.
ſpexerint,maiores noſtros dico,Quirites,nõ eos
in deorũ immortaliũ numero venerandos à no-
bis,& colẽdos putatis?Quid enim viderũt?hoc,
quod nunc vos,quęſo perſpicite,atq;cognoſci-
te.nõ ingenerantur hominibus mores tã à ſtir-

q quidā legūt,ab ipſa natura, nobis,& à vitæ,&c. non rectè.

pe generis,ac ſeminis,quàm ex iis rebus, quæ [q] ab ipſa natura loci,& à vitæ conſuetudine ſuppeditantur:quibus alimur, & viuimus. Karthaginienſes,fraudulenti,& mendaces non genere, ſed natura loci,quòd propter portus ſuos ,multis,& variis mercatorum ,& aduenarū ſermonibus,ad ſtudiū fallendi,ſtudio quæſtus vocabantur,Ligures montani,duri,atq; agreſtes, docuit ager ipſe,nihil ferendo , niſi multa cultura , & magno labore quæſitum.Campani , ſemper ſuperbi bonitate agrorū,& fructuū magnitudine, vrbis ſalubritate,deſcriptione , pulchritudine. Ex hac copia,atque omniū rerū affluentia , primùm illi nata ſunt:arrogantia,quę à maioribus noſtris alterū Capua conſulem poſtulauit:deinde ea luxuries,quæ ipſum [r] Annibalem , armis etiam tū inuictū voluptate vicit.‖ [s] Huc iſti decemuiri cùm numerum colonorū ex lege Rulli deduxerint:centū decuriones,decē augures, ſex pontifices conſtituerint:quos illorum animos, quos impetus,quā ferociā fore putatis?Romam in montibus poſitam,& conuallibus , cenaculis ſublatā,atque ſuſpenſam,nō optimis viis anguſtiſſimis ſemitis,prę ſua Capua,planiſſimo in loco explicata,56 [t] ac præ illis ſemitis irridebūt, atq; contemnent,Agros verò Vaticanum,& Pupiniam, [u] cum ſuis optimis,atque vberibus cāpis conferendos ſcilicet * putabunt. oppidorū autem finitimorum illam copiā cum hac per riſum,ac per iocum contemnent:Labicos , Fidenas,Collatiam, ipſum hercle Lanuuium,Ariciā, Tuſculū,cum Calibus,Theano,Neapoli,Puteolis,Cumis,Pompeiis,Nuceria cōparabunt.‖Quibus illis rebus elati,& inflati,fortaſſe non continuò,ſed certè,ſi paullùm aſſumſerint vetuſtatis,ac roboris,non continebuntur : progrediētur,longiùs efferentur.Singularis homo priuatus,niſi magna ſapientia præditus,vix facilè ſeſe regionibus officij, magnis in fortunis,& copiis,

r L. Hannibalem,

s L.Huc iſti x. viri cum 100. colonor.

95

t fort.ac ſemitas præmiis illis ſuis irr.

v L.cū ſuis opimis, atque.

* al.non putabunt.

96

piis,continet:nedum iſti ab Rullo , & Rulli ſi-
milibus conquiſiti,atque electi coloni, Capuæ,
in domicilio ſuperbiæ,atque in ſedibus luxu-
riæ collocati,non ſtatim conquiſituri ſint ali-
quid ſceleris, & flagitij. immò verò etiam hoc
magis,quàm illi veteres,[x] Germaniq; Campani, x γνήσιοι.
quod in vetere fortuna illos natos,& educatos,
nimiæ tamen rerum omnium copię deprauabãt.
hi ex ſumma egeſtate,in eandem rerũ abundan-
tiam traducti,non ſolùm copia,verùm etiam in-
97 ſolentia commouebuntur.|| Hæc * tu P. Rulle, * PERORATIO.
M. Bruti ſceleris veſtigia,quàm monumẽta ma-
iorũ ſapientiæ ſequi maluiſti:hæc tu [y] cùm iſtis y L.cum
tuis actoribus excogitaſti , vt vetera vectigalia iſtis tuis
venderetis,& expleretis noua. Vrbi Capuam ad auctoribus.
ad certamen dignitatis opponere vis,vt ſub ve-
ſtrum ius,iuriſdictionẽ,poteſtatẽ,vrbeis, natio-
nes,prouincias,liberos,populos,reges,terrarum
deniq; orbem * ſubiũgeretis:vt,cùm omnẽ pe- * al. ſubiu-
cuniam ex ærario exhauſiſſetis,ex vectigalibus garetis.
redegiſſetis,ab omnibus regibus,gentibus, im-
peratoribus noſtris coegiſſetis,tamẽ omnes vo-
bis pecunias ad nutum veſtrũ penderent:vt iidẽ
partim inuidioſos agros à Syllanis poſſeſſorib.
partim deſertos,ac peſtilenteis,à veſtris neceſ-
ſariis,à vobiſmet ipſis emtos , quanti velletis,
populo Rom.induceretis:vt omnia municipia,
coloniáſque Italiæ nouis colonis occuparetis:
vt,quibuſcumque in locis vobis videretur , ac z for.nihil
quàm multis videretur colonias collocaretis: vi,& facta
98 || vt omnem rempublic. veſtris militibus,veſtris manu,&c.
vrbibus,veſtris præſidiis cingeretis , atque op- al. nihil vi
preſſam teneritis:vt ipſum Cn.Pompeium , cu- illata ma.
ius præſidio ſæpiſſimè populus Romanus con- nu al vi &
tra acerrimos hoſteis , & contra improbiſſi- allata ma-
mos ciueis victor exſtitit , proſcribere , atque nu al. vi &
horum conſpectu priuare poſſetis : vt nihil au- facta manu
ro & argento violari , nihil numero , & ſuffra- al. vi & di-
giis declarari , [z] nihil elata manu perfringi lecta manu al.violenta manu.

 poſſet,

poſſet, quod non vos oppreſſum, atque ereptum
teneretis: vt volitaretis interea per genteis, per
regna omnia, cum imperio ſummo, cum iudicio
infinito, cum omni pecunia: vt veniretis in ca-
ſtra Cn. Pompeij, atque ipſe caſtra, ſi commodũ
vobis eſſet, venderetis: vt interea magiſtratus
reliquos, legibus omnibꝰ ſoluti, ſine metu iu-
diciorum, ſine periculo, petere poſſetis: vt nemo
ad populum Romanũ vos adducere, nemo pro-
ducere, non ſenatus cogere, non conſul coërce-
re, nõ tribunus pl. retinere poſſit. || Hæc ego vos 99
[a] concupiiſſe pro veſtra ſtultitia, atque intem-
perantia non miror: ſperaſſe me conſule, aſſequi
poſſe, demiror. Nam cùm omnium conſulũ gra-
uis in repub. cuſtodienda, cura, ac diligẽtia de-
bet eſſe, tum eorũ maximè, [b] qui non in cuna-
bulis, ſed in campo ſunt conſules facti. nulli
populo Romano pro me maiores mei ſpopon-
derunt: mihi creditum eſt: à me petere, quod de-
beo me ipſum appellare debetis. Quemadmodũ,
cùm petebam, nulli me vobis auctores generis
mei commendarunt: ſi quid deliquero, nullæ
imagines, quæ me à vobis deprecentur. Quare,
modò vt vita ſuppetat, quamquã ego ſum is, qui
eam poſſim ab iſtorum ſcelere, inſidiiſque de-
fendere: polliceor hoc vobis, Quirites, bona fi-
de remp. vigilanti homini, non timido: diligen-
ti, non ignauo commiſiſtis. || Ego is conſul, qui 100
contionem metuam? qui tribunos pl. perhorreſ-
cã? qui ſæpe, & ſine cauſa tumultuer? qui timeã,
ne mihi in carcere habitandum ſit, ſi tribunus
pl. duci iuſſiſſet? ego nondum veſtris armis ar-
matus, inſignibúſque ampliſſimis ornatus, impe-
rio, auctoritate, non horrui in hunc locũ [c] pro-
gredi poſſe, vobíſque auctoribus improbitati
hominis reſiſtere, [58] nunc verear, *ne reſp. tantis
munita præſidiis, ab iſtis vinci, aut opprimi poſ-
ſit? Si antea timuiſſe, hac contione, hoc populo,
certè

a al. concupiiſſe.

b al. qui nõ incunab.

c L. progredi, vobíſq;.

* al ne tantis reip. munitus præſidiis, ab iſtis vinci aut opprimi poſsim, al. tantis munitus præſidiis, ne reſpub. ab iſtis vinci aut opprimi poſsit.

certè non vererer. Quis enim vmquã tã ſecunda contione legem Agrariam ſuaſit, quã ego diſſuaſi? ſi hoc diſſuadere eſt,[d] ac non diſturbare,
101 ac peruertere. || Ex quo intelligi, Quirites, poteſt, nihil eſſe tam populare, quàm id, quod ego vobis in hunc annum conſul popularis affero, pacem, tranquillitatem, otium. Quæ nobis deſignatis timebatis, ea ne accidere poſſent, conſilio meo, ac ratione prouiſa ſunt. non modò vos eritis in otio, qui ſemper eſſe volueratis, verùm etiã iſtos, quibus otioſis 59 [e] negotium feciſſemus otioſiſſimos reddam. Etenim illis honores, poteſtates, diuitiæ, ex tumultu, atque ex diſſenſionibus ciuium comparari ſolent: vos, quorum gratia in ſuffragiis conſiſtit, libertas in legibus, honos in iudiciis, & æquitate magiſtratus, & res familiares in pace, omni
102 ratione otium tenere debetis. 60 ||[g] Nam, etſi ij, qui propter deſidiam in otio viuunt, tamen in ſua turpi inertia capiunt voluptatem:[h] ſub ipſo otio, quo vos fortunã regitis, ſi hunc ſtatũ, quẽ habetis, eſſe meliorem non ignoratis, non vt quæſitũ, ſed vita partum otium tenueritis. Quod ego[i] & concordia, quam mihi cõſtitui cum collega, inuitiſſimis hominibus, quos in conſulatu inimicos eſſe[k] & animis, & corporis actibus prouidi: omnibus proſpexi ſanè, & reuocaui. idem tribunus pl. denuntiaui,[l] quid turbulenti, me conſule, conflarent. Summum, & firmiſſimum eſt illud cõmunibus fortunis præſidium, Quirites, vt qualeis vos hodierno die maxima contione mihi pro ſalute veſtra præbuiſtis, taleis[m] reliquis temporibus populo R. præbeatis. pro certo polliceor hoc vobis, atque confirmo, me eſſe perfecturum, vt iam tandem illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vniuerſos in conſule deligendo plurimum vidiſſe fateantur.

d L. & non.

e L. negotiũ feceiſsimus otioſiſs.

f L. honos in iudiciis, & æquitate magiſtratuum res familiaris in pace, &c.

g L. am. Nã ſi ij.

h L. ſi ipſe otio, quo.

i L. ex concordia.

k L. & animi & corporis acie prouidi omnibus ſpexi ſane, & præcaui.

l L. nequid

m L. reliquis tẽporib. reip. præb.

Digitized by Google

DE LEGE * AGRARIA CONTRA P. RVLLVM tribunum plebis, ad populum.

* hanc orationem vocat ipſe Cicero 2. ad Att. epiſt. 1. ἀποσπασμάτιον. legis Agrariæ.

ORATIO DECIMASEPTIMA

Accuſatus Cicero à Tribunis pl. quòd Syllanorum aſſignationum poſſeſſoribus gratificaretur, & tamen legi Agrariæ Rulli tam vehementer obſiſteret, hiſce criminationibus hac breuiſſima oratione reſpondet.

* EXORDIVM.

a al. deferunt.

COMMODIVS* feciſſent tribuni pleb. 1
Quirites, ſi quę apud vos de me ª detu-
lerunt, ea coràm potius, me pręſente di-
xiſſent. nam & ęquitatem veſtrę diſceptationis,
& conſuetudinem ſuperiorum, & ius ſuę pote-
ſtatis retinuiſſent. ſed quoniam adhuc pręſens
certamen, contentionémque fugerunt: nunc, ſi
videtur eis, in meam contionē prodeant, & quò
prouocati à me, venire noluerunt, reuocati ſal-
tem reuertantur. || Video quoſdā Quirites, ſtre- 2
pitu ſignificare neſcio quid, & non eoſdem vul-
tus, quos proxima mea contione prębuerunt,
in hanc contionem mihi retuliſſe. Quare à vo-
bis qui nihil de me credidiſtis. vt eam volun-
tatem, quam ſemper habuiſtis erga me retinea-
tis, peto: à vobis autem, quos leuiter immuta-
tos eſſe ſentio, paruam exigui temporis vſuram
bonę de me opinionis poſtulo, vt eam, ſi quę di-
xero, vobis probabo, perpetuò retineatis: ſin a-
liter, hoc ipſo in loco depoſitam, atq; abiectā

* PROPOSITIO.

relinquatis. || Cōpleti* ſunt animi auréſq; veſtrę, 3
Quirites, me gratificantem ſeptem tyranni, ce-
teriſq; Syllanarū aſſignationum poſſeſſoribus,
Agrarię legi, & commmodis veſtris obſiſtere.

* CONFVTATIO.

* Hęc ſiqui crediderunt, illud prius credide-
rint neceſſe eſt, hac lege Agraria, quę promul-
gata ſit, adimi Syllanos agros, vobiſque dimi-

di,

di,aut denique minui priuatorũ poſſeſſiones, vt [b] in eas vos deducamini. Si oſtendo non modò non adimi cuiquã glębã de Syllanis agris, ſed etiã genus id agrorũ, certo capite legis impudentiſſimè confirmari, atq; ſanciri: ſi doceo, [c] agris his, qui à Sylla ſunt dati, ſic diligenter Rullũ ſua lege conſulere, vt facilè appareat, eã legem, non à veſtrorũ commodorũ patrono, ſed à Valgij genero eſſe conſcriptã: nũ quid eſt cauſæ, Quirites, quin illa criminatione, qua in me abſentem vſus eſt, non ſolùm meam, ſed etiã ve
4 ſtram diligentiã, prudentiamq; deſpexerit? || Caput eſt legis XL. de quo ego conſultò, Quirites, neque apud vos antè feci mentionẽ, ne aut refricare obductam iã reip. cicatricem viderer, aut aliquid alieniſsimo tẽpore nouę diſſenſionis commouere: neque verò nunc ideò diſputabo, quòd hunc ſtatũ reip. nõ magnopere defendendũ putẽ: pręſertim qui otij, & concordię patronũ me in hunc annũ [d] reip. profeſſus ſim: ſed vt doceã, Rullũ poſthac in his ſaltem tacere rebus, in quibus de ſe, & de ſuis factis taceri velit.
5 || Omnium legum iniquiſſimã, diſsimillimámq; * legis eſſe arbitror eam, quam L. Flaccus interrex, de Sylla tulit, vt omnia quęcumque ille feciſſet, eſſent rata. Nam cùm ceteris in ciuitatibus tyrannis inſtitutis, leges omnes extinguantur, atque tollantur, hic reip. tyrannũ lege conſtituit. Eſt inuidioſa lex, ſicut dixi: verumtamen habet excuſationem. nõ enim videtur hominis
6 lex eſſe, ſed temporis. || Quid, ſi eſt hęc multò impudẽtior? Nam * Valeria lege, [e] Corneliiſque legibus eripitur, cùm datur: coniungitur impudens gratificatio cũ acerba iniuria: ſed tamen habet in illis legibus ſpem nonnullã ille cui ademtus eſt aliquem ſcrupulũ, cui datus eſt. Rulli cautio eſt hęc, QVAE POST MARIVM, CN. PAPIRIVM CONSVLES. Quàm procul à ſuſpicione fugit, quòd eos conſules, qui aduerſarij Sylla maxi-

b for. vt vos in eas ded.

c L. agris iis.

d for. populo R.

* lex eſt Valeria cuius meminit 1. de legibus.

* L. Valeri Flacci interregis.

e al. Corneliiſque legibus cũ eripitur, datur

Digitized by Google

fortunis locupletat, inuidia liberat. Quã multos enim, Quirites, exiſtimatis eſſe, qui latitudinem poſſeſſionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non poſſint? qui vendere cupiant, [n] emtores non reperiant? perdere iam denique illos agros ratione aliqua velint? Qui paullo antè [o] diem, noctémque tribunitium nomẽ horrebant, veſtram vim metuebant, mentionem legis Agrariæ pertimeſcebant: ij nunc etiam vltrò rogabuntur, atque orabuntur, vt agros partim publicos, partim plenos inuidiæ, plenos periculi quanti ipſi velint, decemuiris tradant. Atque hoc carmen hic tribunus pl. non vobis, ſed ſibi intus canit. ‖Habet ſocerum, virũ optimum, qui 68
tantũ agri in illis reip. tenebris occupauit, quãtum concupiuit. Huic ſubuenire vult [p] ſuccũbenti, iam oppreſſo Syllanis oneribus graui ſua lege, vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere. [q] Et vos non dubitatis, quin vectigalia veſtra vendatis, plurimo maiorum veſtrorũ ſanguine, & ſudore quæſita, vt Syllanos poſſeſſores diuitiis augeatis, periculo liberetis? ‖Nam 69
ad hanc emptionem decemuiralem duo genera agrorum ſpectant, Quirites. eorum vnũ propter inuidiam, domini fugiunt: alterum propter vaſtitatem. Syllanus ager. à certis hominib[9] latiſſimè continuatus, tantam habet inuidiam, vt veri, ac fortis tribuni pl. ſtridorem vnum perferre non poſſit. hic ager omnis, quoquo pretio coemtus erit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur. Alterum genus agrorum, propter ſterilitatem incultum, propter peſtilentiam vaſtum, atque deſertum, emetur ab iis, qui eos vident ſibi eſſe, ſi nõ vendiderint, relinquendos. Et nimirum iſtud eſt, quod ab hoc tribuno pl. dictum eſt in ſenatu: vrbanam plebem nimium in rep. poſſe: * exhauriendam eſſe: hoc enim verbo eſt vſus: quaſi de aliqua ſentina, ac non de optimorũ ciuiũ genere loqueretur. ‖Vos verò, Quirites, 70

ſi

n L. emtore non rep.
o L. dies, noctesque trib.
p L. ſuccũbenti iam, atque oppreſſo Syllanis oneribus grauibus, ſua lege,
q L. Et vos dubitatis, quin vectigalia veſtra non vẽdatis, pl.
* Exhauriẽdi verbum à Rullo temere à Rullo cum de plebe vrbana loqueretur, reprehendit Cicero.

ſi me audire vultis, retinete iſtam poſſeſſionem
gratiæ, libertatis, ſuffragiorum, dignitatis, vrbis,
fori, ludorum, feſtorum dierum, ceterorum om-
nium commodorum: niſi fortè mauultis, relictis
his rebus, atque hac luce reip. in Sipontina ſic-
citate, [r] aut in Salpinorum peſtilentiæ finibus,
Rullo duce, collocari. At dicat, quos agros em-
turus ſit: oſtendat & quid, & quibus daturus ſit.
Vt verò, cum omneis vrbeis, agros, vectigalia,
regna vendiderit, tũ arenã aliquã, aut paludes e-
mat: id vos poteſtis, quæſo, concedere? Quam-
quam illud eſt egregiũ, quòd hac lege ante om
nia veneunt, ante pecuniæ coguntur, & coacer-
uantur, quàm glæba vna ematur. deinde emi iu-
71 bet: ab inuito vetat. Quæro, ſi, qui velint vẽde-
re, non fuerint, quid pecunia fiet? [s] Referre in æ-
rarium lex vetat: exigi prohibet. Igitur pecuniã
omnem [t] decemuiri tenebunt: vobis ager non e-
metur. vectigalibus abalienatis, ſociis vexatis,
regibus, atque omnibus gentibus exinanitis, illi
pecunias habebũt, vos agros non habebitis. Fa
cilè, inquit, adducẽtur pecuniæ magnitudine, vt
velint vendere. Ergo ea lex eſt, qua noſtra ven
damus, quanti poſſimus: aliena emamus, quãti
72 poſſeſſores velint. Atque in hoc agros, qui hac
lege emti ſint, * colonias ab iis decemuiris de
duci iubet? Quid? omniſne eiuſmodi locus eſt,
vt nihil interſit reip. colonia deducatur in eum
locũ, nécne? an eſt locus, [u] qui coloniam poſtu-
let? + eſt planè rectius, &, quo in genere ſicut in
liteteris reip. partibus, eſt operæ pretium diligen-
tiam maiorum recordari: qui colonias ſic ido-
neis in locis contra ſuſpicionẽ periculi colloca-
runt, vt eſſe non oppida Italiæ, ſed propugnacu-
la imperij viderentur. Hi deducent colonias in
73 eos agros, quos emerint. Etiámne ſi reip. non
expediat? & in quo loco præterea videbitur?
Quid igitur eſt cauſæ, quin coloniam in Ianicu-
lum [x] poſſint deducere? & ſuum præſidium in ca-
pite

r L. aut in Salapinorum

s v. c. Etenim referre in ær.

t v. c. x. viri

* DE COLONIARVM deductione in agros publica pecunia emptos.

u L. qui coloniam poſtulet: eſt & qui planè recuſet? quo in genere ſ. al. poſtulet, & qui planè recuſet? al. poſtulet vel planè recuſet? quo in genere

x L. poſſint deducere, & ſuũ præſidium in c.

Digitized by Google

y I. atque in ceruici. veſtris col locare?
z L. quot colonias,

pite,[y] atq;ceruicib.veſtrís poſſint collocare?Tu non definias,[z] quò colonias, in quæ loca, quo numero colonorum deduci velis?tu occupes locũ,quem idoneũ ad vim tuã iudicaris?compleas numero?cõfirmes præſidio,quo velis? populi R. vectigalibus,atque omnibus copiis ipſum populum R.coerceas?opprimas?redigas in iſtam decemuiralẽ ditionẽ,ac poteſtatem?||Vt verò tota 74
Italiam ſuis præſidiis obſidere, atque occupare cogitet,quæſo,Quirites, cognoſcite. Permittit decemuiris, vt in omnia municipia, in omneis colonias totius Italiæ colonos deducant, quos velint: iiſque colonis agrum dari iubet. Num obſcurè maiores opes,quàm libertas veſtra pati poteſt,&maiora præſidia quærũtur? nũ obſcurè regnũ cõſtituitur? nũ obſcurè libertas veſtra tollitur?Nã,cùm iidẽ omnẽ pecuniã, [a] maximã multitudinem,id eſt,totam Italiã,ſuis opibus obſidebunt: iidem veſtram libertatem ſuis præſidiis,& coloniis interclusam tenebũt: quæ ſpes tandem,quæ facultas recuperandæ veſtræ libertatis relinquetur?||At enim ager Campanus hac lege diuidetur,orbis terræ pulcherrimus:& Ca- 75
puam Colonia deducetur, vrbem ampliſſimam, atque ornatiſſimam. Atqui quid ad hæc poſſumus dicere? De commodo veſtro priùs dicam, Quirites:deinde ad amplitudinem, & dignitatẽ reuertar:vt,ſi quis agri,aut oppidi bonitate delectetur,ne quid exſpectet: ſi quem rei dignitas commouet: vt huic ſimulatæ largitioni reſiſtat. Ac primùm de oppido dicam, ſi quis eſt fortè, quemCapua magis,quàm Roma.delectat Quinque millia colonorumCapuam ſcribi iubet,[b] ad hunc numerum quingentos ſibi ſinguli ſument. ||Quæſo,nolite voſmetipſos conſolari: verè & diligenter conſiderate.Num vobis,aut veſtri ſi- 76
milibus,integris,quietis,otioſis hominibus, in hoc numero locum fore putatis? Si eſt omnibus vobis,aut maiori veſtrûm parti: quamquam me

a L. maximam multitudinem tenebunt: iidem totã Italiam ſuis op.

b L.ad hũc numerum ſibi ſinguli quingenos ſument.

me veſter honos vigilare dies atque nocteis, & intentis oculis omneis reip. parteis intueri iubet:tamē paulliſper, ſi ita commodum veſtrum feret,conniuebo. Sed ſi quinque hominum millibus,ad vim,facinus,cædémque[c] delectis, locꝰ, atque vrbs, quæ bellum facere, atque inſtruere poſſit,quæritur:taménne patiemini, veſtro nomine cōtra vos firmari opes?armari præſidia?vr-
77 beis,agros,copias comparari?|| Nam agrum quidem Cāpanum,quem vobis oſtentant, ipſi concupiuerunt: deducent ſuos quorum nomine ipſi teneant,& fruantur:[d]coëment præterea:iſta dena iugera continuabunt. Nam, ſi dicent per legem id non licere: ne per Corneliam quidem licet. At videmus(vt longinqua mittamus) agrū Præneſtinum à paucis poſſideri: neque iſtorum pecuniis quidquā aliud deeſſe video,niſi eiuſmodi fundos, quorum ſubſidio familiarum magnitudines,& Cumanorū,ac Puteolanorum prædiorū ſumptus ſuſtentare poſſint.Quòd ſi veſtrum cōmodum ſpectat:veniat,& coràm mecum de agri
78 Campani diuiſione diſputet.|| Quæſiui ex eo kalendis Ian.quibus hominibus, & quemadmodū illū agrum eſſet diſtributurus, reſpondit, à Romilia tribu ſe initium eſſe facturum. Primū, quæ eſt iſta ſuperbia, & contumelia, vt populi pars amputetur,ordo tribuum negligatur?antè ruſticis detur ager,qui habent,quàm vrbanis,quibus iſta agri ſpes, & iucūditas oſtenditur?aut,ſi hoc ab ſe dictū negat,& ſatisfacere omnib.vobis cogitat:[e] proferat[44] in iugera dēna deſcribat:[45] ab Otriculana vſq; ad Narnienſem nomina veſtra proponat. Si non modò dena iugera dari vobis, ſed ne cōſtipari quidē tantū numerū hominum poſſe in agrū Cāpanū intelligetis: taménne vexari remp. contemni maieſtatem populi R. deludi voſmetipſos diutius à tribuno pl. patie-
79 mini?|| Quod ſi poſſet ager iſte ad vos peruenire:nōne eū tamē in patrimonio veſtro remanere malletis?vnūne fundū pulcherrimū, populi R.

c for. dilecti.

d for. coëment alios præterea:

e L. proferat:in ſingulos iugera dena deſcribat : à Suburana vſque ad Arnienſem al.ob Otriculana vſque ad Arnienſ.

Digitized by Google

caput veſtræ pecuniæ,pacis ornamentum,ſubſidium belli,fundamentum vectigaliũ,horreũ legionum,ſolatium annonæ diſperire patiemini? An obliti eſtis,Italico bello amiſsis ceteris vectigalibus quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis?An ignoratis , cetera illa magnifica populi R.vectigalia,[46] perleui ſæpe momento fortunæ,inclinatione temporis pendere? Quid nos Aſiæ portus,quid Syriæ rura,quid omnia tranſmarina vectigalia iuuabũt , tenuiſsima ſuſpicione prædonum, aut hoſtiũ iniecta? ‖ At 80
verò hoc agri Campani vectigal cùm eiuſmodi eſt,vt domi ſit , & omnibus præſidiis oppidorũ tegatur:tum neque bellis infeſtum,[f] nec fructibus vatium,nec cœlo ac loco calamitoſum eſſe ſolet. Maiores noſtri non ſolùm id,quod à Cãpanis ceperant,non imminuerũt,verùm etiã,[47] [g] quod & tenebant,quibus adimi iure non poterat,coemerunt. Qua de cauſa nec duo Gracchi qui de plebis R.cõmodis plurimùm cogitauerũt, nec L. Sylla, qui omnia ſine vlla religione,quibus voluit,eſt dilargitus,agrum Campanum attingere auſus eſt. Rullus exiſtit , qui ex ea poſſeſsione [h] rempu.dimoueret: ex qua nec Gracchorũ benignitas eam,nec Syllæ dominatio deciſſet. Quẽ agrũ nũc prætereuntes veſtrum eſſe dicitis,& quẽ pariter qui iter faciũt,externi homines,veſtrũ eſſe audiũt:is cùm erit diuiſus, neque erit,neque veſter eſſe dicetur. ‖ At qui homi 81
nes poſsidebũt? Primò quidẽ artes, ad vim prõti,ad ſeditionẽ parati:qui ſimulac decemuiri cõcrepuerint,armati in ciueis,& expediti ad cędẽ eſſe poſsint.deinde ad paucos,opibus, & copiis affluenteis,totũ agrũ Campanum perferri videbitis.Vobis interea,qui illas à maioribus pulcherrimas vectigalium [i] ſedes [48] armis captas accepiſtis,glæba nulla de paternis,atque auitis poſſeſsionibus relinquetur : ac tantum intererit inter veſtram , & priuatorum diligentiam, quòd,

f for. neque fructibus, neq; cœlo.

g L. quod ei tenebãt, quibus adimi &c.

h L. remp. demoueret

i L. ſedes armis partas acc.

quòd cùm à maioribus [k] veſtris [l] P. Lentulus, princeps ſenatus, in ea loca miſſus eſſet, [m] vt & priuatos agros, qus in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coemeret, dicitur renuntiaſſe, nulla ſe pecunia fundum cuiuſdam emere potuiſſe: eúmq;, qui nollet vendere, ideò negaſſe ſe adduci poſſe, vti venderet, quòd, cum plureis fundos haberet ex illo ſolo fundo num-

82 quam malũ nuntiũ audiſſet. || Itáne verò? priuatum hæc cauſa cõmouit: populus Ro. ne agrum Campanum priuatis gratis, Rullo rogante tradat, non cõmouebit? [n] At qui idem populus R. de hoc vectigali poteſt dicere, quod ille de ſuo fundo dixiſſe dicitur. Aſia multos annos vobis fructum, Mithridatico bello, non tulit: Hiſpaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullũ fuit: Siciliæ ciuitatibus bello fugitiuorum [o] M. Attilius etiam mutuum frumentum dedit. at ex hoc vectigali numquam malus nuntius auditus eſt. Cetera vectigalia 49 [p] belli facultatib. affliguntur: hoc vectigali etiam belli facultates ſu-

84 ſtentantur || Deinde in hac cõſignatione agrorum, ne illud quidẽ dici poteſt, quod in ceteris, agros, 50 deſertos à plebe, atque à cultura hominum liberorum eſſe non oportere. Sic enim dico: ſi Campanus ager diuidatur, exturbari, & expelli plebem ex agris, non conſtitui, & collocari. Totus enim ager Cãpanus colitur, & poſſidetur à plebe optima, & modeſtiſſima: quod genus hominũ optimè moratum, optimorum & aratorũ, & militũ, ab hoc plebicola [q] tribuno funditus eiicitur. Atq; illi miſeri, nati in illis agris, & æducati, glæbis ſubigẽdis exercitati, quò ſe ſubito conferant, nõ habebũt. his robuſtis, & valentibus, & audacibus decemuirũ ſatellitibus agri Campani poſſeſſio tota tradetur. &, vt vos nunc de veſtris maioribus prædicatis: Hũc agrũ nobis maiores noſtri reliquerunt: ſic veſtri poſteri de vobis prædicabunt: Hunc agrum patres

k al. noſtris.
l L. P. Lentulus, is qui princ.
m al. vt etiã priuatos.
n q. l. vul. At quidem &c. mendoſè.
o L. M. Aquilius.
p for. belli difficultatibus affl.
q al. tribuno pl.

noſtri acceptũ à patribus ſuis, perdiderunt. || E- 84
quidem exiſtimo, ſi iam campus Martius diuidatur, & vnicuique veſtrûm, vbi conſiſtat, bini pedes aſſignentur: tamen promiſcuè toto, quàm propriè parua frui parte malletis. Quare [r] etiã ſi ad vos eſſet ſingulos aliquid ex hoc agro peruenturum, qui vobis oſtenditur, aliis comparatur: tamen honeſtiùs eum vos vniuerſi, quàm ſinguli poſſideretis. Nunc verò, cùm ad vos nihil pertineat, ſed paretur aliis, eripiatur vobis, nónne acerrimè, tanquam armato hoſti, ſic huic legi, pro veſtris agris reſiſtetis? Adiungit Stellatam campum agro Campano: & in eo duodena deſcribit in ſingulos homines iugera. [s] Quaſi verò paullùm differat [51] ager Campanus, ac Stellatis. || Et multitudo, Quirites, quæritur, qua 85
illa omnia oppida compleantur. Nã dixi antea, lege permitti, vt, quæ velint municipia, quas velint veteres colonias, colonis ſuis occupent. Calenũ municipiũ cõplebunt: Theanum opprimẽt: Atellã, Cumas, Neapolin, Põpeios, Nucerĩa ſuis præſidiis deuinciẽt: *Puteolos verò, qui nunc in ſua poteſtate ſunt, ſuo iure, libertatéq; vtuntur, totos nouo populo, atque aduentitiis copiis occupabunt. Tunc illud exilium Campanæ coloniæ, vehemẽter huic imperio timendũ, [u] Capua à Decemuiris inferetur: tunc contra hanc Romã cõmunem patriã omnium noſtrûm, illa altera Roma quæretur. || In id oppidũ homi- 86
nes nefarij remp. noſtrã transferre conãtur, quo in oppido maiores [x] veſtri nullam omnino rẽ eſſe voluerunt: qui tres ſolùm vrbeis in terris omnibus, Karthaginem, Corinthum, Capuã ſtatuerunt poſſe imperij grauitatem, ac nomen ſuſtinere. Deleta Karthago eſt, quòd cùm hominũ copiis, tum ipſa natura, ac loco ſuccincta portubus, armata muris excurrere ex Africa, [y] imminere ita fructuoſiſſimis inſulis populi Rom. videbatur. Corinthi veſtigium vix relictum eſt. erat enim poſita in anguſtiis, atque in faucibus

r L. etiam ſi ad vos aliquid ſingulos eſſet ex hoc agro p.

s L. quaſi verò paulũ differat ager Campanus à Stellati. Scilicet multitudo, Q.

* Municipium primum erant puteoli, poſtea colonia facta. Liu. 34. Velle.

t L. Tunc illud vexillum Camp. vide Liu. li. 56.

v L. & v. c. Capuã ad.

x al. noſtri.

y L. imminere Italiæ & fructuoſiſ.

Græciæ,ſic,vt terra clauſtra locorum teneret,& duo maria maximè nauigationi diuerſa pænè coniungeret,cum pertenui diſcrimine ſepararentur.Hæc,quæ procul erant à conſpectu imperij,non ſolùm afflixerunt,ſed etiã, nequando recreata exſurgere,atque erigere ſe poſſent,fun
87 ditus,vt dixi, ſuſtulerunt. || De Capua multùm eſt [z] & diu conſultum:exſtant literæ,Quirites, publicæ: ſunt ſenatuſconſulta complura. Statuerunt homines ſapientes,ſi agrum Campanis ademiſſent,magiſtratus ſenatum , publicum ex illa vrbe conſilium ſuſtuliſſent,imaginem reip. nullam reliquiſſent:nihil fore,quòd Capuã timeremus. Itaque hoc perſcriptum in monumẽtis veteribus reperietis , vt eſſet vrbs, quæ res eas , quibus ager Campanus coleretur , ſuppeditare poſſet:vt eſſet locus [a] comparandis,cõdendiſque fructibus:vt aratores,cultu agrorum defeſſi , vrbis domiciliis vterentur:idcirco illa
88 ædificia nõ eſſe deleta.||Videte,quantum interuallum ſit interiectũ inter maiorũ noſtrorũ cõſilia,& inter iſtorum hominũ dementiã.Illi Capuã,receptaculũ aratorum, nundinas ruſticorũ, cællã,[b] atq; horreũ Campani agri eſſe voluerũt: hi expulſis aratoribus,effuſis ac diſſipatis fructibus veſtris,eandẽ Capuã ſedem nouæ reip.conſtituunt,molem contra *veterem remp.comparant. Quòd ſi maiores noſtri exiſtimaſſent,quẽquam in tam illuſtri imperio,& tã pręclara populi Rom.diſciplina,Bruti [c] aut P.Rulli ſimilẽ futurũ(hos enim nos duos adhuc [d] videmus,qui
89 hanc rẽp.Capuã totã transferre vellent, profectò nomen illius vrbis non reliquiſſent. || Verũ arbitrabantur,Corintho,& Kathagini,etiam ſi ſenatum,& magiſtratum ſuſtuliſſent,[e] agrũmq; ciuib. ademiſſent,tamen nõ defore,qui illa reſtituerent,[f] atque,qui ante omnia cõmutarent, quã nos audire poſſem.[g] Hic verò,in oculis.S.P. Q.R.nihil poſſe exſiſtere, ꝙ non ante extingui, atq; opprimi poſſet,quã planè extortũ,acnatum

z L.& diu conſultatũ.

a L. comportandis,

b L.atque horreũ agri Campani eſſe vol.

* al.noſtrã.

c L.aut Rulli.

d L.vidimus.

e al.agrum ciuib.

f L.atque ante omnia commut.

Digitized by Google

puæ,[l] & Leocranti ceperunt,& qui aliquã partem illius deductionis,honoris,muneris attigerunt,omnes acerbiſsimas impiorum pœnas pertulerunt.Et quoniam Bruti,atque illius temporis mentionẽ feci,cõmemorabo , id quod egomet vidi,cùm veniſsem Capuam,coloniam deductam L.Conſidio,& Sex.Saltio (quemadmodum ipſi loquebantur)prætoribus:vt intelligatis,quantam locus ipſe afferat ſuperbiam : quæ paucis diebus,quibus illò colonia deducta fuit,

92 perſpici atque intelligi potuit. ¶ Nam primùm, id quod dixi,cùm ceteris in coloniis [m] duumuiri appellentur, hi ſe prætores appellari volebant.Quibus primus annus hanc cupiditatẽ attuliſſet , nónne arbitramini paucis annis fuiſſe conſulum nomen appetituros?Deinde anteibãt lictores,non cum bacillis,ſed,vt hic prætoribus anteeunt,cum faſcibus duobus.erãt hoſtiç maiores in foro conſtitutç,53 quæ ab iſtis prætoribus de tribunali, ſicut à nobis conſulibus , [n] de conſilij ſententia 54 probatis,ad præconem, & ad tibicinem immolabantur. deinde patres conſcripti vocabantur.¶Iam verò vultũ Conſidij videre,ferendum vix erat.[o]Quem hominem 55 vt grandi macie torridum , Romæ contẽtum, atque abiectum videbamus,hunc Capuç Campano ſupercilio,ac regio ſpiritu cùm viderem, Magios,Bloſsios mihi videbar illos videre , ac Iubellios Iam verò qui metus erat tunicatorum [p] illorum?& in Albana & Seplaſia,quç concurſatio percontantium,quid prçtor edixiſſet? vbi cenaret?quid enuntiaſſet?Nos autem, hinc Roma qui veneramus,iam non hoſpites , ſed pere-

94 grini,atq; aduenç nominabamur.¶Hçc qui proſpexerint,maiores noſtros dico,Quirites.nõ eos in deorũ immortaliũ numero venerandos à nobis,& colẽdos putatis?Quid enim viderũt?hoc, quod nunc vos,quçſo perſpicite,atq;cognoſciſe.nõ ingenerantur hominibus mores tã à ſtir-

l for.& Tarenti cep. al.coloniæ creati,al. ab eo creati.

m v.c.II.viri appel. Duumuiri id in coloniis quod Romæ cenſores.

n L. de conſilij ſententia probatç ad præc.

o L. Quem hominem vegrandi macie torridum al. facie tor.al. horridum.

p L. illorũ? in Albena, & Seplaſia. qua conc.

q quidã leguñt,ab ipſa natura, nobis,& à vitæ,&c. non rectè.

r L. Hannibalem,
s L.Huc iſti x. viri cum 100. colonor.

t fort.ac ſemitas præ miis illis ſuis irr.
v L.cũ ſuis opimis, atque.
* al.non putabunt.

pe generis,ac ſeminis,quàm ex iis rebus, quæ [q]
ab ipſa natura loci,& à vitæ conſuetudine ſup-
peditantur:quibus alimur, & viuimus. Kartha-
ginienſes,fraudulenti,& mendaces non genere,
ſed natura loci,quòd propter portus ſuos ,mul-
tis,& variis mercatorum ,& aduenarũ ſermoni-
bus,ad ſtudiũ fallendi,ſtudio quæſtus vocaban-
tur,Ligures montani,duri,atq; agreſtes, docuit
ager ipſe,nihil ferendo , niſi multa cultura , &
magno labore quæſitum.Campani , ſemper ſu-
perbi bonitate agrorũ,& fructuũ magnitudine,
vrbis ſalubritate,deſcriptione , pulchritudine.
Ex hac copia,atque omniũ rerũ affluentia , pri-
mùm illi nata ſunt:arrogantia,quę à maioribus
noſtris alterũ Capua conſulem poſtulauit:dein-
de ea luxuries,quæ ipſum [r] Annibalem , armis
etiam tũ inuictũ voluptate vicit.|| [s] Huc iſti de- 95
cemuiri cùm numerum colonorũ ex lege Rulli
deduxerint:centũ decuriones,decẽ augures, ſex
pontifices conſtituerint:quos illorum animos,
quos impetus,quã ferociã fore putatis?Romam
in montibus poſitam,& conuallibus , cenaculis
ſublatã,atque ſuſpenſam,nõ optimis viis angu-
ſtiſſimis ſemitis,prę ſua Capua,planiſſimo in lo-
co explicata,56 [t] ac præ illis ſemitis irridebũt,
atq; contemnent,Agros verò Vaticanum,& Pu-
piniam, [u] cum ſuis optimis,atque vberibus cã-
pis conferendos ſcilicet * putabunt. oppidorũ
autem finitimorum illam copiã cum hac per ri-
ſum,ac per iocum contemnent:Labicos , Fide-
nas,Collatiam, ipſum hercle Lanuuium,Ariciã,
Tuſculũ,cum Calibus,Theano,Neapoli,Puteo-
lis,Cumis,Pompeiis,Nuceria cõparabunt.||Qui- 96
bus illis rebus elati,& inflati,fortaſſe non con-
tinuò,ſed certè,ſi paullùm aſſumſerint vetuſta-
tis,ac roboris,non continebuntur : progrediẽ-
tur,longiùs efferentur.Singularis homo priua-
tus,niſi magna ſapientia præditus,vix facilè ſe-
ſe regionibus officij, magnis in fortunis,& co-
piis,

Digitized by Google

piis, continet: nedum iſti ab Rullo, & Rulli ſimilibus conquiſiti, atque electi coloni, Capuæ, in domicilio ſuperbiæ, atque in ſedibus luxuriæ collocati, non ſtatim conquiſituri ſint aliquid ſceleris, & flagitij. immò verò etiam hoc magis, quàm illi veteres, [x] Germaniq; Campani, quod in vetere fortuna illos natos, & educatos, nimiæ tamen rerum omnium copię deprauabāt. hi ex ſumma egeſtate, in eandem rerũ abundantiam traducti, non ſolùm copia, verùmetiam inſcientia commouebuntur. x γνήσιοι.

97 || Hæc * tu P. Rulle, M. Bruti ſceleris veſtigia, quàm monumēta maiorũ ſapientiæ ſequi maluiſti: hæc tu [y] cùm iſtis tuis actoribus excogitaſti, vt vetera vectigalia venderetis, & expleretis noua. Vrbi Capuam ad ad certamen dignitatis opponere vis, vt ſub veſtrum ius, iuriſdictionē, poteſtatē, vrbeis, nationes, prouincias, liberos, populos, reges, terrarum deniq; orbem * ſubiũgeretis: vt, cùm omnē pecuniam ex ærario exhauſiſſetis, ex vectigalibus redegiſſetis, ab omnibus regibus, gentibus, imperatoribus noſtris coegiſſetis, tamē omnes vobis pecunias ad nutum veſtrũ penderent: vt iidē partim inuidioſos agros à Syllanis poſſeſſorib. partim deſertos, ac peſtilenteis, à veſtris neceſſariis, à vobiſmet ipſis emtos, quanti velletis, populo Rom. induceretis: vt omnia municipia, coloniáſque Italiæ nouis colonis occuparetis: vt, quibuſcumque in locis vobis videretur, ac quàm multis videretur colonias collocaretis:

* PERORATIO.

y L. cum iſtis tuis auctoribus.

* al. ſubiugaretis.

98 || vt omnem rempublic. veſtris militibus, veſtris vrbibus, veſtris præſidiis cingeretis, atque oppreſſam teneritis: vt ipſum Cn. Pompeium, cuius præſidio ſæpiſſime populus Romanus contra acerrimos hoſteis, & contra improbiſſimos ciueis victor exſtitit, proſcribere, atque horum conſpectu priuare poſſetis: vt nihil auro & argento violari, nihil numero, & ſuffragiis declarari, 57 [z] nihil elata manu perfringi poſſet,

z for. nihil vi, & facta manu, &c. al. nihil vi illata manu al. vi & allata manu al. vi & facta manu al. vi & dilecta manu al. violenta manu.

poſſet,quod non vos oppreſſum,atque ereptum teneretis:vt volitaretis interea per genteis, per regna omnia,cum imperio ſummo,cum iudicio infinito,cum omni pecunia:vt veniretis in caſtra Cn.Pompeij,atque ipſe caſtra,ſi commodũ vobis eſſet, venderetis : vt interea magiſtratus reliquos , legibus omnib⁹ ſoluti,ſine metu iudiciorum,ſine periculo,petere poſſetis:vt nemo ad populum Romanũ vos adducere , nemo producere,non ſenatus cogere,non conſul coërcere,nõ tribunus pl. retinere poſſit.|| Hæc ego vos 99
[a] concupiiſſe pro veſtra ſtultitia, atque intemperantia non miror:ſperaſſe me conſule,aſſequi poſſe,demiror. Nam cùm omnium conſulũ grauis in repub.cuſtodienda,cura,ac diligẽtia debet eſſe,tum eorũ maximè,[b] qui non in cunabulis,ſed in campo ſunt conſules facti. nulli populo Romano pro me maiores mei ſpoponderunt:mihi creditum eſt:à me petere,quod debeo me ipſum appellare debetis.Quemadmodũ, cùm petebam,nulli me vobis auctores generis mei commendarunt:ſi quid deliquero , nullæ imagines,quæ me à vobis deprecentur. Quare, modò vt vita ſuppetat,quamquã ego ſum is,qui eam poſſim ab iſtorum ſcelere, inſidiiſque defendere:polliceor hoc vobis,Quirites,bona fide remp.vigilanti homini,non timido:diligenti,non ignauo commiſiſtis.|| Ego is conſul , qui 100
contionem metuam?qui tribunos pl.perhorreſcã?qui ſæpe,& ſine cauſa tumultuer?qui timeã, ne mihi in carcere habitandum ſit,ſi tribunus pl.duci iuſſiſſet?ego nondum veſtris armis armatus,inſignibúſque ampliſſimis ornatus,imperio,auctoritate,non horrui in hunc locũ [c] progredi poſſe , vobiſque auctoribus improbitati hominis reſiſtere,58 nunc verear,*ne reſp.tantis munita præſidiis,ab iſtis vinci,aut opprimi poſſit?Si antea timuiſſe,hac contione,hoc populo, certè

a al. concupiſſe.

b al. qui nõ incunab.

c L. progredi,vobiſq;.

* al ne tantis reip.munitus præſidiis,ab iſtis vinci aut opptimi poſsim, al. tan is munitus præſidiis,ne reſpub. ab iſtis vinci aut opprimi poſsit.

Digitized by Google

certè non vererer. Quis enim vmquã tã ſecunda
contione legem Agrariam ſuaſit, quã ego diſ-
ſuaſi? ſi hoc diſſuadere eſt, [d] ac non diſturbare,
101 ac peruertere. || Ex quo intelligi, Quirites, po-
teſt, nihil eſſe tam populare, quàm id, quod ego
vobis in hunc annum conſul popularis affero,
pacem, tranquillitatem, otium. Quæ nobis de-
ſignatis timebatis, ea ne accidere poſſent, con-
ſilio meo, ac ratione prouiſa ſunt. non modò
vos eritis in otio, qui ſemper eſſe volueratis, ve-
rùm etiã iſtos, quibus otioſis [59] [e] negotium fe-
ciſſemus otioſiſſimos reddam. Etenim illis ho-
nores, poteſtates, diuitiæ, ex tumultu, atque ex
diſſenſionibus ciuium comparari ſolent: vos,
quorum gratia in ſuffragiis conſiſtit, liber-
tas in legibus, honos in iudiciis, & æquita-
te magiſtratus, & res familiares in pace, omni
102 ratione otium tenere debetis. [60] || [g] Nam, etſi ij,
qui propter deſidiam in otio viuunt, tamen in
ſua turpi inertia capiunt voluptatem: [h] ſub ipſo
otio, quo vos fortunã regitis, ſi hunc ſtatũ, quẽ
habetis, eſſe meliorem non ignoratis, non vt
quæſitũ, ſed vita partum otium tenueritis. Quod
ego [i] & concordia, quam mihi cõſtitui cum
collega, inuitiſſimis hominibus, quos in conſu-
latu inimicos eſſe [k] & animis, & corporis a-
ctibus prouidi: omnibus proſpexi ſanè, & re-
uocaui. idem tribunus pl. denuntiaui, [l] quid
turbulenti, me conſule, conflarent. Summum, &
firmiſſimum eſt illud cõmunibus fortunis præ-
ſidium, Quirites, vt qualeis vos hodierno die
maxima contione mihi pro ſalute veſtra præ-
buiſtis, taleis [m] reliquis temporibus populo R.
præbeatis. pro certo polliceor hoc vobis, atque
confirmo, me eſſe perfecturum, vt iam tandem
illi, qui honori inuiderunt meo, tamen vos vni-
uerſos in conſule deligendo plurimum vidiſſe
fateantur.

d L. & non.
e L. negotiũ feceſsimus otioſiſs.
f L. honos in iudiciis, & æquitate magiſtratuum res familiaris in pace, &c.
g L. am. Nã ſi ij.
h L. ſi ipſe otio, quo.
i L. ex concordia.
k L. & animi & corporis acie, prouidi omnibus ſpexi ſane, & præcaui.
l L. nequid
m L. reliquis tẽporib. reip. præb.

DE LEGE * AGRARIA

CONTRA P. RVLLVM tribunum plebis, ad populum.

* hanc orationem vocat ipſe Cicero 2. ad Att. epiſt. 1. ἀποσπασμάτιον. legis Agrariæ.

ORATIO DECIMASEPTIMA

Accuſatus Cicero à Tribunis pl. quòd Syllanorum aſſignationum poſſeſſoribus gratificaretur, & tamen legi Agrariæ Rulli tam vehementer obſiſteret, hiſce criminationibus hac breuiſſima oratione reſpondet.

* EXORDIVM.
a al. deferunt.

COMMODIVS* feciſſent tribuni pleb. Quirites, ſi quę apud vos de me [a] detulerunt, ea coràm potius, me pręſente dixiſſent. nam & ęquitatem veſtrę diſceptationis, & conſuetudinem ſuperiorum, & ius ſuę poteſtatis retinuiſſent. ſed quoniam adhuc pręſens certamen, contentionémque fugerunt: nunc, ſi videtur eis, in meam contionē prodeant, & quò prouocati à me, venire noluerunt, reuocati ſaltem reuertantur.‖Video quoſdā Quirites, ſtrepitu ſignificare neſcio quid, & non eoſdem vultus, quos proxima mea contione prębuerunt, in hanc contionem mihi retuliſſe. Quare à vobis qui nihil de me crediditis. vt eam voluntatem, quam ſemper habuiſtis erga me retineatis, peto: à vobis autem, quos leuiter immutatos eſſe ſentio, paruam exigui temporis vſuram bonę de me opinionis poſtulo, vt eam, ſi quę dixero, vobis probabo, perpetuò retineatis: ſin aliter, hoc ipſo in loco depoſitam, atq; abiectā relinquatis.‖Cōpleti* ſunt animi auréſq; veſtrę, Quirites, me gratificantem ſeptem tyranni, ceteriſq; Syllanarū aſſignationum poſſeſſoribus, Agrarię legi, & commmodis veſtris obſiſtere. * Hęc ſiqui crediderunt, illud priùs crediderint neceſſe eſt, hac lege Agraria, quę promulgata ſit, adimi Syllanos agros, vobiſque dimi-

1
2
* PROPOSITIO. 3
* CONFVTATIO.

Digitized by Google

di, aut denique minui priuatorũ poſſeſſiones, vt [b] in eas vos deducamini. Si oſtendo non modò non adimi cuiquã glębã de Syllanis agris, ſed etiã genus id agrorũ, certo capite legis impudentiſſimè confirmari, atq; ſanciri: ſi doceo, [c] agris his, qui à Sylla ſunt dati, ſic diligenter Rullũ ſua lege conſulere, vt facilè appareat, eã legem, non à veſtrorũ commodorũ patrono, ſed à Valgij genero eſſe conſcriptã: nũ quid eſt cauſæ, Quirites, quin illa criminatione, qua in me abſentem vſus eſt, non ſolùm meam, ſed etiã veſtram diligentiã, prudentiamq; deſpexerit?

4 Caput eſt legis XL. de quo ego conſultò, Quirites, neque apud vos antè feci mentionẽ, ne aut refricare obductam iã reip. cicatricem viderer, aut aliquid alieniſsimo tẽpore nouę diſſenſionis commouere: neque verò nunc ideò diſputabo, quòd hunc ſtatũ reip. nõ magnopere defendendũ putẽ: pręſertim qui otij, & concordię patronũ me in hunc annũ [d] reip. profeſſus ſim: ſed vt doceã, Rullũ poſthac in his ſaltem tacere rebus, in quibus de ſe, & de ſuis factis taceri velit.

5 Omnium legum iniquiſſimã, diſsimillimámq; * legis eſſe arbitror eam, quam L. Flaccus interrex, de Sylla tulit, vt omnia quęcumque ille feciſſet, eſſent rata. Nam cùm ceteris in ciuitatibus tyrannis inſtitutis, leges omnes extinguantur, atque tollantur, hic reip. tyrannũ lege conſtituit. Eſt inuidioſa lex, ſicut dixi: verumtamen habet excuſationem. nõ enim videtur hominis lex eſſe, ſed temporis.

6 Quid, ſi eſt hęc multò impudẽtior? Nam * Valeria lege, [e] Corneliiſque legibus eripitur, cùm datur: coniungitur impudens gratificatio cũ acerba iniuria: ſed tamen habet in illis legibus ſpem nonnullã ille cui ademptus eſt aliquem ſcrupulũ, cui datus eſt. Rulli cautio eſt hęc, QVAE POST MARIVM, CN. PAPIRIVM CONSVLES. Quàm procul à ſuſpicione fugit, quòd eos conſules, qui aduerſarij Syllæ maxi-

[b] for. vt vos in eas ded.

[c] L. agris iis.

[d] for. popu lo R.

* lex eſt Valeria cuius meminit 1. de legibus.

* L. Valeri Flacci inter regis.

[e] al. Corneliiſque legibus cũ eripitur, datur

maximè fuerũt,potiſſimùm nominauit? Si enim
Syllam dictatorem nominaſſet:perſpicuum fo-
re,& inuidioſum,arbitratus eſt.Sed quẽ veſtrûm
tam tardo ingenio fore putauit,cui poſt eos cõ
ſules,Syllam, dictatorem fuiſſe in mentem ve-
nire non poſſet?|| Quid ergo ait Marianus tribu- 7
nus pl.qui nos Syllanos in inuidiã rapit? QVAE
POST MARIVM ET CARBONEM,coss. agros,ædi-
ficia,lacus,ſtagna,locos,poſſeſſiones,cælum, &
mare prætermiſit:cetera cõplexus eſt, PVBLICE
DATA,ASSIGNATA,VENDITA, CONCESSA SVNT,
à quo Rulle?[2] Poſt Marium & Carbonem coss.
quis aſſignauit?quis dedit?quis conceſſit,præter
Syllam?EA OMNIA EO IVRE SINT.Quo iure?la-
befactat videlicet neſcio quid. nimiùm acer,
nimiùm vehemens tribunus pl. Syllana reſcin-
dit. [g] VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT.
Etiámne meliore, quàm paterna, & auita?me-
liore. At hoc Valeria lex non dicit: Corne-
liæ leges non ſanciunt: Sylla ipſa non po-
ſtulat.|| Si iſti agri partem aliquam iuris, aliquã 8
ſimilitudinem propriæ poſſeſſionis, [h] aliquam
ſpem diuturnitatis attingunt: nemo eſt tam
impudens iſtorum,quin agi ſecum præclarè ar-
bitretur. Tu verò,Rulle,quid quæris?quod ha-
bent, vt habeant?quis vetat?[i] vt priuatum? [k]
Sed ita latum eſt,vt melior tui ſoceri fundus Ir-
pinus ſit,ſiue ager Irpinus (totũ enim poſſidet)
quàm meus paternus, auitúſque fundus Arpi-
nas.|| Id enim caues,optimo enim iure ea ſunt 9
profectò prædia, quæ optima condicione ſunt.
Libera,meliore iure ſunt,quã ſerua.Capite hoc
omnia,quæ ſeruiebant,non ſeruient.Soluta me-
liore in cauſa ſunt,quàm obligata. Eodem ca-
pite obligata omnia, ſi modò Syllana ſunt,
liberantur. Immunia, commodiore condicio-
ne ſint, quàm illa, quæ penſitant. Ego Tuſcu-
lanis pro aqua *Crabra vectigal pendam, quia
à municipio fundum accepi, ſi à Sylla mihi
datus

f L.poſt Mariũ,& Carbonẽ coss. quis dedit? quis aſſignauit?quis vendidit? quis cõceſſit,præter Syllam?

g L.QVO QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT. Etiáne m.

h al. aliquã ſpeciẽ diuturn.

i al. vt priuatum.

k L.Sed ita latum eſt,

* vide 16. Fa.ep.18. & Prouin.de aquæd.

Digitized by Google

10 datus eſſet, Rulli lege non penderem. ||

Video vos, Quirites, ſicuti res ipſa* cogat, commoueri vel legis, vel orationis impudẽtia: legis, quæ ius melius Syllanis prædiis conſtituat, quam paternis: orationis, quæ eiuſmodi cauſa inſimulare quemquã audeat, [l] rationes Syllæ nimium vehementer defendere. At ſi illa ſolum ſanciret, quæ à Sylla eſſent data: tacerem: modò ipſe ſe Syllanum eſſe confiteretur. ſed nõ modò illis cauet, verùm etiã aliud quoddã genus donationis inducit: & is, qui à me Syllanas poſſeſſiones defendi criminatur, non ea ſolùm ſancit: verùm ipſe nouas aſſignationes inſtituit, & repentinus Syl-

11 la nobis exoritur. ||

Nam attendite, quantas cõceſſiones agrorũ hic noſter òbiurgator vno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. Patior. audio. quid deinde? POSSESA. [m] Hoc tribunus pleb. promulgare auſus eſt, vt, quod quiſque poſt Mariũ & Carbonem Coſs. poſſidet, id eo iure teneret, [n] quo optimo priuatum? etiámne ſi vi eiecit? etiámne ſi clàm, ſi precariò venit in poſſeſſionem? Ergo hac lege ius ciuile, cauſæ poſſeſſionum, præto-

12 rum interdicta tollentur. ||

Non mediocris res, neque paruum ſub hõc verbo furtum, Quirites, latet. Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati, nec cuiquam aſſignati, neque venditi, qui à paucis hominibus impudentiſſimè poſſidentur. his cauet, hos defendit, hos priuatos facit: hos, inquã, agros, quos Sylla nemini dedit, Rullus nõ vobis aſſignare vult, ſed eis condonare, qui poſſidẽt. Cauſam quæro, cur ea, quę maiores vobis in Italia, Sicilia, duabus Hiſpaniis, Macedonia, Aſia quæſiuerũt, [o] venire patiamini, cùm ea, quæ veſtra ſunt, cõdonari poſſeſſoribus eadem

13 lege videatis. ||

Iam, totã legem, intelligetis, cùm ad paucorũ dominationẽ ſcripta ſit, ad Syllanæ aſſignationis rationes eſſe accõmodatiſſimã. Nã ſocer huius, vir multum bonus eſt: neq; ego nũc de

* L. cogat,

l for. eum rationes Syllæ n.

m L. Hæc tribun. pl.

n L. quo quod optimo iure priuatum? etiámne ſi vi deiecit?

o L. venire hac lege patiamini,

Digitized by Google

de illius bonitate,[3] [p] ſed de genere impudentiæ
diſputo. Ille enim, quod habet, retinere vult: ne-
que ſe Syllanum eſſe diſſimulat. Hic, vt ipſe ha-
beat quod non habet, quæ dubia ſunt, per vos
ſancire vult: &, cùm plus appetat, quàm ipſe Syl-
la: quibus ego rebus reſiſto, Syllanas res defen-
dere criminor. || Habet agros nonnullos, inquit, 14
ſocer meus deſertos, atque longinquos. vendet
eos mea lege, quanti volet. habet incertos, ac
nullo iure poſſeſſos: cõfirmabuntur optimo iu-
re. habet publicos: reddam priuatos. deniq; eos
fundos, quos in agro Caſinati[4] [r] optimos, & fru-
ctuoſiſſimos continuauit, cùm vſq; eò vicinos
proſcriberet, quoad [5] oculos continuando, ex
multis prædiis vnam fundi regionem, formamq;
perfecerit: quos nunc cũ aliquo metu tenet, ſine
vlla cura poſſidebit. || Et, *quoniã, qua de cauſa, 15
& quorum cauſa ille hoc promulgauit, oſtendi:
doceat ipſe, num ego quẽ poſſeſſorẽ defendam,
cùm Agrariæ legi reſiſto. Siluam Scantiã vendis.
reſp. poſſidet: defendo. Campanũ agrum diuidis:
vos eſtis in poſſeſſione: nõ cedo. Deinde Italiæ,
Siciliæ, ceterarumq; prouinciarũ poſſeſſiones,
venaleis, ac proſcriptas hac lege video: veſtra
ſunt prædia, veſtræ poſſeſſiones. reſiſtam, atque
repugnabo? neque patiar, à quoquã pop. Rom.
de ſuis poſſeſſionibus, me cõſule, dimoueri: præ
ſertim cùm vobis nihil quæratur. || Hoc enim 16
vos in errore verſari diutius non oportet. Num
quis veſtrûm ad vim, ad facinus, ad cædem ac-
commodatus eſt? nemo. Atqui ei generi homi-
num, mihi credite, Cãpanus ager, & præclara illa
Capua ſeruatur: exercitus contra vos, contra li-
bertatem veſtram, contra Cn. Pompeium cõſti-
tuitur: contra hanc vrbem, Capua: contra vos
manus hominũ audaciſſimorũ: contra Cn. Pom-
peium, decẽ duces cõparantur. Veniant coràm,
&, quoniam me in veſtram contionem, vobis
flagitantibus, conuocauerunt, differant.

PRO

p L. ſed de generi impudentia diſp. ita Manut.

q L. me, quibus ego rebus.

r L. opimos, & fructuoſos contin.

* PERORATIO.

s L. populus R. poſſidet:

r L. demouert:

PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS reo ad Quirites.

ORATIO DECIMA OCTAVA.

C. Attius Labienus Tribunus plebis diem dixit C. Rabirio, & crimen perduellionis intendit, quod L. Apuleium Saturninum tribunum pleb. interfeciſſet. Defenderant eum Q. Hortenſius & Conſul M. Tullius Cicero. Acta primum cauſa eſt apud Duumuiros antiquo more: quos fuiſſe C. Cæſarem & L. Cæſarem narrat Dio libr. 37. Deinde reo condemnato, & ad populum prouocante, in Campo Martio comitiis centuriatis. De quo iudicatum non eſſe, propter militare ſignum à Metello Celere prætore ab Ianiculo ablatum, quod cùm accideret, diſſolui comitia veteri inſtituto neceſſe erat, nec voluiſſe Labienum iterum habere comitia, & ea ratione ſeruatum eſſe Rabirium, Dio narrat eodem libro.

1 ETSI, * Quirites, non eſt meæ conſuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de cauſa quemque defendam, propterea quòd cum omnibus ciuibus in eorum periculis ſemper ſatis iuſtam mihi cauſam neceſſitudinis eſſe duxi: tamẽ in hac defenſione capitis, famæ, [a] fortunarum omnium C. Rabirij, proponenda ratio videtur eſſe officij mei: propterea quòd, quæ iuſtiſſima mihi cauſa ad hunc defendẽdum eſſe viſa eſt, eadem vobis ad abſoluẽdum debet
2 videri. ¶ Nam me cùm amicitiæ vetuſtas, [b] tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ vitæ perpetua conſuetudo, ad C. Rabirium defendendũ eſt adhortata: tũ verò, vt id ſtudioſiſſimè facerẽ, ſalus reip, conſulare officiũ, cõſulatus denique ipſe, mihi vna vobiſcum cũ ſalute reip.

* EXORDIVM.

a L. fortunarumque omnium

b L. cùm dignitas hominis, cùm ratio humanitatis, cũ meæ

c L. eſt hortata:

Digitized by Google

reip.commendatus,coegit. Non enim C.Rabi-
rium culpa delicti nō inuidia,vitæq; turpitudo,
non denique veteres,iuſtæ, grauesq; inimicitiæ
ciuium, in diſcrimen capitis vocauerunt: ſed vt
illud ſummū auxilium maieſtatis, atque impe-
rij, quod nobis à maioribus eſt traditū, de rep.
tolleretur : vt nihil poſthac auctoritas ſenatus,
nihil conſulare imperium, nihil conſenſio bo-
norum cōtra peſtem, ac perniciem ciuitatis va-
leret: idcirco in his rebus euertendis vnius ho-
minis ſenectus,infirmitas, ſolitudoque tentata
eſt.||Quamobrem,ſi eſt boni conſulis,cùm cun-
cta auxilia reip.labefactari, conuellique videat
ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortuniſq;
cōmunibus,implorare ciuium fidē, ſuā ſalutem
poſteriorē ſalute cōmuni ducere : eſt etiam bo-
norum,& fortium ciuium,qualeis vos omnibus
reip.temporibus exſtitiſtis intercludere omneis
ſeditionum vias,munire præſidia reip.[d] ſummū
in conſulibus imperium,ſummum in ſenatu cō-
ſilium,putare;ea qui ſecutus ſit,laude potiùs,&
honore,quàm pœna, & ſupplicio dignum [e] iu-
dicare.||Quamobrem labor in hoc defendendo, 4
præcipuè meus eſt:ſtudiū verò conſeruandi ho-
minis,commune mihi vobiſcū eſſe debebit. Sic
enim exiſtimare debetis, Quirites,poſt hominū
memoriam [f] rem nullam maiorem, magis peri-
culoſam, magis ab omnibus vobis prouidendā,
neque à tribuno pleb.ſuſceptam, neque à con-
ſule defenſam,neque ad populum Rom.eſſe de-
latam. Agitur enim nihil aliud in hac cauſa,
Quirites, quàm vt nullum ſit poſthac in repub.
publicum conſilium, nulla bonorum conſenſio
contra improborum furorem,& audaciam:nul-
lum extremis reip.tēporibus perfugium,& præ-
ſidium ſalutis.||Quæ cùm ita ſint, primùm,quod 5
in tanta dimicatione capitis, famæ, fortu-
narúmque omnium fieri neceſſe eſt, ab Ioue
[g] Optimo Maxim. ceteriſque diis, deabúſque
immor

d L.ſummū eſſe in cōſ.

e lib.vul.iudicari mendoſè.

f L.nullam rem m.

g v.c.OPT. Max.

Google

immortalibus,quorũ ope,& auxilio,multò ma-
gis hæc reſp. quàm ratione hominum, & conſi-
lio gubernatur,pacem,ac veniam peto: precór-
que ab iis,vt hodiernum diem, & ad huius ſalu-
tem conſeruandam,& ad remp. conſtituendam,
illuxiſſe patiantur.Deinde vos Quirites, quorũ
poteſtas proximè ad deorum immortalium nu-
men accedit,oro,atque obſecro, quoniam vno
tempore vita C.Rabirij,hominis miſerrimi,atq;
innocẽtiſſimi,ſalus reip.veſtris manibus, ſuffra-
giiſque permittitur,adhibeatis in hominis for-
tunis miſericordiam, in reip. ſalute ſapientiam,
6 quam ſoletis.|| Nunc,*quoniam,T.Labiene,dili-
gentiæ meæ,temporis anguſtiis obſtitiſti, méq;
*ex comparato, & cõſtituto ſpatio defenſionis,
[h] in ſemihoræ curriculum coegiſti, parebitur
& quod iniquiſſimum eſt,accuſatoris conditio-
ni:& quod miſerrimum inimici poteſtati. Quã-
quam in hac præſcriptione ſemihoræ, patroni
mihi parteis reliquiſti,conſulis, ademiſti : pro-
pterea quòd ad defendendum propemodum[i] ſa-
tis erit hoc mihi temporis, verùm ad conque-
7 rendum parum.|| Niſi* fortè de locis religioſis,
ac * de lucis, quos ab hoc violatos eſſe dixi-
ſti, pluribus verbis tibi reſpondendum putas.
Quo in crimine nihil eſt vmquam abs te dictũ,
niſi à C. Macro obiectum eſſe crimen id C. Ra-
birio.In quo ego demiror, meminiſſe te, quid
obiecerit C. Rabirio Macer inimicus : oblitum
eſſe, quid æqui,& iurati iudices iudicarint.[j]An
de*peculatu facto, an de tabulario incenſo, lõ-
ga oratio eſt *expromẽda?quo in crimine[l] pro-
pinquus C.Rabirij iudicio clariſſimo C.Curtius
pro virtute ſua eſt honeſtiſſimè liberatus : ipſe
verò Rabirius non modò in iudicium horum
criminum, ſed ne in tenuiſſimam quidem ſuſpi-
8 cionem verbo eſt vmquam vocatus. || An de ſo-
roris filio diligentiùs[m] reſpondendum eſt?quem
ab hoc necatum eſſe dixiſti,cùm ad iudicij mo-

*DISTRIBVTIO.
*hinc videtur in perduellionis iudicio poteſtatem habuiſſe accuſatorem præſcribẽdi temporis reo defendendi.
h L.in ſemihoræ circulum coeg.
i L.ſatis erit hoc mihi tẽporis, ad conquerendum parum.
* CONFVTATIO.
* Vict. ac delubris,
* al paulatim an de tabulario.
k L. exprimenda?
l L.propinquus C. Rabirij C.Curius iudicio clariſſimo pro virt.
m L. reſpõdendũ eſt, quem ab hoc necatũ eſſe dix. cũ ad iud. m. f.f exc.quæreretis.

[illegible] funeris [illegible] quæreretur. Quid [illegible] quam carorem huic so[illegible] filii fuiſſet atque ita [illegible] crudeliſſimè priuaretur, [illegible] iudicij biduum quære-[illegible] contra legem * Fabiã [illegible] Romanis contra legem Porciam [illegible] necatis, plura dicenda [illegible] C. Rabirius totius Apu-[illegible] Campaniæ vicinitatis [illegible] periculum [illegible] prope regiones ipſæ [illegible] latius excitata, [illegible] nomen, ac termini po-[illegible] Nam quid ego ad longam oratio-[illegible] in eadem ° multæ [illegible] hunc nec ſuæ, nec a-[illegible] Quid etiam ſuſpi- 9
[illegible] à Rabieno præſtitutã [illegible] Ergo ad [illegible] diligentiam deſide-[illegible] iſtam nimium [illegible] partem de neceSa-[illegible] anguſtam eſſe vo-[illegible] ſed conſulis [illegible] Nam * de perduel 10
[illegible] eſſe crimi-[illegible] Rabirij. Quod [illegible] aut ſolus ex [illegible] hoc quod ille cri-[illegible] meæ lau-[illegible] quod ego [illegible] carnificem [illegible] Sed iſta laus [illegible] Quirites, qui ex-[illegible] libero populo veſtigiũ [illegible] multorũ [illegible] libertatem non [illegible] ſed lenitate

le

11 legum munitam eſſe voluerũt.|| Quamobrẽ vter noſtrûm tandem, Labiene, popularis eſt? tune, qui ciuibus Romanis in contione ipſa carnificẽ, qui[p] vincla adhiberi putas oportere: qui in cãpo Martio, comitiis centuriatis, auſpicato in loco, crucem ad ciuium ſupplicium defigi, & conſtitui iubes: an ego, qui funeſtari contionem contagione carnificis veto? qui expiandum forum populi R. ab illis nefarij ſceleris veſtigiis eſſe dico? qui caſtam contionem, ſanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Ro. integrũ
12 ius libertatis defendo ſeruari oportere?|| Popularis verò tribunus pl. cuſtos, defenſórq; iuris, & libertatis. Porcia* lex virgas ab omnium ciuium R. corpore[q] amouit: hic miſericors flagella retulit. Porcia lex libertatem ciuium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuiũ Rom. iniuſſu veſtro iudicaretur, hic popularis à duumuiris, iniuſſu veſtro, non iudicari de ciue R. ſed indicta cauſa ciuẽ R. capitis condemnare
13 coëgit.|| Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Gracchi, tu horũ libertatis, cuiuſquã deniq; hominis popularis mentionem facis, qui non modò ſuppliciis inuſitatis, ſed etiam verborum inaudita crudelitate, violare libertatem huius populi, tẽtare mãſuetudinem, cõmutare diſciplinã conatus es? [r] Nãq; hæc tua, quæ te hominẽ clementẽ, popularémque[s] delectant, **I lictor: colliga manus:* quæ non modò huius libertatis, manſuetudiniſque non ſunt, ſed ne Romuli quidem, aut Numę Pompilij: ſed Tarquinij, ſuperbiſſimi atque crudeliſſimi regis iſta ſunt **cruciatus carmina*: quę tu, homo lenis, ac popularis, libentiſſimè commemoras. [s] *Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.* Quæ verba, Quirites, iampridem in hac rep. non ſolùm tenebris vetuſtatis, verùm etiam luce li-
14 bertatis oppreſſa ſunt.|| An verò, ſi actio iſta popularis eſſet, & ſi vllam partem æquitatis habe-

p al. vincula

* de lege Porcia Cicer. 7. Verr. Saluſt. in Catil. Liui. l. 10.

q al. emouit:

r l. Namq; hæc tua ſunt, hęc te homin.

s al. delectant. Lictor, coll.

* vide Noni. c. 1. in Lictoris 257. Gell. li. 12. c. 3.

* Liu. l. 1. Lex horrendi carminis.

Digitized by Google

ret, aut iuris, C. Gracchus eam reliquiſſet? Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit, quàm C. Graccho, fratris: & tibi acerbior eius* patrui mors eſt, quem numquã vidiſti, quã illi, eius fratris, qui cum concordiſſimè vixerat: & ſimilis viri tu vlciſceris patrui mortem, atq; ille perſequeretur fratris ſui, ſi iſta ratione agere voluiſſet: & par deſiderium ſui reliquit apud populum Rom. Labienus iſte, patruus veſter, quiſquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat? An pietas tua maior, quàm Gracchi? an animus? an cõſilium? an opes? an auctoritas? an eloquẽtia? quæ ſi in illo minima fuiſſent: tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. || Cùm verò his rebus omnibus C. Gracchus omneis vicerit: quantum interuallum tandem inter te, atque illũ interiectum putas? Sed moreretur priùs acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm in eius contione carnifex conſiſteret: quem non modò foro, ſed etiã[t] cælo hoc, ac ſpiritu cenſoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt. Hic ſe popularem dicere audet, me alienum à commodis veſtris: cùm iſte omneis & ſuppliciorum, & [u] verborum acerbitates, non ex memoria veſtra, ac patrum veſtrorum, ſed ex annaliũ monumentis, atque ex regum commentariis conquiſierit: ego omnibus meis opibus, omnibus conſiliis, omnibus dictis, atque factis repugnarim, & reſtiterim crudelitati? Niſi fortè hanc conditionem vobis eſſe vultis, quam ſerui, ſi libertatis ſpem propoſitã non haberent, ferre nullo modo poſſent. || Miſera eſt ignominia iudiciorum publicorũ, miſera multatio bonorũ, miſerũ [x] exſuliũ: ſed tamẽ in omni calamitate retinetur aliquod veſtigium libertatis. mors denique ſi proponitur in libertate moriamur. [y] carnifex vero, [6] & obductio capitis, & nomen ipſum crucis, abſit non modò à corpore ciuium Romanorũ, ſed etiam à cogitatione, oculis, auribus. Harum enim

15 (beside "Cùm verò his rebus")

16 (beside "Miſera eſt ignominia")

* al. acerbior patrui mors eſt,

t al. hoc cælo, ac ſp.

v al. verberum acerb.

x al. exſilium,

y L. carnifex verò, & obnuptio capitis, & n. ita Muret. & Pantag.

om

omnium rerũ non ſolùm euentus, atque perpeſ-
ſio, ſed etiã [z] condicio, exſpectatio, mentio ipſa [z for. conditio,]
denique, indigna ciue Romano, atque homine
libero eſt. An verò ſeruos noſtros horum ſuppli
ciorum omnium metu, dominorum benignitas
vna vindicta [a] liberauit: nos à verberibus, ab vn- [a L. liberabit:]
co, à crucis denique terrore, neque res geſtę, ne-
que acta ætas, neq; noſtri honores vindicabunt?
17 Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene,
profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, im-
portuna, non tribunitia actione, ſed regia, meo
conſilio, virtute, auctoritate eſſe depulſum. Qua
tu in actione, quamquam omnia exempla maio-
rum, omneis leges, omnem auctoritatẽ ſenatus,
omneis religiones, atque auſpiciorum publica
iura neglexiſti: tamen à me hæc in hoc tam exi-
guo meo tempore nõ audies. liberũ tempus no-
18 bis dabitur ad iſtam diſceptationem. nunc * de [* CONFIRMATIO.]
Saturnini crimine, [b] ac de clariſſimi patrui tui [b L. ac de clariſſimi viri, patrui tui, m.]
morte dicemus. Arguis occiſum eſſe à C. Rabi-
rio L. * Saturninum: & id C. Rabirius multorum [* De Saturnini ſeditione, vide Plutar. in Mario Epit. Li. 69. App. l. 1. belli ciui. Pli. c. 67. & 73. de viris illuſt. 3. Florum 16. 2. Val. 5.]
teſtimoniis, Q. Hortenſio copioſiſſimè defen-
dente, antea falſum eſſe docuit. Ego autem, ſi
mihi eſſet integrum, ſuſciperẽ hoc crimẽ, agno-
ſcerem, confiterer. Vtinam hanc mihi facultatẽ
cauſa concederet, vt poſſem hoc prædicare, C.
Rabirij manu, L. Saturninum, hoſtem populi R.
interfectum Nihil me clamor iſte commouet,
ſed conſolatur, cùm indicat eſſe quoſdã ciueis
imperitos, ſed non multos nũquã, mihi credite,
populus R. hic, qui ſilet conſulem me feciſſet, ſi
veſtro clamore [c] perturbatum iri arbitraretur. [c v. c. perturbatum iri.]
Quanto iam * leuior eſt acclamatio! quin conti- [* al. lenior eſt accl.]
netis vocem, indicem ſtultitiæ veſtræ, teſtẽ pau-
19 citatis? Libenter, inquam, cõfiterer, ſi verè poſ-
ſem, aut etiam ſi mihi eſſet integrum, C. Rabirij
manu L. Saturninũ eſſe occiſum: & id facinus,
pulcherrimum eſſe arbitrarer: ſed, quoniam
id facere non poſſum, confitebor id, quod ad

 lau

Digitized by Google

laudem minùs valebit, ad crimen non minùs, Confiteor, interficiendi Saturnini cauſa, C. Rabirium arma cepiſſe. Quid eſt, Labiene? quàm à me grauiorem confeſſionem, aut quod in hunc maius crimen adſpectas? Niſi verò intereſſe aliquid putas inter eum, qui hominem occîdit, & eum, qui cum telo occidendi hominis cauſa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit: arma ſumta eſſe contra Saturninum, ſine ſcelere poſſunt. ſi arma iure ſumta concedis:[d] interfectum iure concedas neceſſe eſt.

d L. iure interfectũ concedas n.

* Pantag. nihil putat deeſſe.

PAVCVLA * QVAEDAM DEESSE VIDENTVR.

||Fit S.C. vt C. Marius, L. Valerius, conſules, 20
adhiberent tribunos pl. & prætores, quos eis videretur: operámque darent, vt imperium populi Romani, maieſtáſque conſeruaretur. Adhibent omneis* tribunos pl.[e] præter Saturninum,[7] præter Glauciam: qui remp. ſaluã eſſe vellent, arma capere, & ſe ſequi iubent. Parent omnes. ex ędificiis, armamentariiſque publicis arma populo R. C. Mario conſulem diſtribuente, dantur. Hîc iam, vt omittam cetera, de te ipſo, Labiene, quęro, cùm Saturninus[f] capitolium teneret, armatus eſſet vnà C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus,[g] atque ergaſtulo Gracchus: addam (quoniã ita vis) eodem Q. Labienum, patruũ tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus, coss. pòſt* cunctus ſenatus, atq; ille ſenatus, quem etiam vos ipſi, qui hos Patres conſcriptos, qui nunc ſunt, in inuidiam vocatis, quo faciliùs de hoc ſenatu detrahere poſſitis, laudare conſueuiſtis: cùm equeſter ordo: at quorũ equitum Romanorum, dij immortales? patrũ noſtrorũ,[8] atq; eius ætatis, quæ tum magnam partẽ reip. atque omnem dignitatem iudiciorũ tenebat, cùm omnes omniũ ordinum homines, qui

* Turneb. omnes prætores facit præter Glauciam:

e L. præter Saturninũ omneis prætores, præter Glauciam:

f al. capitolium teneret armatus, eſſet vnà C. Gl.

g L. atque ex ergaſtulo

* al. poſt eos cũctus ſenatus,

in

in ſalute reip. ſalutem ſuam repoſitam eſſe arbitrabantur, arma cepiſſent: quid tandem C. Rabi-
21 rio faciendum fuit? || De te ipſo, inquam, Labiene, quæro: cùm ad arma conſules, ex S. C. vocauiſſent: cùm armatus [h] M. Aemilius, princeps ſenatus, in comitio conſtitiſſet: qui, cùm ingredi vix poſſet, non ad inſequendum ſibi tarditatem pedum, ſed ad fugiendum, impedimento fore putabat: cùm denique [i] Q. Scæuola, confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus, ac debilis, haſtili nixus, & animi vim & infirmitatem corporis oſtenderet: cũ L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnéſque, qui tum erãt, conſulares, pro ſalute communi arma cepiſſent: cùm omnes prætores, cuncta nobilitas, ac iuuẽtus accurreret, C. & L. Domitij, L. Craſſus, Qu. Mucius, C. Claudius, M. Druſus: cũ omnes Octauij, Metelli, Iulij, Caſſij, Catones, Pompeij: cùm L. Philippus, L. Scipio, cùm M. Lepidus, cùm D. Brutus, cùm hic ipſe P. Seruilius, quo tu imperatore, Labiene, meruiſti: cùm hic Q. Catulus, admodum tum adoleſcens, cùm hic C. Curio, cùm denique omnes clariſſimi viri cum conſulibus eſſent: qui tandem C. Rabirium facere conuenit: vtrùm incluſum, atq; abditum latêre in occulto, atque ignauiam ſuam tenebrarum, ac parietum cuſtodiis tegere: an in capitoliũ pergere: atque ibi ſe cum tuo patruo, & ceteris, ad mortem, propter vitæ turpitudinẽ confugientibus, congregare? an cum Mario, Scauro, Catullo, Metello, [k] Scæuola cum bonis denique omnibus coire non modò ſalutis, verùm etiam periculi
22 ſocietatẽ? || Tu deniq;, Labiene quid faceres tali in re, ac tempore? cùm ignauiæ ratio te in fugã, atque in latebras impelleret: improbitas, & furor L. Saturnini in capitolium arceſſeret, conſules ad patriæ ſalutem, ac libertatem vocarent: quam tandem auctoritatem, quam vocem,

[h] v. c. M'. Aimilius.

[i] al. Q. Scæuola, c.

[k] al. Scæuula

Digitized by Google

cuius ſectam ſequi,cujus imperio parêre potiſſi-
mùm velles?Patruus,inquit,meus,cum Saturni-
no fuit.[l]Quid pater?qui-cum ? quid propinqui
veſtri equites Romani ? quid omnis præfectura,
regio, vicinitas veſtra ? quid ager Picenus vni-
uerſus,vtrùm tribunitium furorem,an conſula-
rem auctoritatem ſecutus eſt?‖Equidem hoc af- 23
firmo,quod tu nunc de tuo patruo prædicas ne-
minem vmquam adhuc de ſeſe eſſe confeſſum,
[m] nemo eſt vmquam inuentus tam profligatus,
tam perditus, tam ab omni non modò honeſta-
te,ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus,qui
ſe in Capitolio fuiſſe cum Saturnino fateretur.
At fuit veſter patruus.Fuerit:& fuerit nulla de-
ſperatione rerum ſuarum,nullis domeſticis vul-
neribus coactus:induxerit eum L. Saturnini fa-
miliaritas, vt amicitiam patriæ præponeret. id-
circóne oportuit C. Rabiriũ deſciſcere à repu-
blica? nõ comparere in illa armata multitudine
bonorũ?conſulum voci, atq; imperio non obe-
dire?‖Atqui videmus , hæc in rerum natura tria 24
fuiſſe:vt aut cum Saturnino eſſet, aut cũ bonis,
aut lateret.Latêre,mortis erat inſtar turpiſſimæ:
cum Saturnino eſſe,furoris,& ſceleris:virtus,&
honeſtas,& pudor cum cõſulibus eſſe cogebat.
Hoc tu igitur in crimen vocas, quòd cũ iis fue-
rit C.Rabirius,quos amentiſſimus fuiſſet, ſi op-
pugnaſſet:turpiſſimus,[n] ſi reliquiſſet. At C. De-
cianus,de quo tu ſæpe cõmemoras, quia,cũ ho-
minem omnibus inſignem notis turpitudinis,P.
Furium, accuſaret ſummo ſtudio bonorum om-
nium , quæri eſt auſus in contione de morte Sa-
turnini condemnatus eſt.&Sex.Titius,quòd ha-
buit imaginem L.Saturnini domi ſuæ, condem-
natus eſt. Statuerunt equites Romani illo iudi-
cio,improbũ ciuem eſſe, & nõ retinẽdum in ci-
uitate,qui hominis,hoſtilem in modũ ſeditioſi,
imagine aut mortem eius honeſtaret , aut deſi-
deria imperitorũ miſericordia commoueret,aut
ſuam

[l] L. Quid? pater qui-cum? quid? propinqui veſtri,equites R.quid? o.pr.r. vic. veſtra quid? ager Pic.

[m] L. nemo eſt', inquã, inuent.

[n] L. ſi reliquiſſet?

ſuam ſignificaret imitandæ improbitatis volun-
25 tatē. Itaque mihi mirum videtur, vnde hāc tu,
Labiene, imaginem, quam habes, inueneris. nam
Sex. Titio damnato, qui iſtam habere auderet,
inuentus eſt nemo. Quod tu ſi audiſſes, aut ſi per
ætatem ſcire potuiſſes: numquā profectò iſtam
imaginem, quæ domi poſita, peſtem,[o] atque ex- o al. atque
ſulium Sex. Titio attuliſſet in roſtra, atque in exulium
cōtionem attuliſſes, nec tuas vmquam rationes
ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titij af-
flictam nauem, & in quibus C. Deciani naufra-
gium fortunarum videres. Sed in his rebus om-
nibus imprudentia laberis. cauſam enim ſuſce-
piſti antiquiorem memoria tua: quæ cauſa antè
mortua eſt, quàm tu natus eſſes. qua in cauſa tu-
tè profectò fuiſſes, ſi per ætatē eſſe potuiſſes, eā
26 cauſam in iudicium vocas. An non intelligis,
primùm quos homines, & qualeis viros mortuos
ſummi ſceleris arguas? deinde quot ex iis, qui vi
uunt, eodem crimine in ſummum capitis peri-
culum arceſſas? Nam ſi C. Rabirius fraudem ca-
pitalem admiſit, quòd arma contra L. Saturninū
tulit: huic quidem afferet aliquam deprecationē
periculi ętas illa,[p] qua tum fuit. Quint. verò Ca- p al. in qua
tulum, patrem huius, in quo ſūma ſapientia, exi- tum fuit:
mia virtus, ſingularis humanitas fuit: M. Scaurū,
illa grauitate, illo cōſilio, illa prudētia, duos Mu
cios, L. Craſſū, M. Antonium, qui tum extra vrbē
cum præſidio fuit: quorū in hac ciuitate longè
maxima conſilia, atque ingenia fuerunt: ceteros
pari dignitate præditos, cuſtodes, gubernato-
réſque reipublicæ, quemadmodum mortuos de-
27 fendemus? Quid de illis honeſtiſſimis viris, at-
que optimis ciuibus, equitibus Romanis dice-
mus, qui tum vnà cum ſenatu ſalutem reipubli-
cæ defenderunt? quid de tribunis * ærariis, ce- * Tribuni
terorúmque ordinum omnium hominibus, qui ærarij qui-
tum arma pro communi libertate ceperunt? bus milita
Sed quid ego de iis omnibus, qui conſulari ris pecunia
tributa.

Digitized by Google

maximè fuerũt, potiſſimùm nominauit? Si enim Syllam dictatorem nominaſſet: perſpicuum fore, & inuidioſum, arbitratus eſt. Sed quẽ veſtrûm tam tardo ingenio fore putauit, cui poſt eos cõſules, Syllam, dictatorem fuiſſe in mentem venire non poſſet?|| Quid ergo ait Marianus tribunus pl. qui nos Syllanos in inuidiã rapit? QVAE POST MARIVM ET CARBONEM, coss. agros, ædificia, lacus, ſtagna, locos, poſſeſſiones, cælum, & mare prætermiſit: cetera cõplexus eſt, PVBLICE DATA, ASSIGNATA, VENDITA, CONCESSA SVNT, à quo Rulle?[f] Poſt Marium & Carbonem coss. quis aſſignauit? quis dedit? quis conceſſit, præter Syllam? EA OMNIA EO IVRE SINT. Quo iure? labefactat videlicet neſcio quid. nimiùm acer, nimiùm vehemens tribunus pl. Syllana reſcindit. [g] VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SINT. Etiámne meliore, quàm paterna, & auita? meliore. At hoc Valeria lex non dicit: Corneliæ leges non ſanciunt: Sylla ipſa non poſtulat.|| Si iſti agri partem aliquam iuris, aliquã ſimilitudinem propriæ poſſeſſionis, [h] aliquam ſpem diuturnitatis attingunt: nemo eſt tam impudens iſtorum, quin agi ſecum præclarè arbitretur. Tu verò, Rulle, quid quæris? quod habent, vt habeant? quis vetat?[i] vt priuatum? [k] Sed ita latum eſt, vt melior tui ſoceri fundus Irpinus ſit, ſiue ager Irpinus (totũ enim poſſidet) quàm meus paternus, auitúſque fundus Arpinas.|| Id enim caues, optimo enim iure ea ſunt profectò prædia, quæ optima condicione ſunt. Libera, meliore iure ſunt, quã ſerua. Capite hoc omnia, quæ ſeruiebant, non ſeruient. Soluta meliore in cauſa ſunt, quàm obligata. Eodem capite obligata omnia, ſi modò Syllana ſunt, liberantur. Immunia, commodiore condicione ſint, quàm illa, quæ penſitant. Ego Tuſculanis pro aqua *Crabra vectigal pendam, quia à municipio fundum accepi, ſi à Sylla mihi datus

7 8 9

f L. poſt Mariũ, & Carbonẽ coss. quis dedit? quis aſſignauit? quis vendidit? quis cõceſſit, præter Syllam?

g L. QVO QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT. Etiãne m-

h al. aliquã ſpeciẽ diuturn.

i al. vt priuatum.

k L. Sed ita latum eſt,

* vide 16. Fa. ep. 18. & Prouin. de aquæd.

Digitized by Google

10 datus eſſet, Rulli lege non penderem ‖ Video vos,Quirites,ſicuti res ipſa* cogat,commoueri vel legis,vel orationis impudẽtia:legis,quæ ius melius Syllanis prædiis conſtituat,quam paternis orationis, quæ eiuſmodi cauſa inſimulare quemquã audeat,[l] rationes Syllæ nimium vehementer defendere. At ſi illa ſolum ſanciret,quæ à Sylla eſſent data:tacerem:modò ipſe ſe Syllanum eſſe confiteretur. ſed nõ modò illis cauet, verùm etiã aliud quoddã genus donationis inducit:& is,qui à me Syllanas poſſeſſiones defendi criminatur, non ea ſolùm ſancit : verùm ipſe nouas aſſignationes inſtituit,& repentinus Sylla nobis exoritur.

11 ‖Nam attendite,quantas cõceſſiones agrorũ hic noſter òbiurgator vno verbo facere conetur. QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA. Patior.audio. quid deinde? POSSESA.[m] Hoc tribunus pleb.promulgare auſus eſt,vt,quod quiſque poſt Mariũ & Carbonem Coſs.poſſidet, id eo iure teneret, [n]quo optimo priuatum? etiámne ſi vi eiecit?etiámne ſi clàm, ſi precariò venit in poſſeſſionem? Ergo hac lege ius ciuile,cauſæ poſſeſſionum, prætorum interdicta tollentur.

12 ‖ Non mediocris res, neque paruum ſub hõc verbo furtum,Quirites, latet.Sunt enim multi agri lege Cornelia publicati,nec cuiquam aſſignati,neque venditi,qui à paucis hominibus impudentiſſimè poſſidentur. his cauet,hos defendit,hos priuatos facit:hos, inquã, agros, quos Sylla nemini dedit, Rullus nõ vobis aſſignare vult, ſed eis condonare, qui poſſidẽt.Cauſam quæro,cur ea,quę maiores vobis in Italia,Sicilia,duabus Hiſpaniis. Macedonia, Aſia quæſiuerũt,[o] venire patiamini,cùm ea, quæ veſtra ſunt, cõdonari poſſeſſoribus eadem lege videatis.

13 ‖Iam,totã legem,intelligetis,cùm ad paucorũ dominationẽ ſcripta ſit, ad Syllanæ aſſignationis rationes eſſe accõmodatiſſimã.Nã ſocer huius,vir multum bonus eſt:neq; ego nũc de

* L. cogat,

l for. eum rationes Syllæ n.

m L. Hæc tribun. pl.

n L. quo quod optimo iure priuatum? etiámne ſi vi deiecit?

o L venire hac lege patiamini,

Digitized by Google

de illius bonitate, [p] ſed de genere impudentiæ diſputo. Ille enim, quod habet, retinere vult: neque ſe Syllanum eſſe diſſimulat. Hic, vt ipſe habeat quod non habet, quæ dubia ſunt, per vos ſancire vult: &, cùm plus appetat, quàm ipſe Sylla: quibus ego rebus reſiſto, Syllanas res defendere criminor.|| Habet agros nonnullos, inquit, 14
ſocer meus deſertos, atque longinquos. vendet eos mea lege, quanti volet. habet incertos, ac nullo iure poſſeſſos: cōfirmabuntur optimo iure. habet publicos: reddam priuatos. deniq; eos fundos, quos in agro Caſinati [r] optimos, & fructuoſiſſimos continuauit, cùm vſq; eò vicinos proſcriberet, quoad [s] oculos continuando, ex multis prædiis vnam fundi regionem, formamq; perfecerit: quos nunc cū aliquo metu tenet, ſine vlla cura poſſidebit.|| Et, *quoniā, qua de cauſa, 15
& quorum cauſa ille hoc promulgauit, oſtendi: doceat ipſe, num ego quē poſſeſſorē defendam, cùm Agrariæ legi reſiſto. Siluam Scantiā vendis. reſp. poſſidet: defendo. Campanū agrum diuidis: vos eſtis in poſſeſſione: nō cedo. Deinde Italiæ, Siciliæ, ceterarumq; prouinciarū poſſeſſiones, venaleis, ac proſcriptas hac lege video: veſtra ſunt prædia, veſtræ poſſeſſiones. reſiſtam, atque repugnabo? neque patiar, à quoquā pop. Rom. de ſuis poſſeſſionibus, me cōſule, dimoueri: præſertim cùm vobis nihil quæratur. || Hoc enim 16
vos in errore verſari diutius non oportet. Num quis veſtrûm ad vim, ad facinus, ad cædem accommodatus eſt? nemo. Atqui ei generi hominum, mihi credite, Cāpanus ager, & præclara illa Capua ſeruatur: exercitus contra vos, contra libertatem veſtram, contra Cn. Pompeium cōſtituitur: contra hanc vrbem, Capua: contra vos manus hominū audaciſſimorū: contra Cn. Pompeium, decē duces cōparantur. Veniant coràm, &, quoniam me in veſtram contionem, vobis flagitantibus, conuocauerunt, diſſerant.

p L. ſed de generi impudentia diſp. ita Manut.

q L. me, qui bus ego rebus.

r L. opimos, & fructuoſos contin.

* PERORATIO.

s L. populus R. poſſidet:

t L. demoueri:

PRO

PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS reo ad Quirites.

ORATIO DECIMA OCTAVA.

C. Attius Labienus Tribunus plebis diem dixit C. Rabirio & crimen perduellionis intendit, quod L. Apuleium Saturninum tribunum pleb. interfeciſſet. Defenderant eum Q. Hortenſius & Conſul M. Tullius Cicero. Acta primum cauſa eſt apud Duumuiros antiquo more: quos fuiſſe C. Cæſarem & L. Cæſarem narrat Dio libr. 37. Deinde reo condemnato, & ad populum prouocante, in Campo Martio comitijs centuriatis. De quo iudicatum non eſſe, propter militare ſignum à Metello Celere prætore ab Ianiculo ablatum, quod cùm accideret, diſſolui comitia veteri inſtituto neceſſe erat, nec voluiſſe Labienum iterum habere comitia, & ea ratione ſeruatum eſſe Rabirium, Dio narrat eodem libro.

1 ETSI, * Quirites, non eſt meæ conſuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de cauſa quemque defendam, propterea quòd cum omnibus ciuibus in eorum periculis ſemper ſatis iuſtam mihi cauſam neceſſitudinis eſſe duxi: tamē in hac defenſione capitis, famæ, ᵃ fortunarum omnium C. Rabirij, proponenda ratio videtur eſſe officij mei: propterea quòd, quæ iuſtiſſima mihi cauſa ad hunc defendēdum eſſe viſa eſt, eadem vobis ad abſoluēdum debet 2 videri. ¶ Nam me cùm amicitiæ vetuſtas, ᵇ tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum ᶜ meæ vitæ perpetua conſuetudo, ad C. Rabirium defendendū eſt adhortata: tū verò, vt id ſtudioſiſſimè facerē, ſalus reip, conſulare officiū, cōſulatus denique ipſe, mihi vna vobiſcum cū ſalute reip.

* EXORDIVM.

a L. fortunarumque omnium

b L. cùm dignitas hominis, cùm ratio humanitatis, cū meæ

c L. eſt hortata:

reip.commendatus,coegit. Non enim C.Rabi-
rium culpa delicti nõ inuidia,vitæq; turpitudo,
non denique veteres,iuſtæ, grauesq; inimicitiæ
ciuium, in diſcrimen capitis vocauerunt:ſed vt
illud ſummũ auxilium maieſtatis, atque impe-
rij, quod nobis à maioribus eſt traditũ, de rep.
tolleretur: vt nihil poſthac auctoritas ſenatus,
nihil conſulare imperium, nihil conſenſio bo-
norum cõtra peſtem, ac perniciem ciuitatis va-
leret: idcirco in his rebus euertendis vnius ho-
minis ſenectus,infirmitas, ſolitudoque tentata
eſt.||Quamobrem,ſi eſt boni conſulis,cùm cun-
cta auxilia reip.labefactari, conuellique videat
ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortunisq;
cõmunibus,implorare ciuium fidẽ, ſuã ſalutem
poſteriorẽ ſalute cõmuni ducere: eſt etiam bo-
norum,& fortium ciuium,qualeis vos omnibus
reip.temporibus exſtitiſtis intercludere omneis
ſeditionum vias,munire præſidia reip. [d] ſummũ
in conſulibus imperium,ſummum in ſenatu cõ-
ſilium,putare;ea qui ſecutus ſit,laude potiùs,&
honore,quàm pœna, & ſupplicio dignum [e] iu-
dicare.||Quamobrem labor in hoc defendendo, 4
præcipuè meus eſt:ſtudiũ verò conſeruandi ho-
minis,commune mihi vobiſcũ eſſe debebit. Sic
enim exiſtimare debetis, Quirites,poſt hominũ
memoriam [f] rem nullam maiorem, magis peri-
culoſam, magis ab omnibus vobis prouidendã,
neque à tribuno pleb.ſuſceptam, neque à con-
ſule defenſam,neque ad populum Rom.eſſe de-
latam. Agitur enim nihil aliud in hac cauſa,
Quirites, quàm vt nullum ſit poſthac in repub.
publicum conſilium, nulla bonorum conſenſio
contra improborum furorem,& audaciam: nul-
lum extremis reip.tẽporibus perfugium,& præ-
ſidium ſalutis.||Quæ cùm ita ſint, primùm, quod 5
in tanta dimicatione capitis, fame, fortu-
narúmque omnium fieri neceſſe eſt, ab Ioue
[g] Optimo Maxim. ceteriſque diis, deabúſque
immor

d L.ſummũ eſſe in cõſ.
e lib.vul.iudicari mendosè.
f L.nullam rem m.

g v.c.OPT. Max.

immortalibus,quorũ ope,& auxilio,multò magis hæc reſp. quàm ratione hominum, & conſilio gubernatur,pacem,ac veniam peto: precórque ab iis,vt hodiernum diem, & ad huius ſalutem conſeruandam,& ad remp. conſtituendam, illuxiſſe patiantur.Deinde vos Quirites, quorũ poteſtas proximè ad deorum immortalium numen accedit,oro,atque obſecro , quoniam vno tempore vitaC.Rabirij,hominis miſerrimi,atq; innocẽtiſſimi,ſalus reip.veſtris manibus, ſuffragiiſque permittitur,adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam, in reip. ſalute ſapientiam,
6 quam ſoletis.|| Nunc,*quoniam,T.Labiene,diligentiæ meæ,temporis anguſtiis obſtitiſti , méq; *ex comparato, & cõſtituto ſpatio defenſionis, [h] in ſemihoræ curriculum coegiſti , parebitur & quod iniquiſſimum eſt,accuſatoris conditioni:& quod miſerrimum inimici poteſtati. Quãquam in hac præſcriptione ſemihoræ , patroni mihi parteis reliquiſti,conſulis, ademiſti : propterea quòd ad defendendum propemodum[i] ſatis erit hoc mihi temporis , verùm ad conque-
7 rendum parum.|| Niſi* fortè de locis religioſis; [2] ac * de lucis , quos ab hoc violatos eſſe dixiſti , pluribus verbis tibi reſpondendum putas. Quo in crimine nihil eſt vmquam abs te dictũ, niſi à C. Macro obiectum eſſe crimen id C. Rabirio.In quo ego demiror, meminiſſe te , quid obiecerit C. Rabirio Macer inimicus : oblitum eſſe , quid æqui,& iurati iudices iudicarint.[k]An de*peculatu facto, an de tabulario incenſo, lõga oratio eſt *expromẽda?quo in crimine[l] propinquus C.Rabirij iudicio clariſſimo C.Curtius pro virtute ſua eſt honeſtiſſimè liberatus : ipſe verò Rabirius non modò in iudicium horum criminum, ſed ne in tenuiſſimam quidem ſuſpi-
8 cionem verbo eſt vmquam vocatus. || An de ſororis filio diligentiùs[m] reſpondendum eſt?quem ab hoc necatum eſſe dixiſti,cùm ad iudicij mo-

*DISTRIBVTIO.

*hinc videtur in perduellionis iudicio poteſtatem habuiſſe accuſatorem præſcribẽdi temporis reo defendendi.

h L.in ſemihoræ circulum coeg.

i L.ſatis erit hoc mihi tẽporis, ad conquerendum parum.

* CONFVTATIO.

* Vict. ac delubris,

* al paulatim an de tabulario.

k L. exprimenda?

l L.propinquus C. Rabirij C.Curius iudicio clariſſimo pro virt.

m L. reſpõdendũ eſt, quem ab hoc necatũ eſſe dix. cũ ad iud. m. f.f exc.quæreretis.

Digitized by Google

rã familiaris funeris excuſatio quæreretur. Quid
enim eſt tam veriſimile, quàm cariorem huic ſo
roris maritum, quã ſororis filiũ fuiſſe? atque ita
cariorem, vt alter vita crudeliſſimè priuaretur,
cùm alteri prolationem iudicij biduum quære-

* legem Fabiã de plagiariis intelligit.

retur? An de ſeruis alienis contra legem * Fabiã
retentis, aut de ciuibus Romanis contra legem
Porciam verberatis, aut necatis, plura dicenda
ſunt, cùm tanto ſtudio C. Rabirius totius Apu-

n al. Campanæ

liæ, ſingulari voluntate [n] Campaniæ vicinitatis
ornetur? cúmque ad propulſandum periculum
non modò homines, ſed propè regiones ipſæ
conuenerint: aliquanto etiam latiùs excitatæ,
quàm ipſius vicinitatis nomen, ac termini po-
ſtulabant? Nam quid ego ad id longam oratio-

o l. multæ irrogatione præſcriptum.

nem comparem, quod eſt 4 in eadem [o] multæ
irrogatione perſcriptum, hunc nec ſuæ, nec a-
lienæ pudicitiæ peperciſſe? ‖ Quid etiam ſuſpi- 9
cor, eò mihi ſemihoram à Labieno præſtitutã
eſſe, vt ne plura de pudicitia dicerem. Ergo ad
hæc crimina, quæ patroni diligentiam deſide-
rant, intelligis mihi ſemihoram iſtam nimium
longam fuiſſe. Illam alteram partem de nece Sa-
turnini, nimis exiguam, atque anguſtam eſſe vo-
luiſti: quæ non oratoris ingenium, ſed conſulis

* DIGRESSIO.

auxilium implorat, & flagitat. ‖ Nam * de perduel 10
lionis iudicio, quod à me ſublatum eſſe crimi-
nari ſoles, meum crimen eſt, non Rabirij. Quod
vtinam, Quirites, ego id aut primus, aut ſolus ex

* l. vtinam quod ille crimen e. v.

hac rep. ſuſtuliſſem: vtinam * hoc, quod ille cri-
men eſſe vult, proprium teſtimonium meæ lau-
dis eſſet. Quid enim optari poteſt, quod ego
mallem, quàm me in conſulatu meo carnificem
de foro, crucem de cãpo ſuſtuliſſe? Sed iſta laus
primùm eſt maiorũ noſtrorum, Quirites, qui ex-
pulſis regibus nullum in libero populo veſtigiũ
crudelitatis regiæ retinuerunt: deinde multorũ
virorum fortium, qui veſtram libertatem non
acerbitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate

le

11 legum munitam eſſe voluerũt.|| Quamobrẽ vter
noſtrûm tandem, Labiene, popularis eſt? túne,
qui ciuibus Romanis in contione ipſa carnificẽ,
qui[p] vincla adhiberi putas opórtere: qui in cãpo
Martio, comitiis centuriatis, auſpicato in loco,
crucem ad ciuium ſupplicium defigi, & conſti-
tui iubes: an ego, qui funeſtari contionem con-
tagione carnificis veto? qui expiandum forum
populi R. ab illis nefarij ſceleris veſtigiis eſſe
dico? qui caſtam contionem, ſanctum campum,
inuiolatum corpus omnium ciuium Ro. integrũ
12 ius libertatis defendo ſeruari oportere?|| Popu-
laris verò tribunus pl. cuſtos, defenſórq; iuris, &
libertatis. Porcia* lex virgas ab omnium ciuium
R. corpore [q] amouit: hic miſericors flagella re-
tulit. Porcia lex libertatem ciuium lictori eri-
puit: Labienus, homo popularis, carnifici tradi-
dit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuiũ
Rom. iniuſſu veſtro iudicaretur, hic popularis à
duumuiris, iniuſſu veſtro, non iudicari de ciue
R. ſed indicta cauſa ciuẽ R. capitis condemnare
13 coëgit.|| Tu mihi etiam legis Porciæ, tu C. Grac-
chi, tu horũ libertatis, cuiuſquã deniq; hominis
popularis mentionem facis, qui non modò ſup-
pliciis inuſitatis, ſed etiam verborum inaudita
crudelitate, violare libertatem huius populi, tẽ-
tare mãſuetudinem, cõmutare diſciplinã cona-
tus es? [r] Nãq; hæc tua, quæ te hominẽ clementẽ,
popularémque [s] delectant, **I lictor: colliga manus**:
quæ non modò huius libertatis, manſuetudiniſ-
que non ſunt, ſed ne Romuli quidem, aut Numę
Pompilij: ſed Tarquinij, ſuperbiſſimi atque cru-
deliſſimi regis iſta ſunt* *cruciatus carmina*: quę tu,
homo lenis, ac popularis, libentiſſimè comme-
moras. [5] *Caput obnubito, arbori infelici ſuſpendito.*
Quæ verba, Quirites, iampridem in hac rep. non
ſolùm tenebris vetuſtatis, verùm etiam luce li-
14 bertatis oppreſſa ſunt.|| An verò, ſi actio iſta po-
pularis eſſet, &, ſi vllam partem æquitatis habe-
ret,

p al. vincula

* de lege Porcia Cicer. 7. Verr. Saluſt. in Catil. Liui. l. 10.

q al. emòuit:

r L. Namq; hæc tua ſunt, hęc te homin.

s al. delectant. Lictor, coll.

* vide Noni. c. 1. in Lictoris 257. Gell. li. 12. c. 3.

* Liu. l. 1. Lex horrendi carminis.

ret,aut iuris,C.Gracchus eam reliquiſſet? Scilicet tibi grauiorem dolorem patrui tui mors attulit,quàm C.Graccho,fratris : & tibi acerbior eius[*] patrui mors eſt,quem numquã vidiſti,quã illi,eius fratris, qui cum concordiſſimè vixerat: & ſimilis viri tu vlciſceris patrui mortem , atq; ille perſequeretur fratris ſui,ſi iſta ratione agere voluiſſet : & par deſiderium ſui reliquit apud populum Rom. Labienus iſte, patruus veſter, quiſquis fuit,ac Ti.Gracchus reliquerat? An pietas tua maior,quàm Gracchi?an animus? an cõſilium?an opes?an auctoritas?an eloquẽtia?quæ ſi in illo minima fuiſſent: tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur.

15 || Cùm verò his rebus omnibus C.Gracchus omneis vicerit:quantum interuallum tandem inter te,atque illũ interiectum putas ? Sed moreretur priùs acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm in eius contione carnifex conſiſteret: quem non modò foro,ſed etiã[t] cælo hoc, ac ſpiritu cenſoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt. Hic ſe popularem dicere audet,me alienum à commodis veſtris: cùm iſte omneis & ſuppliciorum , & [u] verborum acerbitates,non ex memoria veſtra, ac patrum veſtrorum,ſed ex annaliũ monumentis,atque ex regum commentariis conquiſierit: ego omnibus meis opibus,omnibus conſiliis,omnibus dictis,atque factis repugnarim, & reſtiterim crudelitati? Niſi fortè hanc conditionem vobis eſſe vultis , quam ſerui, ſi libertatis ſpem propoſitã non haberent,ferre nullo modo poſſent.

16 || Miſera eſt ignominia iudiciorum publicorũ,miſera multatio bonorũ,miſerũ [x] exſuliũ: ſed tamẽ in omni calamitate retinetur aliquod veſtigium libertatis. mors denique ſi proponitur in libertate moriamur. [y] carnifex vero, & obductio capitis , & nomen ipſum crucis , abſit non modò à corpore ciuium Romanorũ,ſed etiam à cogitatione,oculis,auribus. Harum enim om

* al. acerbior patrui mors eſt,

t al. hoc cælo,ac ſp.

v al. verberum acerb.

x al. exſilium,

y L. carnifex verò,& obnuptio capitis,&c. ita Muret. & Pantag.

Digitized by Google

omnium rerũ non ſolùm euentus, atque perpeſſio,ſed etiã [z] condicio,exſpectatio, mentio ipſa denique, indigna ciue Romano, atque homine libero eſt.An verò ſeruos noſtros horum ſuppliciorum omnium metu, dominorum benignitas vna vindicta[a] liberauit:nos à verberibus,ab vnco,à crucis denique terrore,neque res geſtę,neque acta ætas,neq; noſtri honores vindicabunt?

z for. conditio,

a L.liberabit:

17 ||Quamobrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profiteor,& præ me fero, te ex illa crudeli,importuna,non tribunitia actione, ſed regia, meo conſilio,virtute,auctoritate eſſe depulſum. Qua tu in actione,quamquam omnia exempla maiorum,omneis leges, omnem auctoritatẽ ſenatus, omneis religiones, atque auſpiciorum publica iura neglexiſti:tamen à me hæc in hoc tam exiguo meo tempore nõ audies. liberũ tempus no-

18 bis dabitur ad iſtam diſceptationem.||nunc * de Saturnini crimine, [b] ac de clariſſimi patrui tui morte dicemus.Arguis occiſum eſſe à C. Rabirio L.*Saturninum:& id C.Rabirius multorum teſtimoniis, Q. Hortenſio copioſiſſimè defendente, antea falſum eſſe docuit. Ego autem, ſi mihi eſſet integrum,ſuſciperẽ hoc crimẽ,agnoſcerem, confiterer. Vtinam hanc mihi facultatẽ cauſa concederet,vt poſſem hoc prædicare, C. Rabirij manu,L.Saturninum, hoſtem populi R. interfectum. Nihil me clamor iſte commouet, ſed conſolatur, cùm indicat eſſe quoſdã ciueis imperitos,ſed non multos nũquã,mihi credite, populus R.hic,qui ſilet conſulem me feciſſet, ſi veſtro clamore [c] perturbatum iri arbitraretur. Quanto iam*leuior eſt acclamatio!quin continetis vocem,indicem ſtultitiæ veſtræ,teſtẽ pau-

* CONFIRMATIO.

b L. ac de clariſſimi viri, patrui tui,m.

*De Saturnini ſeditione,vide Plutar. in Mario Epit. Li.69.App. l.1.belli ciui. Pli.c.67. & 73.de viris illuſt. 3. Florum 16. 2.Val.5.

c v. c. perturbatum iri.

19 citatis?||Libenter,inquam,cõfiterer,ſi verè poſſem,aut etiam ſi mihi eſſet integrum,C. Rabirij manu L. Saturninũ eſſe occiſum: & id facinus, pulcherrimum eſſe arbitrarer: ſed, quoniam id facere non poſſum, confitebor id, quod ad

* al. lenior eſt accl.

laudem minùs valebit, ad crimen non minùs, Confiteor, interficiendi Saturnini cauſa, C.Rabirium arma cepiſſe. Quid eſt, Labiene? quàm à me grauiorem confeſſionem, aut quod in hunc maius crimen adſpectas? Niſi verò intereſſe aliquid putas inter eum, qui hominem occîdit, & eum, qui cum telo occidendi hominis cauſa fuit. Si interfici Saturninum nefas fuit: arma ſumta eſſe contra Saturninum, ſine ſcelere poſſunt. ſi arma iure ſumta concedis:[d] interfectum iure concedas neceſſe eſt.

d L. iure interfectū concedas n.

* Pantag. nihil putat deeſſe.

PAVCVLA * QVAEDAM DEESSE VIDENTVR.

20 ||Fit S.C. vt C. Marius, L. Valerius, conſules, adhiberent tribunos pl. & prætores, quos eis videretur: operámque darent, vt imperium populi Romani, maieſtáſque conſeruaretur. Adhibent omneis*tribunos pl.[e] præter Saturninum,[7] præter Glauciam: qui remp. ſaluā eſſe vellent, arma capere, & ſe ſequi iubent. Parent omnes. ex ędificiis, armamentariiſque publicis arma populo R. C. Mario conſulem diſtribuente, dantur. Hîc iam, vt omittam cetera, de te ipſo, Labiene, quęro, cùm Saturninus [f] capitolium teneret, armatus eſſet vnà C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus,[g] atque ergaſtulo Gracchus: addam (quoniā ita vis) eodem Q. Labienum, patruū tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus, coss. pòſt*cunctus ſenatus, atq; ille ſenatus, quem etiam vos ipſi, qui hos Patres conſcriptos, qui nunc ſunt, in inuidiam vocatis, quo faciliùs de hoc ſenatu detrahere poſſitis, laudare conſueuiſtis: cùm equeſter ordo: at quorū equitum Romanorum, dij immortales? patrū noſtrorū,[g] atq; eius ætatis, quæ tum magnam partē reip. atque omnem dignitatem iudiciorū tenebat, cùm omnes omniū ordinum homines, qui

in

* Turneb. omnes prætores facit prærer Glauciam:

e L. præter Saturninū omneis prætores, præter Glauciam:

f al. capitolium teneret armatus, eſſet vnà C. Gl.

g L. atque ex ergaſtulo

* al. poſt eos cūctus ſenatus,

Digitized by Google

in ſalute reip. ſalutem ſuam repoſitam eſſe arbitrabantur, arma cepiſſent: quid tandem C. Rabi-
21 rio faciendum fuit? || De te ipſo, inquam, Labiene, quæro: cùm ad arma conſules, ex S. C. vocauiſſent: cùm armatus[h] M. Aemilius, princeps ſenatus, in comitio conſtitiſſet: qui, cùm ingredi vix poſſet, non ad inſequendum ſibi tarditatem pedum, ſed ad fugiendum, impedimento fore putabat: cùm denique[i] Q. Scæuola, confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus, ac debilis, haſtili nixus, & animi vim & infirmitatem corporis oſtenderet: cũ L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus, omnéſque, qui tum erãt, conſulares, pro ſalute communi arma cepiſſent: cùm omnes prætores, cuncta nobilitas, ac iuuẽtus accurreret, C. & L. Domitij, L. Craſſus, Qu. Mucius, C. Claudius, M. Druſus: cũ omnes Octauij, Metelli, Iulij, Caſſij, Catones, Pompeij: cùm L. Philippus, L. Scipio, cùm M. Lepidus, cùm D. Brutus, cùm hic ipſe P. Seruilius, quo tu imperatore, Labiene, meruiſti: cùm hic Q. Catulus, admodum tum adoleſcens, cùm hic C. Curio, cùm denique omnes clariſſimi viri cum conſulibus eſſent: qui tandem C. Rabirium facere conuẽnit: vtrùm incluſum, atq; abditum latêre in occulto, atque ignauiam ſuam tenebrarum, ac parietum cuſtodiis tegere: an in capitoliũ pergere: atque ibi ſe cum tuo patruo, & ceteris, ad mortem, propter vitæ turpitudinẽ confugientibus, congregare? an cum Mario, Scauro, Catullo, Metello,[k] Scæuola cum bonis denique omnibus coire non modò ſalutis, verùm etiam periculi
22 ſocietatẽ? || Tu deniq;, Labiene quid faceres tali in re, ac tempore? cùm ignauiæ ratio te in fugã, atque in latebras impelleret: improbitas, & furor L. Saturnini in capitolium arceſſeret, conſules ad patriæ ſalutem, ac libertatem vocarent: quam tandem auctoritatem, quam vocem,

h v. c. M'. Aimilius.

i al. Q. Scæuula, c.

k al. Scæuula

Digitized by Google

cuius ſectam ſequi, cuius imperio parêre potiſſimùm velles? Patruus, inquit, meus, cum Saturnino fuit. [l] Quid pater? qui-cum? quid propinqui veſtri equites Romani? quid omnis præfectura, regio, vicinitas veſtra? quid ager Picenus vniuerſus, vtrùm tribunitium furorem, an conſularem auctoritatem ſecutus eſt? Equidem hoc af- 23
firmo, quod tu nunc de tuo patruo prædicas neminem vmquam adhuc de ſeſe eſſe confeſſum, [m] nemo eſt vmquam inuentus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modò honeſtate, ſed etiam ſimulatione honeſtatis relictus, qui ſe in Capitolio fuiſſe cum Saturnino fateretur. At fuit veſter patruus. Fuerit: & fuerit nulla deſperatione rerum ſuarum, nullis domeſticis vulneribus coactus: induxerit eum L. Saturnini familiaritas, vt amicitiam patriæ præponeret. idcircóne oportuit C. Rabiriũ deſciſcere à republica? nõ comparere in illa armata multitudine bonorũ? conſulum voci, atq; imperio non obedire? Atqui videmus, hæc in rerum natura tria 24
fuiſſe: vt aut cum Saturnino eſſet, aut cũ bonis, aut lateret. Latêre, mortis erat inſtar turpiſſimæ: cum Saturnino eſſe, furoris, & ſceleris: virtus, & honeſtas, & pudor cum cõſulibus eſſe cogebat. Hoc tu igitur in crimen vocas, quòd cũ iis fuerit C. Rabirius, quos amentiſſimus fuiſſet, ſi oppugnaſſet: turpiſſimus, [n] ſi reliquiſſet. At C. Decianus, de quo tu ſæpe cõmemoras, quia, cũ hominem omnibus inſignem notis turpitudinis, P. Furium, accuſaret ſummo ſtudio bonorum omnium, quæri eſt auſus in contione de morte Saturnini condemnatus eſt. & Sex. Titius, quòd habuit imaginem L. Saturnini domi ſuæ, condemnatus eſt. Statuerunt equites Romani illo iudicio, improbũ ciuem eſſe, & nõ retinẽdum in ciuitate, qui hominis, hoſtilem in modũ ſeditioſi, imagine aut mortem eius honeſtaret, aut deſideria imperitorũ miſericordia commoueret, aut ſuam

[l] L. Quid? pater quicum? quid? propinqui veſtri, equites R. quid? o. pr. r. vic. veſtra quid? ager Pic.

[m] L. nemo eſt, inquã, inuent.

[n] L. ſi reliquiſſet?

ſuam ſignificaret imitandæ improbitatis volun-
25 tatē. Itaque mihi mirum videtur, vnde hāc tu,
Labiene, imaginem, quam habes, inueneris. nam
Sex. Titio damnato, qui iſtam habere auderet,
inuentus eſt nemo. Quod tu ſi audiſſes, aut ſi per
ætatem ſcire potuiſſes: numquā profectò iſtam
imaginem, quæ domi poſita, peſtem,[o] atque ex-
ſulium Sex. Titio attuliſſet in roſtra, atque in
cōtionem attuliſſes, nec tuas vmquam rationes
ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sex. Titij af-
flictam nauem, & in quibus C. Deciani naufra-
gium fortunarum videres. Sed in his rebus om-
nibus imprudentia laberis. cauſam enim ſuſce-
piſti antiquiorem memoria tua: quæ cauſa antè
mortua eſt, quàm tu natus eſſes. qua in cauſa tu-
tè profectò fuiſſes, ſi per ætatē eſſe potuiſſes, eā
26 cauſam in iudicium vocas. An non intelligis,
primùm quos homines, & qualeis viros mortuos
ſummi ſceleris arguas? deinde quot ex iis, qui vi
uunt, eodem crimine in ſummum capitis peri-
culum arceſſas? Nam ſi C. Rabirius fraudem ca-
pitalem admiſit, quòd arma contra L. Saturninū
tulit: huic quidem afferet aliquam deprecationē
periculi ętas illa,[p] qua tum fuit. Quint. verò Ca-
tulum, patrem huius, in quo ſūma ſapientia, exi-
mia virtus, ſingularis humanitas fuit: M. Scaurū,
illa grauitate, illo cōſilio, illa prudētia, duos Mu
cios, L. Craſſū, M. Antonium, qui tum extra vrbē
cum præſidio fuit: quorū in hac ciuitate longè
maxima conſilia, atque ingenia fuerunt: ceteros
pari dignitate præditos, cuſtodes, gubernato-
réſque reipublicæ, quemadmodum mortuos de-
27 fendemus? Quid de illis honeſtiſſimis viris, at-
que optimis ciuibus, equitibus Romanis dice-
mus, qui tum vnà cum ſenatu ſalutem reipubli-
cæ defenderunt? quid de tribunis * ærariis, ce-
terorúmque ordinum omnium hominibus, qui
tum arma pro communi libertate ceperunt?
Sed quid ego de iis omnibus, qui conſulari

o al. atque exulium

p al. in qua tum fuit:

* Tribuni ærarij quibus militaris pecunia tributa.

Digitized by Google

q for. ipſorum conſulum fama quid futurum eſt?

imperio paruerunt,loquor? [q] de ipſorum Coſs.
ſama quid futurum eſt? L. Flaccum, hominem
cùm ſemper in republica, tum in magiſtratibus
gerendis,in ſacerdotio, cæremoniiſque, quibus
præerat,diligentiſſimum, nefarij ſceleris, [r] ac
parricidij,mortuum condemnabimus?adiunge-
mus ad hanc labem,ignominiámque mortis,et-
iam C.Marij nomen?C. Marium, quem verè pa-
trem patriæ,parentem,inquam,veſtrę libertatis,
atque huiuſce reipublicæ poſſumus dicere, ſce-
leris, [s] ac parricidij nefarij mortuum condem-
nabimus?|| Etenim ſi C.Rabirio, quòd iit ad ar- 28
ma,crucem T. Labienus in Campo Martio defi-
gendam putauit:quod tandem excogitabitur in
eum ſupplicium,qui vocauit?Ac,ſi fides* Satur-
nino data eſt,quod abs te ſæpiſſime dicitur:non
eam C.Rabirius, ſed C. Marius dedit: idémque
violauit,ſi in fide non ſtetit.Quæ fides,Labiene,
quî potuit ſine ſenatuſconſulto dari? Adeóne
hoſpes huiuſce vrbis, adeóne ignarus es diſci-
plinæ,conſuetudiniſque noſtræ, vt hæc neſcias?
vt peregrinari in aliena ciuitate,non in tua ma-
giſtratum gerere videare?||Quid iam iſta C.Ma- 29
rio,inquit,nocere [t] poſſunt?quoniā ſenſu,& vita
caret.Itáne verò?tantis in laboribus C. Marius,
periculiſq; vixiſſet,ſi nihil longiùs, quàm vitæ
termini poſtulabant,ſpe, atque animo de ſe, &
gloria ſua cogitaſſet?At credo, cùm innumera-
bileis hoſtium copias in Italia fudiſſet,atq; ob-
ſidione rempublicam liberaſſet, omnia ſua ſecū
vnà moritura arbitrabatur.Non eſt ita, Quiri-
tes, neque quiſquam noſtrûm in reipublicæ pe-
riculis cum laude,ac virtute verſatur, quin ſpe
poſteritatis fructúq; ducatur.Itaque cùm multis
aliis de cauſis virorum bonorum mentes diuinę
mihi, atque æternæ videntur eſſe, tum maximè
quòd optimi, & ſapientiſſimi cuiuſque animus
ita pręſentit in poſterum,vt nihil niſi ſempiter-
nū ſpectare videatur.||Quapropter equidem&C. 30
Ma

r L. ac parricidij,

s L. ſceleris,ac parricidij

* Vide Plutarch. in Mario, App.lib.1. belli ciuilis.

t al.poſſūt, quoniam ſenſu & vita cadet?

Marij & ceterorũ virorũ, ſapientiſſimorũ, ac fortiſſimorum ciuium, menteis, quæ mihi videntur ex hominum vita[9] [u] ad deorum religionem, & ſanctimoniam demigraſſe, teſtor, me pro illorũ fama, gloria, memoria, non ſecus, ac pro patriis fanis, atque delubris propugnandum putare: ac ſi pro illorum laude mihi arma capienda eſſent, non minùs ſtrenuè caperem, quàm illi pro communi ſalute ceperunt. Etenim, Quirites, *exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit, immenſum gloriæ.* Quare, ſi eos, qui iam de vita deceſſerunt, ornabimus: iuſtiorem nobis mortis conditionem relinquemus. Sed, ſi illos, Labiene, quos iam videre non poſſumus, negligis: ne his quidem, quos vides, conſuli putas oportere?

31 Neminem eſſe dico ex iis omnibus, qui illo die Romæ fuerint, quem tu diem in iudicium vocas, [x] pubéſque cum fuerit, quin arma ceperit, quin conſules ſecutus ſit. omnes ij, quorum tu ex ætate coniecturam facere potes, quid tũ fecerint, abs te rei capitis, C. Rabirij nomine, citantur. At occîdit Saturnium Rabirius. Vtinam feciſſet. non ſupplicium deprecarer, ſed præmiũ poſtularem. Etenim, [y] ſi Sceuæ, ſeruo Q. Crotonis, qui occîdit L. Saturninum, libertas data eſt: quod equiti R. præmium dari par fuiſſet? &, ſi C. Marius, quòd fiſtulas, quibus aqua ſuppeditabatur Iouis Optimi Maximi templis, ac ſedibus præcîdi imperarat, quòd in cliuo Capitolino [10] [x] improborum ciuium.

Deſunt non pauca.

v fort. ad deorum re gionem,

x fort. pubes qui tũ fuerit.

y L. ſi Scæuæ,

z L. improborum ciuium multitudo ſeſe collocarat, remp. ſeruaſſe ab vniuerſo ſenatu iudicatus eſt: cur ſupplicium in eum conſtitueretur, & nõ potius præmium ei decerneretur, qui improborũ ducem ſuſtuliſſet?

Digitized by Google

IN L. CATILINAM, PRIMA HABITA IN SENATV.

Diſſuadet Cicero Catilinam coniurationis in remp. ſuſpectum interfici, ſuadet vt abeat vel in exſilium, vel ad bellum aduerſus patriam.

ORATIO XIX.

QVOVSQVE tandem abutêre, Catili- 1
na patientia noſtra? quamdiu nos
[a] etiam furor iſte tuus eludet? quē
ad finem ſeſe effrenata iactabit au-
dacia? nihilne te nocturnum præſi-
dium palatij, nihil vrbis vigiliæ, nihil timor po-
puli, nihil [b] conſenſus bonorum omnium, nihil
hic munitiſſimus habendi ſenatus locus, nihil
[c] horũ ora, vultúſque mouerunt? patêre tua cõ-
ſilia non ſentis? conſtrictam iam omnium horũ
conſcientia teneri coniurationem tuam non vi-
des? quid proxima, quid ſuperiore nocte egeris,
vbi fueris, quos conuocaueris, quid conſilij ce-
peris, quem noſtrûm ignorare arbitraris? || O tē- 2
pora! ô mores! [d] Senatꝰ hæc intelligit, cõſul videt:
hic tamē viuit. Viuit? [e] immò verò etiã in ſenatũ
venit: fit publici conſilij particeps: notat, &
deſignat oculis ad cædem vnumquemque no-
ſtrûm. Nos autem, viri fortes, ſatisfacere reipub.
videmur, ſi iſtius furorem, ac tela vitemus. Ad
mortem te, Catilina, duci, iuſſu conſulis, iampri-
dem oportebat: in te conferri peſtem iſtam,
quam tu in nos omneis iamdiu machinaris. || An 3
verò vir ampliſſimus, P. * Scipio pontifex ma-
ximus, Ti. Gracchum, mediocriter labefactan-
tem ſtatum reip. priuatus interfecit: [f] Catili-
nam

a v. c. non habet, etiam

b v. c. concurſus

c v. c. ora horum,

d L. Senatus hoc intell.

e L. immò verò in ſenatum venit: & ita v. c.

* P. Scipio Naſica Vell. Plut. Appian.

f L. Catilinam, verò, orbem terræ &c.

nam orbem terræ cæde, atque incendiis vaſtare cupientem, nos conſules perferemus? nam illa nimis antiqua prætereo, quòd g Q. Seruilius Hala Sp.* Melium, nouis rebus ſtudentem, manu ſua occidit. Fuit, fuit, iſta quondam in hac rep. virtus, vt viri fortes acrioribus ſuppliciis ciuem pernicioſum, quàm acerbiſſimum hoſtem coërcerent. Habemus enim ſenatuſconſultum in te, Catilina, vehemens, & graue: non deeſt reip. conſilium, neque auctoritas huius ordinis: nos, nos, dico apertè, conſules deſumus.

4 || Decreuit quondam ſenatus, vt L. Opimius conſul videret, nequid reſp. detrimenti caperet. nox nulla interceſſit: h interfectus eſt propter quaſdam ſeditionum ſuſpiciones C. Gracchus, clariſſimo pтre natus, auis, maioribus: occiſus eſt cum liberis M. Fuluius, conſularis. Simili Senatuſconſulto, C. Mario, & L. Valerio, Coſs. permiſſa eſt reſpub. i Num vnum diem poſtea L. Saturninum, tribunum pl. & C. Seruilium mors à reip. pœna remorata eſt? k At nos viceſimum l iam diem patimur hebeſcere aciem horum auctoritatis. m habemus enim huiuſmodi ſenatuſconſultum, n veruntamen incluſum in tabulis, * tanquā* gladium in vagina reconditum: o quo ex ſenatuſconſulto p cōfeſtim interfectū te eſſe, Catilina, cōuenit. Viuis: & viuis non ad deponēdam, ſed ad confirmandā audaciam. Cupio, P. C. me eſſe clementem: cupio in tātis reip. periculis q non diſſolutum videri: ſed iam me ipſum inertiæ, nequitiæq; condēno.

5 || Caſtra ſunt in Italia *contra rēp. in Etruriæ faucib. collocata: creſcit in dies ſingulos hoſtiū numerus: eorū autē imperatorem caſtrorū, ducēq; hoſtiū, intra mœnia, atque adeò in ſenatu r videmus, inteſtinā aliquā quotidie perniciem reip. molientem. Si te iam, Ca

g L. Q Seruilius Aha la al. C. Seruil.
* al. Mœliū al. Mæliū,
h v. c. mox interfectus eſt
i L. Num vnumdiem poſtea L. Saturnini, tribuni pl. & C. Seruilij, prætoris, mortē, ac pœnam, eorum dignitas remorata eſt?
k al. At verò nos
l v. c. diem iam
m L. habemus enim eiuſdēmodi ſenatuſc.
n v. c. & L. verum incluſum in tab.
* Mur. tanquam in vagina
o for. quod ſenatuſconſultum cō feſtim interfectum te eſſe, Catilina, cùm velit, viuis, &c. & ita Muretus. p al. ſtatim q L. me non diſſol. & ita v. c. r v. c. videtis,

Digitized by Google

Catilina, comprehendi, ſi interfici iuſſero: credo,
erit verendum mihi, ne non hoc potiùs omnes
boni ſeriùs à me, quàm quiſquam crudeliùs fa-
ctum eſſe[s] dicant.[t] Verùm ego hoc, quod iam-
pridem factum eſſe oportuit, certa de cauſa nõ-
dum adducor vt faciam. tum denique [u] interfi-
cere te, cùm iam nemo tam improbus, tam per-
ditus, tam tui ſimilis inueniri poterit, qui id nõ
iure factum eſſe fateatur. || Quandiu quiſquam 6
erit, qui te defendere audeat, viues: & viues ita
vt nunc viuis, multis meis, & firmis præſidiis
[x] obſeſſus, ne commouere te contra remp. poſ-
ſis. multorum te etiam oculi, & aures non ſen-
tientem, ſicut adhuc fecerunt, ſpeculabuntur, at-
que cuſtodient. Etenim quid eſt, Catilina, quod
iã ampliùs exſpectes, ſi neque nox tenebris ob-
ſcurare cœtus nefarios, nec priuata domus pa-
rietib. continere* vocem coniurationis tuæ po-
teſt? ſi illuſtrantur, ſi erũpunt omnia? Muta iam
iſtam mentẽ: mihi crede, obliuiſcere cædis, atq;
incendiorũ. tenẽris vndiq;: luce ſũt clariora no-
bis tua conſilia omnia: [y] quæ etiam mecũ licet
recognoſcas. || Meminiſtìne, *me ante diem XII. 7
Kalendas Nouembr. dicere in ſenatu, certo die
fore in armis, qui dies futurus eſſet ante diem
VIII. Kal. Nouembreis, C.[z] Manliũ audaciæ ſa-
tellitem, atque adminiſtrũ tuæ? num me fefellit,
Catilina, non modò res tãta, tã atrox,[a] tã incre-
dibilis, verùm, id quod multò magis eſt admirã-
dum, dies? Dixi ego idem in ſenatu, cædem te o-
ptimatum contuliſſe in ante diem V. Kalendas
Nouemb. tũ cùm multi principes ciuitatis Roma
non tam ſui conſeruãdi, quàm tuorũ conſiliorũ
reprimendorum cauſa profugerunt. Nũ inficiari
potes, te illo ipſo die meis præſidiis, mea diligẽ-
tia circumcluſum, commouere te contra remp.
non potuiſſe, cùm tu diſceſſu ceterorum, noſtra
tamen, qui remanſiſſemus, cæde contentum te
eſſe dicebas? || Quid?, cùm te Præneſte Ka- 8
len

s L. dicat. & ita v.c.
t al. Verum tamen ego hoc, q.
v v. c. te interficiã, al. interficere cùm iam
x duo v. c. oppreſſus,
* al. voces
y al. quæ iã mecum licet r.
al. me in ante diem
z al. Mallium,
a L. támq; incredibilis,

Digitized by Google

lendis ipſis Nou. occupaturum nocturno impetu eſſe conſideres: ſenſiſtine, illam coloniam meo iuſſu, meis præſidiis, cuſtodiis,[b] vigiliiſque eſſe munitam? Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas,[4] quod ego [c] non modò audiam, ſed etiam videam,[d] planéque ſentiam.[e] Recognoſce tādē mecum illam ſuperiorem noctem. iam intelliges multò me vigilare acriùs ad ſalutem, quàm te ad perniciem reip. Dico te priori nocte veniſſe[5] inter falcarios (non agā obſcurè) in M.*Leccæ domum: conueniſſe eòdem complureis eiuſdem amentiæ, ſceleriſque ſocios. nū negare audes? quid taces? cōuincam,* ſi negas. video enim eſſe hic in ſenatu quoſdam, qui tecum vnà fuere.

9 ||O dij immortales! vbinā gentiū ſumus? quam remp. habemus? in qua vrbe viuimus? Hîc, hîc ſunt, in noſtro numero, P.C. in hoc orbis terræ ſanctiſſimo, grauiſſimóque conſilio, qui de meo, noſtrúmque omnium interitu, qui de huius vrbis, atque adeò orbis terrarum exitio cogitent. hoſce ego video conſul, & de rep. ſententiā rogo: &, quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero. Fuiſti igitur apud Leccam [i] ea nocte, Catilina: diſtribuiſti parteis Italiæ: ſtatuiſti quò quemque proficiſci placeret: delegiſti quos Romæ relinqueres, quos tecum educeres: deſcripſiſti[k] vrbis parteis ad incendia: cōfirmaſti te ipſum iam eſſe exiturū: dixiſti paullulū tibi eſſe etiam tum moræ, quòd ego viuerē. Reperti ſūt duo equites Romani, qui te iſta cura liberarent, & ſeſe illa ipſa nocte paulò ante lucem me in meo lectulo interfecturos pollicerentur.

10 ||Hæc ego omnia, vix dum etiam cœtu veſtro dimiſſo, comperi domum meam maioribus præſidiis muniui, atque firmaui: excluſi eos, quos tu manè ad me[l] ſalutatum miſeras, cùm illi ipſi veniſſent, quos ego iam[m] multis & ſūmis viris ad me venturos id temporis eſſe prædixeram. Quæ cùm ita ſint, Catilina, perge quò

cœ

b al. vigiliis eſſe m.
c fort. non modò non audiam.
d al. plenéque
e L. Recognoſce mecum tandē ill.
* al. Lecæ
f ſic duo li. vet. al. ſi negabis.
g lib. vnus manuſcr. non habet eſſe
h al qui de noſtro omnium int.
i duo v. c. illa nocte, & ita L.
k L. parteis vrbis ad inc. & ita v.c.
l al. ſalutandum
m L. multis viris, &c.

cœpiſti:egredere aliquando ex vrbe: patẽt pór-
tæ:proficiſcere.nimium diu te imperatorem illa
tua Maniliana caſtra deſiderant : educ tecũ etiã
[n]omneis tuos:ſi minùs , quàm plurimos. purga
vrbem.[o] magno me metu [6] liberabis,dummodò
inter me,[p] atque te murus interſit. nobiſcũ ver-
ſari iam diutius non potes:non feram , non pa-
tiar, non ſinam. ‖ Magna diis immortalibus ha- 11
benda eſt gratia,atq; huic ipſi Ioui Statori , an-
tiquiſſimo cuſtodi huius vrbis , quòd hanc tam
tętram,tam horribilem,támque infeſtam reipu-
blicæ peſtem toties iam effugimus. non eſt ſæ-
pius in vno homine[q] 7 ſalus ſumma periclitanda
reipublicæ.Quandiu mihi,conſuli deſignato,Ca
tilina , inſidiatus es , non publico me præſidio,
ſed priuata diligẽtia defendi.cùm proximis co-
mitiis conſularibus me conſulem in campo , &
competitores tuos[r] interficere voluiſti,cõpreſſi
tuos nefarios conatus amicorum præſidio , &
copiis,nullo tumultu publicè concitato : deni-
que,quotieſcumque me petiſti, per me tibi ob-
ſtiti:quãquam videbã , perniciem meam cũ ma-
gna calamitate reip.eſſe coniunctam.‖ nunc iam 12
apertè rempub.vniuerſam petis:templa deorum
immortalium,tecta vrbis,vitam omnium, Italiã
denique totam, ad exitum & vaſtitatem vocas.
Quare,quoniam id,*quod primum,atque huius
imperij , diſciplinæque maiorum proprium eſt,
facere[s] non audeo:faciam id , quod eſt ad ſeue-
ritatem lenius , ad communem ſalutem vtilius.
nam,ſi te interfici iuſſero,reſidebit in repub.re-
liqua coniuratorum manus.[t] ſin tu (quod te iã-
dudũ hortor)exieris : exhaurietur ex vrbe tuo-
rũ comitum magna, & pernicioſa ſentina reip.
‖ Quid eſt,Catilina?num dubitas id,me [u] impe- 13
rante,facere,quod iam tua ſponte faciebas?Exi-
re ex vrbe conſul hoſtem iubet. interrogas me,
[x]num in exſilium?Non iubeo:ſed ſi me cõſulis,
ſuadeo. [y] Quid enim , Catilina , eſt , quod te
iam

n v. c. omnis tuos:
o v. c. magno metu liberabis me,
p al. & te
q L. ſalus ſummæ rei periclitanda. Q. al. ſalus reip. periclitãda
r al. occidere
* al. quod eſſe primũ & quod eſſe huius imperij, al. id quod eſſe primũ, & quod huius
s L. nõdum audeo : & ita v.c.
t vnus v. c. ſin verò tu
v vnus v.c. imperitante,
x L. num in exſulium?
y L. Quid eſt enim, Catilinã, quod

Digitized by Google

iam in hac vrbe delectare poſſit? In qua nemo eſt extra iſtam coniurationem perditorum hominum,qui te non metuat,[z] nemo, qui te non oderit?Quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt?quod priuatarum rerũ [8] dedecus,[a] non hæret infamiæ,quæ libido ab oculis,quod facinus à manib..vnquam tuis,[b] quod flagitium à toto corpore [9] afuit?cui tu adoleſcentulo,quem corruptelarum illecebris irretiſſes,non aut ad audaciam,ferrum,aut ad libidi-

14 nẽ,facem prætuliſti?|| Quid verò?nuper,cũ morte ſuperioris vxoris,nouis nuptiis,[10] domũ vacuam feciſſes,nónne etiam aliquo incredibili ſcelere hoc ſcelus cumulaſti?quod ego prętermitto,& facilè patior ſileri,ne in hac ciuitate tanti facinoris immanitas,aut extitiſſe,aut non vindicata eſſe videatur.[c] Prætermitto ruinas fortunarum tuarum,quas [d] omneis impendêre tibi proximis [e] idibus ſenties. ad illa venio, quæ non ad priuatam ignominiam vitiorũ tuorum,non ad domeſticam tuam difficultatem,ac turpitudinem,ſed [f] ad ſummã reipublicæ,atque ad omnium noſtrûm vitam,ſalutemq; pertinẽt.

15 || [g] Potéſtne tibi huius vitæ hæc lux, Catilina, aut huius cæli ſpiritus eſſe iucundus,cùm ſcias horum eſſe neminem,qui neſciat,te pridie Kalendas Ianuarias Lepido,& Tullo Coſs. ſtetiſſe in comitio cum telo? manum, conſulum, & principum ciuitatis interficiendorũ cauſa parauiſſe?ſceleri, ac furori tuo non mentem aliquam,aut timorem tuum, ſed [h] fortunam reipublicæ obſtitiſſe? Ac iam illa omitto. neque enim ſunt aut obſcura,[11] [i] aut non multo pòſt commiſſa. quoties tu me deſignatum,[k] quoties me conſulem interficere [l] voluiſti? Quot ego tuas petitiones ita coniectas,vt vitari poſſe nõ viderentur,[12] parua quadam declinatione,[m] &,

z L. nemo, qui non oderit?& ita v.c.

a L. non hæret infama.

b v.c.quod flagitium à corpore tuo toto afuit.

c al.Prætermitto fortunarum tuarum ruinas.

d v.c.omnis.

e v.c.eidib.

f l.a l ſummam r(e)p. atque.

g L. potéſtne tibi hæc lux,Catil. & ita v.c.

h L. fortunam populi R.

i L.aut non multa commiſſa poſtea.& ita v.c.

k v.c. quoties verò conſulem int.

l q.v.c. conatus es?Q. al.voluiſti vel conatus es?ita Vrſ.

m L.&, vt aiũt, corpore euaſi?al. exceſſi?

&,vt aiunt, corpore

Digitized by Google

n for. nihil ſequaris, o for. quod mihi patere non ſoleat in tẽp. L. quod ne latere queat: neq; tamen &c. p L. quibus abs tẽ initiata ſacris, aut deuota ſit, n.

vt aiunt corpore effugi. Nihil agi, [n] nihil aſſe-
queris, nihil moliris [13] [o] quod mihi latere va-
leat in tempore: neque tamen conari, ac velle
deſiſtis.|| Quoties iam, quoties iam tibi exorta 16
eſt ſica iſta de manibus? quoties verò excidit
caſu aliquo, & elapſa eſt? tamẽ ea carere diutius
non potes: quæ quidem [p] quibus abs te initiata
ſacris, ac deuota ſit, neſcio, quòd eã neceſſe pu-
tas conſulis in corpore defigere. Nũc verò, quæ
tua eſt iſta vita? Sic enim iam tecum loquar, non
vt odio permotus eſſe videar, quo debeo, ſed vt
miſericordia, quæ tibi nulla debetur. Veniſti
paulò antè in ſenatum. quis te ex hac tanta fre-
quentia, ex tot tuis amicis, ac neceſſariis ſalu-
tauit? Si hoc poſt hominum memoriam conti-
git nemini, vocis exſpectas contumeliam, cùm
ſis grauiſſimo iudicio taciturnitatis oppreſſus?
Quid, quod *aduentu tuo iſta ſubſellia, [14] vacua fa-
cta ſunt? quid? quòd omnes conſulares, qui tibi
perſæpe ad cædẽ conſtituti fuerunt, ſimulatque
aſſediſti, partem iſtã ſubſelliorũ nudam, atque
inanem reliquerunt? || Quo tandem animo hoc 17
tibi ferendum putas? Serui mehercle mei ſi me
iſto pacto metuerent, vt te metuũt omnes ciues
tui, domum meã [q] relinquendam putarẽ: tu tibi
[r] vrbem non arbitraris? &, ſi me meis ciuib. in-
iuria *ſuſpectũ tam grauiter, [15] atque * offenſũ
viderẽ: carere me adſpectu ciuiũ, quàm infeſtis
omniũ oculis conſpici mallẽ. tu cùm conſcien-
tia ſcelerum tuorum agnoſcas odiũ omniũ iu-
ſtum, & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum
menteis, ſenſúſque vulneras, eorũ adſpectũ, præ-
ſentiámq; vitare? Si te parentes timerent, atque
odiſſent tui, neq; eos vlla ratione placare poſ-
ſes: vt opinor ab eorũ oculis aliquò cõcederes.
nunc te patria, quæ communis eſt omnium no-
ſtrûm parens, odit, ac metuit: [16] & iamdiu * te
nihil iudicat, [u] niſi de parricidio ſuo cogitare.
huius tu neq; auctoritatem verebere, neq; iudi-

*al. euentu.

q v.c. eſſe relinquẽdã. r v.c. vrbẽ non relinquẽdã arb. * L. ſpectatum. * al. infenſum. s v.c. & diu tibi deb. t v.c. odit, & metuit. * al. de te. v L. niſi de patricidio ſuo cog.

cium

18 cium ſequêre,neq; vim pertimeſces?|| Quæ tecũ Catilina,ſic agit,& quodammodo tacita loquitur.Nullum iam * tot annos facinus exſtitit,niſi per te:nullum flagitiũ ſine te : tibi vni multorũ ciuium neces,tibi vexatio,direptioq́;ſociorum, impunita fuit,ac libera:tu non ſolùm ad negligendas leges, [x] & quæſtiones , verùm etiam [y] ad euertendas,perfringendáſque valuiſti.Superiora illa,quamquã ferenda non fuerunt, tamẽ, vt potui,tuli. nunc verò me totam eſſe in metu propter [z] vnum te:quidquid increpuerit, Catilinam timeri:nullum videri contra me conſiliũ iniri poſſe,quod à tuo ſcelere abhorreat.nõ eſt ferendũ.Quamobrẽ diſcede,atq; hunc mihi timorem eripe. [a] ſi verus,ne opprimar:ſin falſus,

19 vt tandem aliquando timere deſinã.||Hæc ſi tecum,vt dixi,patria loquatur , nónne impetrare debeat,etiã ſi vim adhibere non poſſit?Quid, ꝙ tu te ipſe in cuſtodiam dediſti?quid,quòd vitãdæ ſuſpicionis cauſa,apud M. Lepidum te habitare velle dixiſti?à quo non receptus, etiam ad me venire auſus es:atq;vt domi meæ te aſſeruarẽ,[b] rogaſti?Cùm à me quoq; [c] id reſponſũ tuliſſes , me nullo modo poſſe iiſdem parietibus tuto eſſe tecũ,qui magno in periculo eſſẽ,quòd iiſdẽ manibus contineremur:ad Quint.Metellũ prætorem veniſti,à quo repudiatus,ad ſodalem tuũ,virum optimum,M.Marcellum demigraſti: quem tu videlicet & ad cuſtodiendũ te, diligẽtiſſimũ,& ad ſuſpicandũ,ſagaciſſimũ, & ad vindicandũ fortiſſimum fore putaſti.Sed quàm lõgè videtur à carcere , atq; à vinculis abeſſe debere,[d] qui ſeipſum iam dignum cuſtodia[e] iudi-

20 cauerit?||Quæ cùm ita ſint,Catilina dubitas , ſi hic emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras,& vitam iſtam multis ſuppliciis iuſtis,debitiſque ereptam,fugæ,ſolitudiniq;mandare?Refer, inquis ad ſenatum. Id enim poſtulas : [f] &,ſi hic ordo ſibi placere decreuerit, te

* al.iam aliquot annis.

x L.ac quæſtiones, & ita v.c.

y q v.c.ad euincendas al.vertendas.

z al.te vnũ.

a L.ſi verus eſt,ne opp. al.ſi eſt verus,ne opp.

b al.rogaſti

c q v.c.id reſponſi.

d v.c.qui ſeipſum iã eſſe dign.

e L.iudicarit?& ita v.c.

f L.& hic ordo placere decreuerit.

g L. in exſulium,

ire [g] in exilium obtemperaturum te eſſe dicis. Nō referam, id, quod abhorret à meis moribus: & tamen faciam, vt intelligas, quid hi de te ſentiant. Egredere [h] ex vrbe, Catilina: libera rempublicam metu: [i] in exſiliū, ſi hanc vocem exſpectas, proficiſcere. Quid eſt, Catilina? ecquid attendis, ecquid animaduertis horum ſilentiū? patiuntur, tacent. quid exſpectas auctoritatē loquentiū, quorum voluntatem tacitorum perſpicis? At ſi hoc idem huic adoleſcenti optimo, 21
P. Sextio, ſi fortiſſimo viro, M. Marcello dixiſſem: iam mihi conſuli hoc ipſo in templo iure optimo ſenatus vim, & manus intuliſſet. 17 de te autē, Catilina cùm quieſcunt, probant: cùm patiuntur, decernunt: cùm tacent, clamant. neq; hi ſolùm, quorum tibi auctoritas eſt videlicet cara, vita viliſſima: ſed etiā illi equites Romani honeſtiſſimi, atque optimi viri, ceteriq; fortiſſimi ciues, qui circumſtant ſenatum: quorum tu & frequentiam videre, & ſtudia perſpicere, & voces paulò antè exaudire potuiſti. quorū ego vix abs te iamdiu manus, ac tela cōtineo: eoſdē facilè adducam vt te hæc, quę iampridem vaſtare ſtudes, relinquentē vſque ad portas proſequantur. Quamquam quid loquor? te vt vlla 22
res frangat? tu vt vmquam te corrigas? tu vt vllam fugam meditere? [k] vt vllū tu exſiliū cogites? 18 Vtinam tibi iſtam mentem [l] dij immortales donarent. tametſi video, ſi mea voce perterritus ire in exſiliū animū induxeris, quāta tēpeſtas inuidiæ nobis, ſi minus in præſens tēpus, recenti memoria, ſcelerū tuorū, at in poſteritatem impendeat. 19 [m] Sed non eſt mihi tanti, dūmodò iſta priuata ſit calamitas, & à reipublicæ periculis ſeiungatur. Sed, vt vitiis tuis commoueare, vt legum pœnas pertimeſcas, vt temporibus reipub. [n] concedas, non eſt poſtulandum. Neq; enim Catilina is es, vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore

h v. c. Catilina, ex vrbe:

i L. in exſulium,

k L. tu vt vllū exſuliū cogites.

l L. dij immortales darent.

m al. Sed eſt mihi tā ti, dummodo iſta tua priu.

n v. c. cedas.

23 re reuocauit. || Quamobrem, vt ſæpe iam dixi,
proficiſcere:ac,ſi mihi inimico, vt prædicas tuo
conflare vis inuidiã:[o] rectà perge in exiliũ: vix
feram ſermones hominum, [p] ſi id feceris: vix
molem iſtius inuidiæ,ſi in exſulium [q] ieris iuſ-
ſu conſulis ſuſtinebo. ſin autẽ ſeruire meæ lau-
di,& gloriæ mauis:egredere cũ importuna ſce-
leratorum manu:confer te ad Manlium: conci-
ta perditos ciueis:ſecerne te à bonis: infer pa-
triæ bellum:exſulta impio latrocinio, vt a me
non eiectus ad alienos:ſed inuitatus ad tuos iſ-
24 ſe videaris.|| [r] Quamquam quid ego te inuitẽ,
à quo iam ſciam eſſe præmiſſos, qui tibi ad fo-
rum Aurelium præſtolarentur armati?[s] ſciã pa-
ctam & conſtitutam eſſe cum Manlio diem, à
quo etiã aquilã illam argenteam,quam tibi,[t] ac
tuis omnibus confido pernicioſam & funeſtam
futuram,cui domi tuæ ſacrarium ſcelerum tuo-
rum conſtitutum fuit,ſciam eſſe præmiſſam?Tu
vt illa [u] diutius carere poſsis,quàm venerari ad
cędem proficiſcens,ſolebas?à cuius altaribus ſę-
pe [x] iſtam dextram impiã ad necem ciuiũ tran-
25 ſtuliſti?||Ibis tandem aliquando,quò te iampri-
dem tua iſta cupiditas effrenata, ac furioſa ra-
piebat.neque enim tibi hæc res affert dolorem,
ſed quandam incredibilem voluptatem.ad hanc
te amentiam natura peperit,voluntas exercuit,
fortuna ſeruauit. numquam tu non modò otiũ,
ſed ne bellum quidem,niſi nefarium cõcupiſti:
nactus es ex perditis, atque ab omni nõ modò
fortuna,verùm etiam ſpe derelictis, conflatã im
26 proborum manum.|| Hic tu qua lætitia perfrue-
re?quibus gaudiis exſultabis?[y] quanta in volu-
ptate bacchabere, cùm in tanto numero tuorũ
neque audies virum bonum quemquam, neque
videbis?Ad huius vitæ ſtudium [z] meditati illi
ſunt,qui feruntur,labores tui:iacere humi non
modò ad obſidendum ſtuprum,verùm etiam ad
facinus obeundũ:vigilare nõ ſolùm ad inſidiã-

o al. recta via p.
p duo libri vet. non habent hoc totum ſi id feceris.
q v.c. iuſſu conſulis ieris,ſuſt. & ita L.
r v.c. quam quam quid eo te inuitem,quò iã ſc. & ita L.
s v.c. cùm ſciam p.
t L. ac tuis omnibus pernicioſã eſſe confido ac funeſtam futurã
u al. carere diutius p.
x v.c. iſtã impiã dextrã.
y &. quanta voluptate bacchabere
z v.c. meditati ſunt illi,qui f.

Digitized by Google

dum ſomnó maritorum, verùm etiam bonis oc-
ciſorũ. Habes vbi oſtentes illam præclaram tuã
patientiã famis, frigoris, inopiæ rerum omniũ:
quibus te breui tẽpore cõfectũ eſſe ſenties. ‖ Tã

a L. cùm te à conſulatu depuli,

tùm profeci tũ [20] [a] cùm te à conſulatu repuli, 27
vt exſul potius tentare, quàm cõſul vexare rẽp.
poſſes: atque vt id quod eſſet à te ſceleratè ſuſ-
ceptũ, latrociniũ potiùs quàm bellũ nominare-
tur. Nunc, vt à me P.C. quandam propè iuſtã pa-
triç querimoniam deteſter, ac deprecer: percipi-
te, quæſo, diligenter, quæ dicã, & ea penitus ani-
mis veſtris, mentibúſq; mandate. Etenim ſi me-
cũ patria, quæ mihi vita mea multò eſt carior: ſi
cuncta Italia, ſi omnis reſpublica loquatur, M.
Tulli, quid agis? túne eũ quem eſſe hoſtem cõ-
periſti: quem ducem belli futurũ vides: quẽ ex-

b L. imperatorem in caſtris hoſtiũ &c. v. c. in caſtris imperatorem hoſtiũ ſentis auctorẽ.
c L. nõ hũc in vinc.

ſpectari [b] imperatorem in caſtra hoſtiũ ſentis,
auctorem ſceleris, principem coniurationis,
euocatorem ſeruorum, & ciuiũ perditorũ, exire
patieris, vt abs te non emiſſus ex vrbe, ſed im-
miſſus in vrbem eſſe videatur? [c] nónne hunc in
vincula duci, non ad mortem rapi, non ſummo
ſupplicio mactari imperabis? Quid tandem im- 28
pedit te? mósne maiorũ? At perſæpe etiã priuati
in hac republica pernicioſos ciueis morte mul-
tarunt. An leges, quæ de ciuiũ Romanorum ſup-
plicio rogatæ ſunt? At numquam in hac vrbe ij,
qui à republica defecerũt, ciuiũ iura tenuerũt.
An inuidiam poſteritatis times? Præclarã verò
populo Ro. refers gratiã, qui te hominem per te
cognitum, nulla commendatione maiorum, tam

d al. num eſt veh. & c. pertimeſcẽda.
* profert hunc locũ Diomed. c. 4. Cariſius 2. c. de coniunctionib.

maturè ad ſummũ imperiũ per omneis honorum
gradus extulit: ſi propter inuidiam, aut alicuius
periculi metum, ſalutẽ ciuiũ tuorum negligis.
‖ Sed, ſi quis eſt inuidiæ metus, non eſt vehemẽ- 29
tiꝰ ſeueritatis, ac fortitudinis inuidia, quã iner-
tiæ, ac nequitiæ pertimeſcẽda? [21] An, *cùm bel-
lo vaſtabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ar-
debunt: tum te non exiſtimas inuidiæ incendio
con-

conflagraturũ.[11] [e] His ego ſanctiſſimis reip.vo-
cibꝰ,& eorum hominũ,qui idem ſentiunt,men-
tibus pauca reſpondebo.Ego ſi hoc optimũ fa-
ctu iudicarem,P.C. Catilinam morte multari:
vnius vſuram horæ gladiatori iſti ad viuendum
non dediſſem.Etenim,ſi ſummi viri,& clariſſimi
ciues, Saturnini, & Gracchorum,& Flacci, &
ſuperiorum complurium ſanguine non modò ſe
non contaminarunt, ſed etiam honeſtarunt:
certè verendum mihi non erat, ne quid, [f]
hoc parricida ciuium interfecto, inuidiæ mi-
hi in poſteritatem redundaret. Quòd ſi ea mi-
hi maximè impenderet:tamen hoc animo ſem-
per fui,vt inuidiã virtute partã,gloriam,non in-
30 uidiã putarem.|| Quamquã nonulli ſunt in hoc
ordine,qui aut ea,quæ imminent, non videant:
aut ea,quæ vident,diſſimulent:qui ſpem Catili-
næ mollibus ſententiis aluerunt,coniurationẽ-
que naſcentẽ non credendo [g] corroborauerũt.
quorum auctoritatẽ ſecuti multi,nõ ſolùm im-
probi,verùm etiam imperiti,ſi in hunc animad-
uertiſsẽ,crudeliter,& regiè factum eſſe dicerẽt.
Nunc intelligo,ſi iſte,quò intendit in Manlia-
na caſtra peruenerit,neminem tam ſtultũ fore,
qui non videat coniurationem eſſe factã:nemi-
nem tam improbum,qui non fateatur.Hoc autẽ
vno interfecto,intelligo hanc reip.peſtem pau-
liſper reprimi,non in perpetuum cõprimi poſſe.
Quòd ſi ſe eiecerit,ſecúmque ſuos eduxerit, &
eoſdem ceteros vndique collectos naufragos [h]
aggregauerit:extinguetur, atque delebitur nõ
modò hæc tam adulta reip.peſtis, verùm etiam
31 ſtirps,ac ſemen malorum omnium.|| Etenim iã-
diu,P.C.in his periculis coniurationis,inſidiiſ-
que verſamur:ſed neſcio quo pacto omniũ ſce-
lerum,ac veteris furoris,& audacię maturitas in
noſtri cõſulatꝰ tẽpus erupit. Quòd ſi ex tãto[i] la-
trocinio iſte vnus tolletur: videbimur fortaſſe
ad breue quoddã tẽpꝰ cura,&metu eſſe releuati:

e. L. His ego ſanctiſsimis reip.

f L. hoc parricidã ciuiũ interf.

g for. corroborarunt.

h v.c. aggregauit:tor. aggregarit.

i v.c. naufragio.

periculum autem reſidebit, & erit incluſum penitùs in venis, atque in viſceribus reip. Vt ſæpe homines ægri morbo graui, cùm æſtu, febríque iactantur, ſi aquam gelidam biberint, primò releuari videntur: deinde multò grauius, vehemẽtiúſque afflictantur: ſic hic morbus, qui eſt in rep. releuatur iſtius pœna, vehemẽtiùs viuis reliquis ingraueſcet. || Quare, P.C. ſecedãt impro- 32
bi, ſecernãt ſe à bonis vnum in locũ congregẽtur: muro denique, id quod ſæpe iam dixi, ſecernantur à nobis: deſinant inſidiari domi ſuæ cõſuli, circumſtare tribunal prætoris vrbani,[23] * obſidere cum gladiis curiã,[k] malleolos ad incendendam vrbem, faſceiſque comparare. ſit denique inſcriptum in frõte vniuſcuiuſque ciuis, quid de rep. ſentiat. [l] Polliceor vobis hoc P.C. [m] tantã in nobis coſ. fore diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantã in equitib. Ro. virtutem, tantã in omnibus bonis conſenſionẽ, vt Catilinæ profectione omnia patefacta, illuſtrata, oppreſſa, vindicata eſſe videatis.[24] || Hiſ- 33
ce omnibus, Catilina [n] cum ſumma reip. ſalute, & cum tua peſte, ac pernicie, cúmque eorum exitio, qui ſe tecũ omni ſcelere [25] * paricidioq; iunxerunt, proficiſcere ad impium bellum, ac nefarium. Tum tu, Iupiter, qui iiſdem, quib⁹ hæc vrbs, auſpiciis à Romulo es conſtitutus: quem Statorem huius vrbis, atq; imperij verè nominamus: hunc, & huius ſocios à tuis aris, ceteriſque templis, à tectis vrbis, ac mœnibus, à vita, fortunìſque [o] ciuiũ omnium arcebis: & omneis inimicos * bonorum hoſteis patriæ, latrones Italiæ, ſcelerum fœdere inter ſe, ac nefaria ſocietate coniũctos, æternis ſuppliciis viuos, mortuoſque mactabis.

* al. obſiſtere.
k v.c. malleolos, & faſceis ad incendendam vrbẽ comp.
l L. polliceor hoc vobis, P.C.
m v.c. tantam in nobis diligentiam.
n L. cum ſũmæ reip. ſalute, al. cũ reip. ſalute.
* al. parricidióque al. patricidioque.
o v.c. omnium ciuiũ
* al. homines bonorũ inimicos.

IN L.

Digitized by Google

IN L. CATILINAM SECVNDA AD QVIRITES.

ORATIO VICESIMA.

Gratulatur de Catilina ex vrbe ſine cæde & ſanguine eiecto. Hortatur Quirites ad vrbis cuſtodiam & defenſionem.

1 TANDEM aliquando Quirites, L. Catilinã furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriæ nefariè molientem, vobis, atque huic vrbi ferrũ flammámque minitantem, ex vrbe, vel eiecimus, vel emiſimus, vel ipſum [a] egrediẽtem vrbe, proſecuti ſumus. Abiit, exceſſit, euaſit, erupit. nulla iam pernicies à monſtro illo, atque prodigio mœnibus ipſis intra mœnia comparabitur. Atque hunc quidem [b] vnum huius belli domeſtici ducem ſine controuerſia vicimus, [c] non enim iam inter latera noſtra ſica illa verſabitur: non in campo, non in foro, non in curia, non denique intra domeſticos parietes pertimeſcemus. loco ille [d] motus eſt, cùm eſt ex vrbe depulſus: palàm iam cum hoſte, nullo impediente, bellum iuſtum geremus. Sine dubio perdidimus hominem, magnificéque vicimus, cùm illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium coniecimus.
2 || Quòd verò non cruẽtum mucronem, vt voluit, extulit, quòd viuis nobis egreſſus eſt, quòd ei ferrum [e] de manibus extorſimus, quòd incolumeis ciueis, quòd ſtantem vrbem reliquit: quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe, & profligatum putatis? Iacet ille nunc proſtratus Quirites, & ſe perculſum, atque abiectum eſſe ſentit, & retorquet oculos

a L. egredientẽ verbis proſecuti ſumus, & ita v.c.

b L. vnum belli domeſtici.

c L. non iã inter.

d q. v. c. demotus eſt.

e duo v. c. è manib. ext.

 pro-

profectò ſæpe ad hanc vrbem,quam ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget. Quæ quidem lętari mihi videtur,quòd tantam peſtẽ euomuerit,foráſque proiecerit.|| [f] At ſi quis eſt talis,qualeis eſſe 3
omneis oportebat,qui in hoc ipſo, in quo exſultat,& triumphat oratio mea , me vehemẽter accuſet,quòd tam capitalem hoſtẽ non cõprehenderim potiùs , quàm emiſerim : non eſt iſta mea culpa,Quirites,ſed temporũ.interemtũ eſſe L. Catilinam,& grauiſsimo ſupplicio affectum iampridem oportebat:ídque à me & mos maiorum , & huius imperij ſeueritas , & reſpublica poſtulabat. Sed quàm multos fuiſſe putatis , qui quæ ego deferrem , [g] non crederent? quàm multos,qui propter ſtultitiam non putarent ? quàm multos , qui etiam defenderent? quàm multos qui propter improbitatem fauerent ? [h] Ac , ſi ſublato illo, depelli à vobis omne periculum iudicarem:iampridem ego L. Catilinam [1] [i] non modò inuidiæ meæ,verùm etiam vitæ periculo ſuſtuliſſem.|| [k] ſed cùm viderem, 4
ne vobis quidẽ omnibus re etiam tum probata, ſi illum,vt erat meritus,morte multaſſem , fore vt eius ſocios inuidia oppreſſus perſequi non poſſem:rem huc deduxi,vt tum palàm pugnare poſſetis,cùm hoſtẽ apertè videretis. Quẽ quidẽ [l] ego hoſtem,Quirites,quàm vehementer foris eſſe timendum putem,licet hinc intelligatis , ꝙ [m] etiã illud moleſtè fero, quòd ex vrbe parum comitatus exierit. Vtinam ille omneis ſecũ ſuas copias eduxiſſet. [n] Tongillum mihi eduxit, [2] [o] quem amare in prætexta * calumnia cœperat: * Publicum & Munatium:quorũ æs alienum contractum in popina nullum reip. metum afferre pote-

f al. Ac ſi quis eſt t.
g vnus v. c. non crederent? quam multos, qui etiã defenderent? quã multos, qui propter ſtult. nõ putarent? quã multos, qui propter improb.
h L. ac ſi illo ſublato dep.
i L. non modò inuidia mea, verũ &c.
k L. ſed cũ viderem, re ne vobis quidem omnib. etiam eum prob.
l vnus v.c. ego Quirites, hoſtem quàm.
m L. illud etiam mol.
n v.c. Tongilium m.
m al. Longinum. Is .n. à Salluſtio nominatur
o L. quem amare in prætexta cœperat. * al. Kalumnia.* Pantag. publicum , quos viros, Minatiũ quàm valentes , quàm nobiles , quorum æs alienum contractum in Popinam nullum afferre reipublicæ metum poterit.

Digitized by Google

poterat: reliquit. quos viros? [p] quanto alieno ære [q] quàm valenteis? quàm nobileis? vos vide
5 tis. 3|| Itaque ego illum exercitum, [r] ex Gallicanis legionibus, & hoc [s] delectu, quem in agro Piceno, & Gallico Q. Metellus habuit, & his copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno, collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis [t] mendiculis, ex decoctoribus: ex iis qui vadimonia deſerere, quàm illum exercitum maluerunt: quibus ego non modò ſi aciem exercitus noſtri, verùm etiam ſi edictum prætoris oſtendero, cõcidẽt. Hos, quos video volitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in ſenatum venire: qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura, mallem ſecum ſuos milites eduxiſſet: qui ſi hic permanent, mementote non tam exercitum illum eſſe nobis, quàm hos, qui exercitũ deſeruerunt, pertimeſcendos. [u] Atque hoc etiam ſunt timen-
6 di magis, quòd, qui cogitent, me ſcire ſentiunt: neque tamen permouentur. || Video [x] cui ſit Apulia attributa, qui habeat Etruriam, qui agrum Picenum, qui Gallicum, qui ſibi has vrbanas inſidias cædis, atque incendiorum depopoſcerit. omnia ſuperioris noctis conſilia ad me perlata eſſe ſentiunt: patefeci in ſenatu heſterno die: Catilina ipſe pertimuit, [y] profûgit: hi quid exſpectent? 4 næ illi vehementer errant, ſi illam meam priſtinam lenitatem perpetuã ſperant futuram. Quod exſpectaui, iam ſum aſſecutus, [z] vt vos omnes factam eſſe apertã coniurationẽ contra rẽp. videretis. niſi verò ſi quis eſt, qui Catilinæ ſimileis cũ Catilina ſentire nõ putet. Non eſt iã lenitati locus: ſeueritatẽ res ipſa flagitat. Vnum etiam nunc concedam: exeant, proficiſcantur, ne patiantur deſiderio ſui Catilinam miſerum tabeſcere. demonſtrabo iter: Aureliâ via profectus eſt. ſi accelerare volent,

p L. quanto ære alieno obſtrictos? q. al. quanto ære alieno oppreſſos? q.

q v.c. quã valentis? quàm nobilis. Itaque ego ill.

r L. præ Gallicanis legionibus & hoc dilectu quem.

s v.c. dilectu.

t L. mendiculis, & decoctoribus: al. mediaſtinis, & decoct.

u L. Atque hoc etiam magis ſunt timendi. t. al. atq; hoc etiam magis ſunt timendi.

x L. cui Apulia ſit attributa, q.

y v.c. profugit: quid exſpectant?

z v.c. vt vos omnes apertè eſſe factã coniurationẽ contra remp. vid. & ita L.

Digitized by Google

lent,[5][a] ad veſperum conſequentur.|| O fortuna- 7
tam rempub.ſiquidem hanc ſentinam huius vr-
bis eiecerit. Vno mehercule Catilina exhauſto
releuata mihi,& recreata reſp.videtur. Quid.n.
mali,aut ſceleris fingi, aut excogitari poteſt,
quod non ille conceperit? quis tota Italia ve-
neficus,quis gladiator,quis latro,quis ſicarius,
[b]quis parricida,quis teſtamẽtorũ ſubiector,quis
circumſcriptor, [6] quis ganeo, quis nepos, quis
adulter,quæ mulier infamis,quis corruptor iu-
uentutis,quis corruptus,quis perditus inueniri
poteſt, qui ſe cum Catilina non familiariſſimè
vixiſſe fateatur?quæ ſedes per hoſce annos ſine
illo facta eſt?quod nefarium ſtuprũ non per il-
lum?||Iam verò [c] quæ tanta vmquã in vllo ho- 8
mine iuuentutis illecebra fuit, quanta in illo?
qui alios ipſe amabat turpiſſimè,aliorum amori
flagitioſiſſimè ſeruiebat:aliis fructum libidinũ,
aliis mortem parentum,non modò impellendo,
verùm etiam adiuuando pollicebatur.Nunc ve-
rò quàm ſubitò non ſolùm ex vrbe, verùm etiã
ex agris ingentem numerũ perditorum hominũ
collegerat?nemo nõ modò Romæ,[d]ſed nec vl-
lo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno
fuit,quẽ non ad hoc incredibile ſceleris fœdus
adſciuerit.||Atq; vt eius diuerſa ſtudia in diſſi- 9
mili ratione perſpicere poſſitis,nemo eſt in lu-
do gladiatorio paullo ad facinus audacior, qui
ſe non intimũ [e] Catilinæ eſſe fateatur: [7] nemo
[f] in ſcena leuior,& nequior,qui ſe non eiuſdem
propè ſodalẽ fuiſſe cõmmemoret.[g]Atque idem
tamen ſtuprorũ,& ſcelerũ exercitatione aſsue-
factus,frigore,& fame,& ſiti, ac vigiliis perfe-
rendis,[h]fortis ab his iſtis ſuis ſociis prædicaba-
tur,cùm induſtriæ ſubſidia, atque inſtrumenta
virtutis, in libidine audaciáque [i] conſumeret.
|| Hunc verò ſi ſui fuerint comites ſecuti: ſi ex 10
vrbe exierint deſperatorum hominum flagi-
tioſi greges: ô nos beatos! ô remp.fortunatam!
ô præ

a v.c. ad veſperam.
b L. quis paricida.
c L. quæ tãta in vllo hom.vnquã
d al. ſed ne vllo quidẽ in ang.
e v.c.Catilinæ fateatur:
f al.in ſcæna leu.
g L. Atque idem tamẽ ſtuprorũ,& ſcelerum exercitatione aſſuefactus frigori & fami,& ſiti,& vigiliis perferẽdis, fortis ab iſtis prædicabatur,
h al.fortis à ſuis prædicab.
i L. conſumerentur.

Digitized by Google

ô præclaram laudem conſulatus mei. Non enim iam [k] ſunt mediocres hominum libidines, non humanæ audaciæ, ac tolerandæ, nihil cogitant, niſi cædeis, niſi incẽdia, niſi rapinas: patrimonia ſua profuderunt: fortunas ſuas [l] obligurierunt: res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit: eadem tamen illa, quæ erat in abundantia, libido permanet. Quòd ſi in vino, & alea [8] *comeſſationes ſolùm, & ſcorta quærerent: eſſent illi quidem deſperãdi, ſed tamẽ eſſent ferendi. hoc verò quis ferre poſſit, inerteis homines fortiſſimis viris inſidiari, ſtultiſſimos prudentiſſimis, [m] ebrioſos ſobriis, dormienteis vigilantibus? qui, mihi accubãtes in conuiuiis, cõplexi mulieres impudicas, vino languidi, [n] confecti cibo, ſertis redimiti, vnguentis obliti, debilitati ſtupris, eructant ſermonibus ſuis cędem bonorum,
11 atque vrbis incendia. || Quibus ego confido impendêre fatum aliquod: [o] & pœnas iamdiu improbitati, nequitiæ, ſceleri, libidini debitas, aut inſtare iam planè, aut certè iam appropinquare. Quos ſi meus conſulatus, quoniam ſanare non poteſt, ſuſtulerit: non breue neſcio quod tẽpus, ſed multa ſæcula propagarit reip. [p] Nulla eſt enim natio, quã pertimeſcamus: nullus rex, qui bellũ pop. R. [q] inferre poſſit. omnia ſunt externa, vnius virtute, terra, mariq; pacata. domeſticũ bellum manet: intus inſidiæ ſunt: [r] intus incluſum periculum eſt: intus eſt hoſtis. cum luxuria nobis, cum amentia, cum ſcelere certandum eſt. Huic ego me bello ducem profiteor, Quirites, ſuſcipio inimicitias hominum perditorum, quæ ſanari poterunt, [s] quacumq; ratione ſanabo. quæ reſecanda erunt, non patiar ad perniciẽ ciuitatis [t] manare. Proinde aut exeãt, aut quieſcãt: aut, ſi & in vrbe, & in eadẽ mente permanẽt: ea quæ
12 merentur, exſpectent. || At etiam ſunt, Quirites, qui dicant, à me [u] eiectũ in exiliũ eſſe Catilinã. Quod ego ſi verbo aſſequi poſſem: iſtos ipſos eiicerem

k v.c. mediocres ſunt homi.

l al. abligurierũt: v.c. obligauerunt. nõ placet.

* al. comiſſatores

m L. ebrios ſobr. & ita v.c.

n v.c. conferti cibo.

o v.c. & pœnã, iamdiu &c. libidini debitam,

p v.c. Nulla enim eſt n.

q v.c. facere poſſ. & ita L.

r fort. intus periculum eſt:

s al. quaque rat. ſan.

t v.c. permanare,

v L. in exſilium eiectũ eſſe.

Digitized by Google

eiicerem, qui hæc loquuntur. Homo enim videlicet timidus, & permodeſtus vocem conſulis ferre non potuit: ſimul atque ire in exſiliũ iuſſus eſt, [x] paruit. Quid, quòd heſterno die, cùm domi meæ pæne interfectus eſſem: ſenatũ in ędẽ Iouis Statoris [y] cõuocaui: rem omnem ad patres conſcriptos detuli, quò cùm Catilina veniſſet: quis eũ ſenator appellauit? quis ſalutauit? quis denique ita adſpexit, vt perditum ciuem, ac non potius, vt importuniſſimũ hoſtem? Quin etiam principes eius ordinis partem illam ſubſelliorum, ad quã ille acceſſerat, nudã, atque inanem reliquerũt. ‖ Hic ego vehemens ille conſul: qui 13
verbo ciueis in exſiliũ eiicio, quæſiui à Catilina? [z] an nocturno conuentu apud M. Leccã fuiſſet, nécne. Cùm ille, homo audaciſſimus, cõnſcientia cõuictus, primò reticuiſſet: patefeci cetera: quid ea nocte egiſſet, [a] vbi fuiſſet, [b] quid in proxima cõſtituiſſet, quemadmodum eſſet ei ratio totius belli deſcripta, docui. cùm hæſitaret, [c] cùm cunctaretur: [9] quæſiui, * quid dubitaret proficiſci, eò quò iampridem * pararat: cùm arma, cùm ſecureis, cùm faceis, cùm tubas, cùm ſigna militaria, cùm Aquilam illam argẽteam, cui ille etiam ſacrarium ſcelerum domi ſuæ fecerat, ſcirem eſſe præmiſſam. ‖ In exſulium eii- 14
ciebam, [10] quem iam ingreſſum [d] in bellum eſſe videbã? Etenim, credo, [e] Manlius iſte, centurio, qui in agro Feſulano caſtra poſuit, bellum populo R. ſuo nomine, indixit: & illa caſtra nunc non Catilinam ducem exſpectãt: & ille eiectus in exſiliũ, ſe Maſſiliã, vt aiunt, non in hæc caſtra cõferet. O conditionẽ miſerã, non modò adminiſtrandæ, verùm etiã conſeruãdæ reip. Nunc ſi L. Catilina, cõſiliis, laboribus, periculis meis circũcluſus, ac debilitatus, ſubitò pertimuerit, ſententiã mutauerit, deſeruerit ſuos, conſiliũ belli faciũdi abiecerit, ex hoc curſu ſceleris, & belli, iter ad fugam, [f] atque in exſilium conuerterit:

non

x L. paruit, quieuit. Heſterno die, &c.

y L. vocaui:

z L. nocturno cõuentu

a q. li. vet. non habẽt, vbi fuiſſet,

b L. quid in proximã conſ[t]it.

c v. c. cùm teneretur: & ita L.

* al. interrogauit nũ dubitaret ita Catil. zaca de coniuratione.

* al. pararet:

d. L. eſſe in bellum videbam. & ita v. c.

e L. credo, iſte centurio.

f L. atque exſuilum

nō ille à me ſpoliatus armis audaciæ, nō [g] obſtupefactus, ac perterritus mea diligētia, nō de ſpe, conatúq; depulſus, ſed indemnatus, innocēs, in exſiliū eiectus à cōſule, vi, & minis eſſe dicetur: & erūt, qui illum, ſi hoc fecerit, non improbum, [h] ſed timidū: me non deligentiſſimū conſulem, ſed crudeliſſimum tyrannum exiſtimari velint.

15 || Eſt mihi tanti, Quirites, huius inuidiæ falſæ, atque iniquæ tempeſtatem ſubire, dummodo à vobis huius horribilis belli, ac nefarij periculum depellatur. Dicatur ſanè eiectus eſſe à me, dúmodo eat in exſiliū, ſed mihi credito, non eſt iturus. Numquā ego à diis immortalibus optabo, [i] Quirites, inuidiæ meæ [k] leuandæ cauſa, vt L. Catilinam ducere exercitum hoſtium, atque in armis volitare audiatis, ſed triduo tamen audietis: multóque magis illud timeo, ne mihi ſit inuidioſum aliquādo, quòd illū emiſerim, [l] potiùs, quàm quòd eiecerim. ſed cùm ſint homines, qui illū, cùm profectus ſit, eiectum eſſe dicant, iidem, ſi interfectus eſſet, quid dicerent?

16 || Quamquā iſti, qui Catilinam Maſſiliam ire dictitant, non tam hoc queruntur, quàm verentur. Nemo eſt iſtorum tam miſericors, qui illū non ad Manliū, quàm ad Maſſilienſeis ire malit. Ille autem, ſi mehercule hoc, quod agit, numquam antè cogitaſſet, tamen latrocinantē ſe interfici mallet, quàm exſulem viuere: nunc verò cùm ei nihil adhuc præter ipſius volūtatem, cogitationémque acciderit, niſi quòd viuis nobis Roma
profectus eſt: optemus potiùs, vt eat in exſiliū,
17 quàm queramur. || Sed cur tādiu de vno hoſte lo
quimur: & de eo hoſte, qui iā fateatur ſe eſſe ho
ſtē: & quē, quia quod ſemper volui, murus inte-
reſt, nō timeo: de his, qui diſſimulāt, qui Romæ
remanent, qui nobiſcum ſunt, nihil dicimus?
Quos quidem ego, ſi vllo modo fieri [m] poſſet,
non tā vlciſci ſtudeo, quàm ſanare, & ipſos pla
care reip. neque, id quare fieri non poſſit, ſi me

audire

g q. v. c. obſtupefactus ac per terr.

h L. ſed miſerum & ita omnes v.c.

i q. lib. v. nō habent, Quirites,

k q. lib. v. releuandæ c.

l abeſt ab omnib lib. veter.

m L. poſsit, & ita v. c.

Digitized by Google

audire [n] voluerint, intelligo. Exponā enim vo-
bis, Quirites, ex quibus generibus hominū iſtæ
copiæ comparentur: deinde ſingulis medicinam
cōſilij, atque orationis meæ, ſiquam potero, af-
feram. ‖[o] Vnum genus eſt eorum, qui magno in 18
ære alieno, maiores etiā poſſeſſiones habēt qua-
rū amore adducti, diſſolui nullo modo poſſunt.
Horum hominum ſpecies eſt honeſtiſſima: ſunt
enim locupletes: voluntas verò, & cauſa impu-
dentiſſima. Tu agris, tu ædificiis, tu argento, tu
familia, tu rebus omnibus ornatus, & copioſus
ſis: & dubites [p] aliquid de poſſeſſione detrahere,
[q] ac fidē acquirere? Quid enim exſpectas? bellū?
quid? ergo in vaſtatione omniū tuas poſſeſſio-
nes ſacroſanctas futuras [r] putas? an tabulas no-
uas? errāt, qui iſtas à Catilina exſpectāt. meo be-
neficio tabulę nouæ proferentur, verùm auctio-
nariæ. Neque enim iſti, qui poſſeſſiones habent,
alia ratione vlla ſalui eſſe poſſunt. Quod ſi ma-
turius facere voluiſſent, neque (id quod ſtultiſ-
ſimum eſt) certare cum vſuris fructibus prædio-
rū: [s] locupletioribus his, & melioribus ciuibus
vteremur. Sed hoſce homines minimè puto per-
timeſcēdos, quòd aut deduci de ſentētia [t] poſ-
ſunt: aut ſi permanebunt, magis mihi videntur
vota facturi cōtra remp. quàm arma laturi. ‖ Al- 19
terum genus eſt * eorum, qui quamquam premū-
tur ære alieno, dominationē tamen [u] exſpectāt,
rerum potiri volunt: honores, quos quieta rep.
deſperant, perturbata [x] conſequi ſe poſſe arbi-
trantur. [y] Quibus hoc præcipiendū videtur, vnū
ſcilicet & idem, [z] quod ceteris omnibus, vt de-
ſperent, ſe id quod conātur, cōſequi poſſe: pri-
mùm omniū me ipſum vigilare, adeſſe, prouide-
re reip. deinde magnos animos eſſe in bonis vi-
ris, magnam concordiam, maximam multitudi-
nem, magnas præterea [a] copias militum: deos
denique immortaleis huic inuicto populo cla-
riſſimo imperio, pulcherrimæ vrbi contra tantā
vim

n L. volent,
o L. Primū eſt eorum,
p tres v. c. non habēt, aliquid,
q L. ad fidē acquirere? & ita v.c.
r q v.c. putas? tabulas nouas?
s L. & locupletioribus his. & m. & ita v.c.
t q. v.c. facilè poſſunt:
* ex oratione Aeſchinis in Cteſiphontem.
v al. expetunt:
x L. ſe conſequi poſſe
y al. Quibus præcipiendum vid.
z v.c. quod reliquis omnibus,
m L. militū copias:

Digitized by Google

vim ſceleris,[b] præſenteis auxilium eſſe laturos. Quòd ſi iam ſint id, quod cum ſummo furore cupiunt, adepti: nũ illi in cinere vrbis,[c] & ſanguine ciuiũ, quæ mẽte conſcelerata, ac nefaria[d] cõcupierũt,[e] cõſules ſe, ac dictatores, aut etiã reges ſperant futuros? non vident,[f] ſe cupere id, quod ſi adepti fuerint, fugitiuo alicui, aut gladiatori concedi ſit neceſſe? ||

20 Tertium genus eſt ætate iam[g] confectum, exercitatione robuſtum: quo ex genere[h] eſt ipſe Manlius, cui nunc Catilina[i] ſucceſſit.[11] Hi ſũt homines ex iis coloniis, quas Feſulis Sylla conſtituit: quas ego vniuerſas, ciuium eſſe optimorum, & fortiſſimorũ virorum ſentio: ſed tamen hi ſunt coloni, qui ſe inſperatis,[k] repentiniſque pecuniis ſumtuoſiùs, inſolentiùſq; iactarunt. hi dum ædificant, tanquã beati:[l] dũ prædiis, lecticis, familiis magnis, conuiuiis, apparatibus delectantur, in tantum æs alienum inciderunt, vt, ſi ſalui eſſe velint, Sylla ſit iis ab inferis excitandus. qui etiam nonnullos agreſteis, homines tenueis, atque egenteis in eandem illam ſpem rapinarum veterum impulerunt. Quos ego vtroſque, Quirites, in eodẽ genere prædatorum, direptorúmque pono. Sed eos hoc moneo. deſinant furere, ac proſcriptiones, & dictaturas cogitare. Tantus enim illorum temporum dolor inuſtus eſt ciuitati, vt iam iſta non modò homines, ſed ne pecudes quidẽ mihi paſſuræ eſſe videantur. ||

21 Quartum genus eſt ſanè varium,[m] & miſtum, & turbulentum: qui iãpridem premuntur: qui numquam[n] emergent: qui partim inertia, partim malè gerendo negotio, partim etiam ſumtibus, in vetere ære alieno vacillant: qui vadimoniis, iudiciis,[o] proſcriptionibus bonorum defatigati, permulti & ex vrbe, & ex agris ſe in illa caſtra conferre dicũtur.* Hoſce ego nõ tã milites acreis, quàm inficiatores

b v.c. præſentis
c L. & in ſanguine ci. & ita v.c.
d q. v.c. cõcupiuerũt.
e L. ſe conſules aut dictatores, &c.
f L. id ſe cupere, quod ſi adepti ſint, fug. & ita v.c.
g v.c. affectum ſed tamen exercit. al. v.c. effætum, ſed tamen exerc.
h v.c. iſte eſt Manl. & ita L.
i v.c. ſuccedit.
k L. ac repentinis pec.
l L. dũ prædiis, lectis, familiis magnis, cõuiuiis apparatis delect. & ita v.c.
m al. & mixtum, & turb.
n v.c. emergunt: al. ſe emergunt.
o v.c. proſcriptione
* vide Priſc. li. 11. c. de figura.

lentos eſſe arbitror. qui homines primùm ſi ſtare non poſſunt, corruant, ſed ita vt non modò ciuitas,ſed ne vicini quidẽ proximi ſentiant. nã illud non intelligo,quamobrem,ſi viuere honeſtè non poſſunt,[p] perire turpiter velint: aut cur minore dolore perituros ſe cum multis,quàm ſi ſoli pereant, arbitrentur. || Quintum genus eſt 22
[q] paricidarum,ſicariorum, denique omnium facinoroſorũ:quos ego à Catilina nõ reuoco.[r] nã neque diuelli ab eo poſſunt : & pereant ſanè in latrocinio, quoniam sũt ita multi, vt eos carcer capere non poſſit [12] poſtremũ autẽ genus eſt,nõ ſolũ numero,verũ etiã genere ipſo : [s] atq; vita: quod propriũ eſt Catilinæ:[t] de eius delectu,immò verò de complexu eius, ac ſinu : quos pexo capillo,nitidos,aut imberbeis, aut bene barbatos videtis:[u] manicatis,& talaribus, tunicis, [13] velis amictos,non togis: quorũ omnis induſtria vitæ,& vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur.||In his gregibus omnes aleatores, o- 23
mnes adulteri,omnes impuri, impudicíque verſantur.hi pueri tã lepidi,ac delicati, non ſolùm amare,& amari,[x] neque cantare,[y] & pſallere,ſed etiã ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerũt: qui niſi exeunt,niſi pereũt,etiam ſi Catilina perierit,[z] ſcitote hoc in rep.ſeminarium Catilinarium futurũ.Verũtamen quid ſibi iſti miſeri volunt?num ſuas ſecum mulierculas ſunt in caſtra ducturi? quemadmodũ autem illis carere poterunt,his prȩſertim iã noctibus?quo autem pacto illi Apẽninum,atque illas pruinas,ac niueis perferent?niſi idcirco ſe faciliùs hiemem toleraturos putant, [a] quòd nudi in conuiuiis ſaltare didicerunt. || O bellum magnoperè pertimeſcen- 24
dum,[b] cùm hanc ſit habiturus Catilina [14] ſcortatorum cohortem prætoriam. Inſtruite nunc, Quirites,contra has tam præclaras Catilinæ copias,veſtra præſidia,veſtróſque exercitus:& primùm

p v.c. turpiter perire velint:
q lib. vulg. parricidarum,
r L. nã neq; ab eo deuelli poſſ.
s L. atque vita, proprium Catilinæ:
t L. de eius dilectu, immò verò &c.
v L. manicatis,& talaribus ac oritis tunicis : velis amict. vide Non. in Tunica.
x v.c. neq; ſaltare, & cantare, ſed
y L. & ſaltare.
z v.c. ſcitote in rep. ſemin. Cat.
a L. quòd in conuiuiis nudi ſalt.
b L. cũ hãc ſit hab. Catil. ſcortorum cohortem præſ. & ita v.c.

mùm gladiatori illi confecto & ſaucio, conſules, imperatoreſque veſtros opponite: deinde contra illam naufragorum eiectam, [c] ac debilitatam manum, florem totius Italiæ, ac robur educite. [15] iam verò vrbes coloniarum, ac municipiorum reſpondebunt Catilinæ [d] tumulis ſiluestribus. Neque verò ceteras copias, ornamenta, præſidia veſtra, cum illius latronis inopia, atque egeſtate [e] debebo conferre.

25 Sed, ſi, omiſſis his rebus [f] omnibus, quibus nos [g] ſuppeditamus, eget ille, ſenatu, equitibus R. [h] populo, vrbe, ærario, vectigalibus, cuncta Italia, prouinciis omnibus, exteris nationibus, [i] ſi, inquam, his rebus omiſſis, ipſas cauſas, quæ inter ſe confligunt, contendere velimus: ex eo ipſo, quàm valde illi iaceant, intelligere poſſumus. Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc ſtuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc ſcelus: hinc conſtantia, illinc furor: hinc honeſtas, illinc turpitudo: hinc continentia, illinc libido: [k] denique æquitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant [l] cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum vitiis omnibus: poſtremò copiæ cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia, bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione confligit. In huiuſmodi certamine ac prœlio, nónne, etiam ſi hominum ſtudia deficiant, dij ipſi immortales cogent ab his præclariſſimis virtutibus, tot, & tanta vitia ſuperari?

26 Quæ* cùm ita ſint, Quirites, vos, quemadmodum [m] iã antea dixi, veſtra tecta cuſtodiis, vigiliiſq; defendite: mihi, vt vrbi ſine veſtro motu, ac ſine vllo tumultu, ſatis eſſet præſidij, conſultum, [o] ac prouiſum eſt. Coloni omnes, municipéſque veſtri, certiores à me facti de hac nocturna excurſatione Catilinæ, facilè vrbeis ſuas, fineiſque defendent:

c v.c. & debil.
d al. cumulis
e v.c. conferre debeo.
f v.c. non habet vocem, omnibus,
g al. quibus nos ſuperamus, v.c. ſuppeditamur, & ita L.
h vox, populo, abeſt à v.c.
i v.c. ſi his rebus omiſſis, &c. & ita v.c.
k v.c. hinc denique æquitas,
l v.c. cum iniquitate, lux. ign. tem vit. omn.
*PERORATIO.
m v.c. iam antea, veſtras.
n L. ſine veſtro, metu, & ita v.c.
o al. atque prouiſ.

gladiatores,[p] quam ſibi ille maximam manum,
& certiſſimam fore putauit, quamquam[q] animo
meliore ſunt, quàm pars patriciorum, poteſtate
tamen in veſtra continebuntur. Quin. Metellus,
[r] quem ego proſpiciens, hoc in agrum[s] Gallica-
num, Picenúmq; præmiſi, aut opprimet hominẽ,
aut omneis eius motus, conatúſque prohibebit.
reliquis autẽ de reb. cõſtituendis, maturãdis, agẽ-
dis, iam ad ſenatum referemus, quem vocari vi-
detis. || Nunc illos, qui in vrbe remanſerunt, atq; 27
adeò qui contra vrbis ſalutem, omniúmque ve-
ſtrûm, in vrbe à Catilina relicti ſunt, quamquam
ſunt hoſtes, tamen quia nati ſunt ciues, monitos
etiam, atque etiam volo. Mea lenitas adhuc ſi-
cubi ſolutior viſa eſt, hoc exſpectauit, vt id, q̃
latebat, erumperet. quod reliquum eſt, iam non
poſſum obliuiſci, meam hanc eſſe patriam, me
horum eſſe conſulem: mihi aut cum his viuen-
dum, aut pro his eſſe moriẽdum. nullus eſt[t] por-
tis cuſtos, nullus inſidiator viæ: ſiqui exire vo-
lunt, conſulere ſibi poſſunt:[u] qui verò ſe in vrbe
commouerit, cuius ego non modò factum, ſed
inceptum vllũ, conatúmve contra patriã depre-
hendero: ſentiet in hac vrbe eſſe conſules vigi-
lãteis, eſſe egregios magiſtratus, eſſe fortem ſe-
natum, eſſe arma, eſſe carcerem: quem vindicem
nefariorum, ac manifeſtorum ſcelerum maiores
noſtri eſſe voluerunt. || Atq; hæc omnia ſic agẽ- 28
tur, Quirites,[x] vt res maximæ minimo motu, pe-
ricula ſumma nullo tumultu, bellum inteſtinũ,
ac domeſticũ poſt hominum memoriam crude-
liſſimum,[y] & maximum, me vno togato duce &
imperatore, ſedetur. quod ego ſic adminiſtrabo,
Quirites, vt, ſi vllo modo fieri poterit, ne im-
probus quidem quiſquã in hac vrbe pœnã ſui
ſceleris ſufferat. Sed ſi vis manifeſtæ audaciæ, ſi
impendens patriæ periculum me neceſſariò de
hac animi lenitate deduxerint: illud profectò
perficiam, quod in tanto, & tam inſidioſo bel-
lo

p v. c. quã ſibi ille manum certiſſimam fore p. & ita L.
q L. meliore animo ſunt,
r L. quem ego hoc proſpiciẽs, in agr. & ita v.c.
s v.c. Gallicum,
t L. portæ cuſtos, & ita v.c.
v L. qui verò in vrbe ſe comm.
x v.c. vt maximæ res
y L. ac maximum, &c.

Io vix optandum[z] videtur, vt nequis bonus in- *z L. & v.c. videretur,*
tereat,paucorúmque pœna vos omnes [a] iā ſalui *a iā, abeſt à v.c.*
29 eſſe poſſitis.||Quæ quidem, ego neque mea pru-
dentia, neq; humanis conſiliis fretus polliceor
vobis,Quirites,ſed multis, & non dubiis deorū
immortalium ſignificationibus:quibus ego du-
cibus in hanc ſpem, ſententiámque ſum ingreſ-
ſus:qui iam non procul, vt quondam ſolebant,
[b]ab extero hoſte, atq; longinquo, ſed hîc præ- *b L. ab externo hoſte,&c. & ita v.c.*
ſentes ſuo numine,atque auxilio,ſua templa,at-
que vrbis tecta defendunt: quos vos, Quirites,
precari, venerari, atque implorare debetis, vt,
quam vrbem,pulcherrimam,florentiſſimam,po-
tentiſſimámque eſſe voluerunt, hanc, omnibus
hoſtium copiis,terra, mariq; ſuperatis, à perdi-
tiſſimorum ciuium nefario ſcelere defendant.

IN L. CATILINAM, TERTIA, AD Quirites.

ORATIO VICESIMAPRIMA.

Narrat quibus, & quorum indiciis Catilina, eiúſque coniurati fuerint delecti, gratias eo nomine ſibi actas à Senatu, coniurationis reos in cuſtodiam coniectos, Supplicationem ſibi decretam eſſe à Senatu.

REMPVBLICAM,Quirites,vitámque omnium veſtrum, bona, fortunas, coniuges, liberóſque veſtros, atq; hoc domicilium clariſſimi, imperij,fortunatiſſimā pulcherrimāque vrbē,hodierno die,deorū immortalium ſummo erga vos amore,laboribus,conſiliis,[c] periculiſque meis, [d]ex flāma,atq; ferro,ac pæne[e] ex fau-

c v.c. periculis meis,
d v.c. è flāma,
e v.c. è faucib.

Digitized by Google

recibus fati ereptam, & vobis conſeruatam, ac reſtitutam videtis. || Et, ſi non minùs nobis iucun- 2
di, atque illuſtres ſunt ij dies, quibus conſeruamur, quàm illi, quib. naſcimur, quòd ſalutis certa lętitia eſt, naſcendi incerta conditio: & quòd ſine ſenſu naſcimur, cũ voluptate[f] cõſeruamur: profectò, quoniam illum, qui hanc vrbem condidit, [g] Romulum, ad deos immortaleis beniuolentia, famáque ſuſtulimus: eſſe apud vos, poſteróſque veſtros in honore[h] debebit dies is, qui eandẽ hanc vrbem conditam, amplificatámque ſeruauit. nam totius vrbis templis, delubris, [i] tectis ac mœnibus ſubiectos propè iam igneis, circundatóſque reſtinximus: iidẽq; gladios in rẽpub. [k] diſtrictos retudimus, mucronéſque eorũ à iugulis veſtris[l] reiecimus. || Quæ quoniam in 3
ſenatu illuſtrata, patefacta, [m] compertáque ſunt per me vobis iam exponam breuiter, Quirites: vt & quanta, & quàm manifeſta, & qua ratione inueſtigata & cõprehenſa ſint, [n] vos, qui & ignoratis, *exſpectatis, ſcire poſſitis. Principio, vt Catilina paucis antè diebus erupit ex vrbe, cũ ſceleris ſui ſocios, & huiuſce nefarij belli acerrimos duces Romæ reliquiſſet: ſemper vigilaui, & prouidi, Quirites, quemadmodum in tantis, & tã abſconditis inſidiis ſalui eſſe poſſemus. Nam tum, cũ ex vrbe Catilinam eiiciebam (non enim iam vereor huius verbi inuidiam, cùm illa magis ſit timenda, [o] quòd viuus egreſſus eſt) ſed tum, cùm illum exterminari volebam: aut reliquam coniuratorum manum ſimul exituram, [p] aut eos, qui remanſiſſent, infirmos ſine illo, ac debileis fore putabam. || Atque ego, vt vidi, 4
quos maximo furore, & ſcelere eſſe inflammatos ſciebam, [q] eos eſſe nobiſcum, & Romæ remanſiſſe: in eo omneis dies, noctéiſque conſumſi, vt, quid agerent, quid molirentur, ſentirem, ac viderem: vt, quoniam auribus veſtris, propter

f v. c. ſeruamur:
g vox, Romulum, etiam à noſtris vet. c. abeſt.
h L. debebit is, qui eand.
i L. tectis, omnibus ſubiectos &c.
k L. deſtrictos ret.
l v. c. deiecimus.
m al. comperta ſunt p.
n L. vos, qui ignoratis, ex actis, ſcire poſſ. al. vos qui ignoratis & ſcire poſſitis.
* al. exactè
o L. quò viuus exierit)
p v. c. aut eos, qui reſtitiſſent, inf. & ita L.
q v. c. eos nobiſcum eſſe.

propter incredibilem magnitudinem ſceleris; minorem fidem faceret oratio mea, rem ita cõprehenderem, vt tum demum animis, ſalutique veſtræ prouideretis, cùm oculis maleficium ipſum videretis. Itaque vt comperi, legatos Allobrogum, belli Tranſalpini, & tumultus Gallici excitandi cauſa, à P. Lentulo eſſe ſollicitatos, [s] eóſque in Galliam ad ſuos ciueis, [t] eodem itinere, cum literis, mandatiſque ad Catilinam eſſe miſſos, comitémque iis [u] adiunctum Vulturcium, atque huic datas eſſe ad Catilinam literas: facultatem mihi oblatam putaui, vt, quod erat difficillimum, quódque ego ſemper optabam à diis immortalibus, tota res non ſolùm à me, ſed etiam à ſenatu, & à vobis manifeſtè deprehenderetur.

5 Itaque hoſterno die L. Flaccum, [2] [y] & C. Pontinũ prætores fortiſſimos, atq; amantiſſimos reip. viros, [z] ad me vocaui: rẽ omnẽ expoſui: ꝙ fieri placeret, oſtendi. Illi autem, qui omnia de rep. præclara, atque egregia ſentirent, ſine recuſatione, ac ſine vlla mora negotium ſuſceperunt, &, cũ adueſperaſceret, occultè ad põtem Miluium peruenerunt: atque ibi in proximis villis [a] ita bipartiti fuerunt, vt Tiberis inter eos, & pons intereſſet. [b] Eódem autem & ipſi ſine cuiuſquam ſuſpicione multos forteis viros eduxerunt, & ego [c] ex præfectura Reatina compluereis [d] delectos adoleſcenteis, [e] quorum opera vtor aſſiduè in reip. [3] * præſidio, cum gladiis miſeram.

6 Interim tertia ferè vigilia exacta, [f] cùm iam pontem cum magno comitatu legati Allobrogum ingredi inciperent, vnáque Vulturcius: fit in eos impetus: educuntur & ab illis gladij, & à noſtris [g] res erat prætoribus nota ſolis: ignorabatur à ceteris. Tum interuentu [h] Pontini, atque Flacci, pugna, quæ erat commiſſa, ſedatur. literæ, quæcumque erant in

*al. præſidio cũ gladiis miſerã f al. cùm iam pontem g L. res prætorib. erat nota ſolis: & ita v.c. h L. Põtini,

r L. vt tum demum animis ſaluti veſtræ prouideretis,
s v.c. eóſq; ad ſuos ciueis, in Galliam,
t v. c. eodémque itinere,
u v.c. adiunctum eſſe T. Vulturcium,
x v.c. manifeſtò
y L. & C. Pomtinũ, præt. al. & C. Põtiniũ, p.
z v. c. ad me aduocaui: rem expoſui:
a v.c. bipartiti ita fuer.
b al. Eodẽ autem tempore, & ipſi
c L. de præfectura
d for. delectos adoleſc.
e L. quorũ opera vtor aſſiduè in rep. præſidio &c.
magno cõ. al. Põtini.

eo comitatu, integris ſignis, prætoribus traduntur: ipſi comprehenſi, ad me, cùm iam diluceſceret, deducuntur. Atque horum omniũ ſcelerum [i] improbiſſimum machinatorem Cimbrum Gabinium, ſtatim ad me, [k] nihil dum ſuſpicantem, vocaui. Deinde item [l] accerſitur P. Statilius, & poſt eum C. Cethegus. tardiſſimè autem Lentulus venit, credo quòd [m] literis dandis, prçter cõſuetudinem, proxima nocte vigilarat. || Cùm ve- 7
rò ſummis, ac clariſſimis huius ciuitatis viris, qui, audita re, frequentes ad me manè conuenerant, [n] literas à me priùs aperiri, quàm ad ſenatũ [o] referri placeret: ne, ſi nihil eſſet inuentum, temere à me tantus tumultus iniectus ciuitati videretur: negaui me eſſe facturum, vt de periculo publico, non ad conſilium publicum rem integram deferrem. Etenim, Quirites, ſi ea, quæ erãt ad me delata, reperta non eſſent: tamen ego nõ arbitrabar in tantis reip. periculis mihi eſſe nimiam diligentiam pertimeſcendam. Senatũ frequentem celeriter, vt vidiſtis, coegi. || Atque in- 8
terea ſtatim, admonitu Allobrogum, C. Sulpiciũ, prætorẽ, fortẽ virum, miſi, qui ex ædibus Cethegi, ſi quid telorum eſſet, efferret. [p] ex quibus ille maximum ſicarum numerum, & gladiorum extulit. Introduxi Vulturcium ſine Gallis: [q] fidem ei publicam, iuſſu ſenatus, dedi: hortatus ſum, [r] vt ea, quæ ſciret, ſine timore indicaret. Tũ ille dixit, [s] cùm vix ſe ex magno timore recreaſſet, à P. Lentulo ſe habere ad Catilinam mandata, & literas, vt ſeruorum præſidio vteretur, & ad vrbẽ, quàmprimùm cum exercitu accederet: id autem eo conſilio, vt, cùm vrbem omnibus ex partibus, quemadmodũ deſcriptum, diſtributúmq; erat, incẽdiſſent, cædémque infinitam ciuiũ feciſſent: præſtò eſſet ille, qui & fugienteis exciperet, & ſe cũ his vrbanis ducibus coniungeret.
|| Introducti autẽ Galli, iuſiurandum ſibi, & lite- 9
ras à P. Lentulo, Cethego, Statilio ad ſuam gentem

i L. machinatorem improbiſ. & ita v.c.
k L. nihil dum tale ſuſpic.
l v.c. arceſſitus eſt P. St. & ita L. al. arceſſitur
m L. in literis dandis, &c.
n v.c. literas priùs à me
o q.v.c. deſerri, pl. L. referrem pl. & ita al. v.c.
p q. v. c. è quib.
q v. c. fidẽ publicam, iuſſu
r q. v. c. vt quæ ſciret
s v. c. cùm ſe ex magnotimore vix recreaſſet, &c. al. v.c. ex magno timore vix recepiſſet, à P.

tem datas eſſe dixerunt: atque ita ſibi ab his, & à L. Caſſio eſſe præſcriptum, vt equitatum in Italiam quàm primùm mitterem : pedeſtreis ſibi copias non defuturas : Lentulum autem ſibi confirmaſſe [t] ex fatis Sibyllinis, Haruſpicúmque reſponſis ſe eſſe tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius vrbis, atque imperium peruenire eſſet neceſſe : Cinnam ante ſe, & Syllam fuiſſe. eundemque dixiſſe, fatalem hunc eſſe annum ad interitum huius vrbis, atque imperij, qui eſſet [u] decimus annus poſt virginum abſolutionem, poſt Capitolij autem incenſio-
10 nem, viceſimus. || Hanc autem Cethego cum ceteris controuerſiam fuiſſe dixerunt, quòd cum Lentulo, [x] & ceteris, Saturnalibus cædem fieri, atque vrbem incendi placeret, Cethego nimiùm id longum videretur. Ac, ne lõgum ſit, Quirites, tabellas proferri iuſſimus, quæ à quoque dicebantur datæ. primùm oſtendimus Cethego. ſignum cognouit. nos linum incidimus : legimus, erat ſcriptum [y] ipſius manu, & Allobrogum ſenatui, & populo, ſeſe, quæ eorum legatis confirmaſſet, eſſe facturum : orare, vt item illi facerent, [5] quæ ſibi [z] legati eorum præcepiſſent : Tum Cethegus, [a] qui paulò antè aliquid de gladiis, ac ſicis, quæ apud illum itidem erant deprehenſæ, reſpondiſſet, dixiſſetque, ſe ſemper bonorum ferramentorum ſtudioſum fuiſſe : recitatis literis, debilitatus, atque abiectus, conſcientia conuictus, repentè conticuit. [b] Introductus Statilius, cognouit manum, & ſignum ſuum. Recitatæ ſunt tabellæ in eandem ferè ſententiam : confeſſus eſt. Tum oſtendi tabellas Lentulo : & quæſiui, cognoſcerétne ſignum. Annuit. Eſt verò, inquam, ſignum quidem notum imago aui tui, clariſſimi viri, qui amauit vnicè patriam, & ciueis ſuos : quæ quidem te à tanto ſcelere
11 etiam muta reuocare debuit. || Leguntur eadem

t q.v. libris Sibyllinis. al. fatalis Sibyllinis,

u v.c. annus decimus vide Aſconiũ in oratione de toga candida.

x v. c. & aliis,

y L. ipſius manu Allobrogum &c.

z v.c. legati eorum recepiſſent: & ita L.

a v. c. qui paulò antè aliquid tamen de glad. & ita L.

b v. c. Introductus eſt Statili[9]: cognouit ſignum, & manum ſuam. R. & ita L.

Digitized by Google

ratione ad ſenatū Allobrogum,populúmque li-
teræ.ſi quid de his rebus dicere vellet, feci po-
teſtatem. Atque ille primò quidem negauit·pòſt
autem aliquanto, [a] toto iam indicio expoſito,
atque edito,ſurrexit:quæſiuit à Gallis,[b] quid ſi-
bi eſſet cum iis, quamobrem domum ſuam ve-
niſſent: itéque à Vulturcio. qui cùm illi breui-
ter,conſtantérque reſpondiſſent,[c] per quem ad
eum,quotieſq; veniſſent: quæſiſſéntque ab eo,
nihilne ſecum eſſet[d] de fatis Sibyllinis locutus:
[e] tum ille, ſubitò ſcelere demens, [f] quanta vis
conſcientiæ eſſet, oſtendit. nam, cùm id poſſet
inficiari, repentè præter opinionem omniū cō-
feſſus eſt.ita eum non modò ingenium illud, &
dicendi exercitatio, qua ſemper valuit, ſed et-
iam propter vim ſceleris manifeſti, atque de-
prehenſi,impudentia,qua ſuperabat omneis,im-
probitáſque defecit. || Vulturcius * verò ſubitò 12
proferri literas,atque aperiri [g] iubet, quas ſibi
à Lentulo ad Catilinam datas eſſe dicebat. At-
que ibi [h] vehementiſſimè perturbatus Lentu-
lus, [i] tamen ſignum, & manum ſuam cognouit.
erant autem [k] ſcriptæ ſine nomine,ſed ita: QVI
SIM, EX EO,QVEM AD TE MISI, [l] COGNOSCES.
CVRA, VT VIR SIS, ET COGITA, QVEM IN LO-
CVM SIS PROGRESSVS: [m] ET VIDE,QVID [n] IAM
TIBI SIT NECESSE. [o] CVRA, VT OMNIVM TI-
BI AVXILIA ADIVNGAS, ETIAM INFIMO-
RVM. Gabinius deinde introductus, cùm pri-
mò impudenter reſpondere cœpiſſet, ad extre-
mum nihil ex iis, quæ Galli inſimulabant, ne-
gauit. || Ac mihi quidem.Quirites,cùm illa cer- 13
tiſſima[p] ſunt viſa argumenta,atque indicia ſce-
leris,tabellę,ſigna,manus,denique vniuſcuiuſq;
confeſſio:tum multò[q] illa certiora, color, ocu-
li,vultus,taciturnitas.ſic enim obſtupuerant,ſic
terram intuebantur, ſic furtim nōnumquā inter
ſe

a L.toto indicio exp.
b L. quid ſibi rei eſſet cum iis,
c v. c. per quæ non pl.
d v.c.de libris Sibyll. & ita L.
e L. tum ſubitò ille cōſcel.
f L.quanta conſcietiæ vis eſſet.
*al. Vulturcium al. Volturcius
g v.c.iuſſit, al.petit al. poſtulat
h v.c. perturbatus Lentulus vehementiſſimè,tamen
i L. tamen & ſignum, & m.
k vox, ſcriptæ, abeſt à quibuſdā cod. antiq.
l q. v. c. SCIES,
m ET, abeſt à q.v.c.
n q.v.c.TIBI IAM.
o q. v. c. ET CVRA,
p L. viſa ſunt & ita v.c.
q q.v.c.certiora illa,

Digitized by Google

ſe adſpiciebant, vt non iam ab aliis indicari, [r] ſed ipſi à ſe viderentur: indiciis expoſitis, atque editis, Quirites, ſenatum conſului [s] de ſumma reip. quid fieri placeret. Dictæ ſunt à principibus acerrimæ, ac fortiſſimæ ſententiæ: quas ſenatus [t] ſine vlla varietate eſt ſecutus. Et quoniam nondum eſt perſcriptum S. C. ex memoria vobis, Quirites, quid ſenatus cenſuerit, exponã.

14 Primum* mihi gratiæ verbis ampliſſimis aguntur, quòd virtute, conſilio, prouidentia mea reſp. periculis ſit [u] maximis liberata: deinde [x] L. Flacchus, & C. Pomtinus, prætores, quòd eorum opera forti, fidelique vſus eſſem, meritò, ac iure laudantur: atque etiam viro forti, collegæ meo [y] C. Antonio, laus impertitur, quòd eos, qui huius coniurationis participes fuiſſent, à ſuis, [z] & reip. conſiliis remouiſſet, atque ita cenſuerunt, vt P. Lentulus, cùm ſe prætura abdicaſſet, tum in cuſtodiam traderetur: itemq; vti C. Cethegus. L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes præſentes erant, in cuſtodiam [a] traderentur: atque idem hoc decretum eſt in L. Caſſium, qui ſibi procurationem incendendæ vrbis depopoſcerat: in [b] M. Cęparium, cui ad ſollicitandos paſtores, Apuliam eſſe attributam, erat indicatum: in P. Furium, qui eſt [c] ex his coloniis, quas Feſulas L. Sylla deduxit: [d] in Q. Manlium Chilonem: qui vnà cum hoc Furio ſemper erat in hac Allobrogum ſollicitatione verſatus: in P. Vmbrenum, libertinum hominem, à quo primùm Gallos ad Gabinium perductos eſſe conſtabat.

15 Atque ea lenitate ſenatus eſt vſus, Quirites, vt ex tanta coniuratione tantáque vi, ac multitudine domeſticorum hoſtium nouem hominum perditiſſimorum pœna rep. conſeruata, reliquorum menteis ſanari poſſe arbitraretur. Atq; etiã ſupplicatio diis immortalib. pro ſingulari eorũ merito meo nomine decreta eſt, Quirites: quod mihi primũ poſt hãc vrbem conditã togato cõ-

tigit:

r q. v. c. ſed indicare ſe ipſi viderẽtur: & ita L.

s L. de ſumma republ. quid

t L. ſine vlla varietate eſt cõſecutus.

* De gratiis Ciceroni actis. De coniuratis in cuſtodiã coniectis. De ſupplicatione Ciceroni decreta.

u q. v. c. ſũmis

x L. I. Flaccus, & Põtinus, pr. quòd

y C. Antonio, abeſt etiam à noſtris v. c.

z v. c. & à reip.

a L. darentur:

b al. Q. Cęparium,

c al. ex his colonis, quos

d L. in Q. Mogium Chilonem, qui

tigit:& his decreta verbis eſt,quòd vrbem incẽdiis,cæde ciueis,Italiam bello liberaſſem. Quæ ſupplicatio [e] ſi cum ceteris ſupplicationibus cõferatur, [f] Quirites, hoc interſit,quòd ceteræ,bene geſta,hæc vna, conſeruata rep.conſtituta eſt. Atque illud quod faciendũ primũ fuit, factũ atque tranſactum eſt.nam P.Lentulus,quamquam patefactus indiciis, [g] & confeſſionibus ſuis , iudicio ſenatus,non modò prætoris ius,verùm etiam ciuis amiſerat:tamen magiſtratu ſe abdicauit:vt quæ religio C. Mario, clariſſimo viro nõ fuerat, [h] quò min9 C.Glauciam,de quo nihil nominatim erat decretũ , prætorem occideret, ea nos religione in priuato P. Lentulo puniendo liberaremur.‖Nũc,quoniã,Quirites, [i] ſceleratiſſimi,periculoſiſſimique belli nefarios duces captos iam, & cõprehenſos tenetis,exiſtimare debetis,omneis Catilinæ copias, [k] omneis ſpes,atque opes,his depulſis vrbis periculis,concidiſſe. Quem quidem ego cùm ex vrbe pellebam , hoc prouidebam animo,Quirites, remoto Catilina nec mihi eſſe P.Lentuli ſomnum , nec L. Caſſij, adipem , nec C. Cethegi furioſam temeritatem pertimeſcendam. Ille erat [l] vnus timendus ex his omnib.ſed tãdiu, dũ mœnib. vrbis continebatur.omnia norat,omniũ aditus tenebat:appellare,tentare,ſollicitare poterat,audebat:erat ei conſiliũ ad facinus aptum , conſilio autem neq; lingua,neq; manus deerat. [m] Iam ad ceteras res conficiẽdas certos homines delectos,ac deſcriptos habebat.Neque verò cùm aliquid [n] mãdauerat,confectum putabat. nihil erat , quod non ipſe obiret,occurreret,vigilaret,laboraret : frigus,ſitim,famem ferre poterat.‖Hũc ego hominem tam acrem,tam paratum,tam audacem,tam callidũ,tã in ſcelere vigilãtem , tam in perditis rebus diligentem , niſi ex domeſticis inſidiis in caſtrenſe latrocinium compuliſſem ([o] dicam id,quod ſentio, Quirites) non facilè hanc tantam

16 (beside: ſceleratiſſimi)

17 (beside: Hũc ego hominem)

e L. ſi cum ceteris cõf. f vox Quirites, abeſt à v.c.

g abeſt copulatio,&, à v.c.

h v. c. quo minus Glauciam,

i q.v.c. conſceleratiſſimi,

k v.c. omneis ſpes, opéſque depulſi.

l v.c. timendus vnus ex his omn. & ita L.

m L. Iam ad certas res conf. & ita v.c.

n v.c. mandarat,

o al. (dicã quod ſentio, Quiri- s)

tam molem mali à ceruicibus veſtris depuliſſē.
Non ille vobis Saturnalia conſtituiſſet, neque
tanto antè [p] exitium, ac fati diem reip. denuntiaſ-
ſet, neque commiſiſſet, vt ſignum, vt literæ ſuæ,
teſtes denique manifeſti ſceleris deprehenderē-
tur. quæ nunc, illo abſente, ſic geſta ſunt, vt nul-
lum in priuata domo furtum vmquam ſit tam
palàm inuentum, quàm hæc [q] tanta in remp. cō-
iuratio, manifeſtò inuenta, atque deprehēſa eſt.
Quòd ſi Catilina in vrbe ad hanc diem reman-
ſiſſet: quamquam, quoad fuit, omnibus eius con-
ſiliis occurri, atque obſtiti, tamen, vt leuiſſimè
dicam, dimicandum nobis cum illo fuiſſet, neq;
nos vmquam, dum ille in vrbe hoſtis fuiſſet, tā-
tis periculis rempub. ⁊ tanta pace, tanto otio,
18 tanto ſilentio, liberaſſemus: || Quamquam hæc
omnia, Quirites, ita ſunt à me adminiſtrata, vt
deorum immortalium nutu, atque conſilio, &
geſta, & prouiſa eſſe videantur. idque cum con-
iectura conſequi poſſumus, quod vix videtur
[r] humanis conſiliis tantam molem rerum guber
natio conſequi potuiſſe: tum verò ita præſentes
his temporibus opem, & auxilium nobis tule-
runt, vt eos pæne oculis videre poſſemus. Nam,
vt illa omittā, [*] viſas nocturno tempore ab oc-
cidente faceis, adorémque cæli, [s] fulminum ia-
ctus, vt terræmotus, ceteraque, [t] quæ tam multa,
nobis conſulibus, facta ſunt, vt hæc, quæ nunc
fiunt, canere dij immortales viderētur: hoc cer-
tè, Quirites, quod ſum dicturus, neque præter-
19 mittendum, neque relinquendum eſt. || Nam
profectò memoria tenetis, Cotta, & Torquato
coſſ. complureis in Capitolio turreis de cælo
eſſe percuſſas, cùm & ſimulacra deorum immor-
talium depulſa ſunt, & ſtatuæ veterum hominū
deiectæ, & legum æra liquefacta. tactus eſt e-
tiam ille, qui hanc vrbem condidit, Romulus:
quem inauratum in Capitolio paruum, [u] atque
lactantem, vberibus lupinis inhiantem fuiſſe
memi

p L. exitij, ac fati diē reip.

q L. tanta in rep. coniur.

r L. humani conſilij tantarum rerum gubernatio eſſe potuiſſe:

* Vide Iulium Obſequentem, & Dionem.

s L. vt fulminum ictus, vt terremotus relinquam, vt omittam cetera, quę tam m.

t al. quæ ita multa,

v L. atque lactentem,

meminiſtis. Quo quidem tempore, cùm haru-
ſpices ex tota Etruria cõueniſſent, cædeis, atque
incendia, & legum interitum, & bellum ciuile
ac domeſticum, & totius vrbis, atque imperij
occaſum appropinquare dixerunt, niſi dij im-
mortales omni ratione placati ſuo numine pro
pè fata ipſa flexiſſent. || Itaque illorum reſponſis 20
nunc & ludi decẽ per dies facti ſunt, neque res
vlla, quæ [x] ad placandũ deos pertineret, præter-
miſſa eſt: iidémque iuſſerunt, ſimulacrum Iouis
facere maius, & in excelſo collocare, & contrà,
atque antè fuerat, ad orientem conuertere; ac ſe
ſperare dixerunt, ſi illud ſignũ, quod videtis, ſo-
lis ortum, & forum, curiámque cõſpiceret, fore,
vt ea conſilia, quæ clàm eſſent inita contra ſa-
lutem vrbis, atque imperij, illuſtrarentur, vt à S.
P.Q.R. perſpici poſſent. [y] Atque illud ita collo-
candum conſules illi ſtatuerunt: ſed tanta fuit
operis tarditas, vt neque à ſuperioribus conſu-
libus, neque à nobis ante hodiernum diem col-
locaretur. || Hic quis poteſt eſſe, Quirites, tam 21
auerſus à vero, tam preceps, tã mẽte captus, qui
neget, hæc omnia, quæ videmus, præcipuéque
hanc vrbem, deorum immortalium nutu, atque
poteſtate adminiſtrari? Etenim cùm eſſet ita re-
ſponſum, [b] cædeis, incendia, interitúmque reip.
comparari, & ea à perditis ciuibus, quæ tũ pro-
pter magnitudinem ſcelerum nonnullis incre-
dibilia videbãtur: ea non modò cogitata à ne-
fariis ciuibus, verùm etiã ſuſcepta eſſe ſenſiſtis.
Illud vero nónne ita præſens eſt, vt nutu Iouis
optimi maximi factũ eſſe videatur, vt, cùm ho-
dierno die * manè per forum meo iuſſu & cõiu-
rati, & eorum indices in ædem Cõcordiæ duce-
rẽtur, eo ipſo tempore ſignum ſtatueretur? quo
collocato, atque ad vos, ſenatúmque conuerſo,
omnia & ſenatus, & vos, quæ erant cõtra ſalutẽ
omniũ cogitata, illuſtrata, & patefacta vidiſtis. 22
|| Quo etiam maiore ſunt iſti odio, ſupplicióque
digni,

x q. v. c. ad placandos d.

y q. libri vet. Atque illud ſignũ ita coll.

z al. lib. vet. conſules illi locarũt: ſed t. & ita L.

a L. tã præceps furorem, tam

b al. cædẽ, incendia, interitúmque reip. comparari, & ea per ciueis, quæ tum propt.

* hoc Dio putat contigiſſe cum Cicero cõcionem haberet.

digni, qui non ſolùm veſtris domicilis, [q] atque tectis, ſed etiã deorum templis, atque delubris ſunt funeſtos, ac nefarios igneis inferre conati: quibus ego ſi me reſtitiſſe dicã, nimiũ mihi ſumam & non ſim ferẽdus, [r] ille, ille Iupiter reſtitit. ille Capitolium, ille hæc templa, [s] ille hanc vrbem, ille vos omneis ſaluos eſſe voluit. diis ego immortalibus ducibus hanc mentem, Quirites, voluntatémque ſuſcepi, atque ad hæc tanta indicia perueni. Iã verò illa Allobrogũ, [t] ſollicitatio, ſic à Lentulo, ceteriſque domeſticis hoſtibus, tãta res tam dementer credita & ignotis, & barbaris, commiſſæque literæ numquã eſſent profectò, niſi à diis immortalibus huic tãtæ audaciæ conſilium eſſet ereptum. Quid verò? vt homines Galli ex ciuitate malè pacata, quæ gẽs vna reſtat, * quæ populo R. bellum facere & poſſe, & non nolle videatur, ſpem imperij, & rerum ampliſſimarum vltrò ſibi à patriciis hominibus oblatam negligerent, veſtrámque ſalutem ſuis opibus anteponerent: [v] id nónne diuinitus factum eſſe putatis? præſertim qui nos non pugnando, ſed tacendo ſuperare potuerunt?

23 || Quamobrem, * Quirites, quoniam ad omnia * puluinaria ſupplicatio decreta eſt, celebratote illos dies cum coniugibus, ac liberis veſtris. Nam multi ſæpe honores diis immortalibus iuſti habiti ſunt, ac debiti: ſed profectò iuſtiores numquã. [x] Erepti enim ex crudeliſſimo, ac miſerrimo interitu, & erepti ſine cæde, ſine ſanguine ſine exercita, ſine dimicatione, togati, me vno togato duce, & imperatore, viciſtis.

24 || Etenim recordamini, Quirites, omneis ciuileis diſſenſiones, neque ſolùm eas, quas audiſtis, ſed & has, [y] quas voſmeptiſi meminiſtis, & vidiſtis: * L. Sylla P. Sulpicium [z] oppreſſit. [a] C. Marium, [r] cuſtodẽ huius vrbis: multóſq; forteis viros partim eiecit ex ciuitate, partim interemit. Cn. Octauius, Cos. armis ex vrbe collegã ſuũ expulit. omnis hic loc[us] a ce[te]r uis cor-

q q. v. c. tectiſque, ſed

r v. c. ille Iupiter & ita L.

s q. v. c. ille cuncta vrbem,

t L. ſollicitatio ab Lẽtulo, cet.

v L. id non diuinitus.

* PERORATIO.

* Puluinaria, lecti qui ſternebãtur in tẽplis cũ cõuiuium apponebatur. ꝙ ſacrificij genus, lecti ſterniũ epulum vocabatur.

x q. v. c. Erepti enim eſtis ex crud.

y q. v. c. quas ipſimet mem.

z L. oppreſſit: ex vrbe eiecit. C. Marium cuſtodem huius vrbis, multóſque &c.

a q. v. c. eiecit ex vrbe C. Mar.

* aduerſus Fimbros.

Digitized by Google

porum,& ciuium ſanguine redundauit. Supera-
uit poſtea Cinna cum Mario. tum verò, clariſſi-
mis viris interfectis lumina ciuitatis extincta
ſunt. Vltus eſt huius victoriæ crudelitatem po-
ſtea Sylla. [b] ne dici quidem opus eſt; quanta de-
minutione ciuium, & quanta calamitate reip.
Diſſenſit*M.Lepidus à clariſſimo, & fortiſſimo
viro Q.Catulo, attulit non tam ipſius interitus
reip.luctum,quàm ceterorum.‖Atque illæ diſſē- 25
ſiones erant huiuſmodi, Quirites, quæ non ad
delendam,ſed ad commutandam remp.pertine-
rent.non illi nullam eſſe remp.ſed in ea,quę eſ-
ſet,ſe eſſe principes: neque hanc vrbem confla-
grare,ſed ſe in hac vrbe florere voluerunt. Atq;
illæ tamē omnes diſſenſiones: quarū nulla exi-
tium reip.quæſiuit,eiuſmodi fuerunt,vt non re-
conciliatione concordiæ, [d] ſed internecione ci-
uium diiudicatæ ſint.In hoc autem vno poſt ho
minum memoriam maximo,crudeliſſimóq; bel-
lo,quale bellum nulla vnquam [e] barbaria cum
ſua gente geſſit: quo in bello lex hæc fuit à Lē-
tulo,Catilina,Caſſio,Cethego,conſtituta, vt o-
mnes,qui ſalua vrbe ſalui eſſe poſſent, in hoſtiū
numero ducerentur: ita me geſſi, Quirites,vt o-
mnes ſalui conſeruaremini:&,cùm hoſtes veſtri
tantum ciuium ſuperfuturum putaſſent, quantū
infinitæ cædi reſtitiſſet: tantum autem vrbis,
quantum flamma obire non potuiſſet:& vrbem,
& ciueis integros, incolumeiſq; ſeruaui.‖Qui- 26
bus pro tantis rebus,Quirites,nullum ego à vo-
bis præmium virtutis, nullum inſigne hono-
ris, nullum monumentum laudis poſtulo,
præterquam huius diei memoriam ſempiternā.
In animis ego veſtris omneis triumphos meos,
omnia ornamenta honoris, monumenta glo-
riæ, laudis inſignia, condi, & collocari volo.
nihil me mutum poteſt delectare,nihil tacitum,
nihil denique huiuſmodi, quod etiam mi-
nùs digni aſſequi poſſint. Memoria veſtra, Qui-
rites,

b fort. ne dici quidem poteſt, quāte
*cùm impedire voluit ne Sylla in campo Martio ſepeliretur (qui honos tantum regib. ante Syllā tributus fuerat) & acta illius reſcindere conaretur Liu. 90. Plutar. in Pompeio, App. 1. bel. ciuil.
c v. c. Atq; illæ tamen omnes diſſenſiones, quæ erant eiuſmodi, Q.
d al. ſed interitione ciuium diiudic.
e al. barbaries
f fort. vt omnes conſeruar.
g q. v. c. & ciuei omneis integr.

rites,noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent,
literarum monumentis inueteraſcent,& corro-
borabuntur:eandémq; diem intelligo, quã ſpe-
ro æternam fore, & ad ſalutem vrbis & ad me-
moriã conſulatus mei,propagatã:vnóque tem-
pore in hac rep.duos ciueis exſtitiſſe,quorũ al-
ter fineis veſtri imperij, non terræ,ſed cæli re-
gionibus terminaret, alter eiuſdem imperij do-
27 micilium,ſedémque ſeruaret. ||Sed,quoniã earũ
rerum,quas ego geſſi,[h] non eſt eadem fortuna,
atque condicio, quæ illorũ, qui externa bella
geſſerunt:[i] quòd mihi viuendum ſit cum illis,
quos vici,ac ſubegi:illi hoſteis aut interfectos,
aut oppreſſos reliquerunt:veſtrum eſt,Quirites,
9 ſi ceteris [k] recta ſua facta proſunt, mihi mea
nequando obſint, prouidere.mentes enim ho-
minum audaciſſimorum ſceleratæ,ac nefariæ ne
vobis nocerere poſsét,ego prouidi:ne mihi no-
ceant,veſtrum eſt prouidere:Quamquam, Qui-
rites,mihi quidem ipſi nihil iam ab iſtis noceri
poteſt. magnũ enim eſt in vobis præſidiũ,quod
mihi in perpetuum comparatum eſt: magna in
rep.dignitas, quæ me ſemper tacita defendet:
magna vis eſt conſcientiæ,quàm qui negligent,
28 cùm me violare volent,ſe ipſi indicabunt. || Eſt
etiam in nobis is animus,Quirites,vt non modò
nullius audaciæ cedamus, ſed etiã omneis im-
probos vltrò ſemper laceſſamus.Quòd ſi omnes
impetus domeſticorum hoſtium depulſi à vo-
bis,ſe in me vnum conuerterint:vobis[l] erit pro-
uidendũ,Quirites,qua condicione poſthac eos
eſſe velitis,qui ſe pro ſalute veſtra obtulerint
inuidiæ,periculiſque omnibus.Mihi quidẽ ipſi
quid eſt,quod iam ad vitæ fructum [m] poſſit ac-
quiri,cũ præſertim neque in honore veſtro, ne-
que in gloria virtutis quidquam videam altiùs,
29 quò quidem mihi libeat adſcẽdere?||Illud per-
ficiam profectò, Quirites, vt ea, quæ geſſi in
conſulatu,priuatus tuear,atque ornem:vt,ſi qua

h v.e. non eadem eſt for.

i q.v.c. q mihi cum his viuendũ eſt q.

k v.c. ſua rectè facta.

l al. erit vidㅤendum,

m L. poſsit acquiri,præſertim,cũ neque in h.

eſt inuidia in conſeruanda rep.ſuſcepta , lædat inuidos,mihi valeat ad gloriã.deniq; ita me in rep.tractabo,vt meminerim ſemper quæ geſſerim,curémque vt ea virtute,non caſu geſta eſſe videantur.Vos, Quirites,quoniam iam nox eſt, veneramini illũ Iouem,cuſtodẽ huius vrbis , ac veſtrûm , atque in veſtra tecta diſcedite: & ea, quamquam iam periculum eſt depulſum, tamen æquè,ac priori nocte feciſtis,cuſtodiis,vigiliiſque defendite.Id ne vobis diutius faciundũ ſit, atq; in perpetua pace eſſe poſſitis,prouidebo.

IN L. CATILINAM QVARTA HABITA IN SENATV.

ORATIO VICESIMA SECVNDA.

Quæſtio vtrùm Sylani,an verò Cæſaris ſententia de cõiuratorum ſupplicio ſequenda. Habita in ſenatu Nonis Decembris. EVENTVS , *Catonis ſententia ſupplicium de Lentulo, Cethego, Statilio , Gabinio &c. ſumptum in carcere.*

* EXORDIVM.

VIDEO,*P.C.in me omnium veſtrûm ora, 1
atque oculos eſſe conuerſos. video , vos non ſolùm de veſtro,ac reipubl. verùm etiam,ſi id depulſum ſit , de meo periculo eſſe ſollicitos.Eſt mihi iucunda in malis , & grata in dolore veſtra erga me voluntas.ſed eam,per deos immortaleis, [a] quæſo deponite,atque obliti ſalutis meæ , de vobis,ac de liberis veſtris cogitate.Mihi quidem ſi hæc cõdicio cõſulatus data eſt,vt omneis acerbitates,omneîs dolores, cruciatúſque perferrem:feram nõ ſolũ fortiter, ve-

a verbum, quæſo, abeſt à q. v.c.

Digitized by Google

[b] verùm etiam libenter,dummodò meis labo-
ribus,vobis populoque R.dignitas, ſaluſq; pa-
2 riatur.|| Ego ſum ille conſul,P. cui non forũ, in
quo omnis æquitas continetur:non campus cõ-
ſularibus auſpiciis conſecratus:non curia ſum-
mũ auxilium omnium gentiũ:non domus,[c] cõ-
mune perfugiũ:non lectus ad quietem datus:nõ
denique hæc ſedes honoris,ſella curulis,vnquã
vacua mortis periculo,atque inſidiis fuit. Ego
multa tacui,multa pertuli,multa conceſſi, mul-
ta meo quodã dolore, in veſtro timore ſanaui.
Nunc,ſi hunc exitũ conſulatus mei dij immor-
tales eſſe voluerunt,vt vos,P.C.populúmq;R.[d]
ex cæde miſerrima:coniuges, liberóſq; veſtros,
virgineſq; Veſtaleis ex acerbiſſima vexatione:
templa,atque delubra,hanc pulcherrimam pa-
triam omniũ noſtrûm ex fœdiſſima [e] flãma to-
tam Italiã ex bello,& vaſtitate eriperẽ: quæcũ-
que mihi vni proponeretur fortuna , ſubeatur.
Etenim,ſi P.Lentulus ſuum nomen , inductus à
*vatibus,fatale ad perniciem reip.fore putauit:
cur ego non læter,meũ conſulatũ ad ſalutẽ reip.
3 propè fatalẽ exſtitiſſe?|| Quare,P.C.cõſulite vo-
bis,proſpicite patriæ,conſeruate vos,coniuges,
liberos,fortunáſq; veſtras:populi R.nomen,ſa-
lutémque defendite:mihi parcere,ac de me co-
gitare deſinite. Nã primùm debeo ſperare,[f] om
neis deos,qui huic vrbi præſident,[2] [g] pro eo mi-
hi,ac mereor,relaturos eſſe gratiam : deinde, ſi
quid obtigerit,æquo animo,paratoq; moriar. [3]
neque enim *turpis mors forti viro poteſt accidere,ne-*
que immatura conſulari,nec miſera ſapienti. Nec ta-
mẽ ego ſum ille ferreus,qui fratris cariſſimi,at-
que amantiſſimi præſentis mærore nõ mouear,
honorúmque omniũ lacrymis,à quibus me cir-
cumſeſsũ videtis. neq; meã mentẽ nõ domũ ſæ-
pe reuocat exanimata vxor , abiecta metu filia,
& paruulus filius , [h] qui mihi videtur amplecti
rempub. tanquam obſidem cõſulatus mei:neq;

b L.ſed etiã libẽter,d.& ita L.

c al. cõmune omniũ hominum perfug.

* id eſt,ſella curulis.

d L. ex cæde miſera:

e v.c.flamma:

* Ex libris enim Sybillinis Cornelius Lentulus regnũ ſibi pollicebatur,ꝗ Roma regnũ tribus Corneliis portendi dicerent,Syllã atque Cinnam,ſe verò tertium exiſtimabat Salluſt. in Catil.Plut. Appia.

f al. deos omneis,

g L.mihi pro eo, ac mereor gratiam eſſe relaturos : deinde ſi q.

h L.quem mihi videtur amplecti reſp.

iſte,qui exſpectans huius exitum diei adſtat in
in conſpectu meo gener. moueor his rebus om-
nibus,ſed in eã partem,vt ſalui ſint [i] vobiſcum
omnes,etiam ſi vis aliqua me oppreſſerit,potiùs
[k] quàm & illi , & nos vna reipub. peſte perea-
mus.‖Quare,P.C.incumbite ad reip.ſalutẽ cir- 4
cumſpicite omneis procellas, quæ impendent,
niſi prouidetis.non Ti.Gracchus, qui iterũ tri-
bunus pl.fieri voluit:non C. Gracchus , qui a-
grarios concitare conatus eſt:nõ L.Saturninus,
[l] qui C.Memmiũ occidit,in diſcrimen aliquod,
atque in veſtræ ſeueritatis iudicium adducitur:
ſed tenentur ij,qui ad vrbis incendiũ, ad veſtrũ
omnium cædẽ,ad Catilinam accipiendũ,Romæ
reſtiterunt tenentur literæ,ſigna,manus,deniq;
vniuſcuiuſque confeſsio:ſollicitãtur Allobro-
ges:ſeruitia excitantur,Catilina [k] accerſitur:id
eſt initum conſilium,vt interfectis omnibus,ne
mo ne ad deplorandum quidem [m] populi Ro.
nomen,atque ad lamentãdam tanti imperij ca-
lamitatem relinquatur.‖Hæc omnia indices de- 5
tulerunt,rei confeſsi ſunt,vos multis iam iudi-
ciis [n] iudicauiſtis:primùm quòd mihi gratias e-
giſtis ſingularibus verbis:& mea virtute atque
diligentia,perditorum hominum patefactam [o]
eſſe coniurationem decreuiſtis:deinde quòd P.
Lentulum,vt ſe abdicaret prætura,coegiſtis : tũ
quòd eum [p] & ceteros,de quibus iudicauiſtis,in
cuſtodiã dandos cenſuiſtis:maximéq;quòd meo
nomine ſupplicationem decreuiſtis:qui honos
togato habitus antè me eſt nemini.[q] Poſtremò
heſterno die præmia legatis Allobrogum,Titó-
que Vulturcio dediſtis ampliſsima : quæ ſunt
omnia eiuſmodi,vt ij,qui in cuſtodiam nomi-
natim dati ſunt, ſine vlla dubitatione à vobis
damnati eſſe videantur.‖Sed ego*inſtitui refer- 6
re ad vos,P.C.tanquã integrũ,& de facto, quid
iudicetis:& de pœna quid cenſeatis. illa prædi-
cã,quæ ſunt conſulis.Ego magnũ in rep. verſari

fu

i lib.vet.nobiſcum.
k v.c.quam & illi, & nos vnà cũ rep. pereamus.
l al.qui C. Mummium al. qui C. Nummium L.qui C. Memmium vnum occidit.
* L.arceſsitur:
m L.reip. nomen,
n L.iudicaſtis:& ita v.c.
o q.v.c.cõiurationem eſſe d.
p v.c. ceteroſque , de quib.iudicaſtis,
q al. Poſtremò quod heſterno die.
*PROPOSITIO.

furorem,& nouã quædã miſceri,& cõcitari mala iampridẽ videbam:ſed hanc tantam,tam exitioſam haberi cõiurationem à ciuibus nũquam putaui. Nunc,quidquid eſt, quocumque veſtræ mentes inclinant,atque ſententiæ , ſtatuendum vobis ante noctẽ eſt.Quantũ facinus ad nos delatum ſit,videtis. huic ſi paucos putatis affineis eſſe,vehementer erratis. Latiùs opinione diſſeminatum eſt hoc malum:manauit nõ ſolùm per Italiã,verùm etiam tranſcendit Alpeis , & obſcurè ſerpens,multas iã prouincias occupauit.id opprimi ſuſtentando,ac prolatando nullo pacto poteſt. quacumque ratione placet celeriter

7 vobis vindicandum eſt.||Video* duas adhuc eſſe ſententias:vnã D.Silani,qui cenſet, eos , qui hæc delere conati ſunt, morte eſſe multandos: alterã C.Cæſaris,qui mortis pœnã remouet,ceterorũ ſuppliciorum omneis acerbitates amplectitur.Vterq; & pro ſua dignitate, & pro rerum magnitudine in ſumma ſeueritate verſatur. Alter eos,qui nos omneis,qui populi Ro.vita priuare conati ſunt,qui delere imperium, qui pop. R.nomen extinguere,[4] * puncto temporis frui vita,& hoc cõmuni ſpiritu,nõ putat oportere: atque hoc genus pœnæ ſæpe in improbos cineis in hac rep.eſſe vſurpatum recordatur. alter intelligit,mortem à diis immortalibus non eſſe ſupplicij cauſa conſtitutam,ſed aut neceſſitatẽ naturæ,aut laborũ,ac miſeriarum quietem eſſe. Itaque eam ſapientes numquam inuiti,fortes [r] etiã ſæpe libenter oppetiuerunt vincula verò,& ea ſempiterna,certè ad ſingularem pœnam nefarij ſceleris inuenta ſunt.[s] Itaque[5] municipiis diſpertiri iubet. Habere videtur iſta res iniquitatem,ſi imperare velis:difficultatem, ſi rogare,

8 decernatur tamen,ſi placet.||Ego enim ſuſcipiã, &,vt ſpero,reperiam,[t] qui id,quod ſalutis omnium cauſa ſtatueritis,nõ putet eſſe ſuæ dignitatis recuſare. Adiungit grauem pœnam [u] municipiis,

* PARTITIO ſentẽtiarum.

* L.punctã.
r tres v.c. ſæpe etiam
s v.c. Itaq; municipib. diſp.al.v.c. Itaque municipiis diſper. vt hic.

t vnus v.c. quemodo id quod.
v q.v. c.municipiis.

nicipibus, ſi quis eorum vincula ruperit: horri-
x L. & dignas ſcelere hominũ perditorũ ſancit, ne quis.
bileis cuſtodias circumdat,[6] [x] & digna ſcelere
hominum perditorum ſancit, ne quis eorũ pœ-
nam, quos condemnat, aut per ſenatum, aut per
populum leuare poſſit. eripit etiam ſpem, quæ
ſola hominem in miſeriis conſolari ſolet. bo-
na præterea publicari iubet: vitam ſolam relin-
quit nefariis hominibus: quã ſi eripuiſſet, mul-
y q.v.e. atq; corp.
tas vno dolore animi,[y] ac corporis, & omneis
ſcelerum pœnas ademiſſet. Itaque vt aliqua in
vita formido improbis eſſet poſita apud infe-
ros, eiuſmodi quædam illi antiqui ſupplicia im-
piis conſtituta eſſe voluerũt: quòd videlicet in-
telligebant his remotis, non eſſe mortem ipſam
pertimeſcendam. ‖ Nunc, P.C. ego mea video 9
quid interſit, ſi eritis ſecuti ſententiam C. Cæ-
ſaris: quoniam hanc is in rep. viã, quæ popula-
ris habetur, ſecutus eſt, fortaſſe minus erunt,[7]
hoc monitore, & auctore huiuſce ſententiæ mi-
z L. ſin illã alteram neſcio, &c.
hi populares impetus pertimeſcẽdi.[z] ſin illã al-
teram ſecuti eritis: neſcio, an amplius mihi ne-
gotij contrahatur. ſed tamen meorum pericu-
a L. vtilitas reip. vindi.
lorum rationes [8] [a] vtilitas reip. vendicat. Ha-
bemus enim à C. Cæſare, ſicut ipſius dignitas, &
maiorum eius amplitudo poſtulabat, ſententiã
tanquam obſidem perpetuæ in remp. volunta-
tis. intellectum eſt, quid interſit,[9] inter leuita-
tem contionatorũ, & animũ verè popularẽ, ſa-
luti populi conſulentem. ‖ Video de iſtis, qui ſe 10
populareis haberi volunt, abeſſe nõ neminem,
* Cethegũ & Lentulum deſunt quibuſdã.
ne de capite videlicet ciuiũ R. ſententiã ferat.
is & nudiuſtertius in cuſtodiã ciueis R.[10] * Ce-
thegum, & Lentulũ dedit, & ſupplicationẽ mi-
b v.c. decrerit,
hi decreuit, & indices heſterno die maximis
præmiis affecit. Iã hoc nemini dubiũ eſt, qui reo
* ne quis ciuis Romanus iniuſſu populi multaretur.
cuſtodiã, quæſitori gratulationem, indici præ-
miũ [b] decreuit, quid de tota re, & cauſa iudica-
rit. At verò C. Cæſar intelligit legẽ * Sempro-
niã eſſe de ciuibus R. conſtitutã: qui autẽ reip.
ſit

ſit hoſteis eum ciuẽ eſſe nullo modo poſſe: denique ipſum latorem [c] legis Semproniæ iuſſu populi pœnas reip. dependiſſe. [d] idẽ etiã ipſum largitorẽ Lentulũ, & prodigum non putat, cùm de pernicie reip. & exitio huius vrbis tã acerbè, támq; crudeliter cogitarit, appellari poſſe popularẽ. Itaque homo mitiſſimus, atque leniſſim9 nõ dubitat P. Lentulũ æternis tenebris, vinculiſq; mandare: & ſancit in poſterũ, ne quis huius ſupplicio leuando ſe iactare & in perniciem reip. poſthac popularis eſſe poſſit. adiungit etiã publicationẽ bonorũ, vt omneis animi cruciatus, & corporis, etiã egeſtas, ac mendicitas cõ-

11 ſequatur.‖ Quamobrẽ ſiue hoc ſtatueritis: dederitis mihi comitẽ ad contionẽ. [e] populo R. carũ atq; iucundũ: ſiue illã Silani ſententiã ſequi malueritis: facilè me, atque vos à crudelitatis vituperatione defendetis: atque obtinebo, eam [g] multò leuiorẽ fuiſſe. Quamquã, P.C. quæ poteſt eſſe in tanti ſceleris immanitatę punienda, crudelitas? Ego enim de meo ſenſu iudico. Nam ita mihi ſalua rep. vobiſcum perfrui liceat, vt ego, quòd in hac cauſa vehementior ſum, nõ atrocitate animi moueor, (quis enim eſt me mitior?) ſed ſingulari quadam humanitate, & miſericordia. Videor enim mihi hanc vrbẽ videre, lucem orbis terrarum, atque arcẽ omniũ gentiũ, [h] ſubito vno incendio cõcidentẽ: cerno animo [i] ſepultam patriã, miſeros, atq; inſepultos aceruos ciuiũ: verſatur mihi ante oculos adſpectus Ce-

12 thegi, & furor in veſtra cæde bacchantis.‖ Cùm verò mihi propoſui regnantẽ Lentulũ, ſicut ipſe ſe ex fatis ſperaſſe cõfeſſus eſt, purpuratũ eſſe hũc Gabiniũ, cũ exercitu veniſſe Catilinã, tũ lamentationẽ matrũſamiliâs, tũ fugã virginũ, atque puerorum, ac vexationem virginum Veſtalium perhorreſco: & quia mihi vehementer hæc videntur miſera, atque miſeranda, idcirco in eos, qui ea perficere voluerunt, me ſeuerũ, ve-

c v.c. Semproniæ legis,
d L. idem ipſum Lentulum largitorem, & prodigum non p. al. idem ipſũ largitorem & prodigũ Lentulum, non p.

e v.c. carũ populo R. atque iuc.
f v.c. ſiue Silani ſent.
g L. multò leniorem fuiſſe.

h al. ſubitò vno inc.
i v.c. ſepulta in patria miſeros, & ita L.

hementémq; [k] præbeo. Etenim quæro, ſi quis paterfamilias, liberis ſuis à ſeruo interfectis, vxore occiſa, incenſa domo, [12] [l] ſupplicium de ſeruo quàm * acerbiſſimũ ſumſerit: vtrùm is clemens, ac miſericors, an inhumaniſſimus & crudeliſſimus eſſe videatur? mihi verò importunus ac ferreus, [m] qui non dolorem ſuum & cruciatum dolore nocentis, & cruciatu lenierit. Sic nos in his hominibus, qui nos, qui coniuges, qui liberos noſtros trucidare voluerunt: qui ſingulas vniuſcuiuſq; noſtrûm domos, & hoc vniuerſum reip. domicilium delere conati ſunt: qui id egerunt, vt gẽtem Allobrogum in veſtigiis huius vrbis, atque in cinere deflagrati imperij collocarent: ſi vehementiſſimi fuerimus, miſericordes habebimur: ſin remiſſiores eſſe voluerimus, ſummæ nobis crudelitatis in patriæ, ciuiũmque pernicie fama ſubeunda eſt.

13 || niſi verò cuipiam L. Cæſar, vir fortiſſimus, & amantiſſimus reip. crudelior nudiuſtertius [n] eſt viſus, cũ ſororis ſuæ, fœminæ [o] lectiſſimæ, virum præſentem, & audientẽ, vita priuandum eſſe dixit, cùm auum iuſſu coſs. interfectum, filiúmque eius impuberem, legatum à patre miſſum, [13] [p] in carcere necandũ eſſe dixit. Quorum [q] quod ſimile fuit factum? quod initum delendæ reip. conſilium? largitionis voluntas tum in rep. verſata eſt, & parũ quædam contentio. Atque illo tempore huius auus Lentuli, [r] clariſſimus vir armatus Gracchum eſt perſecutus, [s] & graue tũ vulnus accepit, nequid [t] de ſumma dignitate reip. minueretur. hîc ad euertenda fundamenta reip. Gallos * arceſſiuit, ſeruitia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos trucidandos Cethego, ceteros ciueis interficiendos Gabinio, vrbẽ inflammandã Caſſio, totã Italiã vaſtandam, diripiendámq; Catilinæ. [14] Vereamini, cenſeo, ne in hoc ſcelere tã immani, [u] ac nefario nimis aliquid ſeuerè ſtatuiſſe videamini, cùm multò magis ſit verendũ,

ne

k v.c. præbebo.
l L. ſupplicium de ſeruo non quã acerbiſsimum ſanxerit.
* Lactãtius non quàm acerbiſsimum.
m L. & v.c. qui non dolore ac cruciatu nocẽtis, ſuum dolorẽ, cruciatúmque lenierit.
n L. viſus eſt, cũ &c. & ita v.c.
o v.c. electiſsimæ,
p L. in carcere necatum eſſe dixit.
q L. quod ſimile factum?
r v.c. vir clariſsimus
s v.c. ille etiã graue.
t L. de dignitate ſummæ reip.
* al. acceſſit ſeruitia cõcitat, Catilinã euocat.
v v.c. ac nefando.

ne remiſſione pœnæ crudeles magis in patriam,
quàm ne ſeueritate animaduerſionis nimis ve-
hementes in acerbiſſimos hoſteis [x] fuiſſe vi-
4 deamini. Sed quæ exaudio, P.C. diſſimulare nõ
poſſum. iactantur enim voces, quæ perueniunt
ad aureis meas eorum, qui vereri videntur, vt
habeam ſatis præſidij ad ea quæ vos ſtatueritis
hodierno die, tranſigenda. Omnia [y] prouiſa, pa-
rata, & conſtituta ſunt, P.C. cùm mea ſumma cu-
ra, atque diligentia, tum multò etiã maiore po-
puli R. ad ſummũ imperiũ retinendũ, & ad cõ-
muneis fortunas conſeruandas volũtate. omnes
adſunt omniũ ordinũ homines, omnium deniq;
ætatum:[15] [z] plenum eſt forũ, pleni omnes adi-
tus huius loci, ac templi. Cauſa enim eſt poſt
vrbem conditam hæc inuenta ſola, in qua om-
nes [a] ſentirent vnum, atque idem, præter eos,
qui cùm ſibi viderent eſſe pereundum, cum
omnibus potiùs, quàm ſoli perire voluerunt.
15 Hoſce ego homines excipio, & ſecerno liben-
ter: neque enim in improborum ciuiũ, ſed in a-
cerbiſſimorum hoſtium numero habendos pu-
to. Ceteri verò, dij immortales, qua frequentia,
quo ſtudio, qua virtute ad cõmunem [b] digni-
tatem, ſalutémque conſentiunt? Quid ego hîc
equites R. cõmemorem? qui vobis ita [c] ſumma
ordinis conſiliique concedunt, vt vobiſcum de
amore reip. certent: quos ex multorum annorũ
diſſenſione ad huius ordinis ſocietatem, cõcor-
diámque reuocatos, [d] hodiernus dies vobiſcum,
atque hæc cauſa coniungit: quam coniunctionẽ
ſi in conſulatu confirmatam meo, perpetuam in
rep. tenuerimus: confirmo vobis, nullum poſt-
hac malum ciuile, ac domeſticum ad vllã reip.
partẽ eſſe venturũ. Pari ſtudio dedendæ reip.
cõueniſſe video tribunos ærarios fortiſsimos
viros: ſcribas item vnm vniuerſos: quos cùm ca-
ſu hic dies ad ærarium frequenteis aduocaſſet,
video ab exſpectatione ſortis ad communẽ ſa-

x v.c. fuiſſe videamur. Sed ea quæ ex.

y q.v.c. & prouiſa, & parata, & conſtit.

z L. plenum eſt forum plena templa circum forum, pleni omn.

a al. ſentiũ.

b v.c. ſalutem, dignitatemque conſ.

c L. ſummã ordinis con ſil.

d L. hodiernus dies nobiſcũ, atq;

e L. ad ærarium frequentaſſet video. ab exſp.

lutem eſſe conuerſos. Omnis ingenuorum adeſt multitudo, etiam tenuiſſimorũ.||Quis eſt enim, 16
cui non hęc templa, adſpectus vrbis, poſſeſſio libertatis, lux denique hæc ipſa, & hoc commune patrię ſolum,[f] cũ ſit carũ, tum verò dulce, atque iucundum? Operæ pretium eſt, P. C. libertinorũ hominum ſtudia cognoſcere,[g] qui ſua virtute fortuna ciuitatis conſecuti, hanc verè ſuam patriam eſſe iudicant: quam quidam hinc nati, & ſummo nati loco, non patriã ſuam, ſed vrbem hoſtium eſſe [h] indicauerunt. Sed quid ego huiuſce ordinis homines commemorem, quos priuatæ fortunæ, quos communis reſp. quos denique libertas ea, quæ dulciſſima eſt, ad ſalutem patriæ defendendã excitauit? Seruus eſt nemo, qui modò tolerabili condicione ſit ſeruitutis, qui non audaciam ciuium perditorum perhorreſcat:[16] [k] qui non obſtare cupiat: qui nõ tantum, quantum audet, & quantum poteſt conferat [l] ad cõmunem ſalutis voluntatem.||Quare ſi 17
quem veſtrûm fortè commouet hoc quod auditum eſt, lenonem quendã Lentuli concurſare circum tabernas, pretio [m] ſperantem ſollicitari poſſe animos egentiũ, atque imperitorũ: eſt id quidem cœptum, atque tentatum: ſed nulli ſunt inuenti tam aut fortuna miſeri, aut voluntate perditi, qui nõ ipſum illum ſellæ, atque operis, & quæſtus quotidiani locũ: qui non cubile, ac lectulũ ſuum: qui denique non curſũ hunc otioſum vitæ ſuæ, ſaluum eſſe velint. Multò verò maxima pars eorum, qui in * tabernis ſunt: immò verò (id enim potius eſt dicendum) genus hoc vniuerſum amantiſſimũ eſt otij. Etenim omne eorum inſtrumentum, omnis opera, ac quæſtus,[17] frequentia ciuium [n] ſuſtinetur, alitur otio: quorum ſi quæſtus occluſis tabernis minui ſolet, quid tandẽ incẽſis[o] futurũ eſt?||Quę 18
cũ ita ſint. P. C. vobis populi R. præſidia nõ deſunt: vos ne populo R. deeſſe videamini, prouidete

f L. ſit cùm carum, t.
g L. qui fortuna ſua ciuitatis iũs huius ciuitatis ius conſeq.
h for. iudicarunt.
i vox, perditorem abeſt à v.c.
k L. qui non hæc ſtare cupiat.
l ad cõmunem ſalutẽ voluntatis. Q.
m al. ſperare.
* Opifices intelligit, qui quæſtũ vel ex operis, vel mercatura faciunt in tabernis ſedẽtes.
n v.c. ſuſtẽtur.
o L. futurũ fuit?

dete.Habetis conſulem ex plurimis periculis,&
inſidiis,atque ex media morte, non ad vitã ſuã,
ſed ad ſalutem veſtram reſeruatum : omnes or-
dines ad conſeruandã remp. mente, voluntate,
ſtudio,virtute, voce, conſentiunt:obſeſſa faci-
bus,& telis impiæ coniurationis,vobis ſupplex
manus tendit patria communis: vobis ſe,vobis
vitam omnium ciuiũ,vobis arcem,&Capitoliũ,
vobis aras Penatium,vobis [p] illum ignẽ Veſtæ
perpetuum,ac ſempiternum, vobis omnia tem-
pla deorũ,atque delubra, vobis muros, atq: vr-
bis tecta commendat. Præterea de veſtra vita,
de coniugũ veſtrarũ,ac liberorũ anima, de for-
19 tunis omnium,de ſedibus,de focis veſtris , ho-
dierno die [q] vobis iudicandum eſt. || Habetis
ducem memorẽ veſtri,oblitum ſui:quæ nõ ſem-
per facultas datur:habetis omneis homines, v-
niuerſum populum R. id quod in ciuili cauſa [r]
hodierno die primùm videmus vnum atq; idem
ſentientem.Cogitate,quantis laboribus funda-
tum imperiũ,quanta virtute ſtabilitã libertatẽ,
quanta deorũ benignitate auctas, exaggeratáſ-
que fortunas vna nox pæne delerit. Id ne vn-
quã poſthac non modò confici,ſed ne cogitari
quidẽ poſſit,vobis hodierno die prouidendum
eſt.Atq; hæc non vt vos, qui mihi ſtudio pæne
præcurritis,excitarem,locutus ſum : ſed vt mea
vox,quæ debet eſſe in rep. princeps,officio fun
20 cta conſulari videretur. || Nunc antè quàm ad
ſententiã [s] redeo,de me pauca dicam.Ego,quã-
ta manus eſt coniuratorum , quam videtis eſſe
permagnam,tantã me inimicorũ multitudinem
ſuſcepiſſe video:ſed eam eſſe iudicio turpẽ, &
infirmã, [t] cõtemtã,& abiectã.Quod ſi aliquãdo
alicuius furore,& ſcelere concitata manus iſta
plus valuerit,quàm veſtra,ac reip.dignitas : me
tamen meorũ factorũ,atque conſiliorum num-
quam,P.C.pœnitebit.Etenim mors,quã illi mi-
hi fortaſſe minitantur,omnibus eſt parata: vitæ
[u] tantam

p L. ignem illum Veſtę ſempiternum, vobis omnium deorum tẽpla,atque &c.& ita v.c.
q al. nobis.
r L.& v.c. hodie primùm videmus.
s al. redeã.
t q li.vet. nõ habent contemtã,

v q.v.c. laudem tantã,

[v] tantam laudem,quanta vos me veſtris decre-
tis honeſtatis,nemo eſt aſſecutus.Ceteris enim
ſemper bene geſtæ,mihi vni conſeruatæ reip.
gratulationem decreuiſtis.|| Sit * Scipio clarus, 21

* Africanus minor.
x al. Hannibal.

ille, cuius conſilio,atque virtute [x] Annibal in
Africam redire,atq; ex Italia decedere coactus
eſt:ornetur alter eximia laude * Africanus, qui
duas vrbeis huic imperio infeſtiſſimas, Kartha-

y v.c. vir egregius, Paulus ille.

ginem,Numantiámque deleuit:habeatur [y] vir
egregius,L. Paulus ille,cuius currũ rex poten-
tiſſimus,quondã, & nobiliſſimus Perſes hone-

z q.v.c. ſit æterna glo.
* Nam in Gallia Ambronas & Teutonas, in Italia Cimbros deuicit.

ſtauit: [z] ſit in æterna gloria * Marius,qui bis I-
taliam obſidione,& metu ſeruitutis liberauit:
anteponatur omnibus Pompeius, cuius res ge-
ſtæ,atque virtutes,iiſdem, quibus ſolis curſus,
regionibus, ac terminis cõtinentur. erit profe-
ctò inter horum laudes aliquid loci noſtrę glo-
riæ:niſi fortè maius eſt patefacere nobis pro-
uincias,quò exire poſſimus,quàm curare,vt etiã
illi qui abſunt,habeant quò victores reuertan-

a v.c. Quãquam eſt vno loco.
b q.li.vulg. aut recepti in amicitiã.

tur.|| [a] Quamquã eſt in vno loco condicio me- 22
lior externæ victoriæ, quàm domeſticæ : quòd
hoſtes alienigenæ aut oppreſſi,ſeruiũt, [b] aut re-
cepti,beneficio ſe obligatos putant: qui autem
ex numero ciuium dementia aliqua deprauati,
hoſtes patriæ ſemel eſſe cœperunt, eos, cùm à
pernicie reip.repuleris,neque vi coërcere, neq;
beneficio placare poſſis.Quare mihi cum perdi-
tis ciuibus ęternũ bellum ſuſceptum eſſe video:
quod ego veſtro, bonorúmq; omnium auxilio,
memoriáque tantorum periculorũ,quæ nõ mo-
dò in hoc populo,qui ſeruatus eſt,ſed etiam in
omnium gentium ſermonibus,ac mẽtibus ſem-
per hęrebit,à me,atque à meis facilè propulſa-
ri poſſe confido.Neque vlla profectò tanta vis
reperietur,quę coniunctionem veſtrã,equitúm-
que R.& tantam conſpirationẽ bonorum om-
nium perfringere, & labefactare poſsit. || Quæ 23
cùm ita ſint, patres conſcripti, pro impe-
rio,

Digitized by

rio, pro exercitu, pro prouincia, quàm neglexi, pro triumpho, ceteriſque laudis inſignibus, quæ ſunt à me, propter vrbis, veſtræque ſalutis cuſtodiam, repudiata, pro clientelis, hoſpitiiſque prouincialibus, quæ tamen vrbanis opibus non minore labore tueor, quàm comparo: pro his igitur omnibus [c] rebus, & pro meis in vos ſingularibus ſtudiis, proque hac quam [d] perſpicitis, ad conſeruandam remp. diligentia, nihil aliud à vobis, niſi huius temporis, totiuſque mei conſulatus memoriam poſtulo: quę dum erit [e] veſtris mentibus infixa, firmiſſimo me muro ſæptum eſſe arbitrabor. Quòd ſi meam ſpem vis improborum fefellerit, [f] atque ſuperauerit: commendo vobis paruum meum filium: cui profectò ſatis erit præſidij, non ſolùm ad ſalutem, verùm etiam ad dignitatem, ſi eius, qui hæc omnia ſuo ſolus periculo [g] conſeruauerit,
24 illum eſſe filium memineritis. ‖ Quapropter * de ſumma ſalute veſtra, populique Ro. P. C. de veſtris coniugibus, ac liberis: de aris ac focis, de fanis ac templis, de totius vrbis tectis ac ſedibus, de imperio, de libertate, de ſalute Italiæ, deque vniuerſa rep. decernite diligenter, vt inſtituiſtis, ac fortiter. Habetis enim conſulem, qui & parêre veſtris decretis non dubitet: & ea, quæ ſtatueritis, quoad viuet, defendere, & per ſe ipſum præſtare poſſit.

c q. v. c. rebus, pro m.

d L. conſpicitis, & ita L.

e q. v. c. in veſtris mẽtibus fixa, tutiſsimo me.

f v. c. atque ſuperarit:

g L. cõſeruarit, & ita v. c.

* PERORATIO.

DIONY

DIONYSII LAMBINI ANNOTATIONES, SEV emendationum rationes in orationem pro Pub. Quinctio.

1 eloquentia Q.Hortenſij] Hortenſij *nomen ſcribendum videtur in ſecunda ſyllaba per* e *ſolum, ſine* n. Hortēſij. *Neque eſt, quòd nos moueant aut vetuſti codices, aut antiqui lapides. nam fuit error temporis, natus ex conſuetudine ſcribendi, qua vtebantur antiquiſſimi Romani. notabant enim interdum* e, *vocalem, ſi longa eſſet, linea tenui, & non ita longa, hoc modo,* quotiens, totiens, deciens, viciens, & Hortenſius. *inde factum eſt, vt indocti ſcriptores librarij, cùm exiſtimarent, lineolam illam, vicem literæ* n, *obtinere, ita ſcripſerint,* totiens, vel totiēns, quotiens, deciens. *&c. quæ ſcriptura iampridem tacito omnium conſenſu eiecta, & exploſa eſt* ὁρτήσιος *autem à Græcis ſemper ſcribitur per* η, *ſolum, non* ὁρτήνσιος, *quomodo ſcriberetur, ſi Latinè ſcribendum eſſet* Hortenſius.

2 Illud quoque nobis accedit] *docti quidam legendum putant,* accidit. *ego nihil muto.*

3 Nam, quo min. ingen.] *Quidam legi volunt,* Nam quòd minus ingen. quòd *autem, hoc eſt, propterea quòd, &c.*

4 ornatiſſimos] *libri manuſcrip. duo habent,* horrentiſſimos: *vnde ſuſpicabatur Ranconetus, legendum* potentiſſimos.

5 & ſi qua in re, id quod parati ſunt facere, venenatum aliquod telum, &c.] *verba hæc, quæ fuerant ex annotatiuncula nata, & in contextum orationis ex ora libri tranſlata,* falſum crimen, quaſi, *ego certiſſima coniectura ductus, funditus deleui. vtitur enim hîc M. Tullius allegoria, quæ eſt continuata tranſlatio. per* venenatum telum *autem, falſum crimen ſignificatur: per* tela depellere, & vulneribus mederi, *diluere*

diluere argumenta aduerſariorum, & crimina illata refellere, per id quod eſt, tela iacere, *crimina inferre ſiue vera, ſiue falſa Quid multa? totus locus allegoria mera conſtat. Quòd ſi legatur, vt vulgò,* falſum crimen, quaſi, *&c.* iecerint, *minùs aptè ſequetur,* medicinæ faciendæ locus non erit. *debebit enim potiùs hoc ſequi:* refellendi locus non erit. *Quod qui non videat, cæcum eum in literis eſſe arbitrer.*

6 ſanè ceterarũ rerum paterf. & pr. & att.] *ſemper hic locus mihi ſuſpectus fuit. nam quò pertinet illud,* ceterarũ rerum? *aut quò referendum eſt? ſi quis dicat, referri ad nomen* prudens: *primùm durũ genus eſt & propè inſolẽs, quamuis Horatius dixerit Oda ix. lib. 4.* eſt animus tibi rerumque prudens, & ſecundis Temporibus, dubiiſque rectus. *Deinde etiam ſi demus ita dici poſſe,* ceterarum rerum prudens, *tamen non video, quomodo ferri poßit hæc locutio,* ceterarum rerum paterfamiliâs & prudens & attentus. *nam nomen* attentus, *quod deinceps ſequitur, eundem caſum regere debere videtur, atque vox* prudens, *ſi conſuetudo bene Latinè loquẽdi ſeruetur, videtur igitur hîc legendum eſſe,* ſanè cetera paterfam. & prudens & attentus. cetera *autem. dictũ, vt illud à Virg. Georg.* 3. Cetera nec fœturæ habilis, nec fortis aratro. *& Aeneid.* 3. Conſertum tegmen ſpinis: at cetera Graius: *& ab Horat. epiſt. ad Ariſt. lib.* 1. Excepto quod nõ ſimul eſſes, cetera lætus. *& Oda* 2 *lib.* 4. Qua notam duxit niueus videri, Cetera fuluus: *& à Liuio libr. 4. annal. xxij.* Hæc eſt pugna clade Cannẽſi nobilitata: par cetera Allienſi. *& à Salluſtio:* Mauris omnib. Bocch. imperabat, præter nomen, cetera populi Ro. ignarus, *Sumtum eſt autem hoc loquendi genus à Græcis.* τ' ἄλλα: *quod fortaſſe leuiter docti non intelligentes, hunc locum corruperunt.*

7 neque inhumanus præco.] *Memmius & Auratus putant legendum,* neque inurbanus præco. *quibus propemodum aſſentior. neque tamen idcirco quidquam mutari iußi, exiſtimans ſcripturam receptam ferri poſſe, vt* inhumanus, *hoc loco poſitum ſit*

pro, in

pro, inſuauis iniucundus:quemadmodum apud Horat. epiſt.ad Lollium 2.Surge,& inhumanę ſenium depone camœnæ.

8 arbitrio pro ſocio] *ſic legendũ videtur Hotomano,*arbitrio pro ſocio *autem, id eſt,iudicio pro ſocio. Iam verò,*iudicium pro ſocio,*vt & cetera bona fidei iudicia,id eſt,iudicia omnia,quibus additur,* EX FIDE BONA,*idcirco appellatur* arbitrium,*quia in hoc iudex non ſequitur ſummum ius, ſed æquitatem. Ranconnetus autem legendum putabat,*ad arbitrium, *id eſt, apud arbitrum,ſic enim ſæpe loquitur Cicero.*

9 niſi à quæſtoribus quæſiſſet.] *non diſplicet mihi Hotomani ſententia, qui legendum cenſet,* quæſiſſes, *verum tamen nihil muto.nam hac lectione ſeruata,licet eandem, atque ille elicit, ex his verbis ſententiã elicere: niſi quòd negari non poteſt,alterã lectionẽ faciliorem & planiorẽ eſſe.C. Aquillius enim ſumtus fuit arbiter. is igitur quæſiuit à quæſtoribus vrbanis,propter ærariam rationem, id eſt, propter diſſimilitudinem pecuniæ R. à Gallicana,vel propter rationẽ nummorũ æreorum quantũ Scapulis ſolueretur.* Ad denariũ *autẽ,id eſt ad rationẽ pecuniæ R.vt doctiſſimè Hotomanus explicat. denario enim,qui quatuor ſeſtertios valebat, & argenteus erat,vtebatur populus R. Neque verò me fugit, in nonnullis codicibus legi,*ad Caſtoris,*eámq; ſcripturã nonnullis probari,hoc referentibus ad conſuetudinẽ Romanam,quæ talis erat,vt qui de re aliqua,& maximè de nũmaria inter ſe ambigerent, ad ædẽ Caſtoris conuenirent,ibi controuerſiam omnem, aduocatis & adhibitis viris bonis,atque vſu peritis,componerent. ſed hanc receptã mutare nolui. neque tamen illam alterã damno.*

10 ſimul atque ſibi hic innuiſſet.] *ſic legendum cenſeo,reclamantibus libris omnibus,in quibus legitur,* annuiſſet. *nam* annuere, *eſt alteri nutu aſſentiri,& approbare nutu, quod alter dicat, aut faciat* innuere *autem, eſt alteri ſignificare quod fieri velis. Terent. Adelph. ne mora ſit, ſin innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat.*

11 quàm ſi, cùm in auctione venderet] *ſubintellige,*

telligé,bona. *ſic autem videtur legendum,non, vt vulgò*, cùm auctionem venderet. *mendum fortaſſe natum ex præpoſitione* in,*à librario deprauata , cum m. pro* in,*ſcripſiſſet:deinde ab aliquo plus ſatis ingenioſo* m,*eſſet vltimæ vocali nominis* auctione,*adiectū.Licet tamen legere*,cùm auctione venderet,*vt placet Hotomano.Sed Adr. Turnebus tuetur lectionem receptā*, cùm auctionem vēderet:*aitq; eadem ratione dictū*, auctionem vendere,*qua à Cæſare ſectionem vendere.* Ego ſectionē vendere *aio eſſe Latinis vſitatū,& ita M.Tullius quoque locutus eſt lib.de inuentione*,Cuius prædæ ſectio non venierit : auctionem vendere. *nuſquam alibi me legere memini. quin alibi M. Tull. ſic loquitur:*bona conſtituta auctione venderet. *& Plautus Menæchm.in extr.* Auctionem hîc faciam,& vendam,quidquid eſt. nunc interim eamus intrò frater.*Si Latinè diceretur*,auctionē vendere,*ſatis erat dixiſſe*, auctionem hîc faciam,& vendam. *nunc quia Latini non ſolent ita loqui, addidit*,quidquid eſt.*proinde ac ſi ita diceret* , auctionē hîc faciam,& in auctione vēdam,quidquid eſt. *Vnde colligere licet* ; vendere auctionem,*non dici à Latinis*,ſed vēdere bona auctione,ſeu in auctione.*Verumtamē iudicēt eruditores.Præterea paulò poſt putabat Mēmius legendum*,cuipiam promiſiſſet.

12 Dat iſte amicum M.Trebellium] *ſubaudiendum* arbitrum.*ſanè in quibuſdam vulgatis legitur*, Dat iſte arbitrum.Trebell.

13 Neque quidquam perfectum eſſet] *legendum fortaſſe eſt*,neque quidquam profectum eſſet.

14 Roma egreditur ante diem II.Kal. Febr.] *ſic legendum,vt rectè putat Hotomanus* , ante diem II. Kal. *autem,id eſt pridie kal.quomodo loquitur infrà*, Inuenitur dies profectionis pridie Kal. Februa. *Nam* ante diem II. kalend. *&* pridie Kalend. *eundem diem eſſe:argumento eſt,quòd antè diem* III. *Kalend.& die tertio kalend.idem valent. hoc igitur ſic oſtendo. Gell.li.18.c.18 ſcribit,M. Tullium natum eſſe a.d.III.i. ante diem tertium nonas Ian. Q. Cæpione,Q.*

Serrano Coſs. At conſtat, eum natum eſſe tertio nonas Ian. ſic enim ipſe lib. 7. ad Att. tertio nonas, natali meo. *Et Plutarchus,* τεχθῆναι δὲ Κικέρωνα λέγουσιν, ἀνωδίνως καὶ ἀπόνως λοχευθείσης αὐτοῦ τῆς μητρὸς, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων καλανδῶν, ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται, καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος. *i. editum eſſe in lucem Ciceronem dicunt ſine vllo matris in partu dolore ac labore, die tertio tertio poſt* Kal. *Ianu. in quo magiſtratus vota faciunt & ſacrificant pro ſalute principis. Adde his cap. CCXXXII. de verborũ ſignificatione.* Poſt kal. (*inquit Caius*) Ian. die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur. *Ex quibus locis inter ſe comparatis perſpicuũ eſt, hac tria,* ante diẽ tertium nonas Ian. *&* die tertio nonas Ianuar. *&* poſt diẽ tertiũ kal. Ian. *eundem diem eſſe. Nã cũ dicimus,* ante diẽ tertiũ kal. *non ſignificantur, neq; cõtinentur dies quatuor, ſed tres duntaxat. hoc prateres* ἐν παρόδῳ, *ſciat lector, in his literis tiro, vbicumque reperitur ita ſcriptum in libris vulgatis,* ad quartum, quintum, ſextum, *&c.* kal. *mendosè ſcriptum eſſe, & eſſe ita legendum* a. d. i ante diem.

15 Quirina] *tribu. Sic autem legendum, non, vt habent nonnulli libri vulg.* Quirinas.

16 atque imbiberit eiuſmodi rationib. &c.] *ſic habent libri manuſcr. atque ita emendauit & edidit Paullus Manutius: ita denique legendum.* imbiberit *autem, valet, in animum induxerit: ita conſtitutum in animo habuerit, vt ſententiam mutare nolit. Sic Lucret. lib* 3.

Qui petere à populo faſceis, ſæuáſq; ſecureis.
Imbibit, & ſemper victus, triſtiſq; recedit.

Idem li. 6. vt ex ira pœnas petere imbibat acreis. *ad quem locum plura. Qua de re Muretus quoque antè nos li. Variar. 1. c. 6. non pauca.*

17 contrà eius, conſuetud. edicta præt.] *ſic habent codices veteres. atq; ita eorũ fidẽ ſecutus eẽmdauit Hotõ.*

19 Iſte poſtulat, vt procurator.] *videtur legendum* poſtulabat, *&c. & mox* negabat, *&c. non, vt vulgò,* poſtulat, negat, *vel his reſcmis, legendum* ſatiſden.

19 Venit Romam Quinctius: vadim. *&c.*] *Hunc locũ ſic olim putauerã legendũ, reiecta ſcriptura vulgata, ac recepta:* Venit Romã Quinct. ad vadimoniũ. ſiſtit ſe. *loquitur autẽ bis hoc eodẽ modo infra,* Ad vadimonium nõ venit. quis? ſocius, *&* *infrà,* Horę duę fuerunt. Quinctius ad vadimoniũ nõ venit. quid ago? *nunc autem nihil mutandũ cenſeo. Nam & Cato apud A. Gell. ita loquitur.* Quid ſi vadimoniũ capite obuoluto ſtitiſſes? *& App. l. 4. de aſino aur.* Cohortẽ noſtrã, gladiis armatã, ante foreis. Democharis, velut expilationis vadimonum ſiſtimus.

20 quin ita ſatiſdare iuberet] iuberetur *legẽdum, vel inuitis lib. omnibus. quod & Hotomano videtur. ſed ita, ſi modo reperiatur in libris manuſcr.*

21 Iubet P. Quinctiũ aut ſatiſdare] *deerant hæc,* aut ſatiſdare, *in libris vulg. quæ & neceſſariò hîc ſcribenda ſunt, & in vno codice manuſcr. reperi.*

22 ni bona ſua ex edicto, *&c.*] *ſic eſt legendũ. nã primùm ſic concipiebantur ſponſiones, per* ni: *deinde concipiebantur ex parte eius, qui ſponſione laceſſebat. At hîc P. Quinctius iniquitate prætoris, Næuiam ſponſione laceſſere coactus erat, hoc modo: ni mea bona ex edicto prætoris dies XXX poſſeſſa nõ ſunt, centũ verbi gratia, dare ſpõdes Næui? præterea ſic loquitur infrà,* ſpõſio quę in verba facta eſt? ni ex edicto præt. bona P. Quinctij poſſeſſa non ſint. *Exẽpla autem ſponſionũ complura ſunt apud ſcriptores: ex quibus hæc pauca carpamus M. Tul. off. 3.* Fimbriã cõſularẽ audiebã de patre noſtro puer, iudicẽ M. Lutatio Pinthię fuiſſe equiti R. ſanè honeſto, cũ is ſpõſionẽ feciſſet, ni vir bonus eſſet. *Idẽ pro Cæci.* vt ſtatim teſtificati diſcederẽt optimè ſpõſionẽ facere poſsẽt, ni aduerſus edictũ pr. vis facta eſſet. *Idẽ li. accuſ. 3.* Spõſio eſt, ni te Apronius in decumis ſociũ eſſe dicat. *Idem in Piſonẽ.* Cũ ego Cœlimontana porta introiſſe dixiſſem, ſponſione me, ni Eſquilina introiſſet, homo promtus laceſſiuit. *& Val. Maximus lib. 6. c. 1.* A quo, appellati tribuni, cùm de

ſtupro nihil negaret, ſed ſponſionem ſe facere paratum diceret, ni adoleſcens ille palàm, atq; apertè corpore quæſtum factitaſſet, *&c. vbi vulgò mendoſè legitur*, quod adoleſcens ille, *&c. negari non poteſt tamen, lectionem vulgatam cum ea, quã repoſuimus, re & ſententia congruere. Eadem enim horum verborum ſententia eſt*, ſi bona ſua ex edicto prætoris dies xxx. poſſeſſa eſſent, *atque horum*, ni bona ſua ex ed. pr. d. xxx. poſſeſſa non eſſent.

23 In ea verba ſponſ.] *ſic legendum, & ita habent nonnulli codices veteres, aut ne mentiar*, in ea. *Præterea ſic legi debere peruincit* Latini *ſermonis conſuetudo, vt infrà non longè oſtendemus. Quòd autem libri vulgati habent*, In eo ſponſ. f. *&c. ferri non pot.*

24 certis nominibus] *quid ſit* certis nominib. *non ſatis mihi quidem exploratum eſt. Quamuis. n. legatur apud Hor. ep ad Auguſtum*: Cautos nomini. certis expendere nummos: *tamen & Porphyrio legit* rectis: *& in quibuſdam manuſc itidem legitur* rectis, *quemadmodum admonuimus in noſtris cõmentar.*

25 ab eo, quicum contraxiſſet] *ſic reperi ſcriptum in codicib. manuſcr. & ita legi debet.*

26 Quod viri optimi faciunt] *nihil mutandum recta enim, & incorrupta eſt lectio.* viri *autem* optimi, *qui ſcilicet non ſunt auari, neque Sexti Næuij ſimiles. tantùm mox legendum, &* ſi qui. *deinde infrà*, claros & honeſtos: *vt & Hotom. cenſuit: non, vt vulgò*, caros & hon. *Quòd autem idem vult legi* iure optimo *pro* viri optimi, *non placet. Quòd verò infrà, paucis verbis poſt ita edidi*, qui vſque eò ferueт, fertúrq; auaritia, vt de ſuis commodis nolit aliquam partem amittere, vt aliquam part. *non, vt vulgò*, ne aliquam partem, &c. *præter auctoritatem librorum manuſcr. ratio quoque me, vt ita facerem, adduxit. Ciceronis enim hic ſenſus eſt. Næuium vſque adeò auarũ eſſe, vt ſi offeratur ei hæc conditio: vt vel aliquam partem ſuorum commodorum amittat, & paruam iacturam ſuæ rei familiaris faciat, vel aliquam partem vllius ornamenti propinquo ſuo Quinctio relinquat, ne-*

que

que ſinat eum ſuis ornamentis omnibus ſpoliari, malit videre Quinctium omnibus ſuis honeſtatibus nudatum, ac ſpoliatum, quàm aliquam partem ſuorum commodorum amittere. Quæ ſententia ei ſcripturæ, quam ſecuti ſumus, planè exprimitur. Vult enim M. Tullius Næuij auaritiam maximè notare: quam tantam eſſe oſtendit, vt ea impulſus, inhumanum ſe, atque impium, in propinquum ſuum præbeat. Vulgatæ lectionis verò hæc ſententia eſt: Næuius vſque adeò auarus eſt, vt quia cupit videre propinquum ſuum omnibus ornamentis ſpoliatum, quo id aſſequatur, nolit aliquam partem ſuorum cõmmodorum amittere. quam qui non videt eſſe ineptam atque abſurdam, parum videt.

27 ſi non paulò: at aliquanto] *ſic reperi ſcriptum in libris manuſcr. atque ita legi debet.* ſi non paulò (*inquit*) at aliquanto, *ſubint. pòſt. Quòd autem vulgò legitur*, at aliquãdo, *ferri non poteſt. quid eſt enim* aliquando? *aliquo tempore. At qui centũ poſt annis, atque adeò ſexcentis annorum millib. petit, is aliquando, & aliquo tempore petit. ſignificat autem M. Tullius, Næuium non* aliquando *petere debuiſſe, quod quandiu viueret, facere poterat, & biennio poſt mortem C. Quinctij fecit: ſed* aliquanto, *id eſt, non multo poſt tẽpore, verbi gratia, ſex menſibus poſt C. Quinctij mortẽ, aut certè, anno vertente.*

28 & eam cùm perorarit] *aſſentior Hotomano, qui ita legendum exiſtimat, cùm libri vulgati habeant*, & eam cùm orarit.

29 Inueniri ratio] *legendum fortaſſe eſt*, iniri ratio, *&c.*

30 qui poſteaquam vadimonium] *mendosè legitur in omnibus libris vulgatis* poſtea quoque.

31 alterius opes, id quod] *falluntur, qui hîc aliquid mutandum cenſent. hæc enim lectio eſt integra, & incorrupta, & emendata: miror q; à doctis quibuſdam nõ eſſe ſatis intellectam: Comparat enim eum, qui ex diuite pauper factus ſit, ſalua exiſtimatione, cũ eo, qui ignominia affectus ſit, ſaluis & integris fortunis, Et poſteaquàm oſtendit, vtrumque miſerum quidem eſſe, ſed ha-*

bere tamen aliquod ſuæ miſeriæ ſolatium: colligit eum eſſe egregiè calamitoſum qui famam cum bonis omnib. amiſerit: qualis eſt is, cuius bona ex edicto prætoris voci præconis ſubiiciantur, & publicè veneant. Aliquis (inquit) ex pecunioſo & diuite pauper & egens factus eſt. graue hoc quidem eſt: verumtamen, dum exiſtimatio & fama ſalua eſt habet vnde egeſtatem ſuã conſolari poſſit. alius eſt qui ignominia affectus eſt, omnémque honeſtatem ſuã perdidit: attamen bona eius ſalua ſunt, neque ex alterius opibus vitæ ſuæ rationes ſuſpenſas habet, id eſt, non cogitur propemodum mendicare, & aliũde cibum petere, hæc eſt huius loci ſententia: quam pluribus verbis expoſuimus, nequis auctoritatem quorundam ſecutus, ſanæ parti ſcalpellum adhibere conetur.

2 Etenim mors honeſta ſæpe vitã] *ita impeditus & obſcurus eſt hic locus, vt doctiſſimi homines eũ eſſe mẽdoſum extimarint. Omnino ſententiã præ ſe fert, penè dicã ſecũ pugnantem, & vt Græci dicunt ἀσύστατον. verumtamen nullum in eo mendum ſubeſt, quod illi putauerunt: neq; quidquã eſt mutandum. Sic igitur eũ explico:* mors honeſta ſepe vitã quoq; *&c. i. ſiquãdo euenerit, vt is, qui turpiter vixerit, honeſtè moriatur, puta, pro patria, pro aris & focis, & pro libertate mortem oppetat, talis mors vitam etiã turpẽ exornat.* vita turpis, ne morti quidẽ, *&c. i. ſed nõ eſt credibile, neque ſperãdum, eum qui turpiter viuat, honeſtè moriturũ. nã vitã turpem nõ niſi mors turpis cõſequi poteſt. Si tamen fors ita ferat, vt qui turpiter vixerit, honeſtè moriatur, hæc mors honeſta vitã anteactã, alioqui turpem, honeſtabit. Vita autem Quinctij turpis futura eſt, ſi eius bona voci ſubiicientur præconis, atque hoc modo ne morti quidem honeſtæ locum relictura eſt, cùm ei viuo & videnti funus ducatur. Quidam tamen legi volunt,* exiſtimatio turpis ne morti q. *&c. fortaſſe nõ malè.*

33 cui magiſtri fiunt] *magiſtros intelligit eos, qui venditioni bonorum, quæ per creditores fiebat permiſſu prætoris præerant.*

Si dupõdius vnus ageretur, &c.] *Hæc eſt vera & ſincera ſcriptura, quã & in codicib. manuſcr. reperi, & Budæus noſter multis antè annis, coniectura ductus, re-*

ſtituerat,niſi quod tuus,*non*,vnus,*vt legi debet , legi poſſe exiſtimauerat. Quomodo & apud Rufinianum li. de figuris legitur.* dupondius *autem valet duos aſſeis, ſeu duas libras æris. as enim librã æris pendebat.*

35 tu non modò C.Aquilliũ) *ſic legendũ,non* ad C. Aquilliũ,*vt habent nõnulli lib. vulg.nã præpoſitio* ad, *ſupernacanea eſt,nec reperitur in duobus lib.manuſ.licet tamen legere etiã hoc modo,quo modo habent nonnulli libri vulg.* tu nõ modò aut C.Aquil.aut, *&c*

36 Ego pro te nunc hos conſulo) *ſic reſtitui cùm in omnibus libris vulg & manu. legatur,* hoc cõſulo,*planè mendoſè,quemadmodum & paulò poſt , vbi eſt* ꝙ,*repoſui* quos , *quæ ſcriptura ita recta & plana eſt,vt non egeat neque confirmatione,neq; explicatione. Quid.n? Ea,quæ ſtatim ſequuntur,declarant ita eſſe legendum:hæc,inquã,*quæro abs te C.Aquilli,*&c.Es tibi C.Aquil.L.Lent.P.Quin.M.Marcel. conſulti M. Tul.*in aliena re,*id eſt non ſua,quos Næuius in ſua cõſulere neglexit.*

37 quã ad hãc rationẽ extremã ac neceſſariã)*ſic eſt legendũ,non,vt eſt in libris vulg.*extremã neceſſariã,*ſine copulatione* ac:*nec,vt volunt quidã,* extremã, nec neceſſariã.*Nã* rationẽ extremã , ac neceſſariã *intelligit rationem poſtulãdi à prætore,vt bona poſſidere liceat. ſic infrà,*ad hæc extr.& neceſſaria iura tã cupidè decurrebas,vt tibi nihil in poſterum,quod grauius faceres,reſeruares? *& paulò antè,*timidè tamen,& pedetentim iſtuc deſcendũt, vi ac neceſſitate coacti,*&c.*

38 & quemadmodum natus,& quo pacto ed.) *vt nos edidimus, & interpunximus verbum* memini, *ad ſuperiora referendum eſt. Et ſanè ita in omnibus libris impreſſum eſt. ſed quidam ſic interpungi , & legi volũt,*& quo pacto educatus ſum.*In qua ſcriptura, & interpũctione verbũ* quærãt,*repetendũ eſt ἀπὸ κοινοῦ ſuperne.*memini *verò ad eã quæ ſequuntur referendum, & eum iiſdem coniungendum,vt hoc totum quod ſequitur ab eo verbo,ad vna eandémque ſententiã pertineat. Vulgo autem ſic interpunctus,& diſtinctus eſt totus hic*

locus vt edidimus.& quemadmodum natus,& quo pacto educatus ſim, memini. Vetus eſt, &c. in qua ſcriptura, verbum memini, ad ſuperiora referendum eſt. neque verbum quærant, ſed nō nouū repetendū, vt diximus. Et verò ita legit Aquila Romanus lib. de figur. ſententiarum.

39 malitioſum? non negas] hunc locum ſanè feliciter, ſola coniectura ductus, reſtitui, qui ſic legitur in libris vulgatis: Num malitioſum? negas qua lectione quid ineptius, atque adeò à ſenſu Cicer. alienius? vult enim Cicero Næuium eſſe impudenter, & improbè, & ſine vlla diſsimulatione malitioſum, ac fraudulentum.

40 Dici hoc de P. Quinctio non poteſt, &c.] hæc, & quæ deinceps ſequuntur vſque ad illa verba, quo tempore, deſiderantur in omnibus libris vulgatis. reſtituimus autem in manuſcriptis reperta: neque tamen reperimus ea Ciceronis verba, quæ teſtatur Hotomanus, ſe vnà cum verbis edicti reperiſſe, ne hoc quidem. neque verò ſunt neceſſaria.

41 quod prætor fieri non ex edicto. &c.] mirum in modum hic locus deprauatus eſt ex codicibus vulgatis: in manuſc. paulò integrior reperitur. vulgati enim partim ſic habent: quod prætor, ſed ex edicto ſuo iubebat: partim ſic, quod prætor non modò fieri, ſed ex edicto ſuo fieri iubebat: partim ſic, quod prætor fieri, ſed non ex edicto ſuo fieri iubebat. quibuſcum conſentiunt aliquot manuſcripti, alij quidē manuſc. habent non ita mendoſè: quod prætor, non fieri, ſed ex edicto ſuo fieri iubebat. Hanc igitur ſcripturam ſic in integrum reſtituo: quod prætor fieri, non ex edicto ſuo iubebat. natum primo mendū eſt ex traiectione verborum, cùm librarius fortaſſe, qui ſibi ſapere videretur, inuerſo ordine ſcripſiſſet, quod prætor non fieri, pro fieri non: ex qua deinde ſcriptura, hæc nata eſt, quod prætor non fieri, ſed ex edicto, &c. poſtremò addiderunt inepti, & leuiter docti quidam modò, & ita ſcripſerunt, quod prætor non modò fieri, ſed ex edicto, &c. Ita hic locus miſerabilē in modū deprauatus eſt. poſteaquā ſemel à vero

&

& recto deerratum eſt, vt temeritate hominũ, & ſtultitia ſolent propagari falſa & praua. hunc igitur locum ſic à me reſtitutum, ita declaro. hæc erant edicti verba: QVI FRAVDATIONIS CAVSA LATITARIT: CVI HAERES NON EXTABIT: QVI EXSVLII CAVSA SOLVM VERTERIT: QVI ABSENS IVDICIO DEFENSVS NON FVERIT, EIVS BONA POSSIDERI IVBEBO. *At Quinctius non latitauit: Quinctio hæres exſtitit: Quinctius non exſulauit: Quinctius abſens à procuratore ſuo Alpheno iudicio defenſus eſt. Cùm igitur prætor Quinctij bona poſsideri iubebat, ſeu decernebat: non ex edicto ſuo, ſed contra edictum ſuum decernebat: neque quiſquam diuinare poterat eum hoc decreturum. non igitur attinebat hoc recuſare: id eſt, non erat opus hoc recuſare, præſertim cùm paratũ eſſet aut à collega, aut à tribunis pl. auxilium aduerſus iniquum decretum prætoris:*

42 Ita iubebare] *approbata Hotomani coniectura ſic edendum curauimus. Nam libri vulgati habent,* ita videbare. *Sententia autem huius ſcripturæ, quam ſecuti ſumus, Ita iubebare, hoc eſt, iubebaris à prætore ſatiſdare.*

43 cùm auxilium à tribunis petas] *non eſt inquit, illud iudicium pati, neq; iudicio defendere, facere quod te feciſſe dicis, nempe auxilium à tribunis petere.*

44 quæ Næuius edebat, non recuſaſſe] *hîc omiſſa ſunt à ſcriptore librario verba aliquot: nempe hæc,* cùm ſatiſdare à prætore iuberetur, recuſaſſe: *occaſionẽ huius errati ei præbuit verbũ* recuſaſſe: *bis à M. Tullio poſitum: cùm ille minùs attendens, ab hoc loco,* non recuſaſſe, *ad alterum* recuſaſſe, *quod ſequebatur, oculis tranſuolaſſet. Omiſſa autem eſſe hæc verba, ex eo intelligere licet, quòd qui non recuſabat, quia iudicium acciperet, tribunorum auxilio non egebat: ſed is tribunos appellabat, qui ſe iudiciũ idcirco accipere nolle iurabat, quòd ſibi æquo iure cum aduerſario cõtendere nõ liceret. Cũ igitur Alphenus iudiciũ accipiebat, nõ appellabat tribunos: ſed cùm ſatiſdare à prætore, à quo aduerſarius omnia iniqua impetrabat, ipſe nihil æqui obti-*

obtinere poterat, iubebatur: tũ inquã ad tribun. cõfugiebat.

48 cuius procurator omnia) *ſic legendum, non vt in aliis libris vulg. omnibus,* nõ omnia: *quod vidit Hotõ. Idẽ paulò poſt rectè indicat tollendã eſſe præpoſitionem* ad, *ante vocẽ* tribunus: *idq́; ex auctoritate lib. manuſ.*

49 non more, ſed auxilij cauſa?) *ſic eſt omnino legendum, quidquid alij dicant: & ita ſcriptum eſt in duobus libris manuſcr. & in quibuſdam vulg. Sed contemnamus ſanè librorum veterum aliorúmq́; auctoritatẽ, & conſenſum, niſi veritas ipſa hanc ſcripturã poſtulet. hoc igitur ipſum oſtendamus. hoc obiiciebat Næuius, tribunos pl. ne audiuiſſe quidem Alphenum, nedum interceßiſſe: atq; ita tribunos pl. appellatos eſſe morandi & prolatandi iudicij, non auxilij obtinendi cauſa. hoc falſum eſſe ſic probat Cicero:* Brutus tribunus pleb. interceſſurũ ſe dixit palã. niſi, *&c.* Interceſſit ergo appellatio tribunorum non more, *id eſt, non morandi iudicij,* ſed auxilij cauſa. *Quod autem aiunt illi, quod à magiſtratu fit iniquè, hoc fieri dici nõ more, & nouo exemplo, eſto. Sed quid hoc ad rem? de hac re non agit Cicero, neque hæc eius ſententia eſt, ſed hoc vult oſtendere, falſum eſſe, quòd arguebat Næuius, appellationẽ tribunorum fuiſſe interpoſitam ad eludendũ, aut morandum iudicium, non ad auxilium implorandum. Ita igitur hoc oſtendit, videtúrne interceßiſſe appellatio tribunorũ nõ more, vt tu dicis, Næui, ſed auxilij cauſa, quod licuit more maiorum: cùm Alphenus à prætore nihil æqui impetrare poſſet, & potentia gratiaq́; Næuij opprimeretur? certè videtur. Nam hîc* ne *reſponſionem aientem ſeu affirmantem poſtulat, ſic loquitur M. Antonius apud M. Tul. li. 2. de orat.* Sentin' ſenẽ tactum eſſe triginta minis? *& itẽ locis innumerabilib. Lucr.* Iãne vides, *&c. & Teren. in prolog. Andr.* Faciúntne intelligendo, vt nihil intelligant? *id eſt nónne faciunt intelligendo, &c.*

50 ſe iudicium in id, quod edat) *primùm libri omnes manuſcr. habent,* iudiciũ, *non, vt vulgati,* iudicio, *deinde ego conſuetudinem Latinè loquentium, & ipſius Ciceronis morem ſecutus, præpoſitione* in *addita,* in id, quod edat, *repoſui.* in id, quod edat *autem, id eſt, in*

Digitized by Google

ea verba, quæ edat. ſic .n. paullo antè loquitur, iudiciũ quin acciperet in ea ipſa verba, quę Næuius edebat, non recuſaſſe, *& idem alibi.*

48 vt nobili ne gladiatori quidem cederet:) *ſic reſtituit Hotom. & rectè. nã quis nõ videt mendoſã eſſe lectionem vulgatã.* vt nob. negl. q. hæreret? *quã tamen doctiſſ. quidã viri tuentur, & ſic explicãt, vt ne cũ gladiatore quidem nobili vnquã verſaretur : ego à me impetrare nõ poſſũ, vt probẽ. quis .n. vnquã bonus Latinit. auctor ita locutus eſt?* hærere alicui, *pro verſari cũ aliquo? Omnino genus eſt loquẽdi mihi quidẽ inauditũ.*

49 An omneis tu iſtos, &c.) *quidã legi volunt,* vincere nolebas? *ego nihil muto.* vincere *autem, id eſt, ſuperiores & victores eſſe.* iſtos *verò, nempe Syllanos, & nobileis ad quos tu te tãdem cõtuliſti, victis Morianis, quibus fauebas & quos ſequebaris ante victoriã.*

50 neq; enim inter ſtudiũ vi q. vt op. interfuit) *quidam legi volunt* aliud interfuit, *ego nihil addo. nam reuera nihil interfuit inter ſtudium Næuij, & Alpheni. earundem enim partium ſtudio tenebantur, nempe. Marianarum Ingenio, vetuſtate, artificio aliquid interfuit Næuius enim his Alphenum ſuperabat.*

51 iudex ſeſe arceſſetur) *duo lib. manuſc. habent,* accebitur. *ego nihil muto. Verũtamen nõ celabo lectorẽ, ex hoc* arcebitur, *fortaſſe* arcibitur, *elici poſſe.* arcio *.n. idem valet quod accio, ſeu* arceſſo, ar, *pro* ad, *antiq.*

52 qui cũ ipſi nihil deberetur, vltro quaſi, &c.) *ſecutus ſum quorundã doctorum virorum cõiecturã: quæ vt ſpecioſa ſit, non eſt mihi quidem planè certa, aut à ſcrupulo vacua. Nã vulgata ferri nõ poteſt. Primùm .n. Næuius nihil Quinctiis debebat: deinde fac aliquid debuiſſe: ſi hoc ſentiret Cicero non ita loqueretur:* cùm ipſe vltro deberet? *ſed ita potius,* cùm ipſe ei deberet. *poſtremò quid valet vox* vltro? *Omnino hæc lectio non eſt ferenda. Hotomanus putat deeſſe verbum* defendere, *vt ſic legi velit,* quòd cùm eum ipſe vltro defendere deberet, *& ego propius accedens ad ſcripturæ veteris veſtigia: ſic putarim potius legendum,* qui cùm ipſe ei vltro con-

conſulere deberet,&c. vltrò *autem, id eſt non rogatus* αὐτεπάγγελτος, αὐτόματος.

53 Nimirum, inquit, in eo, &c.] *alij libri habent:* Nimiùm, inquit, in eo cauſa conſiſtit. nimiùm *autem interpretantur valde. ego hanc lectionem magis probo.*

54 Ante diem quintum Kal. interc.] *id eſt, ipſo die quinto ante kal. intercalareis, qui dies eſt menſis Febr. ordine viceſimus: quantũuis alij aliter dicant. fiebat n. intercalatio inter viceſimum tertium, & viceſimũ quartum diem Febr. A die igitur viceſimo menſis Febr. vſque ad diem intercalatum, ſeu vſque ad Kal. intercalareis priores numerantur dies quinque, quibus continetur dies ille viceſimus, & dies intercalatus: deinde à kal. interc. ſecundus vſque ad Kal. Martias intercedũt dies totidẽ, in quibus nõ numerantur Kalendæ Martiæ. Ita colligere licet, diẽ quintũ Kalend. intercalareis eſſe viceſimum diẽ Febr. præter omnium ferè ſententiam.*

55 pridie Kal. interc.] *id eſt, viceſimo tertio die Febr.*

56 ſi nemo recuſare, quin] *ſic eſt legendum, etiã inuitis libris omnibus. hanc enim ſcripturam poſtulat Latini ſermonis cõſuetudo, atq; ita locutus eſt ſuprà, ibi:* Nõ recuſabat Quinctius, quin ita ſatiſdaret, &c. *velim præterea hîc legi,* & iudicium acciperet. *non, vt vulgò,* accipero vellet. *quod natum eſſe puto ex ſimili loco, qui paullo poſt ſequitur ibi,* tibi tum ſatiſdaret, & iudicium accipere vellet.

57 vt, cùm poſtea quid fut.] *legendum fortaſſe eſt,* vt, cùm quid poſtea futur.

58 Prætor te quemadmodũ poſſidere iuſſit? &c.] *ante hæc verba, iuſſi ſpatium inane relinqui, vt lector minùs attentus intelligat aliquid deeſſe. Deeſt autẽ, niſi fallor, principium tertij membri concluſionis, cum breui cõmonitione iudicis, hoc modo:* Docui C. Aquili, quod ſecundo loco pollicitus ſum, ex edicto prętoris bona P. Quinctij Næuiũ poſſidere nullo modo potuiſſe, quòd neq; fraudationis cauſa latitari,, neq; exſulij cauſa ſolũ verterit, neq; abſens iudicio defenſus non fuerit. neq; bona eius venierint: ex

quib.

quib.etiam id,quod erat tertium,intelligere licet,Næuium bona Quinctij nõ poſſediſſe, quod tamen mihi perfacile eſt ex ipſius edicti verbis oſtendere.Prætore te quemadmodum,*&c.*

59 hoc dico] *hîc deſiderantur ea omnia,quæ ad tertiũ diuiſionis membrũ,nempe Næuium non poſſediſſe, pertinebant:& præterea pauca quædã ex principio epilogi.*

60 Cùm deſertum eſſe dicat vadim.omnino,*&c.*] *legendum fortaſſe eſt*,tum omnino, *&c.*

61 quod neque fraudandi cauſſa latitaſſet] *legendum fortaſſe eſt*,latitaſſe.

62 quod contrà] *ſic loquitur Lucretius lib.*1.Illud in his rebus vereor ne fortè rearis,*&c.*quod cõtrà ſæpius olim Relligio peperit ſceleroſa, atque impia facta.

63 non ad voluntatem loqui poſſe] *legendũ fortaſſe*,non ad voluptatem loqui poſſe: *quod Græci dicunt*, πρὸς χάριν,*&* πρὸς ἡδονήν.

64 Gallonij]*hic eſt ille Gallonius de quo Lucilius*, O Publi,gurges, Galloni,es homo miſer (*inquit*) Cenaſti in vita numquam bene, cùm omnia in iſta Conſumis ſiquilla,atque acipenſere cùm in decumano.*quos verſus refert M.Tullius lib.*2.*de finibus,multaq; ibid.de hoc Gallonio Commemorat eumdẽ Q.Horatius Sat.*1.*lib.*2.haud ita pridem, Galloni præconis erat acipenſere menſa Infamis.

65 atque perterritus]*legendum putat quidam*,proterritus,*hoc eſt,longè territus. Terent. Heautont.* proterruiſti hinc. *ego nihil muto.*

EIVSDEM ANNOTATIONES IN ORATIOMEM PRO SEX. Roſc. Amerino.

Hæc pro Sex.Roſc.Amerino oratio ante orationẽ pro P.Quinctio locanda videtur, quoniam antè eſt habita, quàm orat. pro Quinct. Quod ita eſſe cùm poſſum pluribus argumentis demonſtrare, hoc vno ero contentus. Oratio pro Sex.Roſcio habita eſt L. Sylla etiam tum di-

cta

ctaturam gerente:idq́; perſpicuum eſſe poteſt cùm ex ea ipſa oratione, tum ex iis,quæ ſcribit lib.2.de Off. Adoleſcentes contrà L.Syllæ dominantis opes pro Sex. Roſc. Amerino diximus. *At oratio pro P. Quinctio,habita eſt vel Sylla mortuo, vel certè poſt depoſitã ab eo dictaturã:idq́; intelligere licet ex eo,quòd in ea dicit M.Tullius.* Emiſti bona Sex. Alpheni,L.Sylla,dictatore vendente,*non dixiſſet hæc,vt cenſet Seb. Conradus,Sylla aut dictatore,aut etiam ſi nõ dictatore, attamen viuo, vereretur enim,ne illum denuò offẽderet. Sed credibilius eſt,Quinctiũ in iudicio priuato,ante Roſciũ Amerinũ in iudicio publico,defenſum eſſe,cùm cõſtet, M.Tulliũ,Roſcio abſoluto contrà L.Syllæ dominantis opes, Athenas ſeceßiſſe,trienniumq́; Roma afuiſſe.*

1 quamobrem videantur illi nonnihil]*ſic omnes quidem lib.habent:ſed Io.Paſſeratius,homo ſummo ingenio,& ſumma doctrina præditus,arbitratur legendũ:* quam rem videantur illi tamen ſecuti,*&c.deleta voce* nonnihil, *cui planè aſſentior.*

2 de manifeſtis maleficiis antè admiſſis]*ſic habent libri cõplures vulgati:* de manifeſtis maleficiis, quotidianoq; ſanguine,aut remiſſiùs,*&c. quidã,* quotidianoq; ſanguine,aut remiſſiùs:*omnino mẽdosè,mendũ natum eſt ex perturbatione ordinis, cùm à librario ita ſcriptum eſſet,* de manifeſtis maleficiis, quotidianoq; ſanguine antè admiſſis,*&c.Ex hac peruerſa & præpoſtera ſcriptura natæ ſunt variæ lectiones deprauatæ,nos coniectura ducti hunc locũ in integrũ reſtituimus huius autem ſcripturæ ſic à me reſtituta,& planißima,& cum verbis,ac mẽte Cicer.maximè conſentanea ſententia eſt. Hoc enim ſignificat,iudicibus eſſe magnoperè laborandũ,vt ſeuerè iudicent.propterea quòd hoc iudicio de maleficiis præteritis , quæ antea propter mala tẽporum nõ fuerunt in iudicium vocata,neq́; vindicata ſint iudicaturi,& ſua ſentẽtia declaraturi,vtrũ velint licere in ciuitate impunè homines occidere,& alia nefaria facinora admittere,néc ne. Si Sex.Roſc. Amerinũ abſoluẽt,Chryſogoniq́; gratiã,& potentiã negligent:fore vt ſcelerati ciues,Capitonis,& Magni Roſc.exẽplo deterriti,*

viti,cõprimantur:ſin dãnabunt,audaceis, & facinoroſos homines exiſtimaturos omnium nefariorum facinorum licentiam, atque impunitatem ſibi eſſe conceſſam.

Hæc bona ſexagies LLS.] *id eſt*, ſexagies centũ millia ſeſtertiûm nũmûm. *hac nota autem LLS. & hîc, & vbiq; alibi, ſeſtertium excudendum curaui, hanc rationem ſecutus, quòd ſeſtertius initio duas libras & ſemiſſem pendebat. dua LL. autẽ duas libras ſignificat, S. ſemiſſem, ducitur deinde linea tranſuerſa. Sed cũ Clemens Teueninus, homo antiquitatis Romanæ ſtudioſiſſimus, & peritiſſimus, nuper mihi oſtendiſſet domi meæ nummos aliquot perantiquos, propemodũ me hac mea vetere ſententia demouit. Erat autẽ eorum nummorum vnus æreus, hoc modo ſignatus, IIS. cum hac inſcriptione,* ſeſtertius: *quæ nota ſignificat nũmum illum duos aſſeis & ſemiſſem valere. Erat & alter æreus, eodẽ modo & inſcriptus, & notatus. Idẽ duos alios argenteos mihi oſtendit: quorũ alter ſic erat notatus, V. quæ nota ſignificat eũ nummũ valere quinq; aſſeis, id eſt, duos ſeſtertios ſeu dimidiã partem denarii: alter ſic, X. quæ nota ſignificat valere denarium, id eſt, decem aſſeis, ſeu quatuor ſeſtertios. Si quis igitur nunc quærat ex me, quid hac de re ſentiam: reſpõdeã, vtroq; modo, ſeu vtraque nota ſignificari ſeſtertiũ poſſe, vel hac LLS vt intelligamus ſeſtertium olim pependiſſe libras duas æris cum dimidia, nẽpe quo tempore Romani nõdum nummis argenteis vtebãtur: vel hac, IIS. vt hæc indicet, ſeſtertium valere duos aſſeis cum ſemiſſe. Non celabo autem lectorem, ſuprà, pag. ſuper. vbi lib. omnes habent,* quas inimicitias ſi tam cauere potuiſſet, *&c. Fortunat. lib. Rhet. 2. legere,* ſi tam prohibere potuiſſet, *&c. ego nihil muto.*

4 & ea, quæ preterita ſunt réparet] *verbũ* réparet, *quod deerat in vulgatis, reſtitui ex vno lib. manuſ. lõgè optimo:* réparet *autẽ, id eſt corrigat. Renatus* Marchalas *Brëmoræus, vir doctiſſimus, ideq; mihi amiciſſ. antequã emẽdationem meã vidiſſet, cùm sẽtiret verbũ hîc deeſſe, repoſuerat,* cõſtituat. *non malè, ſed veterum codicũ auctoritas, nullũ coniecturæ locũ relinquit. adde quòd hîc* παρονομασία, reparet, præparet, *multò plus habet*

ſuaui

ſuauitatis,& leporis. Reparantur autem,id eſt, corriguntur præterita, præparantur futura.

5 vt ſimulatque ille deſpexerit] deſpexerit.*i.ad ſpectum dimiſerit, vel deorſum adſpexerit, quod valet, negligenter adſpexerit, neq; aciem oculorum ad ea,quæ fiunt contenderit. Renatus Bocmoræus legi volebat*, vt ſimulatque aliò reſpexerit,*ego lectionem vulgatam retineo.Ei tamē in eo aſſenſus ſum,quòd.vbi omnes lib. vulg. habent.*tamen in tanta felicitate, *&c.ille,ſublata præpoſitione,legit*,tamen tanta felicitate.

6 bonorum emtio,flagitioſa poſſ.]*legendum eſt, vt habet codex Memmianus*,bonorum emtio flagitioſa,flagitioſa poſſeſſio : *atq; ita edendum nunc tandem curauimus Omiſſum ſcilicet à librario fuit alterum*,flatioſa,*cùm bis à Cicerone ſcriptum ſit.*

7 & homines nobileis allegat,ab iis qui peterent,*&c.*]*omnes lib.vulg.ſic habent*, allegat iis,qui peterent,*planè mendosè,nos cùm in vno codice manuſ. ſcripiū reperiſſemus*,allegabat,*pro* allegat : *ſciremus autem*,allegat iis,*non dici à Latinis,coniecturam fecimus ex illo* , allegabat , *hanc eſſe veram lectionem, quam repoſuimus*,allegat,ab iis qui peterent , *id eſt,qui ab iis peterent*,allegat,*autem,id eſt , priuatim mittit,ſeu legat,hoc enim intereſt inter legare,& allegare,quòd* allegare,*eſt priuatim, & de re priuata mittere*:legare *verò,publicè,& de rep.*

8 ad Cæciliam Nepotis filiam,*&c.*] *aſſentior Io. Paſſeratio cenſenti vel legendum* , Nepotis ſororem: *vel hac duas voces*,Nepotis filiam, *eſſe delendas : vel ita reponendum*,ad Cæciliam Balearici filiam,Nepotis ſororem.*Erat enim Cæcilia Balearici filia, Nepotis ſoror,vt intelligere licet ex illis verbis quæ ſunt in epilogo*,Quaſi verò neſcias , hunc & ali,& veſtiri à Cæcilia Balearici filia,Nepotis ſorore.

9 tempore ipſo pugnarent] *Hotomanus legendum putat*,tempore ipſum oppugnarent,*ego nihil muto.*

10 filij vita infeſta,ſæpe ferro] *fortaſſe ſic interpunctio facienda eſt*,filia vita infeſta ſæpe ferro,atque inſidiis appetita.*ſic enim loquuntur Latini* , mare prædo

prædonibus infeſtum, viæ latrociniis infeſtæ. *ſuprà proximè, vbi libri omnes habent*, bona adempta, poſſeſſa, direpta. *Paſſeratius mauult legi*, bona adempta, poſſeſſio direpta.

11 an inſutus in culleum, per ſummum dedecus] *ſic erat in lib. vul.* an inſutus in culleum, ſupplicium parricidarum, *ſeu* patricidarum, *&c. Ego hæc verba*, ſupplicium patricidarum, *ſeu* parricidarũ, *annotatiunculam eſſe puto in contextum orationis à librario relatam, quare eam funditus deleui.*

12 Eſt ne hoc ille dicto, atque f. Fimbriano] *ſic edendum curaui, Renati Bremorei coniectura approbata, cùm vulgò legatur*, illi dicto, atque facto Fimbriæ non ſimill. ne *autem hoc loco, reſponſionem aientem poſtulat, vt ſuprà notauimus.*

13 hoc, quia fit à Chryſogono, non eſt ferendum] *ſic habent omnes libri & vulgati, & manuſc. præter vnam editionem, quod ſciam neque video, quamobrem hæc lectio quemquam offendere debeat. Quidam tamen tollendam negationem cenſent: alij legunt*, num eſt ferendum? *Sed errant vtrique. nam & ex iis verbis, quæ proximè ſequuntur*, hominum eiuſmodi pernicioſam, atque intolerandam potentiam primo quoque tempore extinguere atque opprimere debetis, *& ex aliis, quæ multis pòſt paginis leguntur*, nimiam gratiam, potentiámque Chryſogoni dicimus, & nobis obſtare, & perferri nullo modo poſſe, *intelligere licet, ſignificari à Cicer. tantam liberti potentiam non eſſe ferendam.*

14 De hiſce omnibus rebus me dicere oport. intell.] *Io. Paſſeratius hîc putat ordinem eſſe perturbatum, & ſic legendum.* De hiſce. o.r. me d.o. intell. non eodem m.d.o. ideò q. p. i. r. ad m. o. p.d. a.r. v. p. Rom.imp. Quid igitur eſt? ego cr. *&c.*

15 in vnico filio] *pondus ineſt in voce* vnico. *Nam* vnicus filius *eſt is, quem Græci ἀγαπητὸν appellant, id eſt, dilectum.*

16 vt commodis omnibus careret?] *Hotomanus*

Digitized by Google

legendum putat, & commodis omnibus careret? *ego nihil muto.*

17 expreſſamq; imaginẽ noſtræ vitæ quotidianæ, *&c.*] *ſic legendum, non, vt in libris vulgatis,* imaginẽ noſtrã, *&c. quod ita perſpicuum eſt, vt mirũ ſit, tãdiu hoc mendum in libris hæſiſſe. Ego quidẽ duodecim antè annis ſine codicum manuſc. adiumento ſic in meo libro emendaram.*

18 refer animũ, ſis, ad ver.] ſis, *id eſt ſi vis: comicum.*

19 quod ferri n.p.] *legendum fortaſſe eſt,* quod ferre n.p. *quod Claudio Puteano videbatur.*

20 opinor, iis crura ſuffringantur] *Putat Cl. Puteanus ex ĩis, quæ de canib. Capitolij cuſtodibus à Plutarcho, Plinio, Aeliano, & ceteris, memoria prodita sũt, hunc locum eſſe corruptum. Ex iiſdem exiſtimat Hotomanus falſum eſſe, quod ait ſuprà M. Tullius, canes ali in Capitolio, quoniã tum dormierunt, inquit, cùm Gallis in Capitolium clã aſcendentibus, anſeres ſuo ſtrepitu cuſtodes dormienteis excitarunt. Plutarchi autem verba, quæ Hotomanus profert, ſumta ex lib. de fortuna populi R. hæc ſunt,* πομπεύει δὲ μέχρι νῦν ἐπὶ μνήμῃ τοῦ συμπτώματος ἡ τύχη κύων μὲν ἀνεσταυρωμένος, χὴν δὲ μάλα σεμνῶς ἐπὶ στρωμνῆς πολυτελοῦς, καὶ φορείῳ καθήμενος, *id eſt, procedit autem tanquã in põpa vſq; in hodiernum diem, ad euentorum illorum memoriam Fortuna: canis quidem in crucem ſublatus: anſer autem valde magnificè in ſtrato ſumptuoſo, & ferculo ſedens. Profertur ab eod. Plinius li.* 10. Eſt, inquit, & anſeri vigil cura. Capitolio teſtata defenſo: per id tẽpus canum ſilentio proditis rebus. Quamobrẽ cibaria anſerum cenſores in primis locant. *Idem lib.* 29. *ca.* 2. Eadẽ de cauſa ſupplicia annua canes pendunt, inter ædem Iuuentatis, & Sumani, viui in ſambucea arbore fixi. *Quemadmodum igitur ex illis locis exiſtimat Hotomanus, canes non ali in Capitolio: in quo fallitur. (nã, & canes illi, qui illo tempore ab ingenio ſuo deſciuerunt ſilẽtioq; ſuo Capitolium Gallis prodiderunt, pœnas dederunt: & nihilominus canib. alimenta præbebantur in Capitolio ætate Ciceronis, pro-*

pter

propterea quòd hoc animal leuiſomnum, & vigil natura, atque idcirco ad cuſtodiam locorum aptum) Ita & Cl. Puteanus, hîc eſſe legendum, pro crura ſuffringantur, cruci ſuffigantur. Profert hîc alium præter illos ſuperiores, ab Hotomano iam antè commemoratos, locum ex Aeliano, lib. 12. hiſt. animal. cap. 33. ex quo hoc tantum intelligere licet, canes apud Romanos quotannis pœnas luiſſe ad prodendam ſilentij canum illorum ſuperiorum memoriam: crucis autem nulla apud eum fit mentio. Ex his igitur locis putat iuuenis ingenioſus, & eruditus, hæc Ciceronis verba eſſe mendoſa, & ſic, vt paulò antè dixi, emendanda. Ego autem quamuis probabilis ſit eius coniectura & elegans παρονομασία in ijs quæ ſequuntur, ubi, ſin autẽ ſic agetis, &c. cruci quidem vos nemo ſuffiget: ſed, ſi ego hos bene noui, literam illam, &c. ita vehementer ad caput affigent, &c. ſcripturam tamen vulgatã, & omnium librorum manuſc. auctoritate confirmatam, arbitror ferri ac defendi poſſe. primùm quia hîc non agitur de eo ſupplicio, quo Romani canes illos Capitolinos, eò quòd, Gallis in Capitolium aſcendentibus, non euigilaſſent, aut è ſomno excitati, non allatraſſent, afficerant: ſed de eo, quo ſint afficiendi, quòd tum latrent cùm opus non ſit, aut etiam quando nõ oporteat. Deinde quia ſi maxime demus, canes ſiue latrarent vbi nõ oporteret, ſiue non latrarent, vbi oporteret, in crucem fuiſſe tollendos, & tolli eſſe ſolitos: manente hac recepta ſcriptura, nihil cum illo more pugnet. Conſtat enim, ijs qui in crucem acti eſſent, Romanos crura frangere cõſueuiſſe, ſi diutius in cruce viuerent. Ex quo fit, vt, quibus crura fracta ſint, ij in crucem acti eſſe intelligantur. Declarat id, quod dico, illud Ciceronis Phil. 13. Illud tamẽ verũ, quòd in hoc Plãco prouerbij loco dici ſolet, perire eũ non poſſe, niſi ei crura fracta eſſent, & illud apud Sue. in Aug. Thallo à manu, qui pro epiſtola prodita quingentos denarios accepiſſet, crura effregit. Quid ſi quis dicat, aliquãdo ijs crura fregiſſe Romanos, quos in crucem non ſuſtuliſſent: tanto magis hanc lectionem defendi poſſe exiſtimabo.

Licebit enim dicere, genus hoc fuiſſe ſupplicij, frangere crura, vt cruci ſuffigere. cui rei argumento eſſe poteſt illud eiuſdem ex Philip. præſtantiſsimos cineis Pollentia expulit, & quidem fracta crure. *Sic igitur dicemus, hoc loco ſignificare Ciceronem, canibus, qui clara luce, & ſine ſuſpicione, cùm aliqui deos ſalutatum venerint, latrent, crura frangi debere. His argumentis fretus, lectionem vulgatam exiſtimaui retineri poſſe, neque quidquam immutare auſus ſim. Verumtamen fateor ingenuè, CL. Puteani coniecturam eſſe probabilem, ingenioſam, atq; eruditam: & niſi vulgata eſſet etiam probabilis, planè rectam, ac germanam. Quin amplius dicam,* ſuffringere crura, *me ſuboffendere. vſitatiùs enim dicere ſolent Latini*, frangere crura, *quàm* ſuffringere; *contrà,* ſuffigere cruci, *&* ſuffigere in cruce, *Latinis ſunt vſitata. Cic. in Piſonem,* An ego ſi te, & Gabinium cruci ſuffixos viderē, maiore afficerer lætitia ex corporis veſtri laceratione, quàm ex fame? *Hor. art. 3. lib. 1.* Si quis eū ſeruum, patinam qui tollere iuſſus, Semeſos piſceis, tepidúmque ligurrierit, Ius cruce ſuffigat, *&c. Catull. ad Iuuent.* Suffixum in ſumma me memini eſſe cruce.

21 literam illam, qui vos, *&c.*] *literam* c. *ſignificari putat Hotomanus, quæ eſſet calumniæ nota, ſeu quæ ſignificaret accuſatorem eſſe calumniatum. Inurebatur autem frons calumniatorum certa aliqua nota, ignominiæ cauſa, vt docet Adr. Turnebus lib. Aduerſ. 8. cap. 22. ſed verius eſt, non literam* c. *ſed* k. *fuiſſe calumniæ notam. Et verò* calumniæ *nomen, & quæ ſunt eiuſdem originis, vt* calumniari, *&* calumniator, *ſcribebantur à veteribus Roma. per* k. *non per* c.

22 vt etiam alias omneis] *ſic edendum curaui, quorundam doctorum coniecturam ſecutus, ſignificat autē, vos eſſe à literis alienos, & illiteratos. Alij lectionem vulgatam retinent:* vt etiam illas omneis oderitis, *eadem loci ſententia probata.*

23 quid eum pupugiſſet] *libri veteres habent,* pepugiſſet. *vide A. Gell. lib. 7. cap. 1.*

ne

Digitized by Google

22 neque conſiſtere vſquam] *libri manuſ. habent* conſiſtere vmquam patiantur.

23 cur nullum ſuppl.conſtituiſſet] *huc pertinet illud Ennij in Hecuba, quod profert Nonius in verbo* perbitere. Numquam ſcripſiſtis, qui parentem, aut hoſpitem necaſſet quo is cruciatu perbiteret. perbiteret *autem, id eſt, periret.*

24 maleficio ſummouerentur] *ſic habent omnes libri & manuſ. & vulg. ſed Eraſmus legi volebat*, maleficio ſummo arcerentur. *non placet.*

25 quod in tali crimine, innocenti] *Paſſerat. legendum putat*, nocenti.

26 dubitare etiam nunc, iud. ſi pot.] *quidam ſic legi malunt, cum interrogatione*, dubitare etiam nunc, iudices, poteſtis à quo, &c.

27 ne tamdiu quidem dominus erit in ſuos] *licet hæc etiam legere per interrogationem.*

28 Quid ais? vulgò occidebãtur homines?] Quid ais? *inquit Cicer. hoccine ais*, vulgò occidebãtur homines? *Iterat orator ex perſona ſua per interrogationẽ, quæ paulò antè dixerat Erucius ex ſua, ibi*, Eiuſmodi tempus erat, *inquit*, vt homines vulgò impunè occiderentur, &c. *Quòd autem Cl. Puteanus vult hæc ſcribi ſine interrogationis nota, hoc modo*, vulgò occidebãtur. *vel*, vulgò occidebantur homines, *& putat Erucij eſſe verba: in vtroq; ab eo diſſentio. Sunt enim acriora, & maiorem vim habẽt ex perſona Ciceron. ſic aduerſarium vrgẽtis.* Quid ais? *hoccine ais*, vulgò occid. hom. *& interrogationes eiuſmodi, orationẽ reddunt magis viuidã, & erectam. Contrà altera lectio ſine interrogatione, ſupina quodãmodo, & languida, & frigida eſt: vt omittam, quòd inanis erit ταυτολογία, ſi, vt ſuperiora illa dicta ſunt cũ enuntiatione, hæc quoq; ſimilem orationis formã obtinebunt. Atque hæc, quæ dico, niſi aliò properarem, poſſem & huius ipſius Ciceronis, & Demoſth. exemplis innumeris demõſtrare.*

29 eoſdẽ ferè ſectores fuiſſe coll. & bon.] *ambiguũ ineſt in voce*, ſectores, *Nam, vt docet Feſtus*, ſectores, *& qui ſecant, dicuntur, & qui empta ſua ſequũtur.*

Quamuis autẽ nõ me prætereat licuiſſe olim creditoribus plurib. ex lege XII. *tab. corp⁹ debitoris in pluresparteis ſecare, ſi iudicatum nõ faceret: & in illius ſectionis locũ ſucceſſiſſe poſtea bonorũ proſcriptionẽ quæ infamiæ notã inurit: tamẽ nõ puto hic* ſectores bonorũ *intelligi poſſe qui bona ſecent, ſed qui bona ſequantur, & ſectẽtur, &, vt initio dixi,* ſectores, *hoc loco duobus modis accipiẽdos eſſe arbitror. Si quis tamen aliter ſentiet, non luctabor.*

30 ex alia oratione declamare.] *Io. Paſſerat. legendũ exiſtimat,* ex aliena orat. declam. *ego nihil muto.*

30 certum crimen quàm multis ſuſpicionib.] *legendum fortaſſe eſt,* incertum.

31 cui bono fuiſſet] *ſic Lyſias, λόγῳ ἀρεοπαγιτικῷ ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ. πάντες γὰρ ἄνθρωποι τὰ τοιαῦτα οὐχ ὕβρεως ἀλλὰ κέρδους ἕνεκα ποιοῦσι. καὶ ὑμᾶς εἰκὸς οὕτω σκοπεῖν, καὶ τοὺς ἀντιδίκους ἐκ τούτου τὰς κατηγορίας ποιεῖσθαι ἀποφαίνοντας, ἥτις ὠφέλεια τοῖς ἀδικήμασιν ἐγίνετο, &c. id eſt, omnes enim homines talia nõ libidinis, aut petulantiæ, ſed quæſtus cauſa faciunt. & cõſentaneum ac probabile eſt, vos ita quærere, ac ſpectare: & accuſatores ex his, criminationum, & accuſationum ſuarum firmamenta ſumere, demonſtranteis, quæ vtilitas in facinoribus & maleficiis fuerit.*

32 quàm implicatus ad ſeueritatẽ] *nihil mutandũ, & recta lectio eſt, opponitur enim hic* implicatus ad ſeueritatem, *id eſt, quaſi per vim inflexus, illi ſuperiori* propenſus ad miſericordiam.

33 ſed, eo perſpicuo, crimẽ) *aſſentior CL. Puteano, qui ita legendum cenſet. Nã vulgati habebant,* ſed eo perſpicuum crimen, & ſuſpicionẽ. *Paſſeratius mauult legi,* ſed adeò perſpic. crimen, *&c. quod non probo. Hotomanus autẽ quem olim ſecutus erã:* ſed & perſpicuũ crimen, & ſuſpicionẽ, *&c. quæ lectio ob eam cauſam maximè nunc à me reiicitur, quòd, vt rectè indicat CL. Puteanus, oratio creſcere debet, non contrà. At in hac lectione, quam probat Hotoma. oratio decreſcit. plus eſt. n.* crimen perſpicuum, *quod priore loco ponitur, quàm* ſuſpicio, *quæ vox poſteriùs ſequitur.*

34 auaritiam præfers) præfers, *id eſt, præ te fers: aut legendum,* præ te fers.

35 Sed

Digitized by Google

35 Sed ad Seruilium] *quamquam non eſt mei inſtituti locos obſcuros declarare, hũc locum tamẽ lubet aliquãdo planiorem facere ex Adriano Iunio, qui in libris animaduerſionum duos locos profert, vnũ ex Iulio Firmico, alterum ex Seneca, multum huic loco lucis afferenteis Sic igitur Firmicus li. 1. Matheſeos.* Viſne, aliquid tibi, quia in Syllanis temporib. verſamur, de lacu Seruilio referam? in quo multorũ ſenatorum capita ad oſtẽtationem immaniſſimi facinoris, ſectis ceruicib. pependerunt. *Seneca li. ſingulari de diuina prouidentia,* Videant, *inquit,* largum in foro ſanguinem, & ſupra Seruilium lacum (id enim proſcriptionis ſpoliarum eſt) ſenatorũ capita, & paſſim vaganteis per vrbẽ percuſſorũ greges, & multa millia ciuiũ Romanorum vno loco poſt fidem, immò per ipſam fidem, trucidata.

36 dum is in aliis rebus erat occup.] *Boemoræus exiſtimat legendum eſſe,* dum tantis in rebus erat occ. *Ego nihil muto.*

37 qui ſummam rerum adminiſtrabat] *malim legi,* qui ſummam rem, vel qui ſummam remp. *&c.*

38 Quid attinuit eũ potiſſimũ nuntiare, *&c.] totã hãc clauſulã ac ſententiã vſq; ad verbũ* pertinebat, *volo mẽbratim & cæſim legi: vt poſt verbũ* pertinebat, *nota interrogationis collocetur. Boemoræus autẽ vult interrogationis notã poſt* nũciare *poni, deinde legi per enuntiationẽ, & ſine interrogatione,* Quod ſi nullum iam, *&c. Senſum autem Cicer. hunc eſſe puto, hac interpunctione ſeruata: Quid attinuit Glauciam potiſſimum id nuntiare, quod ſi nullum iam antè conſiliũ de morte, ac de bonis eius inieras, minimè ad te pertinebat? id nuntiare, quod, &c. nempe occiſum eſſe* Sex. *Roſcium.*

39 Sua ſponte Manlius nuntiat?] *Boemoræus hæc legit per enuntiationem, ego per interrogationem, propter eaſdem rationes, quas ſuprà expoſui: ibi,* vulgò occidebantur homines?

40 multas eſſe infameis palmas] *fortaſſe legendum eſt,* multas eſſe eius infameis palmas.

41 hanc primam eſſe tamen lemniſc.] *lemniſcata palma dicta à lemniſcis.* lemniſci *autem, faſciola*

coloriſque en coronis dependentes dicuntur, inquit, Feſtus, propterea quòd antiquiſſimum fuit genus coronarum lanearum. Ex quib. verbis quidam ſcribendũ exiſtimant, laniſci, *vbicumque hoc nomen reperitur, vt apud Plinium li.1.cap.3 & apud Sueton. in Claudio Nerone, & cete. is: ſed, ſi libri Latini corrupti ſunt, quî potuit corrumpi in hac voce Athenæus, & ceteri Græci qui lemniſcos commemorãt? nam apertè Athenæus, & ceteri, λημνίσκους appellant, non λανίσκους.*

42 multa audaciter, multa improbè] *ſic legit Priſcianus lib.5. non, vt vulgo* audacter.

43 nihil opus fuit te iſtic ſedere] *ſic eſt ſine dubio legendum. atque ita emendaram in meo codice annis antè quindecim: idq; animaduerteram & ex quatuor locis, quos iamiam proferam, & ex hoc ipſo loco, qui niſi ita legatur, nulla ex eo ſententia probabilis elici poteſt. Quatuor igitur locis T. Roſcio Magno obiicit, quid ſedeat in accuſatorum ſubſelliis: quorum primus eſt pag.901.* Erant ei veteres inimicitię cum duobus Roſciis Amerinis: quorum alterum ſedere in accuſatorum ſubſelliis video: alterum tria huiuſce prædia poſſidere audio. *alter locus eſt pag.922.* Tecum enim mihi res eſt, T. Roſci, quoniã iſtic ſedes, ac te palàm aduerſarium eſſe profiteris. *tertius pag.623.* Solus tu inuentus es, qui cum accuſatoribus ſederes. *quartus pag. 925.* Téne cùm ceteri ſocij tui fugerent, ac ſe occultarent, vt hoc iudicium non de illorum præda, ſed de huius maleficio fieri videretur, potiſſimũ tibi parteis iſtas depopoſciſſe, vt in iudicio verſarere, & ſederes cum accuſatore? *Conferantur nunc loci illi cum hoc,* nihil opus fuit, te iſtic ſedere. neque enim accuſatore muto, neque teſte quiſquam vtitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. *nihil profectò videat in literis, qui ita legendum eſſe neget. Atque eo mihi magis hæc coniectura placet, quod idem Hotomano venit in mentem, idémq; probatur: & item Renato Marchalo Boëmoreo.*

44 à nobis contra voſmetipſos] *ſic legendum, non, vt*

vt vulgò, à vobis contra voſmetipſos, *&c.* à nobis *autem, id eſt, pro nobis.*

45 Qui non norat hominem, aut rem?] *ſic legendum puto, cum interrogationis nota, inquam, non vt vulgò*, vt eius bona veneant ſtatim: qui non norat hominem, aut rem. *quam lectionem tamen quidam retinent, vt ſit εἰρωνεία inquiunt ſed falluntur illi, meo quidem iudicio. Nam & longè maior vis ineſt in hac lectione, & hoc modo potiùs loqui ſolent Demoſthenes & Cicero in argumentationibus, & contentionibus. Sic igitur hoc loco Cicero, volens oſtendere. Chryſogonũ non ſua ſponte bona Sex. Roſcij vendidiſſe, ſed à Roſcio Capitone, & Roſcio Magno certiorem factum eſſe de Sex. Roſcij morte:* Curat Chryſogonus, *inquit*, vt eius bona veneant ſtatim *ſequitur deinceps*, Qui non norat hominem, aut rem? *proinde, ac ſi dicat, éſtne hoc probabile, Chryſogonum curaſſe bona Sex. Roſcij vendenda, Chryſogonum, inquam, qui non norat Sextum Roſcium, neque rem Sexti Roſcij?* Atqui venit, *&c. Licet tamen & ſine interrogatione legere, continuato, aut leuiter interrupto ſpiritu, vt habent nonnulli libri vulgati, & vt illi malunt non tamen εἰρωνικῶς, vt illi volunt, ſed καταφατικῶς.*

46 hiſce aliqua fretus aura] *ſic reperi ſcriptum in libris manuſcr. & ita legendum puto, potiùs, quàm vt vulgò*, aliqua fretus hora. *quamquam Ren. Boëmoraus lectionem vulgatam tuetur. Vult enim probare Cicero, inquit ille, Capitonem aliqua ſemper occaſione fretum, ſocios legationis eluſiſſe, & eis aditum ad Syllam intercluſiſſe. Semper enim πρόφασιν aliquam habebat, ne illi Syllam conuenire poſſ nt, verbi cauſa, Syllam aut dormire, aut valetudini operam dare, aut in aliquo negotio ſerio occupatum eſſe. Ego maneo in ſententia, & per* auram *ſignificari arbitror, cauſam, ſiue πρόφασιν aliquam ſpecioſam, inanem, ac fallacem, inſtar venti: vel aliquam rem inanem, & ventoſam: vel, vt quidam malunt, hominem aliquem gratioſum, & potentem, & fortunatum: qualis erat Chryſogonus.* hora *tamen non dãno, ſiquis fortè malit: vt per* horã, *tempus intelligamus*

potius & partem temporis, quàm καιρόν.

47 ignominia mortuum affecerit, is, &c.] Aſſentior Hotomano, qui exiſtimat, hoc loco inter verbũ, affecerit, & ea, quæ deinceps ſequũtur, is inter, &c. aliquid deeſſe, nẽpe tale quiddã, fortunis viuũ euerterit: vel, bonis viuum ſpoliarit. nã ſuperiori illi, quod dixit, cui fama mortui, hoc mẽbrum reſpondet, ignominia mortuũ affecerit: alteri autem, quod proximè ſequitur, fortunæ viui commendatæ ſunt, atque cõcr. nihil eſt, quod reſpondeat. hîc igitur lacunam, & ſpatium vacuum relinqui iuſsi, vt ſi fortè aliquando ex antiquo aliquo codice expleri poſsit, expleatur. ſin minus, hinc tamẽ cognoſcat lector minus attentus aliquid tale deſiderari, quale expreſsit Hotomanꝰ: ꝙ vtrũq; quãuis mihi valde probetur, exiſtimauerim tamẽ tale quiddã potiùs à Cicerone ſcriptũ fuiſſe: ad egeſtatẽ, ſeu ad mendicitatẽ viuũ redegerit: vt quẽadmodũ famæ ignominia, ſic fortunis egeſtas, ſeu mẽdicitas opponatur.

48 in crimẽ, iudiciũq; infame vocatur.] ſic reſtitui, coniectura haud dubia ductus. iudicium autem infame eſt quod alibi turpe appellatur, vt pro Cæcina. Eſt enim turpe iudiciũ: & factum quidẽ turpe. & paulò antè: Itaq; mandati conſtitutum eſt iudiciũ nõ minùs turpe, quàm furti. turpia autem iudicia ſunt quæ infamiã ei irrogãt, qui iis iudiciis dãnatus ſit, qualia ſunt mãdati, pro ſocio, tutelæ, fiduciæ, furti, & ſi qua ſunt eiuſmodi. Quòd autẽ Renatus Bocmoræus mauult legi, in crimen mandati, iudiciiq; infamiã reuocatur. Claudius Puteanus verò, in crimẽ iudiciũq; infamiæ vocatur: neutra lectio placet. Nam, vt de hac poſteriore loquar, iudicium infamiæ, Latinè dici nõ poteſt. neq; ſimile eſt, quod Latini dicunt, iudicium capitis, aut iudicium exiſtimationis Nam iudicium capitis, famæ, exiſtimationis, &c. Latini dicere ſolent: iudicium infamiæ, non item.

49 propterea quòd, ſi rectè fiat] nihil mutandum, neque vero ſi, poſitum pro an, quod putauit Hotomanus, ſed pro particula condicionali vt, propriè poni ſolet: vt ſit Ciceronis ſenſus: negligentia (inquit M. Tull.)

eius,

eius,cui negotium mandatum eſt,in iudicium turpe vocatur:id eſt,ſi is,cui negotium mandatum eſt,negligenter negotium illud adminiſtrauerit, aget cum eo mandati iudicio is, qui mandauit: & ,ſi probarit iudici, illum rem mãdatam negligenter adminiſtraſſe, damnatus ille,ignominia afficietur. Quid ita? quia ſi rectè fiat,*id eſt ,ſi is,cui res mandata eſt,officium faciat,& munere fungatur boni viri,oporteat eum,qui mandauit , negligere rem,quam illi mandauit,& quod ad eam rem attinet.in vtramque aurem dormire:in illius demique cura,diligentia, ac fide acquieſcere.*

50 cùm per eius fidẽ] *putãt quidã legendũ* per eius fraudẽ: *ſeu,* per eius perfidiã *ſed nihil arbitror mutãdũ.nã* per eius fidẽ,*hoc eſt,per eã fidẽ, quam ei habet. Itaq; hoc totũ,*cũ per eius fidẽ læditur.*ſic explico, cũ læditur eo,quod ei credat, & fidẽ habeat. Atq; ita loquuntur alij boni ſcriptores,in his Plautus in Moſt.*

51 An te quæritur?] *Renatus Beemor. legit* , At nec quæritur.

52 neque enim,cùm de hoc quæritur,vos dominos] *Ren.Beemoræus legit,* neque cùm de hoc quæritur,vos eum dominum eſſe dicitis.

53 Non eſt ita profectò,iudices, nõ eſt veriſimile,vt,&c.]*maneo in ſententia, vt putẽ legendũ,* iudices,non eſt,vt,*&c.non,vt in libris vulgatis,* non eſt veriſimile,vt,*&c.non enim ita loquũtur Latini:* veriſimile eſt,*aut,*veriſimile non eſt,vt hoc,vel illud factum ſit:*ſed* veriſimile eſt,*aut* nõ eſt factum eſſe.*Cõtrà hoc loquendi genus eſt Latinis vſitatũ,*eſt vt, nõ eſt vt *pro* fieri,*ſeu* accidere poteſt , *aut* nõ poteſt,vt:*eoq; & Lucretius,& Horatius ſæpe vtuntur,vt indicauimus in noſtris commentariis, quod cùm indocti intelligerẽt vocẽ* veriſimile,*intexuerunt.Ita eſt tamen locutus lib.4.accuſat. non longè à principio:* veriſimile nõ eſt,vt ille homo tã locuples , tam honeſtus, religioni ſuæ, monumentiſque maiorum pecuniam anteponeret.*niſi dicamus etiam in illo loco* veriſimile,*eſſe alienum, quod mihi videtur.*

54 ad Kal. Iunias] *id eſt, vſque ad Kal. Iun. Hoc idcirco annotaui , quòd in priore editione , operarij*

*impreſſerant.*a.d.Kal.Iun.*mendoſè.*

55 nulla redierunt]*ſic legendum:& ita ſcriptum eſt in libris manuſc.* Nulla redierunt *autem, id eſt, non redierunt, nempe* bona.

56 rediuiam curem] *ſic ſcribitur apud Feſtum, non* reduuiam. Rediuiam,*inquit ille,*alij reluuium appellant,cùm circa vngueis cutis ſe reſoluit:quia luere,eſt ſoluere.

57 occiſus,neque proſcriptus eſt]*non eſt dubium, quin,vt acutè vidit,& rectè indicauit Hotomanus,deſideretur hoc membrum,* neque proſcriptus eſt.

58 quorum nihil pernicij cauſa] *ſic legendum, ſi Gellio lib.9.cap.14.credimus.* Pernicij *autem patrius caſus eſt antiquus à nomine* pernicies.*ſic enim nomina quintæ inflectebant veteres.* pernicies *generandi caſ.* pernicies, & pernicie, & pernicij, & perniciei. *Cariſius tamen videtur legiſſe* pernicies cauſa,*li.1.*

59 quam armis receperat] *lego,* quam armis reciperarat

60 cuius honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius]*multa hîc deſiderantur. Primùm totus ille locus, in quo oſtendit, bona Sext. Roſcij venire non debuiſſe, deinde amplificationis principium,per quam inuidiam conflat Chryſogono,vt omnium Syllæ libertorum abundantiſſimo,copioſiſſimo & potentiſſimo.finge igitur talia quædam à Cicerone dicta eſſe, vt videas quò pertineant hæc quæ ſequuntur* ἀκέφαλα,*& truncata.* Alij item Syllæ liberti non mediocreis rei familiaris copias repente conſecuti ſunt, qui antea erant egentiſſimi ædeis ampliſſimas coëmerunt, qui antea tectum, quò imbris cauſa ſuccederēt, non habebant. fundos,prædia, villas poſſident, quibus nuper, pedem in ſuo vbi ponerent, non erat.Sed quid ad Chryſogonum? Fundis hi, & villis remotis,& deuiis,neque ita fructuoſis cōtenti ſunt: ille villas habet ſuburbanas opportuniſſimas,inſtructiſſimas,ac fructuoſiſſimas. hi domū aptā,&ratione,*&c. Præterea,ſuperiora quoq; illa poſt verbum* curant,*erant mutila in libris vulgatis,*

tis, hoc iudicium cuius honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius. *Quæ ſic reſtitui*, qui hoc iudiciũ conflauit? cuius honoris cauſa acc.ſe d. Erucius? *Sed Ren. Marchalus Boëmoræus leui mutatione facta, ſic legendum putant, deferendum curaui?* Hoc iudicium. Eius honoris cauſa accuſare ſe dixit Erucius.

61 me pro illa tenui, infirmaque parte] *id eſt, pro mea illa virili parte? pro illa mearum virium infirmitate, atq; imbecillitate, pro mearum opũ tenuitate. malè enim, qui referunt ad Marij, Cinnæ, Carbonis parteis.*

62 quam viam munitet, quò iter] *Renatus Boëmor. legendum putat*, quò viam munitet, quò iter aff.

63 annulum de digito ſuum tibi trad.] *ſic nũc reſtitui, coniectura ductus, ita certa, & aperta, vt nemin\ẽ non indoctiſſimum eam improbaturum confidam. doctis quidem aliquot viris, quibuſcum eam communicaui, probari ſcio: in iis, Renato Boemoræo: cui item multò antè, quã mihi, venerat in mentẽ, vt ex eo cognoui. Licet etiã legere,* annulúmq; de digito ſuo tibi tradidit.

EIVSDEM ANNOTATIONES IN ORATIONEM PRO Roſ. Comœdo.

1 Is ſcilicet vir optim.] *Ren. Boemoræus legendum exiſtimat*, hic ſcilicet, *&c. Idem delet relatiuum* qui, *quod eſt infrà non longè.*

2 Paulò antè, M. Perperna, C. Piſo, P. Saturium argentarij tabulas] *aſſentior Hotomano in eo, quod hîc M. Perpernam (ſic autem cognomento dicebatur, non Perpenna) & C. Piſonem appellari arbitratur. In hoc non ſum eum ſecutus, quòd P. Saturij, qui dicebat pro Fannio, nomen non putat eſſe à Cicerone poſitum, ſed ita eſſe ſcriptum, paulò antè,* Marce, Perperna, Cai Piſo, argentarij tabulas, *&c.*

3 ſecundum ea lis detur] *quidam legendum putant*, lis decidatur. *alij*, ſecundum eas iudicetur. *Sed Memmius indicauit mihi ſic locutos eſſe veteres.*

Valer.Maxim. ſecundum te litem do.

4 leue, & tenue hoc nomen? LLS.CCCIↃↃↃ. ſunt] *alij libri vulgati ſic habent interpunctum, vt edidimus: & hanc interpunctionem probat Marchal Boemoraus: alij ſic*, leue, & tenue hoc nomē, LLS.CCCIↃↃↃ. ſũt?

5 in codicem accepti, *&c.*] *fortaſſe legendum*, in codice accepti, *&c. vt Boemoræ videtur. Item infrà non longè, putat legendum*, Cur in aduerſariis ſcriptum habes? *non vt habent libri vulgati*, Cur in aduerſariis ſcriptum habebas?

6 Hic ſi tu amplius LLS. nummo] *hoc eſt, apud iudicem, ſeu in iudicio ſi ſeſtertio nummo plus petiſti, quam tibi debetur, cauſam perdidiſti.*

7 Si paret LLS.IↃↃↃ. dari op.] *ſic legendum eſt, non* ſi peteret, *vt eſt in vulg. neque* ſi pateret, *vt quidam volunt. Erat enim hæc formula:* SI PARET TITIVM DARE OPORTERE. *atque in Verrinis vbicumque legitur, in iis, quæ ad hanc formulam pertinent* ſi pateret *&c. legendum* ſi parêret. paret *autem, id eſt, appâret. Patêre porrò locum habet in iis, quæ ſunt in tabulis, aut aduerſariis perſcripta.*

8 dari repromittive ſi parêret] *ſic legi debet, non* ſi peteres. *Eſt. n. hæc lectio inepta, & ridicula, vel*, ſi pateret Si patêret *autem, videlicet in tabulis: i. ſi eſſet in tabulas relatum. Sic ſuprà loquitur*, ſed in aduerſariis patêre contendit, *ſic & Catullus*, Ecquidnã in tabulis patet Iucellii Expenſum?

9 indicauit, ſibi pecuniam] *libri manuſcr. habent*, iudicauit, *quã ſcripturã quamuis valde probẽ*, indicauit *tamẽ nõ reiicio. ita enim ferè loquitur infrà, ibi*, nã quo tu tempore illa formula vti maluiſti, nihil hũc in ſocietatẽ fraudis feciſſe oſtendiſti. *Omnino vtraque lectio probabilis eſt, ſed antiqua tutior.*

10 qui noſtis] *Hotomanus vult legi*, qui vtrumque noſtis, *ego nihil addo ſcripturæ vulgatæ.*

11 quidquam per ſuam bonitatem] *ſic ſine dubio legi debet, quod & Hotomanus cenſet, & mihi iampridem in mentem venerat.*

12 & ſi hos quæſtus reficere poſſes, non, *&c.*] *ſic legen*

Digitized by Google

legendum eſt, huiusq; lectionis veſtigia exſtant non leuiter impreſſa in libris antiquis. Dicimus autem Latinè, reficere & facere quæſtum, *non* recipere

13 cur non arbitrum pro ſocio adegeris] *id eſt, cur non Roſcium ad arbitrum pro ſocio adegeris.* Arbiter pro ſocio *autem, id eſt, arbiter, qui datur duobus ſociis inter ſe iudicio, ſeu arbitrio pro ſocio contendentib.* arbitrum *porrò, non* arbitrium, *eſſe legendum peruincunt complures loci, in quibus ita loquitur M. Tullius: verbi gratia, in Topicis, in tertio de Officiis.*

14 In tabulis habet, an non?] *ſic legi debet: atq; huius lectionis impreſſa ſunt in veteribus libris veſtigia non obſcura denique vt ſic legatur, ſententia & veritas poſtulant.* fecit pactionem. *verba Fannij de Roſcio* fecit (*inquit Fannius*) pactionem *Roſcius reſpondet Cic.* habétne in tabulis *hanc pactionem Roſcius*, an non? *&c. Hîc quidam putant non pauca deeſſe, ego contrà.*

15 O ſocietatem captioſam, & iniquam] *ſic eſt ſine dubio legendum. non vt in libris vulgatis* indignam. iniquam *autem, id eſt, inæqualem.*

16 Quam enim rem, & reſp.] *Renatus Boem. legendum exiſtimat.* Quam enim ſpem & exſp.

17 pro me? potui. exemplo mult.] *Renatus Boem. ſic diſtinguit,* pro me? potui exemplo multorum: licitum eſt iure: fecerunt multi, *cui aſſentior.*

18 Si ſit hoc verò] *nihil muto, recta enim, & incorrupta eſt lectio. Eſt autem tempus præſens pro præterito, hoc modo:* Si verò hoc ſit, *id eſt, ſi verè hoc factum eſt, &c. Hotomanus autem legit,* Si ſit hoc verum, *à quo diſſentio.*

19 Quid ita? ſatis non dedit, &c.] *hoc totum dicitur à Cicerone,* Quid ita? *id eſt, quamobrem dicis, ſeu quo argumento iſtuc probas. Roſcium non de ſua, ſed de totius ſocietatis lite pactionem feciſſe: nam ſi iſtuc verum eſſet, ſatis dediſſet Flauio, neminem amplius ab eo petiturum. Nunc autem ſatis non dedit: ergo de ſua lite duntaxat pactionem fecit. Renatus Boemæraeus mauult legi,* ſatis non dedit amplius eſſe nem. pet.

20 Quid

20 Quid ita? Flauio ſibi cauere, *&c.*] *quamobrem Roſcius Flauio ſatis non dedit ab eo neminem amplius petiturum? An eo hoc dices, Flauio non veniſſe in mentem ſponſores à Roſcio poſtulare, quibus ſibi cautum eſſet, neminem amplius eo nomine à ſe petiturũ? in priore editione ſcio aliter fuiſſe diſtinctum : ſed hæc diſtinctio nunc magis placet.*

21 Abhinc annis IV.] *ſic emendat Hotomanus, & rectè. valet autem hæc nota,* IV. *idem quod* IIII. *atque ex ea credibile eſt mendum eſſe natum.*

22 teſtimonium contra ſe dicere cogo] *aſſentior Boemoræo, qui vt vitetur numerus poeticus, putat legendum* teſtimonium contra ſe cogo dicere. *ego tamẽ malim ſic,* teſtimonium dicere contra ſe cogo.

23 vt Fannio daret HS. CCIƆƆCIƆƆ.] *ſic eſt emendãdum. non enim, vt vidit etiam Hotomanus, credibile eſt Roſcium integram ſummam Flauio pro opera & labore dediſſe, nempe centum millia ſeſtertiũm, ſed potius* CCIƆƆCIƆƆ *id eſt, quindecim millia.*

24 taménne diutius illudere viri optimi exiſtimationi audebit?] *ſic eſt legendum, deletis his vocibus* Q. Roſcij, *quæ ex ora libri in contextum orationis tranſlatæ fuerant: vt rectè iudicat Hotoman.*

25 homo clariſſimus eſt] *legendum fortaſſe eſt,* homo caſtiſſimus eſt.

26 non quod abſtulit, ſoli ſibi exegit?] *ex quorũdam librorum vulgatorum, qui ſic habent,* numquid cùm abſtulit, *ſcriptura vitioſa, Renatus Marchalus hîc ſic legendum putat,* non quod tum abſtulit, *&c.*

27 inter eum, qui per ſe litigat] *legendum videtur* pro ſe litigat, *& item mox :* qui pro ſe litem conteſtatur. *opponit inter ſe eum, qui pro altero litigat, nempe cognitorem, & eum, qui pro ſe litem conteſtatur.*

28 cùm ſuo nomine petiit, *&c.*] *ſic legendum eſt, & ita emendaram in meo codice multis antè annis. Meo autem iudicio hoc magis delector, quòd idem Hotomano probari video. hoc tantùm inter meam, & illius coniecturam intereſt, quòd addo aduer-*

nerbium

uerbium temporis cùm *ibi*, cum ſuo nomine, *&c.*

29 quæ (malum) ſtultitia fuit Roſcij, qui, *&c.*) *ſic emendauimus, & ita legi debet, non vt in libris vulg.* quæ malùm ſtultitia fuit? *Roſcius. &c. licet etiam ſic legere* quia (malum) ſtultitia fuit Roſcius, *&c.*

ANNOTATIONES IN DIVINATIONEM DE ACCVSATORE IN C. VERREM CONSTITVENDO.

1 ad accuſandum deſcenderim (*ſic habent omnes libri manuſ. & ita habuit in ſuo libro etiã Aſconius Pedianus, vt ex eius verbis intelligere licet: ait autem hoc toto capite ſpeciem ſolœciſmi contineri, & aut idẽ, vt ſit & ſubito. Quare (inquit) multi legunt* deſcendere, *quomodo habent hodie multa exempla. Sed Io. Paſſeratius, vir doctus, admonuit me* deſcenderim, *nulla re ſubintellecta, legi poſſe & debere. itaque* miratur me, *legendum eſſe coniunctim.*

2 auxilium exſpectaſſent] *libri manuſc. habent* petiſſent, *nonnulli ex ea ſcriptura coniiciunt eſſe legendũ* expetiſſent. *ego nihil muto.*

3 in inſtituto meo videor) *quidam libri manuſc. habent*, manere in inſtituto video me.

4 quis tandem eſſet, *&c.*] *Hotomanus legit*, quis tamen eſſet.

5 & quem minimè velit] *libri manuſc. habent*, & quem maximè. *vnde ſuſpicabar legendum* & quem maximè nolitis, *&c.*

6 per triennium depopulatus eſſe] *legendũ putant quidam* depeculatus eſſe.

7 me potiſſimùm eſſe delectum] *libri veteres ferè omnes habent* dilectum, *de quo ſæpe admoneo lectorẽ, vt meminerit*, dilectum militum, *à* dilego *ſcripſiſſe veteres non* delectum.

8 ſenati, populique, *&c.*) *ſic repoſui, Cariſij auctoritate fretus, qui ita legit li.* 1.

9 At enim ſolidum, id eſt, cur me) *ſecutus ſum*

libros aliquot manuſc.& quorundam doctorum aucto ritatem,qui ſic legi volunt,niſi quòd pro ſolidum , id eſt,cur me,*&c.illi legunt* ſolidum,id eſt, vt me, *&c. quæ lectio nihilo melior eſt,quàm vulgata.* ſolidum *autem valet,firmum & ſtabile,& quod infirmari non poßit.Verùm , vt dicam,quod ſentio,ne hæc quidem lectio,quam probaui,ſatis tuta eſt.Primùm enim hoc loquendi genus Ciceroni eſt inuſitatum:deinde codices alij manuſc.in his Memmiani habent,ſolum, & multi item vulgati.Neque tamen eam ſcripturã magis,quàm hanc probare poſſum,eſt enim,vt ego quidem arbitror,mutilata,& imperfecta: & fortaſſe deeſt vox* perſpicuum,*vt ſit ita legendum*:At enim ſolum id perſpicuum eſt , cur me Siculi maximè velint. *quamquam vellem ita à Cicerone ſcriptum eſſet,* At enim ſolum id perſpicuum eſt , Siculos me maximè velle, & cur me maximè velint : alterum illud,*&c.vocem* perſpicuũ *autem,deſiderari declarat vox* obſcurum, *quæ eſt infrà, non longè , quæque illi opponitur.*

9 & amicus eius tibi ſuffragatur]*vox* Hortẽſius, *quæ eſt in omnibus libris vulg.abeſt ab omnibus libris manuſcr.*

10 & oratione exponere]*quidam libri manuſc.habent* expromere.

11 Poteríſne eius orationis ſubire inuidiam?]*ſic reperi ſcriptum in codicib. antiquis Memmianis : verumtamẽ non eſt diſsimulandum,Aſconium legere* ſubire inuidiæ,*Nonium autem,*eius ſubire orationẽ. *tanta fuit etiã temporibus illis ſcripturæ varietas.*

12 præſtinguat aciem ingenij)præſtinguat,*id eſt, vt Nonius interpretatur,obtenebret,obſcuret. ſed de hoc verbo,quod prope intermortuum linguæ Latinæ reſtituimus,plura diximus in commentariis Lucret.*

13 quem tibi magiſter ludi neſcio qui] *ſic legit Non.in verbo* componere, *non,vt vulg.*neſcio quis.

14 in hac proluſione) *legendum* proluſione,*vt eſt in omnibus libris manuſc.& pleriſque vulgatis:& ita edi iuſsi.Var.li.5.de lingua Lat.*pro idẽ valet,quod

an-

ante,vt in proludo,pronũtio.Prçluſione *autem, amici cuiuſdam mei coniectura eſt , quam neque nunc probo,neque vmquã probaui,ſed tantũ eam annotaram è regione huius loci,vt de ea amplius cogitarem.*

15 ex illo grege moratorum) *libri ſcripti alij habebant,*meritorum,*alij* mercatorum, *alij* meatorũ *alij* morcutorum,*vulgati* oratorum,*nos* moratorum *repoſuimus,quod antea Cuiatius.*

16 vt tibi hoſpes aliq.)*legendum fortaſſe eſt* , vt ſi tibi hoſpes aliq.

17 Si parêret,eam ſe]*ſic legendum eſſe docuimus ſuprà in annotationibus in orat.pro Quinctio.*

18 magnam partem ad ſe auertit)*legendum fortaſſe eſt,*auerrit,*quoniam ſuprà dixit factum eſſe Verrem & ad ſe rediſſe,atque ad mores ſuos.*

19 atque amicorum populi R.cauſa , comparata ſit)*non diſplicet mihi ſcriptura in antiquo libro reperta,*atque amicorum populi Ro.patrona ſit:*verũtamen non putaui mihi vulgatam reiiciendam, præſertim & probabilem,& librorum quorundam manuſcr. auctoritate confirmatam.*

20 quæ in amicitiam populi Rom.ditionemq́ue eſſent) *quidam legunt*,ditionemq́ue veniſſent.

21 M.Silano diem dixiſſe)*ſic eſt legendum, quẽadmodum rectè exiſtimat* Hotomanus,*nõ,vt eſt in libris vulgatis,*Decimo Silano.

22 Hoc timen homines) *ſubintellige* nocentes. *Quidam vocem* homines,*putant natam eſſe ex annotatione,atque idcirco delendam:vt repetatur,& ſubintelligatur hoc totum,*homines nocentes .

23 quod inoffenſ.) *quod amittat,ſi offenderit,hoc eſt, ſi parum feliciter accuſarit:ſeu parum proſperè hæc accuſatio ei proceſſerit.*

EIVSDEM ANNOTATIONES IN PROOEMIVM, SEV PRINcipium actionis primæ in C. Verrem, &c.

1 obſcurus in agendo] *id eſt occultans ſuas actiones, ſuaq́; facinora. Sic ferè Horatius epiſtola 16. li. 1. epiſt. obſcurum vſurpauit pro eo, qui conſilia ſua occultat, quem Græci* κρυψίνουν *appellant, vt ad eum locum notauimus. Sic Horat.* plerumque modeſtus Occupat obſcuri ſpeciem, taciturnus acerbi.

2 conatúſque omnibus] *Quidam putant legendū* conatáque omnibus.

3 quod pr. Ro.] *id eſt,* quod prætor Ro. *ſic autem legit Aſconius, & in nonnullis libris manuſc. ita ſcriptum reperi.*

4 tot vitiis, flagitiiſque conuictam] *quidam libri manuſc. habent* coniecturam. *ego legendum arbitror ex hac varietate,* coinquinatam, *ſeu* inquinatam.

5 omnia fana depeculatus eſt] *quidam libri calamo exarati habent* depopulatus eſt: *quemadmodū & non multis poſt verſibus, ibi,* ſanctiſſimis religionibus conſecrata depeculatus eſt. *habent iidē lib.* depopulatus eſt. *ego nihil muto.*

6 & ei voce maxima victoriā gratulatur] *à quibuſdam libris manuſ. abeſt vox* victoriam. *ego cenſeo retinendam: nec tamen ſi tollatur, multùm de ſententia huius loci detrahetur. Infrà decem circiter poſt verſib. ibi,* & hanc gratulationem ad iudicium corrumpendum ſpectare videbant, *verſus eſt heroicus integer, à voce* iudicium, *qui ſi imprudenti Ciceroni excidit, & ſi locus mendo vacat, non video quomodo culpam effugere poſſit. Scribit enim ipſe & in Oratore perfecto, & alibi vitioſum eſſe, in oratione ſoluta verſum vſurpare: atque adeo ſententiam, duobus pedibus inſignibus, qui verſum oleant, terminare. Quare credibile eſt, ita à Cicerone ſcriptum eſſe,* ſpectare ad iudicium corrūpendum videbant.

7 il-

Digitized by Google

7 illis ipſis diebus] *Aſco. legit*, his paucis diebus. *quam ſcripturam probo.*

8 & fuiſſe tamen nonnullos] *Hotomanus vult legi*: & fuiſſe tandem nonnullos, *&c. ego muto.*

9 te non fato, vt cet.) *ex quo illud Næuij, quod profert Pedianus.* Fato Metelli Romæ fiunt cõſules.

10 vt ante primos ludos] *quidam delent vocem* ludos, *propterea quòd facilè repetatur è ſuperioribus.*

11 inimicum odioſum accuſ.] *ſic reſtituit Mēmius, in quo nihil præter interpunctionem, & ordinem verborum, immutatum eſt.*

12 nullo iudice equite R. iudicante) *quidam legendum putant*, nulla iudice equite Ro. iudicāte, *&c. Ego nihil mutandum cenſeo. Quòd ſi quis probaret illorum ſententiam, aut eſſent alia quoque mutāda, aut aliquid eſſet addendum. Nam vel ita legendum eſſet*, nulla iudicibus equitibus Ro. iudicantibus, *vel ita*, nulla vllo iudice equite Ro. iudicante. *liceret etiā demere vtrobique voces* iudicibus, & iudice, *hoc modo*, nulla equitibus Ro. iudicantibus, *&* nulla vllo equite R. iudicante.

13 minoris LLS. tricies] *ſic reſtituimus ex Aſconio, alioqui legendum ſic eſſet*, LLS. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. CCCIↃↃↃ. *quod idem valet. nam hæ notæ, ſignificant* tricies centum millia ſeſtertiûm nummûm. *quæ ſumma, cùm* XVI *iudices, eſſent corrumpendi (tot autem eſſent corrumpendi ad reum nocentem abſoluendum, ſi* XXX. *iudices ſederent) ſi diſtribueretur in ſingulos iudices, peruenirent ad ſingulos circiter centum nonaginta ſeſtertiûm nummûm millia.*

14 C. Verre prætore vrbano ſortiente] *rectè Hotomanus putat, vel* ſubſortiente *legendum eſſe, vel* ſortiente *poſitum pro* ſubſortiente. *ſignificat enim ſubſortitionē iudicij Iuniani, de quo ſit mentio in Cluentiana.*

15 vnum hominem vel tenuiſſimum) *ſic reſtitui ex Aſconio.*

16 non aliis rectè factis) *legendum cenſeo vel inuitis libris omnibus*, non vllis rectè factis. *gratia enim*

gnatio non ſunt facta,nedum rectè facta. neceſſe autem eſſet ſaltem eßet facta,ſi aliis *legeretur,niſi, niſi dicamus,*rectè facta,*referri ad* vitia : *quod eſt ſuprà : id quod eſt tutius.*

17 hoc idem iudices,opto] *ſic habent codices manuſcripti,quos ſecutus ſum potius,quàm vulgatos : in quibus legitur* peto,opto *autem id ferè valet, quod εὔχομαι. εὔχομαι autem duo ſignificat,& precari,& optare,quorum vtrumque huic loco conuenit.*

18 vt crimen totum interrogando explicem] *Hotomani coniecturam,quæ ita nobis certa viſa eſt, vt nihil cōtrà dici poßit probauimus,& ſecuti ſumus.Omnino ſic eſſe legēdū declarat hic locus,quē ille profert,ex primo accuſationis libro,*Etenim ſic me ipſum egiſſe memoria tenetis, vt in teſtibus interrogandis omnia crimina proponerem,& explicarem.

[19 nunc id, quod facimus,ea ratione,vt illor.] *verbum* facimus,*quod erat repetitum, hoc modo,* ea ratione facimus,vt illorum,*&c.ego ſuſtuli, libros veteres & veritatem ducem ſum ſecutus.*

ANNOTATIONES IN ACTIONIS SECVNDAE, SEV ACcuſationis in C. Verrem, librum primum.

1 & vt cùm hęc res pro volūnt.populi Ro.eſſet iudic.aliqua,*&c.*] *ſic nunc edendum curaui,leui immutatione facta,& ſententia non inepta:*vituperationémque tollendam,& vt,cùm hæc res pro voluntate populi Ro.eſſet iudicata, aliqua ex parte mea diligentia conſtituta auct.iud.videretur: poſtremò cùm eſſet hoc iudicatum,vt finis aliquando iudiciariæ controuerſiæ iudicaretur. *Hotomani autem coniecturam,quæ ordine verborū conuerſo magnā vim ſcripturæ vulgatæ & receptæ affert, quamuis olim probarim,nunc timidiùs amplector.*

2 deuerti potius] *libri omnes manuſ.ſic habent, non* diuerti.

3 ſui iuris,ſentētięq;] *αὐτογνώμονα appellāt Græ-*

ti. Cornelius Nepos in Pomponio Attico, ſui iudicij.

4 quis tam inimicus] *aliquot libri manuſc. habent,* quis tam iniquus. *& proximo verſu,* qui non adſpectu, *vbi vulgati,* qui non conſpectu.

5 vel tardè condemnari] tardè, *id eſt, ampliatione interpoſita: quæ locum habebat, ſi non liqueret.*

6 condemnati ſunt] *ſine ampliatione, quia crimina erant manifeſta ſine comperendinatione, quia nondum erat lex à Glaucia lata, per quam liceret reum comperendinare, vt bis cauſa diceretur.*

7 etiam ſi lex ampliandi f. p.) *lex Acilia ampliādi faciebat poteſtatem. ſi non liqueret: alioqui vel condemnare, vel abſoluere reum neceſſe erat. comperendinatio autem nondum locum habebat, per quam bis cauſa dicebatur.*

8 non primò iudicare) *non primò Verrem condemnare, quia non poterunt cauſari, rem non eſſe cognitam, ſiue non liquere: tam manifeſtis criminibus tot teſtibus conuincetur Verres: multò minùs abſoluere.*

9 diſſimulamus, Hortenſi, &c.) *videntur hæc eſſe legenda per interrogationm.*

10 Veneri Erycinę comm. eſſe) *hunc locum profert Nonius in verbo.* committo.

11 bis accuſare) *reo comperendinato.*

12 Accepi (inquit) vicies ducenta) *totus hic locus magna ex parte corruptus erat in lib. omnibus manuſ. & vulgatis. minùs tamen in vulg. quā in ijs manuſcr. quibus vſus ſum. Ego autem eum emendaui, primis cum mediis, & mediis cum vltimis, comparatis. Acceperat igitur Verres vicies centum millia ſeſtertiūm, & ducenta triginta quinque millia quadringentos xvij. nummos dedit ſtipendio, frumēto, legatis pro quæſtoribus, ſeu, vt eſt apud Aſconium, pro queſtore cohorti prætoriæ,* LLS. *decies centum millia, & ſexaginta triginta quinque millia, quadringentos xvij. nummos reliquit. Arimini* LLS. *ſexcenta millia, ſubduc nunc rationes, & confer ſummas ſingulas cum vniuerſa, reperies pares eſſe. Non Archimedes melius deſcribat.*

13 totam vitam periculoſam, inſidioſam, &c.)

ſic reſtitui, cùm reperiſſem in li. manuſc. periculoſam, inuidioſam, *&c. nam vox* inuidioſam, *in pleriſque editionibus vulg. non comparet.*

14 coſque ambo) *quamobrem veterem ſcripturam, eóſque ambo reiicerem, nulla cauſa viſa eſt. ſic enim etiam loquebantur Latini,* eos ambo, *pro* eos ambos, duo, *pro* duos. *exempla notiſſima ſunt.*

15 ad hanc iſtius cupiditatẽ demonſtrandã ſeruatus) *libri tres manuſ habent,* cup. dem. ſeparatus, *ego nihil muto, & vulgatam lectionem tueor, quamquã alteram non damno.*

16 Confugiſſe Delum) *ſic habent tres libri manuſc. Memmiani: quo modo tamen eſſe legendum, ſine libris manuſc. coniecerat Hotomanus: tanta eſt eius ſagacitas, atque εὐστοχία.*

17 Tenem ipſum, qui apud Tenedios) *Seruius in li. 2. Aeneid. hunc locum profert ad illum locum,* Tenedos notiſſima fama. *Cic. Verr.* Tenẽ ipſum, cuius ex nomine Tenedos nominatur. *vbi videmus multa à Seruio eſſe prætermiſſa: vnde quidã ſuſpicãtur, hæc omnia,* qui apud Tenedios ſanctiſſimus Deus habetur, qui vrbem illam dicitur condidiſſe, *non eſſe Ciceronis: ſed errant. proferunt enim Grammatici ex auctoribus ea, quæ ad rem pertinent. cetera omittũt. Sic Cariſius li. 2. ex Mill.* Vt ſuſtinuit? immò verò vt contemſit?

18 quos in horum locũ ſubſortiturus eras) *ſic eſt neceſſariò legendum, idq́; præter quàm, quòd ratio hanc lectionem poſtulat, etiã ex Pediano intelligere licet.*

19 Quid de T. Flaminio) *ſic legendum, non vt vulgò,* Flaminio. *Hic enim ille eſt T. Quinctius Flaminius: de quo M. Tull. in Catone Maiore: & Cornelius Nepos in Hannibale: vbi nos quoque de his ſat multa.*

20 adeſt: de te ſententiam laturus eſt) *duo libri manuſ. habent,* adeſt, de te ſententiam laturus: *quẽadmodum & deinceps proximè,* Olynthum, *non* Olympum, *& item tertio poſt verſu.*

21 notata, atque deſcripta) *libri duo manuſcr. habent,*

Digitized by Google

habent, notata atque perſcripta. *Verùm ſi ne* deſcripta *ſiue* perſcripta *legi placeat, legendum videtur* notatã, atque deſcriptam, *ſeu* perſcriptam, *vt cohæreat cum voce* prædam. *atque ita ſcribenda erit diſtinctionis nota poſt vocem* furta.

22 comitiumque adornatũ) *vox* adornatum, *quæ eſt in libris omnibus vulg. videtur mihi ſupernacanea. Credibile quidem eſt, eam ex annotatiuncula eſſe natã, cùm aliquis interpretari vellet illud,* ad ſpeciem. *Itaque totum hunc locum, ſic arbitror legendum*, comitiumque ornatu ad ſpeciem magnifico : ad ſenſum cogitationemque acerbo.

23 cum imperio, & ſecuribus) *hoc totum neque ego reperi in codicib. Memmianis manuſ. neque Hotom. in ſuis. Atque vt reperiantur, delenda ſunt tamen. legatus enim neque imperium, neque ſecureis habebat, vt rectè admonet Hotom.*

24 habes quomodo emeris) *habes in tabulis: vel habes dicere, quomodo emeris.*

25 ne quid in ſe offenderit) *alij. aliter. ego ſic hunc locum reſtituẽdum cenſeo. nam* ipſo, *quod eſt in vulg. aliunde irrepſit, nempe ex declaratione vel ad orã libri adſcripta, vel ſupra pronomen* ſe, *ſcripta, natum.* offenderit *autẽ, videlicet Verres:* in ſe, *nempe in Philodamo.*

26 parum lautè deuerſari) *libri manuſc. omnes habent*, deuerſari, *& ita ſine vlla varietate, vbicumque vulgati habent*, diuerſari.

27 tametſi erat ignarus) *ſic eſt legendum, non vt eſt in libris vulg* non ignarus. *atq; ita legitur apud Nonium in verbo* conſtituere. *quod iampridem admonuit P. Victorius.*

28 quos ei commodum ſit, inuitet.] *Nonius videtur legiſſe*, quos ei commodum ſiet.

29 Enimuero ferendum) *profert hunc locum Donatus in Andria. Sunt autem hæc ex oratione Demoſthenis* περὶ παραπρεσβείας *imitata, & ferè expreſſa.*

30 quamobrem commiſerit, aut quid euenerit) *nihil mutandum. nam quòd quidam ita legi volunt,* quamobrem euenerit, aut quid commiſerit, *&c.*

luntur ſequi enim deberet, cur in tantum, *&c. ſic potius legendum putarem.* quid commiſerit, aut quid euenerit quamobrem, *&c.*

31 improbiſſimæ voluptatis) *ſic habent noſtri libri veteres, non vt vulgati,* cupiditatis. *per improbiſſimam voluptatem autem, ſignificat eam, quæ nobis communis eſt cum beſtiis, & quæ tactu percipitur: quæ omniũ voluptatum homine indigniſſima eſt. ſunt enim nonnullæ boneſtæ, & homine dignæ voluptates. dixit tamen infrà non longè admodum,* improbiſſimã cupiditatem: *& longiuſculè* crimen improbiſſimæ cupiditatis.

32 iam iã Dolabella me neque tui. *&c.) ſic reſtitui partim ex Aſc. qui hunc locũ profert in Diuinatione: partim ex codicib. Memmianis. Apud Aſconium autẽ legitur* miſeret, *in codicibus verò manuſc.* miſerere poteſt. *hoc tantùm inter Aſconium, & libros illos intereſt,* miſerere poteſt *autem ſic dictum, vt ſi quis dicat,* pœnitere poteſt, pigere, *aut* pudere debet. *eſt enim infinitus ab imperſonali verbo* miſeret.

33 Quòd enim eum tibi q.) *lego.* Quòd eum tibi quæſt. *deleta particula* enim *vt ſuperuacanea.*

34 cupiditatiq; paruerit.) *legẽdũ fortaſſ. eſt,* patuerit.

35 Recita ex Verris literis, *&c.) hæc vidit deſiderari Hotomanus: cui qui non in hac re aſſentiatur, eum vel maleuolum, vel indoctum putarim.*

36 quia Mileſiis lanæ publicæ) *fortaſſe legendum* publicè.

37 vſque ab Dianio, quod in Hiſp.) *poßit aliquis ſuſpicari & hæc verba* quod in Hiſpania eſt, *& hæc* quæ in Ponto eſt, *è libri crepidine in contextum verborum eſſe tranſlata. Quis enim tum neſciebat, Dianium eſſe in Hiſpania, Sinopam in Ponto?*

38 nomen exſpectant) *Quidam legi volunt,* nomen extimeſcunt. *ego nihil muto.*

39 LLS. quadringenta millia expenſa *&c.) ſic reſtitui hunc locum ex Aſconio: quem miror à doctis quibuſdam non ſatis eſſe intellectum, cùm alioqui non obſcurè eam ſcripturam, quam ego reſtitui, ſequatur, & referat. Quin vt huius ſcripturæ nulla eſſent*

Digitized by Google

eſſent apud Aſconium argumenta, aut veſtigia, tamen ratio ipſa quæ multò plus valere debet, vinceret ita legendū eſſe. Verres igitur dixerat, ſe pecuniæ pupilli LLS. decies, id eſt, ſeſtertiûm decies centum millia deportaſſe. Cùm hæc pecunia eſſet reddenda pupillo, ait ſe Verres LLS. quadringenta millia Chryſogono, Malleoli quæſtoris ſeruo, expenſa tuliſſe, ſexcenta pupillo referre. En tibi illa decies centum millia expleta, atque exæquata, nempe & quadringenta ſe expenſa tuliſſe dicit Chryſogono, & ſexcenta ſe pupillo debere fatetur. quadringenta millia, & ſexcenta millia, efficiunt ſummam illam, decies centum millia, hoc illud eſt, quod dicit, ſexcenta millia reliqua facta, cum quadringentis, expenſis Chryſogono latis, quadraniſſe ad explendam ſummam illam integram LLS. decies.

40 Quomodo ex decies LLS. ſexcenta millia reliqua ſint facta] *locus eſt, mea ſententia, facilis ac planus. ſignificat enim hoc tantùm, Verrem pecuniā Malleoli manifeſtò furatum eſſe, qui cùm ſe decies LLS. ei debere faſſus eſſet, primùm falsò LLS. quadringenta millia Chryſogono eius ſeruo expenſa tulerit: deinde ſexcenta millia, quæ relinqua eſſent facta ex LLS. decies, pupillo tota non ſoluerit, ſed multò maximam partem auerterit ſiquidem quinquaginta millia duntaxat ei ſoluerit. Quòd ſi legamus*, quingenta millia ſoluta non ſunt, *vt vult Hotomanus, intelligentur centum millia à Verre eſſe auerſa, & detracta de pecunia pupillo debita. ſuprà autem in rationibus quæſturæ, & pecuniæ pubicæ referēdis, cùm Carboni quæſtor fuiſſet, ſic ſcripſerat Verres,* reliqui Arimini LLS. ſexcenta millia, *& hoc eſt quod hîc dicit,* vt illa de Cn. Carbonis pecunia reliqua LLS. ſexcenta ſunt facta. *ita hic locus eſt intelligendus. nam alij hîc mira vaticinantur & ſomniant.*

41 en memoria, &c.) *libri duo manuſcr. habent*, en memoriam mort. ſod. en metum, &c.

42 quæ miſeræ flent. s) *liber vnus man. habet*, quæ miſerè flentes. *quæ ſcriptura non eſt reiicienda.*

43 commune Miliadum) *τὸ κοινὸν μιλιαδῶν, communitatem, & rempublic. Miliadum. ſic infrà libr. 2.*

Digitized by Google

accuſ.dixit,à communi Siciliæ.*ſemel atq; iterum.*

44 Conſiſtam in vno nomine] *quidam legi volunt*, in vno crimine.

45 Quid potiùs non modò, *&c.*] *nihil muto: neque aſſentior ijs, qui legi volunt.* Quis potiùs, *etiam ſi adiuuentur à codicibus veteribus. Per hæc verba autem ſignificat Cicer. nihil potiùs à Verre, aut ab alio fieri poſſe, quã cupiditati hominum obuiã ire, præſertim his tẽporibus, inquit, corruptis ſcilicet, & luxuria perditis.*

46 Corneliæ, teſtamentaria, nummaria, *&c.*] *vel ſic legendum, vel vox* Cornelia, *recti caſus numeri ſingularis, quæ videtur ex annotatione nata, & in contextum verborum ab indocto librario coniecta, delenda: nam (quod Hotomanus vidit) teſtamentaria, & nummaria, ambæ erant Corneliæ.*

47 eius quęſtio ad prætorem pertineat] *cùm in libris duobus manuſc. ita ſcriptum reperiſſem ad P. R. ego facilè conieci ita legendum* ad prætorem, *ſeu* ad prætorem Rom. *non, vt eſt in vulgatis*, ad populum R. *Sola enim perduellionis quæſtio populo relicta fuit, ceteræ ad prætores vrbanos, qui & quæſitores dicebantur, tranſlatæ ſunt, ſic paulò poſt, vocem* Fuſſias, *ſeu* Fuſias, *ſuſtuli, vt natam ex religione librarij, qui cùm ad oram libri annotatam videret ab aliquo lectore vocem* Fuſias, *ab alio* Fuſſias *ſeu* Fuſias, *hanc putans deeſſe, coniecerit in contextum & ordinem verborum. nã planè nulla lex eſt Fuſia. Furia autem de teſtamentis, ne quis ſupra mille aſſeis legere poſſet, lata eſt à C. Furio tribuno pl. Furij porrò ijdem aliquando Fuſii dicti ſunt. Ex quo lex Furia, Fuſia quoque à nonnullis dicitur. Hinc natæ voces* Fuſſias, *&* Fuſias.

48 ei qui cenſus non ſit, *&c.*] *ſic habent libri omnes manuſc. & ita legendum puto, quamuis diſſentiant docti quidam, in quibus eſt Hotomanus, ſed ego eos falli arbitror. nam primùm ex ſententia legis Voconiæ licet intelligere, quemadmodum lex illa vetuerat, eum qui cenſus eſſet, mulierem ſuis bonis heredem inſtituere: ita vetuiſſe, mulieri plus legare, quàm ad heredem perueniret. Rurſus autem, vt ei, qui cenſus non eſſet, per eãdem legem*

legem dicebat mulierem heredem inſtituere: ita & mulieri plus quàm ad heredem peruenturum eſſet, legare per eamdem legem poterat, qui non cenſus eſſet. At ſi ſi hîc legeretur, qui cenſus ſit, *non valuiſſet eadem ratio in legato, atque in hereditate, cùm ei, qui cenſus eſſet, inſtituere quidem heredem mulierem liceret, legare autem mulieri plus quàm ad heredem peruenturum eſſet, liceret. Præterea ex verbis M. Tullij, quæ ſunt ſuprà in principio huius narrationis, cognoſcere licet, legendum eſſe* cenſus non ſit. *ſic enim ille,* is cùm haberet vnicam filiam, neque cenſus eſſet: quod eũ natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, vt filiã bonis ſuis heredem inſtitueret. *Verres igitur in ea legẽ Voconiã ſecutus, quòd mulieribus aduerſabatur: in eo non ſecutus, quod etiã eum, qui nõ cenſus eſſet, vetabat heredem mulierem inſtituere, idq; etiam in præteritum: de legato nihil edixerat, in quo eadem ratio valebat. Quo facto ſatis ſigni dederat, ſe dedita opera, & pretio accepto, edictum ſuum compoſuiſſe, vt ab Anneij filia ad ſecundos heredes hereditatem transferret. Cùm hæc iam ſcripſiſſem. Hotom. ſententiam mutaſſe cognoui. Licet tamen, opinor, etiam ita legere,* quod per legem Voconiam, ei qui cenſus ſit, non licet, *&c.*

49 heredem eſſe oporteret: ita ſecundum, *&c.*) *hoc totum, quod erat ex Aſconij verbis natum, atq; adeò ad verbum ex eo huc tranſlatum,* ſi is inteſtatus mortuus eſſet, *deleui. Valent enim hæc quidem verba ad illa declaranda,* vti proximum quem potiſſimùm heredem eſſe oporteret: *ſed non idcirco ſunt in contextum orationis recipienda, immò vt aliena, reijcienda: quod & Hotomanus vidit.*

50 aut pro præde litis vindiciarum) *Diſſentio ab Hotomano, qui putat hoc loco vocem* litis, *eſſe ſuperuacaneam, & aliunde illatam: quamquam video eum poſtea ſententiam mutaſſe: exiſtimare hoc tantùm,* & *pro* aut, *reponendum.*

51 ita de hereditate certaret) *certaret ſponſione, hoc modo: ni ſum heres, vel niſi mea eſt hereditas, ſpondeo me dare centum.*

52 tantùm quòd hominem non nominat] *ſic legendum, neque quidquam mutandum,* tantùm quòd *autem, id eſt, hoc tantùm quòd: commodum, tantummodo, nihil niſi. ſic accuſ. lib.* 3. tantùm quòd aratoribus Metellus obſides non dedit. *Idem lib.* 7. *epi. ad familiar.* Tantùm quòd ex Arpinati veneram *Lucret. lib.* 2. Tantùm quòd nomen mutatum dicere poſſis.

53 Iam quid id ad pr.] *Apud Priſc. lib.* 18. *ſic legitur,* Quid ad præt. *&c.*

54 in proſpectum populi R. produxit] *quidam legendum hìc putant,* in aſpectum, *vt infra eadem orat.* in oculis, quotidianóque adſpectu populi Rom. *à qui diſſentio.*

55 Olympus fuit] *ſic legendum, non vt vulgò,* Olympius: *quamuis in priore editione vulgatam lectionem ſecutus ſim. Sic enim & ego poſtea planè ſcriptum reperi in libris veteribus, & Adr. Turnebus lib.* XXIIII. *Aduerſar. admonuit ita legi oportere.*

56 ad eas hereditates] *Priſcian. lib.* 13. *legit,* in eas hereditates val.

57 ſuam quoque rat. dicere] *Quidam legendum putat,* ſui quoque rat. d. *Sed ego ſcripturam receptam tueor, eamq́ integram eſſe arbitror. Sic enim loquebantur interdum veteres.*

58 L. Sylla, Q. Metello coſſ.] *ſic legendum eſt, non* cenſoribus, *quantumuis licet reclamet Hotomanus. Eidem hoc aſſentior, quòd paucis poſt verſibus legẽdum putat,* tum verò, cùm eſſet, *pro* verumtamen.

59 in quo moliri, prędariq́; poſſet] *legendum fortaſſe eſt,* in quo aliquid moliri, *&c.*

60 neque edicta die] *legendum fortaſſe eſt,* neque prodicta die.

61 improbè, verùm callidè] *ſic legendum, quamuis reclament docti quidam. Eſt enim μίμησις verborum cuiuſlibet, qui ita de Verris facto loqueretur:* improbè eſt hoc à Verre factum, ſed tamen callidè & aſtutè. *negat hoc quemquam de Verre dicere poſſe Cic. quia Verres perſpicuè, & apertè, & audacter, & impudenter, & ſine fuco, ac fallacia improbus fuerit.*

Digitized by Google

62 Prætor debuit] *malim legi* debuiſti , *& deinceps*: cui tutoribus defendentibus, *&c.*

63 qui etiam ad extremum adſcripſerit] *ſic reſtitui, Priſciani fidem, ac teſtimonium ſecutus, lib. 18. cùm in aliis libris legatur* conſcripſerit. *Idem ibidẽ paulò antè vbi legitur* , tectorium vetus delitum ſit, *legit*, deiectum ſit , *ego tamen nihil muto : niſi quis quis fortè putet legendum* deletum ſit.

64 quòd eum codicem obſignaſſem?] *legendum fortaſſe eſt* quòd ſuum codicem obſignaſſem.

65 vt vno minus teſte haberet Rabonio]*ſic omnes quidem habent libri , atque ita legit Aſconius, & ita explicat, vt de tot, qui contra ſe ſunt, teſtibus , vnum Rabonium detraheret. Verùm ego malim legi,* haberẽ: *magis propriè enim & conuenientiùs dicat accuſator, ſe habere teſteis in reũ , quàm reus ſe habere teſteis in ſe.*

66 quàm diem operi dixerat]*legendum putauerim,* edixerat.

67 Hac condicione ſi quis de populo redemptor acceſſiſſet, *&c.) hic locus mirè corruptus eſt in libris vulgatis, neque multò integrior in manuſcr. quod cùm viderent quidam viri docti, conati ſunt eum in integrũ reſtituere, ſed inanem operam ſumſerunt. itaque in eis refellendis neque diutius lectorem morabor, neque fruſtra tempus conteram. Tantùm aſſeuero , me ex Priſciano, qui hunc locum cum multis aliis profert lib. 18. emendaſſe, aberant autem hæc verba,* non eſſet vſus, *à libris omnibus, quæ huic loco magnam lucem afferũt, immò verò ſine quibus intelligi non poteſt. Quis autem non videt, immeritò Aſconium ab Hotomano reprehendi? ſignificat enim hoc M. Tullius , vt rectè explicat Aſconius, ceteros de populo, cùm excluſi eſſent tempore, non acceſſiſſe ad illud opus redimendum, neque voluiſſe venire in poteſtatem Rabonii, qui ſibi prædam à Verre ereptam arbitraretur.*

68 & ſtetiſſe cum patruo] *Memmii coniectura probata ſic edendum curaui, cùm in omnibus libris legatur,* & teſtes ſecum, *planè mendosè. Licet porrò etiam legere hoc modo ,* & ſtetiſſe cum cum patruo teſtimo

teſtimonium dicente.

69 de auaritia tua commoneretur?] *ſic legendũ, nõ* commoueretur? *vt habent nonnulli libri vulgati.* Cõmonere *autem quempiam, ſeu* commonefacere, *eſt ei memoriam refricare, redigere in memoriam.*

70 quam populus R. quotidie, iudices etiam] *Priſc. eodem lib. quem ſuprà commemoraui, legit* populi R. quotidie iudices.

71 curando, ne ne litura appareat] *legendum arbitror,* ne litura appareret: *immo verò hoc totum,* curãdo, ne litura appareat, *delendum cenſeo, vt ex annotatione natum: quod declarat & comprobat Nonius, apud quem ſic legitur hic locus in verbo* interpolo aliquid demendo, mutando, interpolando. *Quod cũ iãpridem animaduertiſſem, ac notaſſem, dum totũ Nonium, & ceteros Grãmaticos cùm propter Lucretij mei editionem ſecundam iam abſolutam, ac tranſactã, tum propter Plautum, quem habeo in manibus, quemq; & emendatiſsimum & commentarijs luculentiſsimis declaratum propediem edere cogito, diligenter & accuratè relego: aliquanto pòſt vidi erudito iuueni & ingenioſo, Iuſto Lipſio, idem in mentem veniſſe.*

72 cuius mihi copiam quàm largiſſimè factam] *ſic legit Aſconius,* cuius mihi poteſtatem quàm largiſſimam fieri oportebat.

73 cùm eos, quibus iſte innuerat] *ſic legendum potius, quàm vt quidam coniciunt* cum iis, quos iſte annuerat, *&c. neque me mouet Aſconius, qui, vt multis alijs, ſic & hoc loco corruptus eſt.*

ANNOTATIONES EIVSDEM IN ACCVSATIONIS LIB. II.

1 conditum iam putaremus] *ſic nunc edendum curaui, libri antiquiſs. fidem ſecutus. Admonendus eſt autem lector, in hoc lib. 2. & in 3. accuſat. multa eſſe emendata præterea, quæ habuit prior editio, beneficio Fr. Fabricij Marcodurani, qui vetuſtiſsimi codicis ſcripturas à vulgata differenteis accuratè in libellum relatas*

tas

tas ad me mittendas curauit. quas confirmant duo codices item manuſc. Cl. Puteani.

2 tantum ciuium Rom.] *vox* Rom. *non eſt in antiquo codice Fr. Fabricij.*

3 vrbeis ac ſedes ſuas relinquere] *ſic habent omnes libri vulgati, quos quidem viderim: & ita olim edidi, ſed codex antiquiſſ. Fabricij,* vrbeis ac ſedes ſuas relinquerent.

4 vt vos quoque ei temperetis] *ſic habent libri veteres, & pleraque exempla vulgata, neque eſt quòd quemquam moueat particula* vt, *iterata. Nam ſic interdum loquebantur veteres.*

5 quid in prouincia] *Priſcianus legit,* quid iſte in prou. *& ſic habent libri veteres, atque ita iam olim edidi: nam vulgati non habent* iſte.

6 ad euertendam prouinciam venerit] *ſic legendum & ita multis antè annis emendarat Riuius.*

7 *LLS.* vndecies numeratum eſſe] *id eſt,* ſeſtertiũ vndecies centum millia, *oratio enim præciſa,* LLS. vndecies, *ſubintelligendumq́; eſt,* centum millia. *quo fit, vt mirer, non dici,* numerata eſſe, *potius quàm* numeratum eſſe. *Quid ſi loci omnes, in quibus tale loquendi genus vſurpatur, corrupti ſunt? At dubium nõ eſt, quin corrupti ſint. Nã ſignificauit mihi Fr. Fabricius Marcoduranus, ſcriptum eſſe in illo antiquiſſimo codice* LLS. ɪↄ numerata eſſe. *Quare ſic omnino legendum.*

8 Quid? hęc hæreditas] *liber vetus Fr. Fabricij habet,* Quid? hæc, hæc hereditas, *&c.*

9 ipſos xx. annos] *ſcio apud Aſconium ſic legi,* ipſo viceſimo anno, *verumtamen nihil muto. quin Aſconium hoc loco, vt & multis aliis, corruptum eſſe puto. Magis me monet vetuſti codicis, in quo item legitur,* ipſo viceſ. anno, *auctoritas. Verumtamen ſiquis fortè eam ſcripturam probabit, tollenda erit negatio poſt participium* petita. *Ego lectionem receptam tueor.* ipſos *autem interpretor totos integros.*

10 Cũ hos ſibi quæſtus conſtituiſſet, *&c.*] *fortaſſe legendum,* Cũ hos ſibi queſtus inſtituiſſet magn. atque vb. ex iis cauſ. q. ipſe conſtituerat. *&c.*

11 vt vel Octauius Balbus iudex, homo, *&c.) hæc verba ſunt Ciceroris, non exemplis verborum, in quæ verba iudicium dare fingit Cicero improbum prætorem: quamuis ita ſcriptum ſit apud Aſconium. Nam vel ab Aſconio non eſt ita ſcriptum, vel non ſuo loco ſcriptum, vel errauit Aſconius: præterea vox* iudex *poſt nomen* Balbus, *mea quidem ſententia, delenda eſt, vt ex annotatiuncula nata. ſatis enim intelligitur, fingi Octauiũ Balbum datum eſſe iudicem à prætore: vt omittã, quod hic Octauius in cauſa Verris iudex ſedebat. Poſtremò mendum manifeſtum ſuſtulimus, quod hærebat in his verbis,* ſit eiuſmodi: *atque ita emendauimus,* in eiuſmodi, *nempe* verba, *quidam tamen legi malunt,* ſint eiuſmodi, *à quibus diſſentio. nam hic locus reſpondet illi ſuperiori,* vt prętor in ea verba iudiciũ det, *&c.*

12 Qui ciues R. erant, *&c.) ſic ferè habent libri omnes, & vulgati & manuſc. atque ita profert Donatus in Phorm. ad illum locum:* Hic in noxia eſt: ille ad defendẽdam cauſam adeſt, *aitq; ſubaudiri ad,* Qui ciues R. erant, iudices dabantur, *ad* Si Siculi eſſent, *ſubaud.* rei. *Sed ego mihi perſuadere non poſſum, ita locutum eſſe Ciceronem. ita potius loqueretur:* Dabantur iudices, qui ciues R. erant, ſi Siculi rei eſſent, cùm Siculos eorũ legibus dari oporteret. dabantur Siculi, ſi ciues R. rei eſſent cùm ciueis Rom. dari oporteret. *Quin & pro illo,* ſi Siculi rei eſſent, *diceret potius,* Si à Siculis peterent, *& pro hoc,* ſi ciues R. eſſent, ſi à ciuibus R. peterent, *quamquam reum ſcio eum eſſe, cuius de re diſceptatur.*

13 lege Hieronica iudicia, *&c.) diſtinctionis notæ ſcribenda eſt poſt vocem* controuerſiarum, *& ſubintelligendum,* conſtituta, *vt ſit,* iudicia lege Hieronica conſtituta, *vel, vt videtur Hotomano, hæc ipſa vox* conſtituta, *deſideratur, & adſcribenda eſt.*

14 iſte omnibus dicis) *ſic nunc edendum curaui, antiquum Fabricij codicem ſecutus, reiecta vulgata lectione,* omnibus iudiciis, *ab indoctis in locum antiquæ, & ſinceræ ſubſtituta.*

15 Quid

Digitized by Google

15 Quid hoc nomine facias?) *alij libri habent,* Quid huic homini facias? *mox autem vbi legitur,* libidini,, *videtur legendum* libidine.

16 prætor ex legatorum ſententia) *legendum fortaſſe eſt,* de x. legatorum ſententia. *non celabo lectorem tamen, ita ſcriptum eſſe, vt edidi, in vet. cod. niſi quòd vox* prætor, *in eo non compâret. Præterea infrà nō longè admodum, vbi libri vulgati hăbent,* nullo inſtituto, nulla religione, *&c. liber vetus Fabricij habet,* nullo inſtituto, nulla reiectione, *&c.*

17 Interea ſanè perturbatus & ipſe, *&c.*) *Cariſius hunc locum profert lib. 2. in aduerbio*, ſanè.

18 viſum iri intelligebant) *liber vetus habet* viſu iri intelligebat. *Quin hic locus me admonet, vt ſignificē lectori, in libris manu minùs verſato, futura huiuſmodi paſſiua, ferè ita ſcripta reperiri in lib. antiquis,* lectu iri, ſcriptu iri, amatu iri, *&c. nō vt vulgò ſcribuntur*, lectum iri, ſcriptum iri, amatum iri, *&c.*

19 quæ erat ı.ı.s. tricies) *liber vetus Fabricij habet* quæ erat ı.ı.s. ccc.

20 ſed ſuorum peccatis) *vocem* comitum, *quæ eſt in libris omnibus vulgatis poſt prouocabulum* ſuorum, *hac editione ſecunda ſuſtuli, fretus auctoritate vetuſtiſſimi codicis.*

21 quoquam ſi acceſſiſti quò non, *&c.*) *varia eſt huius loci ſcriptura, & lectio. Alij enim lib. ſic habent. vt nos edendum curauimus: alij*, quò quæſo acceſſiſti, quò nō, *&c. alij*, quò quaſi acceſſiſti, quæſo, quò nō, *&c. alij* quaſi quoquā acceſſeris, quò non, *quæ omnes probabiles ſunt, præter eam, quæ ordine ſecunda eſt: eſt enim planè inepta, nata ex dubitatione librarij, qui incertus, vtrum ſcriberet* quaſi, *an* quæſo, *vtrumque ſcripſerit. Omnium autem optima mihi videtur hæc poſtrema:* O Verrea præclara quaſi quoquam acceſſeris, quò non attuleris tecum, *&c. Proximè omnium ad vulgatam ſcripturam accedit ea, quam hac editione ſecuti ſumus. Hotomanus*

autem ſic legendum putat: quoniam acceſſiſti,*&c.*

22 ſed ex manibus naturâque tua] *Io.Lucanius legendum arbitratur, vt refert Hotomanus,* ſed ex moribus,*&c.*

23 qui ſtatim cùm præſenſiſſet] *Hotom.exiſtimat hic aliquid deeſſe : non ego. nam hæc verba,* qui ſtatim cũ præſenſiſſet, *ad illa ſuperiora referenda ſunt, Epicratis inimicos Verris auaritia,& iniquitate fretos, ſperaſſe ſe Epicratem bonis euertere poſſe, ſi palæſtritæ Bidenſes peterent ab Epicrate hereditatem. Cùm igitur Verres ſtatim præſenſiſſet illorum conſilium, iubet Volcatio numerari* ꝶ ꝶ L S. L X X X. *hoc tãtùm velim, pro* qui, *legi* quę, *vel* quòd. *verumtamen nihil ſine auctoritate codicum manuſcr. mutare auſus ſum. Hoc autem differt eorum ſcriptura à vulgata, quòd habent ,* qui ſtatim , quòd præſens eſſet,*&c. quæ verba perſpicuè ſunt corrupta.*

24 quod dubitari poſſet] *codex Fabricij habet,* quod diſputari poſſet,*&c ego nihil muto.*

25 refert illam ſuam rat.] *ſic legendum puto potiùs, quàm* refert illam ſuam rem Syrac. *vulgata autem lectio,* refert illam ſuam Syracuſ. *à qua antiqua nõ diſcrepat , planè corrupta eſt. placuerat olim mihi hæc mea coniectura,* refert ſe ad illam ſuam rationem Syracuſ. *neque nunc diſplicet, ſed tutius eſſe exiſtimo, receptam lectionem tueri, aut certè ei proximam.* Rationem Syracuſanam *porrò intellige, per quam in alium culpam conferret : quemadmodum in re Heraclij Syracuſani, de quo paulò antè, culpam in generum ſuum contulerat.*

26 qui ſi eo animo eſſet,*&c.*] *nihil muto, quamuis codex ille vetuſtiſ. habeat,* qui quoquo animo eſt eo, quo non modò,*&c. Nam quis non videt, hanc ſcripturam eſſe corruptam, vulgatam autem ferri poſſe.*

27 cùm omnia conſilia fr.] *nec potui , nec debui, optimi, & antiquiſsimi codicis auctoritatem negligere, in quo ſic eſſe ſcriptum teſtatur Fr. Fabricius. Nam quamuis lectio vulgata ,* Cùm omnia iudicia fr. *non ſit abſurda, aut inepta , tamen hæc antiqua eſt potior, per* conſilia *autem, iudicũ conceſſus , & iudicia*

ipſa

Digitized by Google

ipſa ſignificantur: ita vt probabile ſit, lectionem vulgatam ex interpretatione ſcripturæ antiquæ eſſe natam.

28 Quòd Heraclium reſtitui iuſſerat, &c.] *Quis non videt, quanto ſit potior hæc ſcriptura, quàm vulgata? Atque eo melior iudicanda eſt, quòd in còdice illo antiquo integra, & ſine vlla varietate comparet, niſi quòd pro* eductus, editus *reponendum curaui.*

29 ab Heraclio, duci iubebat] *ſi hoc modo diſtinguas* quiſquis erat editus ſenator Syracuſanus ab Heraclio, duci iubebat: *quo modo nunc edidi: ſententia eſt aperta, ſin hoc modo,* quiſque er. ed. ſen. Syracuſanus, ab Heraclio duci iub. *hæc erit ſententia: iuſſiſſe Verrem, quiſquis ſenator ei eſſet vel ab aliis* editus, *hoc eſt nominatim prolatus eum ab Heraclio duci, ita ſcilicet, vt iudicati ducuntur ab iis, qui iudicio ſuperiores fuerunt.*

30 inter duos ciueis iudic.] *codex manuſcr. Fabricij habet*, inter duos ciueis diiudicaſſet, id ir.

31 ex multis ſimilibus] *libri veteres habent*, ex multis millibus, *&c. quod ego olim adſcripſeram ad oram eius libri, vnde priorem editionem effingi volueram, non tamen eo animo, vt id operæ ſequerentur, ſed vt poſtea iudicarem. illæ tamen, me non conſulto*, millibus *excuderunt. quod moleſte tuli. nam omnino malo legi*, ex multis ſimilibus, *vt eſt in omnibus libris vulgatis, & in illo optimo cod. manuſcr.*

32 de bello & pace ſententiam dicat] *ſic legendum, non vt vulgò* ſententiam ferat. *Nam ſententiam ferre, eſt iudicis: ſententiam dicere, ſenatoris. De bello autem & pace conſultari ſolet, non iudicari. vulgatam denique lectionem refellit id quod ſequitur non longo interuallo:* qualis iſtius in ſenatu ſententia, *&c. & illud*, quando iſte ſententiam dicere audebit?

33 Conſiliúmque dimittat] *ſic repoſui, cùm in libris fere omnibus*, conſilio *legatur. Ita autem eſſe legendum, vincunt innumerabilia exempla, ex quibus illud eſto ſupra abhinc non longè:* cauſam ſeſe, dimiſſo, atque ablegato conſilio defenſurum negauit, *&*

paulò altiùs: non dubitabat Minucius, qui Sopatrum defendebat, quin iſte, quoniam conſilium dimiſiſſet, *&c. & infrà paucis poſt verſibus,* aut nũc negabis, te conſilio tuo dimiſſo, viris primariis, *&c. non diſſimulabo tamen, in codice illo longè omnium antiquiſſ. & optimo, quem habuit Fabricius, ſcriptum eſſe,* à conſilióque dimittat, *quæ ſcriptura non eſt fortaſſis reijcienda, ſed omnibus potiùs anteponenda.*

34 tangebatur tamen animi d.] *ſic legi malo, quamuis libri manuſ. habeant*, angebatur. *Arbitror enim literam t. eſſe prætermiſſam à librariis, propter ſimilem antecedentem in verbo* poterat. *Præterea ſic loquuntur potiùs boni ſcriptores. Virg.* nec ſolos tangit Atridas Iſte dolor, *& Lucret.* Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

35 nihil pretio poſſet auferre] *tres libri manuſ. habent,* nihil precariò poſſet auferre, *ego tamen nihil muto: cùm præſertim liber ille antiquiſſ. longè omnium optimus cum vulgatis conſentiat.*

36 quidquid vellent, ſimulatque *&c.*] *ſic eſt ſcriptum in codice illo antiquiſſ. neque habet verbum* dicerent, *quod eſt in libris vulgatis.*

37 quo die iſte vt Syracuſis Sthenisu] *vocem* die, *quæ deerat in omnibus libris vulgatis, quos quidẽ viderim, in vno codice manuſc. repertam, reſtitui.*

38 ab incepto furore reuocetur] *malim legi*, ab incepto reuocetur, *deleta voce* furore, *vel, vt habet codex antiqu.* ab illo furore reuocetur.

39 Hoc probabis?] *ſic legendum, & ita edidit Manutius,* probabis *autem, id eſt, iudicibus perſuadebis?*

40 dubitate etiam nunc, ſi poteſtis, *&c.*] *ſic nunc malo legi; nam in aliis libris ita ſcriptum eſt,* dubitare etiam num poteſtis, *&c. ſcilicet cum interrogatione. Sic autem, vt edidi, loquitur infrà lib. 3. accuſ.*

41 cuius abſentis, *&c.*] *ante hac verba, aberat hoc membrum à vulgatis*, quem hominem abſentem de literis corruptis, cauſa incognita, condẽnaſti? *quod ego repertum in codice illo antiquiſſimo, reſtitui.*

42 ex veterum Agrigentinorum] *ſic reſtituit Hotomanus, atque ita ſine dubio legendum, non, vt in aliis libris,* vetere.

43 omnibus recuſantibus& plorantibus] *ſic reſtitui, libris omnibus vulgatis inuitis, ratione flagitante, codice illo antiquiſſ. comprobante. nam primùm* implorantibus, *quod eſt in illis libris, non poteſt eſſe ſine accuſandi caſu. præterea non dicit M. Tullius Cephaleditanos implorasse Verrem, cùm idibus Ianuariis Kalendas Martias proſcriberet, fruſtra enim ſe ſciebant imploraturos, & abſurdum eſſet eius ipſius opem implorare, qui contra leges faceret: ſed vel factum Verris non probaſse, & liberè recuſaße, ne faceret: ex quo olim putaueram legendum,* improbantibus. *vel recuſationē ſuam ploratu ſignificaße. Quare vel,* improbantibus, *vt olim conieceram, vel* plorantibus, *vt habet codex vetuſtiſſimus, legendum eſt.*

44 quæ res euertendæ reip. &c.] *Cùm olim, propterea quòd omnes libri habent,* quæ res euertēdæ reip. cauſa ſolet eſſe, *non auſus eßem quidquam pro meo iure immutare: ſed tamen lectorem admonuißem, me ſuſpicari, nomen* cauſa *eße aliunde profectum, neque eße τῦ κειμένυ: ita enim loquebantur veteres,* hæ res ſunt reipu. euertendæ. i. *hæ res ad remp. euertendam valent. ſic Liuius li. 34. annal.* lectis rerum ſummis cū animaduertiſſet pleraq; diſſoluendarū religionū eſſe, L. Petillio dixit, ſeſe eos libros in ignē coniecturum eſſe: *Cùm igitur olim ita feciſſem, acceptis poſtea à Fra. Fabricio veteribus ſcripturis ex optimo cod. Verrin. expreßis, atque imitatis, quæ in hoc loco hanc vocem non haberent: ego meam coniecturam videns antiqui codicis auctoritate comprobatam, eam vocem funditus deleui.*

45 tametſi animo æquo prouincia tul.] *ſic quidem legi vult Hotomanus, & ita habent nonnulli libri vulgati, & manu. ſed ego tamen,* ſi animo, *&c. legēdū cēſeo & ſic edi iuſſi. licet tamen per me legere,* tamen etſi.

46 non vt magiſtratibus n[illegible] morem accipiendi, &c] *ita ſine d[illegible], vt in*

libris

libris quibuſdam vulgatis, moram accip. *hoc enim ſignificat, hoc iudices agere debere, vt magiſtratibus accipiendi morem, nō ſociis dandi cauſam auferre videantur: quod facturi ſunt, ſi iudicent turpiter accipi pecuniam ſtatuarum nomine. Eſt autem hoc loco ironia*, niſi fortè id agimus, *&c. id eſt, id non agimus, ſeu agere non debemus, vt ſociis cauſam dandi, ſed vt magiſtratibus morem accipiendi auferre videamur.*

47 huius ſtatuæ omnibus locis] *hæc eſt germana codicis antiquißimi, & ſincera ſcriptura. vulgata verò, quæ habet participium* erectæ, *corrupta eſt. ſic autem locutus eſt & lib. 3. de Offic. idq; vidit Fr. Fabricius, ibi,* omnibus locis ſtatuæ. ad eas tus & cerei.

48 partim etiam in ædibus ſacris] *quidam putant alterum* partim, *deſiderari: & ita legendum* partim in locis publicis poſitæ, partim etiam, *&c. ego autem nihil muto. Nam* partim, *ſemel poſitum eſſe non hîc tantùm, ſed etiam alibi, neque ſolùm apud M. Tullium, ſed & apud alios ſcriptores animaduerti.*

49 ſed & aliorum commune] *ſic legendum, non vt in libris vulgatis*, ſed & illorum, *&c.*

50 arbitrantur res iudicare oportere] *ſic reſtitueram in meo codice, coniectura ductus quindecim abhinc annos. Nam vulgata lectio*, reos iudicare, *inepta & inanis eſt.*

51 iſtius, qui legem promulgauit) *malim legi* ipſius, *ſeu* eius.

52 ergo equites Ro. te ſuo iudicio cōdemn. vol.) *locus eſt mutilatus, & corruptus, atque ita in integrum reſtituendus.* ergo equites Ro. qui te ſuo iudicio condemnarunt, horum te iudicio condemnari noluerunt. *quo quidem modo etiam in nonnullis libris vulgatis impreſſum eſt.*

53 menſum complur.) *ſic habet codex vetuſtiß. Fabricij: cuius auctoritatem quare negligere debeam, non video: cùm præſertim Grammatici veteres hunc genitiuum à ſcriptoribus antiquis eſſe vſurpatum teſtentur: & eum ipſe M. Tullius item alibi vſurparit.*

54 erant hæc ex eo genere) *duo libri manuſcr. habent,*

Digitized by Google

bent, nec erant hæc: *quod & Hotom. admonuit. verumtamen lectionem vulgatam retineo. hoc enim ſignificat M. Tullius, libellos illos ex eo genere fuiſſe, quod maximè quærebat: ſed paucos fuiſſe, nempe duos, eosq; puſillos: tantum denique fuiſſe, quantum exempli cauſa proferre poſſet. Licet etiam legere,* erant ex eod. gen. *vt habet codex antiquiſſ.*

55 in ius ad Metellum] *videtur hoc,* ad Metellum, *eſſe aliunde natum. Nam* in ius, *valet ad prætorem, niſi fortè,* ad Metellum *addidit, vt ſignificaret quis eſſet prætor. Sed erat hoc ſatis notum. quare ſuſpicio eadem manet* ad Metellum, *ex aliqua annotatione manaſſe.*

56 Itaque illum in iure, &c.) *ſic reſtitui, cùm in omnibus libris legatur,* iniuriæ: *planè mendoſè. legendum enim ſine dubio,* in iure, *id eſt, apud tribunal prætoris, ſeu apud prætorem.*

57 nemo ita in manifeſto peccatu) *ſic teſtatur eſſe ſcriptum in vno atque altero libro Tironiano antiquiſſimæ fidei A. Gell. lib. 1. cap. 19.*

EIVSDEM ANNOTATIONES IN LIB. III. ACCVSAT. in C. Verrem.

1 atque ego plus oneris habeo) *legendum puto,* ſubeo. *Nam hoc* habeo, *natum fortaſſe eſt ex errore librarij, qui ſcripſiſſet,* oneris vbeo, *omiſſo* ſ, *deinde ab alio factum eſt ex* vbeo, abeo, & habeo, *verumtamen quia ſcriptum eſt* habeo, *in vetuſtiſſimo cod. nihil mutaui.*

2 quæ ipſis videretur, edicerent) *malim legi,* dicerent, *pro* edicerent, & quam, *pro* quę, *vt eſt ſcriptum in libris antiq.*

3 in cubiculo ſocius) *ſic habent libri veteres: vulgati autem,* in cubiculo ſolus.

4 aratorem ſibi decumæ dare oportere) *legendum videtur,* aratorem ſibi decumæ, *ſeu* decumarum nomine dare oportere.

5 ipſius Italiæ, quæ vectigalis ſit] *ſic legi debet, nō, vt eſt in libris vulgatis,* quæ vectigalia ſūt. *hæc enim verba aut nihil hoc loco ſignificant, aut ſententiam corrumpunt Iam non omnis Italia erat vectigalis, idcirco ita dixit,* in vectigalib. Italiæ quæ vectigalis ſit.

6 de comiſſatione] *pluribus verbis oſtendi in commentariis Horatianis,* comiſſari: *&* comiſſationem *eſſe dicendum, non* comeſſari, *&* comeſſationem, *idque ex Varrone.*

7 petitorem ipſum Apronio condemnare p.] *alias* permitterent, *aliàs* condemnarent, *aliàs* condonarent.

8 homo luteus, etiam callidus, *&c.*] *ſic repoſui, ſecutus codices emendatiores, in his Aldinos:* Luteus *autem id eſt, hebes, & ſtultus, & nullius iudicij, atque ita Hotoman. quoq; emendauit. malim tamē legi,* bliteus.

9 tuos iſtos recuperatores nunquid volet?) *ſecutus olim eram libros ferè omneis vulgatos, quibuſcum congruunt duo manuſ. ſed in exemplis Caroli Stephani impreſſum eſt,* numquam volet. *quod ſi ſine nota interrogationis legatur, non eſt reiiciendum. immò verò ſcripturis omnibus, meo quidem iudicio, anteponendum. quod ego eo certius aſſeuero, quòd cod. ille longè omnium antiquiſſimus, atque optimus ita habet.*

10 Non tollam] *aſſentior nunc iis, qui hîc legi volunt,* Non tollam, *cùm præſertim ita ſcriptum ſit in cod. illo ſæpe à me commemorato, Fr. Fabricij Marcodurani, viri doctiſſ. Quamquam vulgatam,* Ne tollam, *non auſim damnare. reſpondet enim hoc,* Ne tollam, *verbis edicti,* Ne tollat, *Tum quidam Grammatici veteres* ne, *pro* non, *poſitum eſſe volunt.*

11 ſed cauſa erat iudicij pertimeſcendi) *ſic legendum eſt, non, vt in libris vulgatis,* poſtulandi. *Iudicij (inquit de profeſſione iugerūm metus magnus frumenti numerus ablatus, magnaq; pecuniæ coactæ ſunt: nō quòd eſſet difficile numerum iugerūm profiteri, ſed quòd ex edicto profeſſus non eſſet propterea quòd fuit lōgior oratio interpoſita, ab illo loco,* Cuius iudicij metu, *&c. aliis verbis, vt memoria auditoris conſulat, tandem ſententiam*

Digitized by Google

tentiam exprimens, ſed cauſa (*inquit*) erat iudicij pertimeſcendi, *&c.*

12 ſin quæſtus cauſa reperiſſe conu.) *Iam olim cõiectura ductus, edẽdum curaui*, ſui quæſtus cauſa reperiſſe conuincam. *maneóq; in ſententia, niſi quòd pro* conuincam, *ſcripſi* vincam, *vt habent codices veteres. Nã lectio vulg.* irrupiſſe, *ferri non poteſt. Non celabo lectorem tamen, in codice illo antiquiſſ. ſcriptum eſſe* ſui quæſt. cauſa conſtituiſſe vincã. *quæ ſcriptura mihi magis placeret, ſi legeretur* inſtituiſſe *pro* cõſtituiſſe.

13 in poſterum fuit negligenda?) *nihil hæc quidem ſcriptura habet vitij per ſe, & eſt bonis ſcriptoribus & ipſi M. Tullio vſitata: ſed quia codex ille antiquiſſ. habet*, in poſteritatem, *ſic eſſe legendum arbitror.*

14 Tanta vis erat iniur) *legendum fortaſſe eſt*, Tanta vis erat iſtius iniuriarum, *&c. Alioqui ſubintelligenda vox* iſtius.

15 tu in tanta improbitate) *hoc totum, quod aberat à libris vulgatis: repertum in antiquiſſ. codice*, in tanta improbitate, *repoſui.*

16 & populo ſe ac coronæ daturum?) *ſic reſtitui, codicis illius longè omnium antiquiſſ. auctoritatem ſecutus, cùm tamen multò antè ex Donati verbis in Adelph. quamuis corruptis, conieciſſem ſic legendum. ſic autem Donatus ad illud Terentij*, da te hodie mihi. id eſt, *inquit*, accommoda te ipſum voluntati meæ. nam ad animum tranſtulit quod eſt corporis, vt in Eunucho, mihi ſeſe dare, ſermonem quærere: Cicero ceruiculam iactare: populo ſe accommodare. *Hactenus Donatus. Quæ cùm ſæpe mihi negotium feciſſent, vt ſuſpecta, atque adeò deprauata: quòd cùm Donatus exemplum huius locutionis*, dare ſe alteri, *ex Cicerone proferre deberet, id non præſtaret iis verbis, quæ in vulgatis editionibus reperiuntur: ſeu ſi tandem, pro* accommodare, *legendum*, ac coronæ dare. *De qua coniectura nullus iam relinquitur dubitandi locus, poſteaquàm librorum antiquorum auctoritate comprobata eſt.* Coronam *autem, ſignificare interdum per tranſlationem ſermo*

Digitized by Google

ſermonis, multitudinem inſtar coronæ circumſtantem, licet ex M. Tullij locis compluribus intelligere.

17 reprehendiſti] *codex vetuſtiſſ. habet,* deprehendiſti. *ego lectionem vulgatam retineo. nonnulli,* repræſentaſti *legi volunt.*

18 dum res iudicetur, &c.] *quamuis hæc ſcriptura parum à vulgata diſcrepet, tamen quia ita ſcriptum eſt in antiquiſſ. illo codice, arbitror eam illi eſſe anteponendam.*

19 quoniam eiuſmodi cauſa f.] *etiam hæc ſcriptura ex antiquiſſimo illo codice ſumta eſt, ac ne fruſtra lectorem morer, dum ſingulas ſcripturas à vulgata lectione differenteis, auctoritate codicum veterum confirmo, lectori aſſeuero, omneis ſcripturas diſſimileis, à me probatas ac receptas, mihi denique adſcriptas, vel ab illo antiquo libro, vel ab aliis eſſe petitas.*

20 præter oculos Lollij] *id eſt, antè oculos Lollij, & ita Nonius in voce* præter *quãuis eo loco ſit corruptus.*

21 Si magno emerat] *ſic legendum eſt, non* emeras, *vt habent nonnulli libri vulg. ſubintelligitur enim* Apronius, *qui pacto à prætore decumas emerat, cùm ipſum prætorem in decumis ſocium haberet, vt alibi dicetur.*

22 ex vno agro plebei Ro.] *ſic legendum putaui, & verò ita habẽt vetus codex vnus.* plebei *autem, patrius caſus eſt antiquus, M. Tullio, & T. Liuio, & aliis in hoc nomine non inuſitatus.* plebis *tamen habet alius, non minùs antiquus.*

23 tritici medimnûm XVIII. millibus.] *ſic eſſe legendum oſtendit ſimilis locus infrà, non longè, ibi,* cùm decumæ veniſſent tritici modium CVIII. millibus. *Nam cùm medimnus contineat ſex modios, facilè cuiuis apparet, xviij. millia medimnûm efficere centum, & octo millia modiorum. Multa autem hîc ſunt emendata in his & modiorum, & medimnorum, & ſeſtertiorum numeris: quæ diligens & attentus lector facilè, etiam nobis tacentibus animaduertet.*

24 redimiculum præbeat] *legendum cenſet Hotom.* in redimiculum præbeat. *ego tamen ſcripturam receptam*

ceptam magis probo: & ita excudi etiam olim iuſſeram, nempe redimiculum præbeat *ſine præpoſit.*in.

25 qui ſe regem Siculorum eſſe dicebat] *quidam libri vet. habent,* eſſe ducebat. *quos nunc ſequor.*

26 Addicuntur medimnûm ccIↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ IↃↃ] *id eſt,* medimnorum xxxv. millibus. *ſic autem legendum eſſe rectè coniecit Hotomanus.*

27 dimidio ferè pluris, quàm ſuper] *quo anno venierant decumæ medimnûm xviij. millibus vide Fronton. in exemplis eloquutionum, in voce* dimiſſo.

28 pro medimnûm ccIↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ IↃↃ [referri, ccIↃↃ ccIↃↃ ccIↃↃ cIↃ cccc] *id eſt,* pro medimnûm xxxv. millibus, referri xxx. millia, & mille quadringentos, *nemo eſt qui non facilè videat ita legendum, & has ſummas quadrare. deme enim de medimnûm xxv. millibus, tria millia, & ſexcentos medimnos, reſtabunt xxx. millia. vnum mille, & quadringenti.*

29 verũ etiã propter maiorũ incõm.] *ſic legendum arbitror, non vt habent omnes libri & vulg. & manuſ.* malorũ incõ. *Animaduerti autem ſæpe ab imperitis illis librariis &* i, *pro* l, *& contrà* l, *pro* i, *ſcriptũ eſſe.*

30 ab ipſo partarũ quæſitarũq;] *ſic omnino legendũ* ab ipſo *inquã, non* à populo, *quẽadmodum rectè emẽdauit Hotom. præterea* partarũ, *repoſui pro illo corrupto,* factarũ, *ita locus totus reſtitutus eſt. atq; hanc reſtitutionem cõfirmat verba illa quæ paulò pòſt ſequuntur,* Quod ex ea pecunia remiſerit, q̃ ipſe quæſierat.

31 Ille, de quo legem populus R. iuſſerat] *vocem* lege, *quæ eſt in lib. vulg. olim, vt inculcatam, ſuſtuleram, putans ſuperuacaneam. nam quod populus R. iuſſit, lex eſt. Nunc pro* lege, legem *edidi, libri veteris auctoritatem ſecutus.*

32 cùm addixiſſet eidem illi Docimo tritici medimnũ IↃↃ.] *ſic eſt legendum. nam verba illa,* hoc eſt, tritici medimn. quinq; millibus *primum adſcripta fuerunt ab eo, qui hanc notam* IↃↃ. *declarare vellet: deinde à librario, omiſſis Cic. verbis, in contextũ orationis tranſlata. quòd ſi quis volet ita legi,* medimnûm IↃↃ.

ſeu

ſeu quinq; millibus,*id eſt,modiûm xxx.millibus, nō repugnabo. nam cùm medimnum ſex modios contineat, vt diximus,non eſt incredibile Ciceronē medimnorū rationē ad modios redegiſſe. Præterea nomē* Tertiæ,*ex illo antiquiſsimo libro reſtituimus.vnde credibilius eſt natū eſſe huius loci deprauatiōnē, quā ex eo, quod proximè diximus:ſignificat autē Docimo addictas eſſe decumas Tertiæ cauſa,quæ mulier ab eo ad Verrē deducta fuerat.*

33 ſed ſi eripuerit,&c.)*legēdum fortaſſe eſt:*ſed eripuerit:non intelligis,*&c. vt ſit conceſsio, hoc modo: ſed domus tantum apud iudices pecuniam,aut gratiam valituram,vt abſoluare,non intelligis &c.*

34 hoc eſt tritici modiûm II.millia)*ſic eſt legēdū, non* medimnûm. *Nam ſi decumæ medimnis ſexcentis duntaxat venierunt: quomodo medimnorum duo millia lucri ab illa ciuitate addi potuerunt? nunc autem cùm medimnus,ſeu medimnum ſex modios contineat, atque ita ſexcenta medimna tria modiûm millia & ſexcentos conſtituant,lucrum illud fuit quidem improbum,atque impudens, ſed tamen Verris mores id tulerunt. Iam modius lege ſeſtertiis nummis tribus erat æſtimatus,interdum tamen duobus duntaxat æſtimabatur. Ita duo modiûm millia,ſeſtertiûm quinque millibus, aut paulò pluris æſtimarentur, atque hac eadem ratione ſexcenta medimna,id eſt,tria millia modiorum,& ſexcenti, decem millibus ſeſtertiûm eſſent æſtimādi. Porrò, quod ait Hotomanus,hîc lucri nomine caput,& lucrum contineri.probare non poſſum.*

35 in inſula inculta)*liber ille vetuſtiſſ.habet,* in inſicula inculta:*vnde libenter & facilè fecerim,*in inſulula inculta,*&c.*

36 tertio anno xij.modiûm trit.mill.)duodecim modiûm tritici millia, *ſiue* duo medimnū tritici millia, *id eſt, xxx. ſeſtertiûm millia. ſic autem legendum,non* duo millia modiûm.

37 cùm eſſet medimnus LLS. xv. &c.) *hæc eſt vera huius loci reſtitutio, ex codicibus partim vulgatis,partim manuſcr. ſumta:ſummæ autem valdè inter ſe quadrant. Venierant decumæ Petrinorum modiûm xviij. milli*

millib iiij. ſeu medimnûm millibus (medimnus enim ſex modios cõtinet, vt ſæpe dixim⁹) hoc eſt, LLS. *xxxxv. millib ſinguli. n. medimni quinis denis ſeſtertiis erant æſtimati Verres coëgerat Petrinos dare lucri decumano ſex modiûm millia, eſt ,* LLS. *xv. millia : ſiquidem ſinguli modij binis ſeſtertiis , & dimidio erant æſtimati. Aut igitur malè decumas vendiderat, aut Petrinis iniuſtiſsimè & improbiſsimè pecuniam eripuerat. Non diſsimulabo tamen, ſcriptum eſſe in illo cod. antiquiſſ.* vt lucri decumano LLS. LII. *id eſt ,* quinquaginta duo millia darentur. *& ſuprà.* LLS. LII. millia dare coacti ſunt. *quas ſcripturas non ſum ſecutus , vt mendoſas. non eſt enim veriſimile plus lucri nomine datum eſſe decumano, quàm quãti decumæ veniſſent: quod factum eſſet, ſi ſcripturæ illæ veræ eſſent. nam decumæ venierant duntaxat tribus medimnûm millibus, id eſt, xviij. modiorum millibus qui modiorum numerus xxxxv.* LLS. *millibus erat æſtimatus.*

38 Apronio coacti ſunt dare tritici modiûm xviij. millia, &c.) *Hæc eſt vetuſti codicis ſcriptura.*

39 meæ diligentiæ penſum magis) *hunc locum in libris & vulgatis & manuſcriptis, & vitioſa interpũctione, & caſus mutatione deprauatum , emendata interpunctione, & generandi caſu facto ex ablatiuo , correxi.* meæ autem diligentiæ penſum, *id eſt, meæ diligentiæ partes, & munus, & quaſi opus.*

40 ager efficit cum octauo) *ſic puto diſtinguendum* ager efficit cum octauo, bene vt agatur, *id eſt, effert, ſeu reddit cum octauo, bene vt agatur.*

41 neminem dediſſe decumæ) *legendum videtur,* decumarum nomine. *quamquam hæc lectio vulgata, quam & veteres codices comprobant, ferri poteſt. Paulò pòſt autem,* vt cum decumo , *edendum curaui, vt habent omnes libri veteres , reiecta lectione vulgata,* cum decumano. vt cum decumo *autem i. hic poſito , agrum extuliſſe cum decuma parte.*

42 Hæc ſunt ad tritici medimnûm, &c.) vt tres decumæ in ſingula iugera darentur : *id eſt, pro ſingulis decumis , ternæ decumæ darentur.*

legen

*legendum autem,*medimnûm.

43 adde totius ſummæ ıↄXL. millium modiûm, treis quinquageſ.]*hanc rationem ſic ſubducito.quinquageſ. quingentorum millium modiûm, ſunt decem millia: hæc decem millia triplicata conſtituunt* XXX. *millia quinquageſima* XL. *millium ſunt octingenti modij. his explicatis,fiunt bis mille quadringenti. exſtat hæc ſumma,*XXXij *mil.*CCCC.*modij.*

44 qui ſeſtertia dena meritaſſet]*id eſt,*LLS. *decem millia, alij libri habent*, cui LLS. denûm millium merces eſſet,*alij*,cui LLS.dena merces eſſet.

45 minus multis iugis remãſiſſe] *mendum aliquod ſubeſſe ſenſeram olim in voce* minores, *quæ eſt in lib. vulg. Hotomanus legendum putat,* timore remanſiſſe.*Ego dubitabam, putabámque potius aliquid præterea deeſſe,vt* familia,*aut aliquid ſimile, & legendum* minore,*vt ſit,*minore inſtrumento,minus multis iugis, minore familia. *Nunc autem quando eam video abeſſe ab illo vetuſtiſſimo codice, delendum cenſeo.*

46 tamen aratorum interitio]*ſic legit Nonius Marcellus: quem quamobrem non ſequerer, nulla cauſa viſa eſt:ad quem accedit vetuſti codicis auctoritas.*

47 quantum ille bonis ſuis omnibus efficere nõ poſſet]*fortaſſe legendum*, reficere non poſſet. *verumtamen nihil muto: cùm præſertim ſic habeat vetus codex.*

48 non aliqua ſimulatione exiſtimationi ſe hominũ venditaſſet?]*alij libri habent,*exiſtimationi populi R. vendicaſſet? *alij* exiſtimationi hominum venditaſſet? *quod poſterius nunc prob.*

49 quicquid dixiſſes, te deterius eſſe facturum] *videtur nihil mutandum, erraréque qui legendum cenſent*, quicquid dixiſſet: *etiam ſi eos adiuuet vetus codex. hoc enim dicit M. Tullius: numquam tacitus tantam plagam accepiſſes, numquam rem tantam tacitam tuliſſes, niſi hoc ita ſtatuiſſes, te, quidquid dixiſſes ad id, quod tibi & Apronio obiectum eſſet, id ipſum, quod eßet obiectum, tua oratione dete*

*deterius eſſe facturum:nihilq́; vmquam dicturum. quo id,quod tibi obiectum eſſet,diluere,aut refellere poſſes. Quod ſi quid hîc eſſet mutandum,ita potius legendum putarem,*deteriorẽ eſſe facturum , *vt* deteriorem, *referatur ad* plagam.

50 eum in tãto tuo dedecore,ne verbo quidem grauiore appellaſſes,atque apud te tam ſancta, *&c.]ſic edendum curaui, poſita interrogationis nota poſt* videres?*ſententia optima,ſed non diſſimulabo pro* atque,*ſcriptum eſſe in nonnullis libris manuſ.*neque. *præterea in omnibus ferè vulgatis poſt vocem* dedecore,*ſequi deinceps* profectò,*vt fortaßis ita legi poßit,* eum in tanto tuo dedecore profectò, neque in verbo quidem gr. appellaſſes,neque apud te tã ſancta religio ſocietatis fuiſſet, vt tui capitis peric.neglig.niſi rem tam notam eſſe omnibus videres. *ſine nota interrogationis.*

51 & tamen vrget,atq; onerat)*ſic repoſui,quamuis in nonnullis li.legatur,*& tamẽ auget.*mẽdoſè opinor.*

52 ſponſionem acceptã facere?)*nihil muto. nã* acceptum facere, *eſt verbis liberare debitorem:idémque propemodũ valet,quod* acceptũ ferre.*Vlpianus li.46. digeſtorum, titulo de acceptilationibus:* Si Stichum, aut decem ſub condicione ſtipulatus , Stichum acceptum fecerit,& pendente condicione Stichus deceſſerit : decẽ in obligatione manebũt, proinde , ac ſi ea acceptilatio interpoſita non fuiſſet.*Iulianus,*Qui hominem,aut decem ſtipulatus eſt,ſi quinque acceptò fecerit, partem ſtipulationis peremit,& petere quinque,aut partẽ hominis poteſt. *Hotomanus tamen legendum putat,* acceptam miſſam facere.*Ego ſi quid mutandũ eſſet, legi potiùs oportere putarem,*ſponſionem factã miſſam facere.

53 ſed vetus,agitatum iam)*ſic emendaui.cùm in aliis lib. legatur,*excogitatũ *in aliis,*cogitatũ, *planè mendoſè. Quod autẽ Hotomanus reponendum cẽſet* cognitũ , *non placet.* agitatũ *autem , perſpicuè rectum & verũ eſt:& facilis fuit deprauatio,faciliſq́; lapſus ex*

agitatum, *in* cogitatum, *deinde in*, excogitatum.

54 quod ex hoc quoq; intelligere poteſtis] *ſic emendaui lectionem vulgatam quæ eſt*, quòd hoc quoque, *&c. nam deerat præpoſitio* ex. quod *autem iam non coniunctio eſt, ſed pronomen, ſeu nomen.*

55 manifeſtas quæris.] *ſic reſtituit Hotomanus, & rectè.*

56 expedit decumam eſſe quàm maximi) *ſic legendum, & ita ſcriptum eſt in duobus libris man.*

57 atque aliorum quidem agrorum pro port. magno decum. vendidiſſe: agri verò Leont.] *hic locus miſerum in modum lacer & mutilus erat: nunc ex auctoritate veteris codicis in integrum reſtitutus eſt. fuerat autẽ totum hoc membrũ à ſcriptore librario prætermiſſum*, atque al. q. agr. pro port. m. dec. vẽdidiſſe: *dum ab vno*, vendidiſſe, *ad alterum tranſit.*

58 Iam hoc quidem non reprehendo, quòd adſcribit, accenſus,) *hoc ſignificat cùm accenſorum officium non ſit magiſtratus, aut honos vllus, aut adminiſtratio honorata, ſed miniſterium humile, & contemptum ineptè, & inſolenter adſcribi*, accenſus. *Nã qui eſt imperator, conſul, prætor, ædilis, cenſor, hæc ipſa honoris nomina ſuo nomini adſcribit. verbi gratia, M. Cicero Imperator, M. Cicero conſul, illi, aut illi S. D. & idem de ceteris ſentiendum: ſed Timarchidem ita ſcribere Timarchides Verris accẽſus Apronio S. D. ridiculũ eſt. quãuis ſcribæ hoc vſurpent: vt L. Papyrius ſcriba. æquè ineptũ, & ridiculũ, ſiquis lictor, aut viator ita ſcribat, ille lictor illi S. D. ille viator illi S. D. hæc eſt huius loci ſententia. Nã alij quidam hîc mera narrãt ſomnia.*

59 nõ ſermone impuro atq; improbo] *ſecutus ſum hoc loco exempla Caroli Stephani. quibuſcum nonnulli libri manuſc. congruunt. Nã alij libri habent*, ſermone incauto, atque improbo, *quam lectionẽ ſiquis probabit*, incautus ſermo *erit intelligendus, qui caueri non poſsit.*

60 materiem, atque indolem) *hoc* materiem, *mihi ſuſpectum eſt. quid ſi legamus*, naturam, atque indolem? *verumtamen nihil mutare auſim, præſertim*

cùm

cùm ita ſcriptum ſit in omnibus libris man.

61 non ad tua flagitia,neque] *hoc totum*, ad tua flagitia,neque,*quod aberat à libris vulg. repertum in codicibus antiquis reſtitui.*

62 vnum alterarũ decumarum] *ſic habent duo libri manuſ.& ita legendum,vt rectè indicauit Hotomanus. Alteras enim decumas dicit,quæ præter primas à Siculis populo R.dari debebãt,accepta à prætore pecunia. ſic infrà:* Decumarum nomine tantum erat ablatum,quantum voluntas Apronij tulerat:pro alteris decumis,emtoque frumento aut nihil datum,aut tantum datum,quantum reliqui ſcriba fecerat,*&c.*

63 Huius imperati in annos ſing. tritici mod. IↃCCC.millia] *huius frumenti æqualiter ciuitatibus deſcripti,& diſtributi,&,vt ipſe Cicero appellat,imperati.Sic infrà:* Nam,vt illud miſſum faciam, permultos aratores in alteras decumas, & in hæc IↃCCC.millia modiûm,quod emtum populo R. darent,non habuiſſe,*&c.*

64 ita frumentum imperatum bis & tricies IIS. in annos ſingulos,*&c.ſic hunc locum emẽdauit Hotomannus,& rectè. nam quater octingenta ſeſtertiûm millia efficiunt bis & tricies ſeſtertiûm centũ millia.*

65 prope centies & vicies erogatum] *ſic eſt legendum:nam nonaginta & triginta efficiunt centum viginti. Intellige autem hanc ſummam*, centies & vicies,*per triennium de publico Verri eſſe erogatam ſingulis annis:& ita toto triennio ad trecenties & ſexagies eſſe erogatum.*

66 quibus enim teſtibus?publicanis?] *quanto hæc ſcriptura ſit lectione vulgata concinnior,quis non videt? & tamen,ne quis exiſtimet ex ingenio meo, aut cuiuſquam qui viuat eſſe natam, aſſeuero eam eſſe in duobus codicibus antiquis,quibus vſus ſum, & in illo Fabric.comparere planè expreſſam. Idem dico de illa ſuperiore,*Primum cùm poſita eſſet,*&c. Idem de aliis omnibus,quas ſecutus ſum,quamuis propter multitudinem de iis nihil ſignificarim.*

Digitized by Google

66 indicaturũ ſe, ac patefacturum minatur) *hæc erant adſcripta ad oram libri cuiuſdam manuſcr. è regione lacunæ. quæ ſi ſint Mar. Tullij, necne ſint, neſcio. ad ſententiam quidem huius loci valde quadrant.*

67 non poſſes. Nunc cùm fœn.) *inter,* poſſes, *&c.* ſed publicam, *&c. liber vetus vnus habet lacunam: ex qua licet intelligere aliquid deeſſe. Et verò, vt non ſit lacuna, tamen lector attentus facilè animaduertat deſiderari aliquid tale.* Nunc verò cùm pecuniam reperiare fæneratus eſſe non tuam, ſequitur nũc, ſed publicam, *&c. Ne hoc quidem celabo lectorem, in codice illo omnium antiquiſſ. hoc totum deſiderari,* fænore accepto. hoc licuiſſe cuiquam probabis? quo non modò ceteri: *vt intelligat codices vetuſtiſsimos & optimos interdũ & alicubi eſse mendoſos, ac mutilos, neque vſquequaque eſse integros atq; emendatos.*

68 obſtupui) *ſic eſt ſcriptum in illo codice antiquiſs. quomodo & apud Plautum ſæpe hoc ipſum verbum ſcriptum reperitur.*

69 dederat publicè cauſam] *nihil mutandum.* dederat cauſam *autem, id eſt, dederat totam controuerſiam literis perſcriptam, vt eam me doceret.*

70 Quid accidit tandem cur, *&c.*] *ſic legendum eſt: atque vt ita legatur, ratio & cõſuetudo Latinè loquentium poſtulat. ita enim loquimur,* nihil accidit, quãobrem, *ſeu* quare, *ſeu* cur hoc facere debeam. *licet tamen & hoc modo legere.* Quî accidit, vt horũ, *&c. Nam ſic quidem loquuntur Latini,* accidit, vt, *&c. ſed* nihil accidit, vt, vel, aliquid accidit, vt *&c. arbitror apud bonos ſcriptores non reperiri.*

71 quem ei ciuitati imperas, emendum) *ſic habet codex ille vetuſtiſsimus hoc primum, deinde hoc totum,* Dubium eſt quid egeris? *abeſt ab eodem codice: ſequitur enim deinceps poſt* emendum. In medimna ſingula.

72 retines IIS. XVIII.] *ſic legendum eſt, libris omnibus inuitis. nam ſi medimnum ſex modios continet, & modius ſeſtertiis tribus lege æſtimatus erat, vt*

mox

mox dicetur: legi aliter non poteſt.

73 LLS.II.Sed) *liber antiquiſſ. habet,* LLS.II.*id eſt.* ſeſtertiis duobus,& ſem iſſe. *quo modo & legendũ cenſeo.*

74 non interpolatis]*ſic reſtitui, atque ita legendum. Interpolatæ autem literæ intelliguntur, in quibus veſtigia ſunt mendarum correctarum, multaq́; litura, quæ ſignificent ab initio non eſſe rectè, neque emendatè ſcriptas, poſtea autem correctas.*

75 ordine relata, atque confecta ſunt] *quidam legendũ putant,* in ordinẽ relata atq; coniecta ſunt.

76 Mala eſt hæc quidem, vt dixi, &c.) *ſic reſtitui, partim auctoritate codicis illius veteris fretus, partim coniectura ductus. Proponam igitur antiquam ſcripturam, quæ talis eſt,* Mala eſt hæc quidem, vt dixi, ac potiùs perdita, maximorum peccatorum, huius autẽ iniquitatis & inertiæ confeſſiõ. defenſio criminis. *Ex qua hanc facio:* Mala eſt hæc quidem, vt dixi, ac perdita maximorum peccatorũ per huiuſmodi incuriæ, & inertię confeſſionem, defenſio: ſed tamen, *&c. Licet continuò videre lectori, etiam me tacente, quid ſecutus ſim, quid mutarim, quid delerim. Si quis hîc plus videbit, ei gratulabor.*

77 certis nominibus)*nondum conſtitui, vtrũ ſit ſcribendũ,* certis nominibus, *an* rectis nominibus, *qua de re, in annot. in orat. pro Quinct. nonnihil diximus ſed plura in comment. Horatianis, ad illũ verſum ep. 1. li. v.* Cautos nominibus certis expendere nummos.

78 atque oppugnari iura dicet] *quidam libri manuſc. & vulgati habent,* oppugnari iura: *non, vt alij vulgati,* iniuria. *ego nunc illos ſequor.*

79 mulio, qui aduexerit)*ſic reperi ſcriptũ in cod. mã. atque ita ſine dubio legendum eſt, non* potiùs multo.

80 patribus familiis) *ſic habet antiquiſſimus ille codex, & præterea ſic legit Priſcianus libr. 6. cuius hæc verba ſunt:* Primæ declinationis fæmininorum genitiuum etiam in as, more Græcorum ſolebant antiquiſſimi terminare. vnde adhuc

paterfamiliâs, & materfamiliâs, pro familię ſolemus dicere, *&c. ſequitur paucis poſt verſibus.* Dicitur tam & paterfamiliæ, & patresfamiliæ, & familiarum, & familiis, *&c. mox profert hūc locum.*

81 Tu ex pecunia publica LLS. quatuordecies, *&c.) ſic eſt legendum, neque dubitandum, quin ita à Cicerone ſit ſcriptum, quamuis in Aldinis libris, & nonnullis manuſc. legatur,* tredecies. *Nam binæ quinquageſimæ totius illius ſumma, quæ Verri triennio fuerat erogata ex ærario, quæ erat ferè LLS. trecenties ſexagies, efficiūt quatuordecies ſeſtertiûm, & paulò plus, nempe quadraginta millia, quorū Cic. rationē nō habet.*

82 LLS. CCIↃↃ. IↃ. CIↃ. CIↃ. CIↃ.) *id eſt,* ſeſtertiûm *xviij.* millibus.

83 Inſtituerunt ſemper ad vltimā. *&c.) corruptus erat hic locus vitioſa interpunctione. ſic enim legitur in libris vulgatis,* ac rationem defenſionis inſtituerunt. Semper, *&c. ego interpunctionis notam locaui poſt vocem* defenſionis, *vt verbum* inſtituerunt, *ad ea quæ ſequuntur, pertineat. Præterea pro vulgata illa, & corrupta lectione,* ad vltima, ad difficillima loca apportandū frum. *&c. ego veram & emendatam ex antiquiſſ. libro reſtitui,* ad vltima, ac difficillima ad portandum loca, frumentū imperare.

84 & ita multi, vt ij, quos meminimus, *&c.*] *ſic habent libri veteres duo, & is, quem ſæpe, & in primis laudare ſoleo, Fabricianus codex in quibus vox* innocentiſſimos, *quæ eſt in vulgatis, non comparet: & in quibus pro* audiuimus, *quod habent omnes vulgati, reperitur,* vidimus.

85 quos non exarat, quos non aratro, ac manu quærit) *quidam libri, & manuſcripti & vulgati habent,* quos non exarat: *quæ lectio non eſt fortaſſe reijcienda. ego quidem eam probo.*

86 cum primis prudens) *alibi legitur,* cum primis ciuitatis prudens. *In vetuſto codice Fabricij* cū primis prudens, *quem ſequor. Eundem quoque in ea ſequor, quod habet infrà non longè,* non ad æquitatem condicionis, *&c. pro eo, quod habent libri vulg.* non

ad

ad æquitatis condicionem,*&c.*

87 Hoc arator aſſequi per triennium certè fructu ſuo non potuit] *quid ſibi velint hæc,* certo fructu ſuo, *quæ reperiuntur in libris vulgatis, non ſatis perſpicio. quidam legendum putant,* certè fructu ſuo non potuit. *nonnulli* profectò fructu ſuo n.p. *alij,* toto fructu ſuo, *&c. quidam,* cetero fructu ſuo, *&c. Ego nunc tandem,* certè fructu ſuo, *&c. quia ſic ſcriptum erat in codice illo antiquiſſ. edendum curaui.*

88 Si eſt æqua, & ferenda debet populo Roman. *&c.) hic locus præclarè ex illo libro manuſcr. reſtitutus eſt, in quo ſic planè legitur:* & ferenda debet populo Romano Sicilia decumas. det pro ſingulis modiis tritici ternos x. ſibi hab. *Hac nota* x. *autem ſignificabant veteres denarium: propterea quòd valet decem aſſeis. Iam decem aſſes, quatuor ſeſtertios efficiunt, cùm ſeſtertius duos aſſeis cum ſemiſſe valeat. Ita denarium quatuor ſeſtertios valere perſpicuum eſt.*

89 Feciſſe alios? Quid eſt hoc? *&c. Libet mihi cum his Ciceronianis, quibus hæc ſententia tractatur, non eſſe probandam eorum defenſionem, qui ita dicunt, vulgò fieri ſolere: aut alios idem feciſſe, Demoſthenica, eiuſdem argumenti, comparare, vt vel ex his locis quiuis intelligat, quanto ſit Demoſthen. Cic. ſubtilior, & preſſior: quanto Cic. Demoſth. vberior, & plenior. ſic igitur Demoſth. in orat* κατ᾽ Ανδροτίωνος. φήσει τοίνυν, ἁπάσας τοῦτον τὸν τρόπον εἰληφέναι τὰς βουλάς, ὅσαι πώποτ᾽ ἔχουσι παρ᾽ ὑμῶν δωρεάν, καὶ οὐδεμιᾷ γεγενῆσθαι προβούλευμα πώποτε. ἐγὼ δὲ οἶμαι μὲν οὐχὶ λέγειν αὐτὸν ἀλήθειαν, μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς. οὐ μὴν ἀλλ᾽ εἰ τοῦτο τοιοῦτό ἐστι τὰ μάλιστα, ὁ νόμος δὲ λέγει τἀναντία. οὐχ ὅτι πολλάκις ἡμάρτηται δήπου πρότερον, διὰ τοῦτ᾽ ἐπεξαμαρτητέον ἐστὶ καὶ νῦν, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀρκτέον, ὡς ὁ νόμος κελεύει τὰ τοιαῦτα ποιεῖν ἀναγκάζειν ἀπὸ σοῦ πρώτου. σὺ δὴ μὴ λέγε, ὡς γέγονε τοῦτο πολλάκις, ἀλλ᾽ ὡς οὕτω προσήκει γίγνεσθαι. οὐ γάρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη. σὺ δὲ τοῦτ᾽ ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ᾽ ἀποφύγοις ἂν δικαίως. ἀλλὰ

πολλῷ μᾶλλον ἁλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ, εἴ τις ἐκείνων προαι-
λω, σὺ ταῦτ' οὐκ ἂν ἔγραψας. οὕτως ἂν σὺ νῦν δίκην
δῷς, ἄλλος οὐ γράψει. i. dicet igitur, omneis curias ſiue
ſenatus, qui vmquam à vobis præmium conſecuti ſunt,
hoc eodem modo cepiſſe: neque vmquam cuiquam ſena-
tuſconſultum factum eſſe. Ego verò arbitror quidem eum
falſum dicere: immò verè certò ſcio. veruntamen,
vt hoc demus ita eſſe, ſi tamen lex contraria loquitur:
non continuò, quia ſæpenumero ante peccatum eſt, prop-
terea etiam nunc poſt illa ſuperiora peccata peccandũ
eſt: ſed contra initium faciendum eſt cogendi poſteriores,
vt ea faciant, quæ lex iubet, à te ipſo. Tu igitur, noli di-
cere, hoc ſæpe eſſe factitatum, ſed ita fieri conuenire. Non
n. ſi quid aliquando non ſecundum leges actũ eſt, & tu
hoc imitatus es, idcirco iure abſoluaris: ſed multò magis
damnandus ſis. Quemadmodum n. ſi quis illorum an-
tea damnatus eſſet, tu iſta non decreuiſſes: ita ſi nũc pœ-
nas dederis, alius non decernet. His addamus etiam hæc
Iſocratea, in oratione quæ inſcribitur, Βουσίριδος ἐγκώ-
μιον. Ἐπεὶ τὸν λόγον, ὃν συνέγραψας, οὐκ ἀπολογίαν
ὑπὲρ Βουσίριδος, ἀλλ' ὁμολογίαν τῶν ἐγκαλουμένων δι-
καίως ἄν τις εἶναι νομίσειεν. οὐ γὰρ ἀπολύεις αὐτὸν
τῶν ἁμαρτιῶν, ἀλλ' ἀποφαίνεις, ὡς καὶ τῶν ἄλλων τινὲς
ταῦτα πεποιήκασι, ῥᾳθυμοτάτην τοῖς ἁμαρτάνουσιν
εὑρίσκων καταφυγήν. εἰ γὰρ τῶν μὲν ἀδικημάτων οὐ ῥᾴ-
διον εὑρεῖν, ὃ μήπω τυγχάνει γεγενημένον, τοὺς δὲ ἐφ'
ἑκάστοις αὐτῶν ἁλισκομένους μηδὲν ἡγοίμεθα δεινὸν
ποιεῖν, ὅτ' ἂν ἕτεροι ταῦτα φαίνωνται διαπεπραγ-
μένοι, πῶς οὐκ ἂν καὶ τὰς ἀπολογίας ἅπασι ῥᾳδίας ποι-
ήσαιμεν, καὶ τοῖς βουλομένοις εἶναι πονηροῖς, πολλὴν ἐ-
ξουσίαν κατασκευάσαιμεν. id eſt, Nam orationem qui-
dem, quam conſcripſiſti, non defenſionem Buſiridis, ſed
cõfeſſionem eorum, quæ crimini dantur Buſiridi, meritò
quis exiſtimarit. Non enim eum peccatorum culpa li-
beras, ſed pronuntias nonnullos alios eadem feciſſe, ne-
quiſſimum peccantibus perfugium reperiens. Nam ſi
non eſt facile reperire facinus vllum iniuſtum, quod non
ſit admiſſum, & eos, qui in vnoquoque eorum manifeſtò
tenebuntur, nihil reprehendendum facere exiſtimabi-
mus, cùm alij eadem maleficia admiſiſſe reperien-

tur: quod aliud aſſequemur, quàm vt & omnibus defenſiones faciles reddamus, & iis, qui improbi volunt eſſe magnã eius rei facultatẽ, & licentiã demus?

90 ſignificaſſe & annuiſſe] *quidam legi volunt*, innuiſſe, *à quibus diſſentio.*

91 quàm poſſit defendere, *&c. ſic legendũ arbitror, non vt vulgò,* quàm ſe poſſit, *&c. neque vt vult Hotom. quãuis ita habeant nonnulli libri veteres,* quàm ſi poſſet, *&c. ſententia eſt aperta ſignificat enim pernicioſius eſse Verri dicere, ſe in re improbiſſima Antonij factum imitari voluiſse, quàm facilè, aut* δυνατὸν, *probare nihil ſe in vita M. Antonio ſimile feciſse. Neq; me de mea ſententia demouent docti quidam viri: in his Fabricius, qui ſcripturam illam antiquam tuetur, & ita explicat: M. Antonij adminiſtrationem in illo infinito imperio, quod ille habuerat, talem fuiſse, vt nõ ſit difficile nec Ciceroni, verbis demonſtrare, nec iudicibus exiſtimare, Verri pernicioſiorem eſse confeſsionem volũtatis imitando Antonio, quàm eſset futura defenſio, ſi eam haberet, nihil in vita ſe M. Antonij ſimile feciſse. Sic ille. cui aſsentiri non poſsum. Non video enim, qualis ſit hæc comparatio, pernicioſiorem eſse confeſſionem, &c. quàm futura ſit defenſio, &c. Ita enim potiùs fieri debeat, Verri pernicioſiorem eſse confeſſionem volũtatis in imitando Antonio, quàm faciliorem defenſionem, ſi diceret, ſe nihil in vita ſimile Antonij feciſse. Quare ſic potiùs, vt oſtendi, legendum videtur: cùm ſit hæc ſententia Ciceronis, pernicioſius eſse Verri dicere, ſe in re improbiſſima voluiſse Antonium imitari, quàm faciliùs defendere, ſe nihil in vita Antonij ſimile feciſse. Sic igitur mihi videtur hic locus & legendus, & explicandus: neque tamen cuiquam obſto, quo minùs ſuo arbitratu legat. Atque idcirco ſcripturam veteris codicis, à qua non admodum diſsentit vulgata, in contextu verborum Ciceronis repræſentaui, meum inſtitutum ſeruans: ad oram libri autem, eam quæ mihi magis probatur adſcripſi. Quòd ſi liceret coniecturis vti paulò liberioribus, & à vetere ſcriptura remotioribus, ſic dicerem eſse legendum, & ſic à*

Cicerone eſſe ſcriptum: vt multò pernicioſius ſit iſti dicere, ſe in re improbiſſima voluiſſe Antonium imitari, quàm faciliùs defendere, nihil in vita ſe M. Antonij ſimile feciſſe.

92 ſed quid probarit) *ſic emendaui. nam vulgò legitur*, ſed quid probarint, *mendoſè.* quid probarit *autem, id eſt, quid huiuſmodi fecerit, vt rectè factũ exiſtimetur. Sic M. Tull. epiſt. li. 1. ad Lent.* tantum contendere in rep. quantum probare tuis ciuibus poſſis. *Idem in Diuina. in Cæcil.* ſi in hac cauſa noſtrũ officiũ ac diligẽtiã populo R. probauerim⁹.

93 Cùm eſſet ante nouum, *&c.*) Cùm ante nouũ *triticum videlicet, vt rectè declarat F. Fabricius, modius* eſſet *X. V. id eſt*, denariis quinque: petiuerunt ab eo ciuitates, *&c.*

94 neque ſimili fecit annona) *ſic Hotomanus emendauit, & verò ſic habet liber vetus.*

95 in quo primùm iniuriæ gradu] *quidam legendũ putant*, in quoto. *fortaſſe rectius.*

96 æſtimari licere, denis non licere) *ſic reſtitui ex antiquis codicibus. nam libri vulgati non habent*, denis non licere.

97 Præclaros verò exiſtimas iud.) *ſic emendaui. atque ita ſine dubio legendum eſt, & meam coniecturam comprobant codices veteres. vulgata autem lectio*, præclaros viros, *reiicienda, & damnanda, vt inepta.*

98 Vix ipſæ decumæ relictæ ſunt) *quis non videt ſic eſſe legendum, vel inuitis libris omnibus, non vt in vulg.* vix ipſis?

EIVSDEM ANNOTATIONES IN ACCVSATIONIS LIB. IIII.

1 vos eam ſuo, non nominis, *&c.*) *ſic habent omnes libri manuſc.*

2 quod ad oculos animúmq; acciderit) *ſic habẽt quatuor libri manuſcr. quos ſecutus ſum. nam vulgati habent*, quod oculos, animúmque accenderit,

derit: *quã lectionem reieci, vt ſuppoſitam ab eo, qui veram, & Ciceronem dignam non intelligeret. Ita enim ſæpe loquitur*, accidit ad aureis, ad oculos, ad animum, *& item Lucretius.*

3 erant arulæ, quæ cuiuis] *ſic eſt emendatum in codice Mem. ex duobus libris manuſ. & in Cuiaciano ex vno. Nam vulgati habent*, erant tabulæ, q.

4 Canephoroe ipſæ diceb.] *ſic habent libri veteres: nonnulli alij*, Canephoroi: *quod idem valet, quam ſcripturam ſequor, vt rectam. Nam puellæ illæ dicuntur à Græcis κανηφόροι, non κανηφόραι.*

5 quatridui cauſa per ſimulationem ædilitatis] *libri manuſ. habent*, quatridui cauſam, *&c. vnde coniecturam facio legendum*, per cauſam, & ſimulationem ædilitatis. *Omnino vox* quatridui, *mihi ſuſpecta eſt, tum* quatridui cauſa, *genus loquẽdi inuſitatũ.*

6 tot homines cuiuſquemodi] *lib. manuſ. habẽt*, tot homines eiuſcemodi, *ego nihil muto. Quòd ſi mutandum aliquid ſit, malim legi* cuiçuimodi, *ſeu* cuiuſcuiuſmodi.

7 veriſimile non eſt, vt ille, *&c.*] *ſuſpectus mihi hic locus eſt, quemadmodum & ille, qui eſt in orat. pro Roſ. Amerino*, non eſt veriſimile, vt Chryſogonus horum literas adamarit. *vbi dixi, vocem* veriſimile, *videri ab aliquo intertextam. Sed hîc putarem ſic legendum*, veriſimile non eſt vt ille homo tam locuples, tam copioſus, tã honeſtus, religioni ſuæ, monumentiſque maiorum pecuniam anteponeret?

8 Cupidinem Praxiteli] *ſic legendum, & ita habent libri veteres.* Praxiteli *autem patrij caſus eſt.*

9 LLS. C. XX. millibus] *libri manuſcrip. habent*, LLS. XL. millibus.

10 ne fortè, dum publicis mandatis, *&c.*] *videtur legendum*, ne fortè, dum priuatis iniuriis ſeruit, de plublicis mandatis reticeat. *Alij legunt*, ſi fortè, dum publ. mand. *&c. Omnino hîc vlcus eſt.*

11 qua iudicium eſt communis, *&c.*] *ſecutus ſum libros vulgatos, nam manuſcr. planè mendoſi ſunt, in*

*in quibus ita ſcriptum eſt:*qua iudicium eſt munia arce ſociorum,*ex qua ſcriptura coniįcere quis poßit legendum*, hac lege , tamquam communi arce ſociorum.

12 res illum diuinas apud eos deos] *ſic emendaui, cùm libri ferè omnes habeant partim*,apud eos , *partim*,apud deos.

13 propè quotidie facere vidiſti] *libri manuſcr. habent*,probè quotidiano,*vnde quis ſuſpicari poßit legendum*,quotidianas:*vt cohæreat cũ* res diuinas.

14 tibi habe Canephoras]*libri manuſcr. habent* Canephoros,*& ita legendum puto.*

15 Siculi quòd hoc non de ſ.] *Dixerat M. Tullius paulò antè , Verrem Meſſanæ publicè commẽdaſſe non ſine reipub. & Siciliæ detrimento id oſtendit.* reſp. detrimentum fecit eò quòd per eum imperij ius, *&c. hîc nunc probat etiam Siciliam damno affectam eſſe, quod de ſumma frumenti, Siciliæ impetrati , nihil fuit detractum,ſed in in alios Siciliæ populos translatum. Itaque malim legi*,Sicilia,*repete,ἀπὸ κοινοῦ* detrimentum cepit. *verumtamen nihil muto.*

16 Ita C. Cato,*&c.*] *nihil deeſt , tantùm ſubauditur,aut repetitur,ἀπὸ κοινοῦ* condemnatus eſt. *quaſi ita diceret.* Ita (inquam) C. Cato condemnatus eſt,*quod loquendi genus alibi notauimus.*

17 tum,cùm ſeuera iudicia fiebant) *libri veteres plerique non habent vocem* ſeuera.

18 in Timarchidi prandium] *ſic legi debet , & ita eſt ſcriptum in libris antiquis.* Timarchidi *autem,patrius caſus eſt,quo libenter vtebantur veteres, quemadmodum ſuprà admonuimus. Infrà autem tertio verſu, vbi libri vulgati habent* , vndique deportabantur: *manuſcr. habent,* vndique deferebantur.

19 Verùm hæc emiſſe te dicis.] *Putant nonnulli hîc aliquid deſiderari,ſed falluntur. Nam redit ad illud,quod reſpondebat Verres , ſe emiſſe ſigna , quæ ex prouincia exportaſſet:multis interpoſitis ab Hero, & Mamertino,& Meſſana.*

20 an domum reuertiſſent) *emendatum in codice*

Ment

Memmmiano, & Cuiaciano ex veteribus, quemadmodudum reuertiſſet, *vtraque lectio probabilis eſt, ſed antiqua præſtat. nam vulgati habent*, an domum reuertiſſent.

21 te minus habiturum] *ſic habet vnus liber manuſ. & item quidam vulgati, alij*, te minus inuidiæ habiturum.

22 vt amici tui appellant cupiſſe, &c.] *ſic olim edendum curaui, & nunc in ſententia maneo. Nã quòd libri nonnulli vulgati habent*, ſtudioſè cupiſſe te celare de phal. *non probo. Quòd autem docti quidam ex hac ipſa lectione hanc faciunt*, morbum, vt amici tui appellant, vt tu ipſe, ſtudium cup. *probabilis illa quidem diuinatio eſt, cum iis, quæ ſunt in huius libri* IV. *principio conſentanea: ſed eodem tempore, eademq́; opera, ταυτολογία inepta, & inanis eſt. Verumtamen iudicet lector eruditus.*

23 vbi quidquid eſſet] *id eſt, vbi quidque eſſet: quo modo ſæpe vſurpat Lucretius.*

24 vnde degreſſa eſt, oratio reuertatur] *libri duo man. habẽt*, vnde degreſſa eſt oratio, reuertamur.

25 in C. Cacurij] *legendum fortaſſe eſt*, C. Curij.

26 apud quem diuerſatus es] *libri ſcripti omnes habent*, deuerſatus es, *vt edi iuſſimus: & ſuprà, vbi vulgati habent* diuertiſti, *illi* deuertiſti.

27 quæ Thericlea nomin.] *ſic nunc edendum curaui, reiecta vulgata ſcriptura*, Heraclea. *Dicta autem ſunt pocula Thericlea, ſeu Thericlia, ab inuentore, ſeu artifice Thericle, quem cõmemorat Plutarchus, ἀποφθ. βασιλ. his verbis*, Μεμμίου δέ τινος χιλιάρχου λαβόντος ψυκτῆρας διαλίθους περικομίζοντα, καὶ Θηρικλείους, *&c. & Plinius lib.16. cap.40.* Celebratur & Thericles nomine calices ex therebinthio ſolitus facere torno, *&c. Horum poculorum fit etiam mentio in epiſtolis Phalaridis. Sic ille ad Polycetum quendam medicum*, ἀπέσταλκά σοι τῆς ἐμαυτοῦ ψυχῆς χαριστήρια φιάλας ἀπέφθου χρυσοῦ τέσσαρας, καὶ κρατῆρας ἀργυρέους τῆς καθ' ἡμᾶς τέχνης δύο, καὶ ποτηρίων Θηρικλείων ζεύγη δύο, *id eſt, miſi ad te, vt teſtarer meam*

*tuorum erga me meritorum memoriam,& vt intelligeres me grato eſſe animo,phialas ex auro puro puto quatuor,& crateras argenteos antiqui artificij duos,& poculorum Thericleorum paria duo. Commemorat & Athenæus lib.*11.

28 Res clara, Sicilia tota] *ſecutus ſum libros manuſcriptos:nã vulgati habent,*Reclamat Sicilia tota *&c.infra proximo verſu ijdem manuſcripti,vbi vulgati habent,*non præſenteis reos fieri,*non habent* præſenteis,*quos item ſecutus ſum.*

29 patella grandis] *nihil mutandum. Nam patellæ dicebantur, quibus vtebantur in ſacris.*

30 peræqua proportione] *ſic olim edidi,ſecutus libros omneis,& manuſcriptos, & vulgatos. ſed Adr. Turnebus exiſtimat legendum,* peræquè proportione,*cuius ſententia probabilis eſt.*

31 ſed omnium cupidiſſimorũ]*ſecuti ſumus libros manuſc nam vulgati habent,*omnium auariſſimorũ.

32 Illa verò optima]*ſubiūt* iudicia & exẽpla,*ſed legendum fortaſſe eſt,*Illa verò notiſſima, *&c.*

33 ipſe in oppidum aſcendere noluit] *ſic repoſui, neque verò dubium eſt, quin ita legendum ſit,nam primùm* accedere in vrbem,*aut* in oppidũ,*nõ dicunt Latini:deinde ſi maximè ſit Latinis vſitatum,tamẽ accedere in vrbem,non eſſet intrare in vrbem poſtremò apparet,hanc vrbem fuiſſe in monte ſitam, itaque* aſcendere *conuenit : &, ita mox loquitur :* accedere *nullo modo , vtpote qui iam ad vrbem acceſſerat, nequè longè ab vrbe aberat,ad mare,infra oppidum, vt mox dicet,ibi,*Artagathum,& argentum in lectica cubans ad mare infra oppidum exſpectabat, *quẽ locum aliquantum corruptum profert Seruius lib.* 3. *Aen.ad illum verſum,*Ardnus inde Acragas oſtentat maxima longè,*&c. his verbis,*mons eſt muro cinctus:in cuius ſumma parte oppidum eſt,vnde & Cicero ait,Ad mare infra mœnia ante oppidũ exſpectabat,de Verre,*legendum, vt hîc eſt apud Ciceronem:vel ſic vtrobique,*ad mare infrà ante oppidum exſpect. *Infrà autem non longè , nonnulli libri*

veteres

Digitized by Google

veteres habent, vt vulgati, ibi, vt quidquid Haluntini eſſet argenti cælati, aut ſi quid etiam Corinthiorum, vt omne ſtatim, *&c. quæ ſcriptura ferri poteſt, vt intelligamus particulam* vt, *eſſe iteratam: quod non eſt Ciceroni, Plauto, & aliis inuſitatum.*

34 vt egomet mihi detraham, *&c.*] *nihil muto. verumtamen non celabo lectorem, me in nonnullis libris manuſcript. reperiſſe ſcriptum,* vt ipſe de me detraham.

35 quanti teſteis Siculos, negotiatoréſque fecerit] *libri manuſcripti habent,* quanti teſteis, Siculos negotiatores fecerit.

36 inſtituit officinam Syracuſis in regia maximã] *hunc locum emendaui, poſita hîc interpunctione poſt nomen* maximam, *& ex* regiam, *detracta litera* m, *idq́; ex auctoritate duorum librorum manuſcr.*

37 eò conducit magnam, *&c.*) *libri tres manuſcr. habent,* eos concludit magna hominum multitudine.

38 Sunt veſtrûm, iudices, aliquam multi] *ſic reſtitui, cùm eſſet ſcriptum in libris manuſcr.* alij quam multi, *in vulgatis autem,* quàm multi, *planè mendosè. Sed præterea hoc diſſimilitudinis eſt in libris veteribus quòd non habent vocem* iudices.

39 non laborauit, quid non modò in Sic. v. etiam R. in iud. audiret] *Hotomanus vult legi,* non laborauit, quin, *&c.* audiretur, *in libris manuſcri. nihil eſt varietatis in verbo* audiret, *ſed in particula* qui. *illi enim habent,* non laborauit, quid, *&c.* audiret. *quæ ſcriptura ſine dubio recta eſt, & iam antè à Mureto lib. 3. variar. lection. comprobata.*

40 Attalus, homo pecc. Neti, Lyſo Lilyb.] *Quamuis etiam in priore editione lectionem vulgatam in contextu retinuerim: corruptam eſſe tamen indicaueram, & ſcripturam antiquam propoſueram, ex eáque veram, & rectam conieceram ante eos omneis, qui in libris Aduerſ. eadem coniectura ducti, hunc locum emendarunt, & hîc & in aliis innumerabilibus actum agentes. Cùm igitur hunc locum*

in

ἀπὸ Σικελίας μεστὴν οὖσαν. ἐκήρυξε τοὺς ἀπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγινώσκειν, καὶ κομίζεσθαι. *id eſt Scipio Africanus cùm reperiſſet Karthaginienſium ſtatuis Græcis, & donis, quæ dijs fuerant conſecrata, refertam, prædicandum curauit. vt omnes ex Siciliæ vrbibus conuenirent, & ſuas quiſque ſtatuas recognoſcerent, ac reciperent.*

48 grandibus literis) *id eſt, longis literis: ſic enim appellat Plautus.*

49 quaſi illa ipſa facere percuſſus eſset) *nihil muto, neque quidquam varietatis reperi in libris manuſcr. verumtamen quidam viri docti putant legēdum,* peruſtus eſſet *Agretius in libello de orthographia legit,* percuſſus eſſet, *de quo me admonuit Petrus Daniel Aurelianenſis. Ego* percuſſus, *retineo:* perculſus, *reijcio atque improbo.*

50 qui non obtriuit aliqua ex parte, *&c.*]*ſic emendauit Hotomanus, coniectura ductus, idemq; mihi multò antè venerat in mentem, nam & vulgati, qui partim habent,* obtruſit, *partim* obtruit, *& manuſcripti, qui habent,* obtruxit. *mendoſi ſunt.*

51 nomen inuictiſsimi imperatoris) *liber vnus manuſc. habet,* nomen inuicti imperatoris.

52 Karthagine capta recuperatum]*ſic reſtitui, rectæ ſcripturæ veſtigia in codicibus man. obſcurè apparentia, & ferè abſoleta, ſecutus. ita enim in duobus ſcriptum eſt,* captum recuptum, *vnde legendum conieci,* capta recuperatum, *quæ lectio & Hotomano venerat in mentem. Licet etiam legere,* Karthagine capta, receptum reponatur.

53 Ita tū ex illo oppido proficiſcitur] *libri manuſ. habent,* & ſtatim ex illo oppido proficiſcitur.

54 adſtrictúmque dedamus] *legendum fortaſſe eſt,* aſtrictúmque videamus.

55 vt rictum eius, ac mentū] *ſic legit Nonius Marcellus, & ita ſcriptum eſt in libris manuſcr. non vt in vulgatis,* rictus: rictum *autem in neutro genere vſurpauit & Lucretius lib.* 1. Mollia ricta tremunt duros nudantia denteis, *&* vi. frigida pellis, Durá-

que inhorreſcens rectum: frons tenta minebat: *ſeu, vt quidam legunt,* inhorrebat rictum, *&c.*

56 malè mulcati] *neminem hodie puto eſſe, qui hanc lectionẽ non tueatur, & probeat: vulgatam autem* mulctati, *reiiciat atque improbet, niſi fortè ex eo genere hominum ſit, qui nihil vident in clara luce.*

57 non hoſtium aduentu necopinato] *ſic habent duo libri manuſ. quorum auctoritatem quamobrem non ſequeremur, nulla cauſa viſa eſt. nam libri vulg. non habent,* necopinato.

58 quod cuique fors offerebat] *ſic eſt legendum, & ita ſcriptum eſt in libris antiquis. mendosè autẽ habent vulgati,* fors offerebat.

59 æditimi cuſtodéſque) æditimi *legendum, & ita eſt in libris manuſcr. idem autem valet* æditimi, *quod* æditui, *de qua voce lege Gell. lib. 12 cap. 2.*

60 antiſtitæ] *ſic eſt legendum & ita habent noſtri libri veteres: ita legit Priſcianus lib. 5. vulgata autem lectio,* antiſtites, *mendoſa eſt.*

61 tametſi ne oculis quidem captus, *&c.*] *correctio eſt, ſiue ἐπανόρθωσις eius, quod ſuprà dixerat, nõ longè, ibi,* à quibus etiam oculos cohibere, *&c. Hæc autem ſententia eſt, tametſi, inquit, tu non es deceptus oculis, neque oculorum incontinentia in hanc fraudem incidiſti: ſed auribus & aurium culpa. Sed videtur legendum,* tametſi non oculis ſanè captus, *&c.*

62 Quî id potes?] *libri manuſ. habent,* Quî id potes? *quomodo excudendũ curauimus, legendum fortaſſe eſt,* Quî id pote eſt? pote *autem, id eſt, δυνατὸν: aut ſcriptura antiqua retinenda, & ita explicanda, quî id potes audiſſe ex viro bono?*

63 In promontorio fanum eſt Iunonis, *&c.*] *libri veteres habent,* promuntorio *per* u *ſcriptum in ſecunda ſyllaba: quos nunc ſequor.*

64 quem legibus, ac iudiciali iure perſequor?] *hoc* iudiciali iure, *mihi ſuſpectum eſt, videturq́; vox* iudiciali, *delenda, aut transferenda in alium locum inferiorem, vt legamus,* per iudicialem tabellam. *hîc autem ſic,* legib. ac iure perſequor?

65 nunc in recognitione ſcelerum ſuorum] *libri*

duo manuſc. quorum alter Memmianus, alter Cuiacianus eſt, habent, nunc in recordatione, *&c.*

66 de manu Cereris Victoriã deripere) *ſic legendũ, non* diripere. deripere *autem, id eſt, de aliquo loco, & interdum de ſuperiore loco rapere: de quo nos aliàs ſcripſimus. in manuſc. lib. ſcriptum reperi*, eripere, *vt magis credas à M. Tullio ſcriptum eſſe*, deripere.

67 à maioribus inſtituta accepiſſent) *ſic emendaram iampridem in meo cod. ſola coniectura ductus. nũc in ſententia maneo, poſtquã* inſtituta *reperi ſine vlla litura, aut varietate in codicibus manuſc.*

68 propter eã causã, ſcelúſq; iſtius] *libri vulg. habent,* propter eã cauſam ſcelere iſtius *man.* propter eã causã ſceleris iſti⁹. *quidã repoſuerunt,* cauſã, ſcelúſq; *quos ſecuti ſumus. verũtamen,* ſcelere *&* ſceleris, *puto eſſe ab aliquo adiecta, & ſic legendum,* propter ea cauſam euenire videantur. *vel contrà, has duas voces.* eã cauſam, *ſuſpicari licet eſſe inculcatas, & ſic legere oportere,* propter ſcelus iſtius, *&c.*

69 conſeruate veſtram. *ſic legendum, & ita ſcriptum eſt in lib. manuſc. ſine voce* auctoritatem, *quæ ſine dubio ab aliquo arrogante & ſtolido adiecta eſt, qui non videret ſubintelligi,* religionem.

70 introitu Marcelli purũ à cæde ſeruatũ eſt) *ſic habent lib. manuſc. & ita ſine dubio eſt legendũ, nõ, vt in vulg.* à plurima cæde. *eſt enim lectio illa incocinna, & inepta, hæc concinna & elegans, & Cicerone digna.*

71 qui Themenites vocatur) *tam varia eſt huius loci ſcriptura, vt facilè appareat, eum eſſe corruptum, alij enim habent,* Theſmotes, *alij* Themictes, *alij* Themiſtes, *alij* Tennites, *alij* Themites. *adde quòd docti quidam legi volunt,* Theſmothetes, *ego* Temenites *excudendum curaui, proximè accedens ad ſcripturam veterem.* Temnites *enim ſcriptum reperi in duobus libris manuſcriptis.* Temnites *autem dictus eſt Apollo à loco qui* τέμενος *dictus eſt: de quo ſic Stephanus,* τέμενος τόπος Σικελίας ὑπὸ τὰς ἐπιπολὰς πρὸς ταῖς Συρακούσαις, ὁ οἰκήτωρ, τεμενίτης. *id eſt, Temenos locus Siciliæ ſub Epipolis, iuxta*

Syracuſas: cuius incola Temenites appellatur. Cùm hæc ſcripſiſſem, itaque iampridem emendaſſem, & edidiſſem, exierunt in lucem lib. XII *priores Aduerſariorum Adr. Turnebi, viri ſingulari doctrina præditi: in quorũ libri octaui capite* XII. *hoc idem ei veniſſe in mentem videre licet. idem ille in diem caput coniecit emendationem illam meam ſuperiorem.* purum, à cæde ſeruatum eſt. *Quod enim ſæpe accidiſſe viderem, idq; mirarer: comperi bibliopolam ſolitum eſſe ad eum quotidie mittere folia vnoquoq; die impreſſa. Hinc illæ lacrymæ.*

72 domui ſuæ ornamento vrbem futuram) *ſic repoſui veritatem & rationem ſecutus, quomodo enim domus Marcelli vrbi poterat eſſe ornamento, ſi nulla ſigna eius domum eſſent deportata? nunc autem vbi ſignis Syracuſanis ornata, domui Marcelli eſt ornamento.*

73 Agathocli regis] *ſic eſt legendum, & ita eſt in libris manuſcr.* Agathocli *autem pro* Agathoclis, *poſitum vt ſæpius à nobis dictum eſt.*

74 tam eſſe me cupidum] *locus ſuſpectus, quid enim hæc ſibi volunt? cuius rei cupidum? Itaque putarem legendum eſſe,* tam eſſe me criminandi cupidum, *aut alio ſimili modo.*

75 nullas vmquam vllo in templo f.] *ſic ſe reperiſſe ſcriptum in nonnullis codicibus vetuſtis teſtatur Adr. Turnebus lib.* 1. *Aduerſ. cap.* 12. *Nunc igitur & eius fidem, & librorum illorum auctoritatem ſecutus, ſic edendum curaui, reiecta vulgata,* nullas vmquàm vllo tempore, *&c.*

76 Etiámne gramineas haſtas?] *ſic habent omnes libri etiam veteres: neque aſſentior Hotomano, exiſtimanti, legi potius oportere* fraxineas, *nam etiam Seruius ad illum Virgilij locum lib. Aen.* 5. Gramineum in campum, *hanc lectionem probat: interpretaturq́;* gramineum graminoſum.

77 Silanionis opus) *in libris manuſcript. neque eſt prænomen* Marci, *neque* Annei. *Præterea hoc nomen vitioſè ſcribitur in libris vulg per* y, *& cum* ll, *geminis.*

78 ſpectet forum ornatum, *&c.) ſecutus ſum libros duos manuſcriptos, & aliquot vulgatos. Nam alij*

vulg.

vulg.habent, ſpectet eorum ornatum, *&c.adde quòd Hotomanus vult legi*, ædibus, *pro* ædilibus. *ſed idem habebat in ſuo codice*, eorum ornatum. *Etiam hanc emendationem multò antè à me excogitatam, retulit in Aduerſ.lib.8.cap.12. Adr. Turnebus. eadem atque ego fortaſſe coniectura ductus.*

79 hinc coniicere poteſtis) *libri vulgati habent*, hinc colligere poteſtis.

80 grauius tulerunt, nec ferunt) *duo libri manuſc. habent*, grauiùs fleuerunt, ac tulerunt.

81 hæc venditare cœpiſſe) *ſic habent libri manuſcr. quos quamobrem hîc improbarem, nulla cauſa viſa eſt. nam* venditare, *nihil eſt aliud*, *quam vendere velle: quod huic loco valde conuenit. ſententia autem huius loci hæc eſt: non eſſe credibile, Græcos homines, ſigna & tabulas pictas tum vendere voluiſſe, cùm iudicia Romæ fieri deſita ſunt, quas res tum magno ſtudio coëmebant, cùm iudicia fiebant. Ratio hæc eſt, nam tum res emimus, cũ paruo conſtant: tũ vendimus, cũ bene vẽdere licet. At cùm Romæ iudicia fiebãt, ſtatuæ, tabulæ pictæ carè venibãt, quia non metuebant earum poſſeſſores & domini, ne à magiſtratibus Romanis ſibi auferrentur: contrà cùm iudicia fieri deſierũt, domini paruo pretio vendere, quàm eas ſibi per vim extorqueri, malunt. Et tamen Græci homines ita ſunt tabularum pictarum, & ſignorum cupidi, vt eas res tum coëmerent, cùm cariſſimè conſtarent. non eſt igitur veriſsimile, eoſdem homines has res tum vendere velle cœpiſſe, cùm paruo vendere neceſſe haberent.*

83 vt ab eis marmorea Venus illa auferatur?) 12. *ferè abhinc annos emendaui in commentariis Horatianis ad illum locum*, ſcilicet vt non Sit mihi prima fides, & verè q. pl. vt non Acr. el. pretium ætas altera ſordet, *epiſt.ad Loll. 2. lib.1. epiſt.multáque ſimilia exempla ex Plauto, & ex aliis bonis ſcriptoribus collegi. Et in priore editione Ciceronis ſic edendum curaui, & Ciceronis orationis omnes editæ erant à me X.menſibus antè quàm xij.libri Aduerſariorum Ad.*

Turnebi priores in manus hominum peruenirent, & tamen ille vir etiam hîc actum agens, eundem locum, quaſi nondum emendatum, cap. 1. lib. 8 Aduerſ. ſic legendũ eſſe admonuit, non vt vulgò, Venus illa ne auferatur. *Eadem opera etiam à nobis emendatus eſt is qui proximè ſequitur:* Quid Tarentinos, vt Europam in tauro ſedentem amittant? *qui ſic vulgò impreſſus eſt,* vt ne Europam, *&c.*

87 mirum quendam dolorem accidere eis, *&c.*] *duo libri manu. habent,* mirum quendam dolorem accipere eos, *&c. quæ lectio mihi valde probatur: eamq; nunc ſequor, quamuis olim vulgatam retinuerim, ſatis habens, veterem indicaſſe.*

88 nimia in iſtum non modò lenitudine, *&c.*] *nihil à lectione vulgata muto, niſi quòd addo* modò, *poſt negationem* non, *ſed tamen non celabo lectorem amici cuiuſdam mei coniecturam: qui putat legendum* lentitudine, *quam ego valde probarẽ, niſi Nonius reclamaret. Quod autem etiam hunc locum, quaſi à me nõ X. menſibus antè emendatum, ſic legendum eſſe admonet Adr. Turnebus, hoc quoque & ſimilia eiuſdem generis quàm plurima eius feſtinationi aſcribenda ſunt.*

89 conſeruandiſque præfuerat] cõſeruandiſque, *abeſt ab vno cod. manuſc.*

90 Mos eſt Syracuſis, vt ſi qua de re ad ſenatum referatur] *duo libri manuſcr. habent,* ad ſenatum referant, *&c.*

91 nam principium ſententiæ perſcribi ſolent] *ſic habent libri duo man. vulgati autem,* nam principiũ ſententiæ perſcribi ſolet, *planè ineptè. Hotom. legẽdum exiſtimat,* principiò ſententiæ perſcribi ſolent, *quod reÿcio. Etiam hanc emendationẽ Adr. Turnebus in Aduerſaria ſua retulit aliquanto pòſt quàm ita edideram, ſanè aliud agens, ſiue feſtinans, ſiue quod mihi in mentem veniſſet, idem ſibi quoque veniſſe oſtendere, quamuis ſerò, volens.*

92 ille contrà, *&c.*) *ſic reſtitui ex codicibus antiquis. multa autem hoc loco deſiderabantur in libris vulgatis, à librariis, vt credibile eſt, prætermiſſa. quæ quis non videt eſſe Ciceronis, & huic loco maximè*

Digitized by Google

conuenire; hæc dico. Ille contrà: negare illud S. C. in quo pr. appellatus eſſet, mihi tradi oportere. ego legem recitare: inſtare omnium mihi tab. pr. *autem, id eſt,* prætor. *vnde tamen ſcriptores librarij fecerant,* populus R.

93 qui ex tota prouincia] *ſic ex antiquis cod. reſtituit Adr. Turnebus. nam vulgati mendosè habent,* qui ex tanta prouincia, *&c. quos fateor me in priore editione ſecutum eſſe, neque hoc mendum ſuſtuliſſe.*

94 vt ad ea, quæ, *&c.) ſic ego iam olim edidi,* omnium princeps, *cùm vulgò legeretur*, vt ea quæ, *&c. ſine præpoſitione* ad.

EIVSDEM ANNOTATIONES IN LIBRVM V. ACCVSAT.

1 oratio M. Antonij) *quidam legendum cenſent,* ratio M. Antonij.

2 paſtorem cuiuſdam fuiſſe) *legendum fortaſſe eſt,* paſtorem cuiuſdam feciſſe.

3 qui tantam beſtiam percuſſiſſet] *alij libri habent,* quo tantam beſtiam, *&c.*

4 ne quod in ipſa bellum poſſ. ex.] *libri man. habent.* vt neque ex ipſa bel. poſſ. exſiſtere. *vnde ſuſpicari poßit aliquis, legendum eſſe*, vt ne quod, *&c.*

5 domino denuntiatum eſt, vt adeſſet] *in duobus libris manuſcr. deeſt hoc totum,* vt adeſſet.

6 nomine ſceleris, coniur.) *alij libri habent*, homines ſceleris coniurationiſque damnati. *ego neutram vocem, neque* nomine, *neque* homines, *huc recipio, vtramque ſubditam exiſtimans. ſic autem legẽdum arbitror,* ſceleris, coniurationiſque damnati, *&c. ſic loquitur infrà*, cùm viderent ea facilitate prætorem, vt ab eo ſeruorum, ſceleris, coniurationiſque damnatorum, *&c. vbi vox* ſeruorum, *à quibuſdam libris abeſt. vox* nomine, *certè non interponitur.*

7 at nõ ab iis ipſis, qui iudic. *&c.) ſecutus ſum codices manuſcr. qui habent hîc tribus in locis proximis,* at, *pro vt, quod eſt in vulgatis. neque dubium eſt quin ita ſit legendum.*

8 cauſam dicere) *vox* dominos, *quæ eſt in codicibus vulg. & quibuſdam manuſcr. videtur delenda. non enim domini cauſam dixerunt, ſed ſerui ſoli, ij, qui in ſuſpicionem coniurationis vocati eſſent. ſed reſponderim, dominos hîc cauſam dicere pro ſeruis, non pro ſe. ſerui enim cùm iure ciuili ſint ignoti, neque ſint ciues: cauſam neq; pro ſe, neque pro altero dicere queunt.*

9 in Leonte Megarenſi] *libri manuſc. habent*, in Leonida Acharenſi) *quos ſequor.*

10 abripi à tribunali) *ſic legi debet, & ita ſcriptum eſt in libris manuſc. in vulgatis* arripi, *mendoſè.*

11 ſed ad aliud genus imperatorum eſſe referendum, ſanéque, *&c.) hunc locum in omnibus libris vulg. corruptum, non ſine ope veterum codicum ſanè feliciter reſtitui.*

12 quin aliquo tempore, eius diei) *hunc locum ordo vocum perturbatus corrumpebat: qua perturbatione ſublata, & vocibus in ſuum ordinem reſtitutis, in ſuam integritatem totus quoque locus reſtituitur.*

13 puluinus irat pellucidus, Melitenſis, roſa farctus) *etiam hic locus vitioſa interpunctione, & vnius literæ iactura, corruptus erat. Ita enim legitur in libris vulg.* Melitenſi roſa fartus. *eum igitur ſic emendauit Memmius:* pellucidus, Melitenſis, roſa farctus. *non enim (inquit ille) roſa Melitenſis, ſed linum Melitenſe fuit in deliciis, vtpote tenuiſſimum, & ſubtiliſſimum, atque eius coniecturam libri veteres adiuuant.*

14 ad nareis ſibi admouebat) *ſic legit Nonius Marcell. & ita ſcriptum eſt in libris man. vulgati autem habent*, ad nareis ſibi apponebat. *minus eleganter.*

15 delecta ad libidinem mulier) *libri manuſcr. habent*, dilecta ad libidinem mulier. *neque verò dubiũ eſt, quin ita legendum ſit.* dilecta *autem hîc à verbo* diligo, *quod eſt, inter multos lego: vnde* dilectus militum.

Digitized by Google

16 & labor operis maximè offenditur) *libri veteres habent*, maximè offendit. *ego nihil muto, quamuis locus mihi ſuſpectus ſit. doctus quidam legendum putat*, oſtenditur. *ego* offenditur, *interpretor* καταλαμβάνεται, *deprehenditur, reperitur.*

17 pulcherrimo Syracuſarum loco) *alij legunt & hîc*, luco: *& item infrà*, extra illum lucum, *&c. & mox* ipſum lucum aditus, *&c. ſed codices manuſcr. habent*, loco, *&* locum. *ſignificat autem eum litoris locum (opinor) quem Syracuſani* actam *appellabant.*

18 vbi primum qui ex alto) *libri veteres habent*, vt primum, *&c. quos ſequor. Nam* vt, *pro* vbi, *ſæpe vſurpant boni ſcriptores.*

19 extra illum locum] *libri ferè omnes vulgati habent*, lucum. *ſed manuſcr.* locum, *vt diximus.*

locum literis) *libri vulg. habent*, lucum illum litoris. *manuſc.* locum, *quos ſequor.*

20 perduci ſolebat) *alij libri vulg. habent*, produci ſolebat, *videtur legendum*, reduci.

21 iura omnia prætoris vrbani) *vel ſic legendum, quomodo reperi ſcriptum in duobus codicibus manuſcr. vel ſic, vt in alio*, iura omnia prætoris populi R. *licet & ita legere*, iura omnia prætoris R. *nã in vulg. mendoſè legitur*, iura omnia populi R. *non enim iura populi R. hoc loco ſignificat, quæ ſunt publica: ſed iura prætoria. Cui autẽ ſunt inaudita hæc vocabula, aut cui ignota eorum differentia eſt, ius publicum, ius priuatum, ius ciuile, ius prætorium?*

22 communique populi R.) *libri manuſcr. habent*, communique rep. *vnde quidam ſuſpicantur legendum* communique reip.

23 non ſolùm datum, ſed etiam creditum) *placet mihi Memmij coniectura, vt legatur*, honorem illum non tam datum, quàm creditum, *&c.*

24 quaſi in aliquo orbis terræ theatro) *lege, vt habent libri manuſc.* orbis terrarum.

25 ipſi naturæ, ac neceſſ.) *Quidam legendum cenſent*, ipſi naturæ neceſſitati, *quorum coniecturam adiuuant harum duarum vocum ſic poſitarum*, na-

Digitized by Google

turæ neceſſitas, *exempla apud* M. Tull. *& alios bonos ſcriptores non pauca.*

27 ad memoriam poſteritatemque prodendam] *approbata Memmij coniectura edideram olim,* ad memoriam poſteritati prodẽdam, *neque verò me mouit, quod apud Nonium hic locus ita legitur, vt in libris vulgatis. mendoſus enim eſt illo loco Nonius, vt ex ijs, quæ mox ſubiicit, intelligere licet: Sic Nonius* Prodere *etiam protendere eſt, vel edere. Virg. Aen. lib. 4.*

Italiã regeret, genus alto à ſãguine Teucri. Proderet. *M. Tullius de ſupplicijs in Verrem.* Ius imaginis ad memoriam, poſteritatémque prodendam. *vbi legendum eſſe arbitrabar,* ius imagines, ad memoriam poſteritati prodendam. *legendum autem eſſe,* poſteritati prodendam (*nam de ſuperiore mendo non eſt dubium*) *apparet ex altero exemplo quod ſubiungitur. Idem de Senectute:* Non accipere modò hæc à maioribus voluerunt, ſed etiã poſteris prodere. *Hactenus Nonius. Quis non videt, eandem eſſe rationem huius locutionis,* poſteris prodere, *atque illius* poſteritati prodendam? *Hæc igitur olim annotaram. Nunc autem ſatius eſſe iudicaui, ſcripturam receptam, præſertim auctoritate Nonij confirmatam, retinere, ita tamen, vt maneam in ſententia, & exiſtimem eſſe corruptam.*

28 digno in loco poſita] *in libris manuſcr. non eſt vox* digno.

29 quid oneris haberes] *legendum putabam olim,* quid oneris ſubires, *quaſi* haberes, *natum eſſet ex peccato librarij, qui* oneris vbires, *ſcripſiſſet, omiſſo* ſ, *nunc ſententiam muto, & vulgatam lectionem retineo. Poſt vocem* negotij, *fortaſſe deeſt verbum* ſuſpiceres, *ſeu potiùs,* reciperes.

30 extrudere noluiſti] excludere, *habent libri manuſc. vulgati autem,* extrudere, *vtraque lectio probabilis eſt hoc tantùm intereſt, quòd* extrudere *dicimur eos, qui iam domi noſtræ ſunt:* excludere, *qui domum noſtram introire volunt, Terent. Eunu.* Excluſit, reuocat, redeam? non ſi me obſecret.

31 Tempſanum incommodum] *lege,* Temſa-

Digitized by Google

num,*& infrà* Temſa,*ſine p.& aſpirationis nota.*

32 auaritiæ, maieſtatis deminutæ] *ſic emendauit Hotomanus. neque verò dubium eſt, quin ita legendum ſit, non, vt vulgò,* maieſtatis dementiæ,*&c. ſupra autem paucis antè verſibus, verbum* adhibuit, *quod deerat, ex vno libro manuſ. reſtituimus. ibi,* diligentiámque adhibuit in eo ſingularem.

33 fuit iſta reprehenſio quondam] *libri manuſc. duo ſic habent,* fuit iſta res p. rentio quondã *vnde ſuſpicatur Memmius legendum*, fuit iſta reip. religio.*vel,* reip.ratio quondam. *ego ex ſimili quodam loco, qui eſt infrà, legendum putarim*, Fuit iſta reip. dignitas,quondam. *omiſſa eſt ſcilicet vox* dignitas, *ab aliud agente librario. Codex Cuiacianus tamen habet,*fuit iſta reſpu.quondam.

34 in quibus tibi mercari nihil licet] *libri vulg. habẽt,*in quibus tibi habere,mercari nihil licet, *mendoſè opinor. libri manuſcr. mendoſiùs,*in quibus te habere nihil licet, *&c. Quid ſi ex hac tamen ſcriptura, quamtumuis mendoſa, faciamus,*in quibus temerè nihil licet?*fortaſſis enim ſcripſit errans ſcriptor librarius,*ebere,*pro* emere,b. *pro* m. *in quo ſæpe peccabant ſcriptores illi: deinde poſtea fecerunt alij* habere,*ex* ebere.*Iudicet lector eruditus, & ingenioſus.*

35 nam illud minimè mirum eſt] *libri manuſ. habent.*Iam illud,*&c.*

36 in fetialium manibus educatum] *quidam legi putant oportere,*in fetialium moribus,*à quibus diſſentio.*

37 nam cùm hoc munus imponebatur] *ſic habent libri manuſc. duo vulgati,*impetrabatur.

38 Primùm vt in iudiciis, *&c.*] *Priſcianus lib.* 18. *hunc locum profert: & quòd ad eius principium attinet, ait,* vt, *poſitum eſſe pro* ὅτι, *reliquam partem longè aliter legit, quàm vulgò legitur: niſi ibi mendoſus eſt. ſic enim ille*: Primùm vt in iudiciis qui d.l. d. n. p. honeſtiùs nullum daret, quàm ill.q. l. n. conſ. non expleret. *Ego aſſentior Hotomano, indicanti* vt, *particulam eſſe ſupervacaneam,*

alioqui

alioqui putarim,hîc aliquid deſiderari,& ſic eſſe legendum: primùm quòd vnà totius Siciliæ ciuitas iſtum laudet:vt in iudiciis,*&c.*

40 ſed tamen ita prouinciæ præfuiſſe,*&c.) ſic habent omnes libri manuſc.non vt vulgati,*præfuiſti.*Itaque interrogationis nota deleri debet poſt* laudatio,*& collocari poſt* ſit carendum.

41 auxilij iuris,conſuetudinis,*&c.) ſic eſt ſcriptum in cod.manuſc.& ita legendum,non vt vulgò,*auxilium iuris conſ.

42 iſte,quod militis,& naturæ nomine) *cùm in libris manuſc. ſcriptum reperiſſem*, quod eius nautæ nomine,*ſæpeq; me in hoc loco hærere meminiſſem : ego ſic repoſui:*iſte quod militis,& nautę nomine,*&c. Erant enim alij remiges,à militibus infrà*, remigibus, militibuſque dimiſſis. *ſuprà non longè*, ciuitatibus pro numero militum pecun.ſumm. deſcrib.

43 nomine claſſis eſſet in Sicilia,re,quidem,*&c.) ſic habent libri manuſcripti , & ita tamen emendauerat Hot.coniectura ductus:idemq; mihi, nondum cõſultis veteribus libris,venerat in mentem.*

44 non ceperunt,ſed abduxerunt) *profert hunc locum Nonius in verbo* capere.

45 tametſi in acta cum mulierculis, *&c.) ſic reſtitui ex auctoritate codicum manuſc.* in acta *autem , id eſt,in litore Syracuſano.in loco litoris Syracuſani,qui hoc nomine communi appellabatur veluti proprio:ſic infrà,* vxorem eius parum poterat animo ſoluto ac libero tot in acta dies ſecum habere *& inferius,* tum iſtius acta commemorabatur. *vbi vulgo legitur,*commemorabantur , *planè mendoſè, vt ſuo loco oſtendemus.Quamuis autem* in acta,*repoſuerim, libros manuſ.ſecutus, tamen vocem* noctu , *quæ eſt in vulgatis,retinendam putauerit aliquis alius.nam ex iis, quæ poſt ſequuntur , apparet nauim illam noctu appulſam eſſe Syracuſas.Neque incredibile eſt, librarium ſcriptorem,cùm* in acta *ſcripſiſſet, vocem* noctu , *per imprudentiam prætermiſiſſe. ſed hac de re iudicet lector. nos libros veteres ſecuti ſumus: hoc tantùm. ſi quis tamen*

ſen

Digitized by Google

ſententiam meam exquirat, eam vocem delendam exiſtimo.

45 exſpectatur ab omnibus, &c.) *hic locus ſine dubio corruptus eſt. nam primum,* ſupplicium de captiuis ſumi putatur, *genus loquendi duriuſculum eſt, & propè inſolens. deinde hoc totum,* ſumi de captiuis putatur, *abeſt à libris manuſcriptis. Memmius putat legendum.* ſpectatur ab omnibus, *nempe* nauis. *cui difficile eſt non aſſentiri: reſtat vox* ſupplicium, *ſola, ſi libris manuſcriptis fidem habeas. Quid ſi dicamus ita legendum?* ſpectatur ab omnibus. exſpectatur ſupplicium de captiuis. *quid ſi ſic?* exſpectatur ab omnibus ſupplicium de captiuis. *conſideret lector.*

46 ſic habent perſuaſum) *libri veteres non habent vocem* perſuaſum. *ea verò fortaſſe delenda eſt: ſic enim loquuntur Latini,* ſic habeto, ſic habetote.

46 Homines maritimi Syracuſis, &c.] *Hic eſt* ἀνακόλουθον. *nam quò pertineat caſus hic rectus* homines, *non apparet: niſi fortè aliquis dicat, ſubintelligendum verbum ſubſtantiuum* ſunt. *At ego malim intereſſe, quàm abeſſe: vt ita legamus,* Homines ſunt maritimi Syracuſis. *In quibuſdam libris vulg. impreſſum eſt,* Erant homines maritimi, &c.

47 non liceret? At contrà, &c.) *ſubintelligenda eſt reſponſio negans ad hoc, non liceret? hoc modo,* Ecquando igitur iſto fr. quiſque car. vt vid. pir. capt. non liceret? Numquam. At contrà, &c. Ecquando *enim, idem valet quod* aliquando. *vt* ecquis, *idem quod* numquis.

48 Latomias Syracuſanas, &c.) *non vno modo ſcribitur hoc nomen. Nam apud Feſtum* latumiæ, *apud nonnullos* latomiæ, *apud alios* lautumiæ, *ſcriptum reperio. Omnino* latomiæ *efferebant Syracuſani: à quibus Latini mutuati ſunt. Verumtamen, cùm* latomiæ *dictum ſit pro* laotomiæ, & o, *ſæpe vertant Latini in* u: *credibile eſt, eos* lautumiæ *dixiſſe. Ego tamen libros vulgatos ſecutus ſum, non pugnaturus ſi quis* lautumias, *ſeu* latumias *malit.*

49 commodiſſiméque habeatur) *libri veteres*

habent

habent partim adhibeatur, *partim*, adhiberetur.

50 Qui igitur cùm eſſes, *&c. mendoſè legitur in quibuſdam libris vulgatis.* Quid igitur, *&c. Ego libros manuſcriptos, quibuſcum congruunt nonnulla exempla impreſſa emendatiora ſecutus,* Qui igitur, *&c. repoſui. ſententia autem huius loci nunc eſt apertiſſima, quæ antea nulla erat.* Tu igitur, qui cùm eſſes, *&c.* potes de damnatione dubitare? *Ne hoc quidē lectorē celabo, nōnullos codices manuſc. non habere vocem* reus.

51 producere ad ignotos] ignotos ἐνεργητικῶς *accipiendum, vt & alibi, quod ſuprà notauimus: id eſt, qui eū non cognoſcebāt. Sic infrà eod. libro, ſub extr.* ſi tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, *&c. Quamquam de illo loco fortaſſe aliter ſentiendum.*

52 priuatis cuſtodiis] *libri quidam veteres habent,* priuati hominiſtis cuſtodiis.

53 eóque diutius viuos hoſtium duces] *libri manuſc. duo habent,* eò quòd diutius viuos hoſtium duces reſeruāt. *quos in eo ſecuti ſumus, quòd* reſeruant *pro quo vulgati habent* ſeruant, *edendum curauimus, in ceteris improbauimus.*

54 neſcio quem produces, taménne, *&c. libri veteres duo habent,* producis, tamen te derideri vides.

55 ita, vt Nico ille nobiliſſ. pir. fecit?] *nonnulli libri habent,* nobiliſſimus pirata fugit?

56 Erat & Nice, facie] *quidam legi volunt,* Berenice.

57 tot in acta dies] in acta ἐν ἀκτῇ, *id eſt, in littore: falluntur autem qui hîc quidquam mutandum putāt Atqui etiam Virgilius hac voce vſus eſt li. v. Aeneidos.* At procul in ſola ſecretæ Troades acta Amiſſum Anchiſen flebant *&c.*

58 præeſſe iubet, atque imperare:] *duo libri man. habent,* præeſſe iubet, atque impetrare. *quod probo: ſic enim infrà,* quid ſi harum ipſarum ciuitatum militibus, nauibus, nauarchis, Syracuſanus Cleomenes iuſſus eſt imperare? *ſcripturam igitur vulgatam, vt mendoſam, reiiciendam cenſeo,* præeſſe iubet, atque imperat.

59 quā

59 quà naues accedere poſſent] *mendoſè habent libri vulgati* quò naues, *&c. infrà proximo verſu, ibi,* verbi ſuę partem ademerũt, *quidam legendum putant,* vrbis ſuæ portam, *ſeu* portum. *ego nihil muto.*

60 quòd erat ibi terr.præſid.] *particulam* ibi, *quæ aberat à lib.vulgatis, repertam in man.reſtitui : quam etiam Hotomanus deeſſe ſenſerat.*

61 Tum iſtius acta commemorabatur.] *ſic legendum, quamuis* commemorabantur, *ſcriptum ſit in libris manuſcriptis. Atque huius loci reſtitutio debetur Errico Memmio, viro clariſſimo, omniq́ laude digniſſimo, qui non ſolùm libris ſuis impreſſis, ad quorum oras erant adſcriptæ multorum librorum manuſcriptorum ſcripturæ variæ, hoc negotium, quod ipſo hortatore atque impulſore ſuſcepimus, verùm etiam ingenio & doctrina ſua adiuuit. ſignificatur autem hic locus ille in litore, vbi Verres cum muliercul is æſtatem tabernaculis poſitis conterebat.* acta *enim nomen Græcum eſt.*

62 cùm is etiam tum ſemiſ.] *legendum fortaſſe eſt,* cùm iſte etiam tum ſemiſomn.

63 non vt alluantur à mari, *&c. vel legendum*, vt non alluãtur à mari mœnia extrema, ſed influat, *&c. vt olim edidimus: vel ſic,* non vt alluantur à mari mœnia extrema, ſed vt influat, *&c. quo modo nunc maluimus.*

64 hominum conuentum, atque multitudinem, *&c.] ſic hunc locum emendauimus, codicum man. auctoritate freti.*

65 In præſentia, inquit Cleom.] *legendum fortaſſe eſt,* in præſenti inquit Cleom.

66 Fit clamor, & admiratio populi] *docti quidam legendum putant,* & admurmuratio populi.

67 cùm ipſe prædonum ſocius putaretur] *libri manuſcripti habent,* ſocius arbitraretur. *quod ſi probabimus* arbitraretur, *accipiendum erit* παθητικῶς, *quod neque nouum, neque mirum, neque in hoc verbo, neque in ſimilibus videri debet.*

68 eum cùm illa auctoritate, ætate, miſeria vid. præd.] *ſic repoſui, coniectura ductus : nam cùm viderem in vulgatis libris & nonnullis manuſcr. ita legi,*

auctoritate, & miſeria, *&c. in aliis non eſſe copulationem* &, *facilè ſuſpicatus ſum* ætate, *omiſſum eſſe ab aliquo librario, propter ſimilium ſyllabarum vicinitatē* tate, *ab alio*, &, *duntaxat, & voce* ætate, *propter eandē cauſam eſſe ſcriptum. Quin, ſi mihi, quod ſentio, dicere licet, ſuſpicor vocem* auctoritate, *eſſe alienam, ac ſubditiiam: & ita legendum*, eum cùm illa ætate, & miſeria videret præditum, *&c. Verumtamen iudicet lector eruditus.*

69 homo, quamdiu vixit, domi ſuæ, *&c.*) *quamuis hic locus videatur integer & emendatus, neque quidquam varietatis in codicibus manuſ. repererim, præterquàm quòd vox* tota, *ab eis abeſt, &* Siciliam. *in eiſdem legatur, non prætermittenda tamen, neque diſſimulanda eſt ingenioſa Memmij coniectura. Sic igitur coniiciebat ille, eſſe potiùs legendum:* homo, quamdiu vixit, non ſolùm domi ſuæ, ſed per omnem Siciliam clarus & nobilis. *qua lectione nihil excogitari poteſt concinnius, nihil rotundius.*

70 defenſionem cauſæ ſuæ ſcripſit,) *niſi eſt ἀνακόλουθον, legendum videtur* ſcripſit. *Nam, niſi propter parentheſin, mutauit orationis formam, pendet hoc verbum ab illo loco*, non ſolùm vt illum liberè læderet, *&c. ſequi debet nunc*, verùm, morte propoſita, *&c.* defenſionem cauſę ſuę ſcripſerit. *Sed dicamus eſſe ἀνακόλουθον propter hyperbaton.*

71 ſceleratorúmque furias) *legendum fortaſſe eſt*, ſcelerúmque tuorum furias. *doctus quidam totum hunc locum ſic legendum putat* : Sed etiam à diis manibus innocentium, pœnas ſcelerum tuorum, atque furias, in tuum iudicium eſſe venturas.

72 hac ille in acerbiſſimo) *libri veteres habent*, hanc ille, *&c. fortaſſe non malè, vt intelligamus verbum* abutor, *iunctum eſſe cum accuſandi caſu: quod Plauto & Terentio eſt magis vſitatum. Præterea liber vnus manuſcriptus habet* libertatem quam. *quod eadem ratione tueri poſſumus. Licet etiam dicere* libertatem quam, *poſitum eſſe comicorum*

torum more,pro quàm libertatem.

73 & de ſuis periculis,fortuniſq; omnibus,*&c.*) *quidam legendum putant* , & de ſuis pecuniis,*&c.*

74 & recte videtur]*ſic edendum curaui , deleta voce* nihil, *ſuperuacanea. Quin. Memmius hoc totum* nihil videtur,*delendum putat,vt ex annotatione natum. Ego* videtur,*retineo.*

75 homo nobiliſſimus ſuę ciuitatis)*ſic reſtitui approbata Memmij coniectura.nam lectio vulgata* nauarchus nobiliſſimæ ciuitatis,*inepta eſt. Neque verò huius ampliſſimi & doctiſſimi viri coniectura , librorũ veterum auctoritate caret.ſic enim in eis legitur,*nauarchus,homo nobiliſſi.ſummæ ciuitatis.

76 ſumitur de miſeris parentibus] *aſſenſus ſum Memmio,qui putat vocem* nauarchorum, *quæ in lib. vulg. ſequitur,deinceps vocem* parentibus , *eſſe ſuperuacaneam,& ex annotatione natam.*

77 niſi vt filiorũ extremũ ſpiritum ſibi ore excipere liceret)*ſic legit Quint. ſic eſt ſcriptum in libris man. Paulò tamen aliter profertur apud Non.Marcellũ in verbo* excipere. *nempe ſic,*niſi vt filiorũ ſuorum poſtremum ſpiritum ope excipere liceret.

78 & plus,quàm ſatis eſt]*ſic habent libri omnes,& plus* quàm ſatis opus eſt , *&c.quæ ferri non poteſt: nam alterutrum horum duorũ* ſati,opus,*redundat, ego,*opus *reieci.licet tamen retinere,&* ſatis,*reiicere. vt ſic legatur,*plus,quàm opus eſt,*&c.*

79 maximos agros atque optimos] *quidam legi volunt* max.agr.atque opimos.

80 in qua multis virtutibus & beneficiis princeps fuit.*alij lib.habent.*princeps floruit.

81 non vt aliquid de ſuis bon.rec.)*hæc eſt integra, & vera ſcrip.ceteræ autẽ,& illa* non vt aliquid ex huius bonis recuperaret,*&c.& illa,*non vt aliquid ex huius bonis vſurparet,*mendoſæ ſunt.*

82 quibus oculis cruẽtas,*&c.Nam,vt ait Publius,* Læſo doloris remedium inimici dolor.

83 hanc querimoniã Sicilia detulit lacrymans] *hanc ab Errico Memmio non dicam coniecturam , ſed*

veram & Germanam Cic. ſcripturam, ſingulari ſagacitate iudicioq́; prolatam, ſi non probaſſem, quis mediocriter eruditus mihi iudicium defuiſſe non dixiſſet? quis enim non videt lectionem vulg. detulit lacrymis, *eſſe ineptam, atque adeò vix Latinam?*

84 me culpam fortunæ tibi aſſ. *lib. omnibus inuitis, in quib. ita legitur,* me culpã fortunæ aſſignare, *reponendum cenſeo, addito prouocabulo* tibi, *vulgatæ lectioni*, me culpam fortunæ tibi aſſignare calamitatẽ crimini dare: *quomodo olim edẽdũ curaui.*

85 te pretio milites, remigéſq; *&c.*) te *quod hîc deerat in libris vul. ex manuſcriptis reſtitui, quemadmodum & ſuprà ibi,* Etiam illud præcidas licet, te, quod ſupplicium, *&c. vbi pleraq́; exempla vulgata pro* præcidas *habent* prædices, *mendosè.*

86 nullum propugnatorem afuiſſe] *ſic legendum: & ita habent libri manuſ. niſi quòd in vno eſt* affuiſſe, afuiſſe, *autem valet,* abfuiſſe *noſtrum. nam veteres dixiſſe,* afuiſſe, *non* abfuiſſe, *multis argumentis probare poſſum.*

87 non vt quiſque maximè eſt, *&c. in quibuſdã libris manuſc. ſic legitur, ſine interrogationis nota,* Immò verò, vt quiſque *&c.*

88 Quid facere poſſes, cùm, *&c. vulgati libri habẽt,* quid facere poſſet, *&c. mendosè: & mox vbi eſt,* Tu in prouincia populi R. prætor: *in iiſdem libris pleriſque non eſt vox* prætor. *ego manuſc. ſecutus ſum.*

89 ſecuri ferire potuiſti] *nihil muto, quamuis Hotomanus exiſtimet eſſe legendum,* ſecuri ferire iuſſiſti, *ſeu* voluiſti. *nã hoc* potuiſti, *valet idem ferè quod illud apud Græcos,* ὑπέμεινας, ἔτλης, *hoc eſt, ſuſtinuiſti: proindè quaſi diceret tam ferus, & immanis fuiſti, vt inducere animum poſſes, cineis Romanos ſecuri ferire.*

90 tu tuam domum piratas adducere) *quidam libri man. habent,* adducere. *ego nihil muto, quãuis* adducere, *non damnem.*

91 de complexu parentium, *&c.*) *Priſcianus lib. 7. ſic legit,* parentium ſuorum, hoſpitum tuorum *& Cariſius lib. 1. teſtatur. ita ſæpe dici à Cicerone. Sic & Hora-*

Digitized by Google

Horatius Oda.24.li.3 Dis eſt magna parentium Virtus,*&c.*

91 ſatis promiſſo muneri,ac recepto] *liber vnus manuſ. habet*,promiſſo noſtro,ac recepto : *& ita quidam vulgati:alij*,promiſſo noſtro , ac muneri recepto:*quam poſteriorem lectionem eſſe veram puto, neque tamen eam,quam ſecutus ſum,damno.*

92 conuerſo baculo]*quid ſibi vult hoc* conuerſo baculo?*an* contorto.

93 interficere poſſent] *malim legi* intercipere poſſent:*quomodo olim edideram , coniectura ductus. nā* interficere,*quod eſt in omni.lib.hîc ineptū videtur.*

94 Quæcumque nauis ex Aſia,quæ ex Syria.*&c.*] *libri duo manuſc.hîc nuſquam habent* quæ.

95 verſabatur in Sicilia longo interuallo, *&c.*] *in hoc loco excudendo,Quintilianum ſecutus ſum, qui eum profert li.8.c.vlt.*

96 pluribus & immanioribus]*cùm ſcriptum reperiſſem in lib.manuſ.*pluribus,& in maiorib.canib9, *Memius certiſſima cōiectura ductus reſtituit* immaiorib.*ſeu,vt quidā ſcribi malūt,*immanioribus canib.

97 totam inſulam obtinebat]*liber vnus manuſ.habet* obſidebat.

98 veſtémque linteam]*quidam hîc legi volunt*,veſtémque lineam. *alij*, veſtémque Meliteam. *ego nihil muto.*

99 ἐδικάδησαν,inquit,)*legendū fortaſſe eſt ἐδικαιώθησαν,id eſt,iuſti facti ſunt. quod valet,ſupplicio affecti ſunt. nam malefici,& nocentes homines cùm pœnas dant ſuorum iniuſtorum factorum, iuſti quodammodo fiunt,qui antea erant iniuſti,& iniqui. Atque hoc ipſo verbo vtitur Ariſtoteles lib.5. de moribus ad Nicom. hac de re diſputans.Ego tamen nihil mutandum cēſeo. Satis enim cognoſcere licet ex M.Tullij verbis,hanc vocē eſſe Siculorum:cuius ratio & ἔτυμον eſt in promptu.nā ἐδικάθησαν, aoriſti β.perſona tertia eſt, numeri multitudinis à verbo δικάω,quod apud Siculos valet, ſupplicio afficio:natum eſt autem δικάω,ἀπὸ τῆς δίκης:quæ interdū pœnam & ſupplicium ſignificat,vt cùm dicunt*

Græci, δίκην διδόναι. Non celabo lectorem tamen, me in duobus libris manuſcr. reperiſſe ſcriptum, τὸ δ᾽ ἱκανοποιῆσαι, vt ego legendum conieci.

100 nullum in repub. vmquam momentum fuit] *ſic reſtitui. nam lectio vulgata* monumentum fuit. *ſine dubio mendoſa eſt.*

101 partim in vinclis necatos] *hoc totum abeſt ab vno libro manuſcr.*

102 vt neque mea quæ nulla eſt,) *quidam legendum putant,* quæ nonnulla eſt. *ego nihil muto.*

103 furtorum receptricem] receptatricem, *vult legi Memmius: cui olim aſſenſus ſum: neque verò nunc ab eo diſſentire temerè velim. Sed cùm hac voce iam antea ſit vſus* M. Tullius, *& hanc ſcripturam confirment lib. veteres: leuiter peccabimus.*

104 crudelitas emicabat) *ſic legitur apud Quintilianum li. 9 c. 1. vbi vulg. habent,* crudelitas eminebat.

105 cùm repetè hominem proripi] *profert hæc Nonius in verbo* expedire.

106 & vox miſerabilis non leniebat) *ſic repoſui Gellium ſecutus, apud quem ita legitur hic locus, li.* 10. *c. Quòd autem apud eundem,* ardentéſque laminæ *legitur, conſentientibus nonnullis libris manuſcr. pro* cãdentéſque laminæ, *in eo vulgatos libros ſequi malui. Apud eũdem præterea ita legitur,* vt virgarum vim, cruciatúmq; deprecaretur, *quo modo & in nonnullis libris manuſcr. cùm vulgati non habeant copulationem* que. *Præterea ſuprà pro* emicabat, *apud eundẽ impreſſum eſt,* emanebat, *mendoſè, pro* eminebat, *ſiue* emicabat.

107 Statui egomet mihi tum, *&c.*) *videtur hic aliquid deeſſe, atque ita legendũ,* Statui egomet mihi tum modum orationi meæ faciendum, & C. Numitorio, *&c.*

108 cumulatè tuis proximis) *locus, meo iudicio, corruptus, in quo mihi olim aquam hærere ſcripſi: neque nunc multò ſum inſtructior, aut paratior ad aliquid de eo dicendum quod quidem verum & rectum eſſe liquidò confirmare poſſim. veruntamen ne nihil ad priorem editio-*

Digitized by Google

editionem tanto interuallo addidiſſe, néue nihil noui excogitaſſe videamur: aliquid potiùs, modò probabile dicamus, quàm vt ſemper in hoc loco muti ſimus. Arbitror ita legi poſſe, à veſtigiis receptæ ſcripturæ non admodum longè diſcedens, cumulatè teſtibus productis planum faciam. *Quin dicam amplius, & liberius, vox* productis, *tollatur licet. Credibile enim eſt à M. Tullio ſcriptum eſſe* cumulatè teſtibus planũ faciam: *deinde, cùm ad oram libri è regione vocis* teſtibus, *adſcriptum eſſet declarationis cauſa* eius proximis, *id eſt eius propinquis, & neceſſariis, hanc declarationem in contextum verborum Ciceronis ab indocto ſcriptore eſſe translatam eiecta voce* teſtib. *quod millies & locis innumerabilibus factitatum eſt. Quod autem quidam,* eius proximis pl. f. *ſubſtituunt, ferri non poteſt, mea quidem ſententia: nã* proximus meus, tuus illius, *pro* propinquus meus, tuus, illius, *bonis ſcriptoribus non eſt vſitatum loquendi genus.*

109 hanc ſibi rem præſidio ſperant futurũ) *ſi quis miretur, cur ita ediderim, legat Gellium li. 1. c. 7. vbi hic locus profertur, & itẽ ſuperior ille nõ longè hinc diſtans,* Homines tenues, obſcuro loco nati nauigant, adeúntq; ad ea loca, *&c. quem ſic edidimus, etiam Aul. Gellium ſecuti, cùm ita vulgò legatur:* Hom. ten. obſc. loco nati nauigant: adeunt ad ea l. *&c. Poſtremò quia apud eundem ſic leguntur illa,* Hac tantũ fiducia, *&c. ita & nos edenda curauimus, codices vulgatos non ſecuti, qui ſic habẽt,* Hac tamẽ fiducia, *&c. quæ ſcriptura tamen ferri poteſt.*

110 quod quis ignoret?) *nihil muto, niſi quòd lego hæc tanquam interpoſitionis notis incluſa, & per interrogationem. Hotomanus autem ſic:* qui ſe ciuem R. eſſe dicat: quis ignorat, quin iam omneis, *&c.* præcluſeris? *à quo diſſentio.*

111 perangusto fretu diuiſa] *ſic legunt Gellius, & Priſcianus: ſic loquitur Lucret. li.* 1. Anguſtoq; fretu rapidum mare diuidit vndis.

112 ſeruitutis extremo, ſummoq; ſupplicio affectũ,) *Nonius Marcellus in voce* Alumnus, *legit* affixum.

xum,*ſeu,vt in quibuſdam exemplis legitur:* fixum;*nec aliter in libris veteribus ſcriptum eſt.*

122 quem enim locum in prouincia,*&c.*]*libris omnibus inuitis,ſic edendũ curaui. neque verò dubium eſt quin ita ſit legẽdum: lectióq; vulgata* quod enim his locis,*ſit mendoſa.*

123 tanta & tam indigna rerum atrocitate] *libri manuſ nonnulli habent* rerum acerbitate.

124 & ſecuritas omnium] *codices omnes vulgati habent*,& veritas omniũ:ſed vox omniũ,*abeſt à lib. man. ego pro* & veritas,*edendum curaui* & ſecuritas.

125 in veſtris ſententiis verſari arbitrãtur] *legendum fortaſſe eſt* verti arbitrantur.

126 quia monendi locus eſt]*libri manuſc. duo habẽt,* ſi qui monendi,*&c.*

127 occultius extra iudicium]*vox* iudiciũ *abeſt à duobus codicibus manuſc. Paulò poſt autem vbi legitur* moneo vt extinguas,*malim legi* reſtinguas. *verumtamen ſine libris manuſ. nihil mutandum cenſeo.*

128 omnibus iniquiſſimis meis perſolutã]*vel* inimiciſſimis *legendum vel* iniquiſſimis *dixit pro* inimiciſſimis.

129 iudicibúſq; nouis promulgata]*ſic legendũ etiã lib. omnib, reclamãtibus: non,*iudicibúſq; nobis prõ.

130 cuius nomine proſcriptam]*quidam legi volunt* perſcriptam:*ego nihil mutandum cenſeo.*

131 de eo homine,quẽ iam antea]*ſic habent omnes libri vulgati,& aliquot manuſc. Verres autem, qui ſenator erat ſignificatur. Sed quid ſi legamus,* de eodem ordine?*adiuuant hanc lectionem libri nonnulli man. in quibus ſcriptum eſt,*de eodem homine. *nam hoc* eodem,*natum videtur ex voce* ordine: *nã quis non videt,ſi ita legamus,ordinem ſenatorium ſignificari,qui rebus iudicandis præerat,quem Cicero, terrorem ei iniiciens,ad ſeuerè iudicandum excitat? Verumtamen nihil hîc mutandum cenſeo,ſine librorum man. auctoritate.*

132 per ludum & negligẽtiam]*ludibundi, & negligentes* παίζοντες, καὶ ῥᾳδιουργοῦντες.

133 ſi vllum locum aperuerimus ſuſpic.] *translatio eſt*

eſt à gladiatoribus Horat.li.1.Serm.Sat.1. hic fugit omneis Inſidias,nulliq; malo latus obdit apertum. *ad quem locum legat,qui volet,quæ à nobis annotata ſunt.*

EIVSDEM ANNOTATIONES IN ORATIONEM PRO M. Fonteio.

1 audaciter) *ſic eſſe ſcriptũ in vet.lib.teſtatur Faernus:quod probo:quamuis ille improbet.*

2 Narbo Marcius)*ſic ſcribendum.*Marcius *per* c,*nõ* Martius *per* t.*In hac autem oratione emendanda nos inprimis exemplar Baſilicæ Vaticanæ,& Faerni coniecturas ſecuti ſumus.*

3 qui Gallicorum bellorũ pericula populo R. armis copiiſq; compenſarint) *Nõ putaui hanc antiquam ſcripturam eſſe vulgatæ poſthabendã,*qui Gallicorum bellorũ pericula populo R *ſiue potiùs,vt olim edideram,*à populo R.armis copiiſq; propulſarint.*Eſt enim eius ſententia non inconcinna, neque inepta.Nam ſignificat Maſſilienſeis ſuis armis & copiis ita populo R.profuiſſe,vt cum Gallis à populo R. alienis comparati,& quadam bilance ponderati,tanti ponderis,ac momenti eſſent populo R.ad eum tuendum, quanti hoſtes ad oppugnandum.*

4 qui proximi fuerant)*ſi locus mendo vacat,* proximos *interpretor,qui proximi fuerant hoſtibus,qui ſocietatem coierant cũ hoſtib.qui hoſteis iuuerant. Hotomanus legit,* qui proximè fuerant,*id eſt, qui paulò antè hoſtes fuerant.*

5 hæc qui geſſit)*codex Vatic.habet,*his qui geſſit: *vnde Faern.cõiecturã facit legendũ,*Is qui geſſit,*&c.*

6 qui ex agris M.Fõteij decreto decedere,*&c.*) *ſic reſtitui, libris omnibus inuitis,probata doctorũ virorum ſententia.nam quò pertinet hîc* Pompeij *nomẽ? quis non videt hoc nomen ex deprauato* Fonteij *nomine eſſe natum,& ex* Fonteij,Pompeij *eſſe factum?*

7 quàm ſummæ auctoritatis hominũ) *ſubintellige ἀπὸ κοινοῦ* conſenſio, *vt ſit*, quã conſenſio hominũ ſummæ auctoritatis. *fortaſſe tamen, leui immutatione facta, legendum*, quàm ſummæ auctoritates hominum.

8 in duabus Hiſpaniis) *ſic ſine dubio legendũ, nõ, vt quidam doctus volebat*, in duabus Galliis. *primùm ita ſcriptum eſt in libris omnibus: deinde, quòd ait ille, nihil attinere hîc commemorare Hiſpanias, cùm Fonteius Galliæ præeſſet, reſpõdeo eò pertinere Hiſpaniarum commemorationem, quòd ex Italia per Galliam, id eſt, per mare Gallicum, & per Maſſiliam nauigabant tot equites illi R. & tribuni militum, ad eos exercitus, qui in duabus Hiſpaniis, erant, legati: vt obſcurum eſſe non poßit, quomodo ſe in Gallia prouincia adminiſtranda geſſerit Fonteius.*

9 Quid ſi hoc crimen optimis nominib. delegare poſſumus?) *ſic legendum, non, vt in pleriſque lib. vulg.* optimis hominibus. *Nam primùm rarò dicit Cicero* homo optimus, *ſed potiùs* vir optimus. *deinde ſic teſtatur eſſe ſcriptum in codice Vatic. Gabriel Faernus: poſtremò* delegare crimen optimis nominib. *dictum eſt per tranſlationem, ductam ab iis, qui quod ſuo creditori debent, tranſcribunt in ſuum debitorem, vt id diſſoluat, verbi cauſa, mihi, qui debeo Mæuio centum, debentur totidem à Sempronio, ea igitur centum quæ Mæuio debeo, delego Sempronio, id eſt, ſcribo, aut mitto ad Sempronium, debitorem meum, vt quæ centum mihi debet, ea Mæuio creditori meo numeret.* Optima *autem* nomina *dicuntur, debitores, qui ſunt ſoluendo, debitores locupletes, & qui æs alienum diſſoluere & poſſunt, & non nolunt.* Delegare *igitur* crimen optimis nominib. *hoc loco dictum eſt, pro eo, quod eſt transferre crimen in eos, qui facilè poſſunt probare ſe omni culpa vacare: qui poſſunt criminis ſibi illati onus ſuſtinere, aut refellere.*

10 Croduni Portiũ, &c. *totus hic locus, qui miſerabilem in modum in libris vulgatis deprauatus iacet, ex fide codicis Vatic. & diligentia Faerni reſtitutus eſt.*

11 eſ-

11 eſſe crimen,& crimen genere ipſo magnum] vocem crimen , omiſſam à librario, vt credibile eſt, quæ iam ſemel erat poſita,& plane neceſſaria, reſtitui.

12 & inuidioſam]ratio poſtulat,vt ita legatur : pecuniā permagnam & inuidioſam,non (vt habent libri vulgati) & inuidiam.

13 At ratio rerū)ingenioſiſſimè & feliciſſimè (vt ſolebat) Gabriel Faernus hunc locum reſtituit,qui ſic legitur in vulg.actio rer.Sed non neceſſe habeo ad omneis locos ab eo emendatos adſcribere,quamobrem ego à vulgata lectione diſceſſerim.Semel admonitum lectorē velim,quidquid immutaui in hac oratione à Faerno, vel ex codicis Vaticani auctoritate,vel ex ipſius ingenio,& coniectura, eſſe immutatum, niſi quid etiam nobis in mentem venerit,quamobrē aliquid mutarimus à Faerno præſcriptum,quod lectori ſignificabimus.

14 ſapientia iudicis tenet]Faernus ait verbum tenet,quod eſt in libris vul. non eſſe in libro man.eſſe tamen neceſſarium.ego puto aliud verbum à Cic. fuiſſe poſitum:& minimam partem,dictum,pro minima ex parte : quod eſt bonis ſcriptoribus vſitatiſſimum. Lucret.li.3.

—— hæc vulnera vitæ.

Non minimā partem mollis formidine aluntur.ad quē locū legito annotationes noſtras ſubſtituerem potius verbum cōfert,ſeu valet,ſeu pertinet.

15 videte,ne mult.)teneat memoria lector quod admonent Faernus & Muretus,quodq; ego etiam ſæpe ipſe animaduerti,& lectorem poſt illos admonui, hanparticulam ne,quæ legitur hoc loco in omnibus librisc vulg.planè mendoſè,nullis in codicib.manuſ. per diphtongum ſcribi,cùm affirmandi cauſa ponatur , ſed ſine diphtongo.ne:vt cùm dicimus,næ ego ſum egregiè miſer,næ tu vehementer erras,næ ille valde deſipit.legendum autem eſt hoc loco,ex auctoritate libri Vaticani,videte,ne multò,&c.

14 ſi quidquid ex illo loco]Faërnus notat in cod. Vaticano ſcriptū eſſe,ſi vt quidq;.Ego,vt antiquā ſcripturā nō repudio,ita vulgatam probo.Quòd ſi quis an-

Digitized by Google

*tiquo libro fidem habendam putat, vt ego puto: exiſtim*e *eadem opera vel ſic legendum*, ſi, vt quidque ex illo loco dicetur, ita ex oraculo, *&c. vel ſic*: ſi vt quidquid, *&c.* ita ex oraculo, *&c. Nam* quidquid *pro* quidque, *à M. Tullio, Lucretio, Plauto, ceteris bonis & probatis ſcriptoribus eſſe vſurpatum, alibi notauimus.*

17 vos Vulgarũ, atq; Allobrogum) *ne quis fortè putaret erratum eſſe Typographi, quòd* Vulgarum, *pro* Belgarum *repoſuimus, non me piguit admonere lectorem minus callidum*, Vulgas, *ſiue* Volgas (*ſic enim habet liber primus Cæſaris*) *eſſe populos Galliæ, Allobrogibus finitimos, quos Cæſar commemorat lib. illo 1. de bello Gallico: Belgas autem longè eſſe ab his remotos: neque quidquã ad Fonteij prouinciam pertinuiſſe: quæ ſunt diligenter à Faerno obſeruata.*

18 cuius nomine maiores noſtri ſanctã teſtimoniorũ fidẽ) *lib. manuſ. habet* vinctã teſtimoniorum fidẽ, *vt admonet. Faern. atque ita reponendum cenſeo.*

19 vos tamen cum Gallis iurare malitis?) *ſic Faernus reſtituit, auctoritate vetuſti codicis fretus: & ad hunc locum notat. Nam & Galli iurati teſtimoniũ dixerunt in Fonteiũ, & iudices, antequàm de eo ſententiam ferrent, iuraturi erant. quod ſi condemnarent, cum Gallis iurare viderentur.*

20 magiſtrat. q. a. oculos v. geſſit, peſſimè geſtis] *ſic hunc locũ reſtitui, partim coniectura ductus, partim Hotomanus ſecutus. Credibile autem eſt, à ſcriptore librario, cùm* geſſit, *ſcripſiſſet tranſiſſe ad vocem* legationibus, *emiſsis his duabus* malè, *ſiue* peſſimè geſtis, *deinde poſteà ab aliis & ordinẽ verborũ eſſe perturbatũ, &* conuictis *eſſe factum ex* conuictus: *atq; ita totum hunc locum eſſe deprauatum.*

21 Ita verò) *εἰρωνικῶς pronũtiandum ſine interrogatione, Hoc eo dico, quòd quidam putabant, ita ſcribendũ*, Itáne verò? Si illi, *&c.*

22 & reliquas ſtis iterum) *vel vox* reliquias, *quæ eſt in libris vulg. delenda, vel addendũ* belli: *vt ſit* reliquias belli: *vel legendum* reliquas, *vt ſubaudiatur* nationes, *quomodo edendum curauimus.*

Digitized by Google

23 quoniam re quidem non poteſt] *vel addendũ* fieri, *vt ſic* fieri non poteſt, *vel legendum* non pote eſt: pote *autem valet,* δυνατὸν, *id eſt, poſsibile. ſi liceat dicere.*

24 vt obiectum nihil ſit,) *videtur addendùm*, ei, *& hoc modo legendum*: vt ei obiectum nihil ſit, ſi.

25 Nos verò, iudices, multis,] *libri veteres nonnulli ſic habent*, Nos verò iudices, non & multis & firmis præſidiis, vobis adiutorib. iſti immani, atq; intolerandæ barbariæ reſiſtemus.

EIVSDEM IN ORATIONE PRO CAECINA.

1 ſi facta vis eſſet moribus) *ſic eſſe legendum vincunt codices duo man. à quibus abeſt negatio: vincit & ratio, quæ plus poteſt. nã vis erat aliqua, quæ fiebat moribus, vt hi loci oſtendunt, qui ſunt infrà,* Placuit Cæcinæ de amicorũ ſententia diẽ cõſtituere, quo die in rem præſentẽ veniretur, & de fundo Cæcina moribus deduceretur, *& infr.* ad eum fundũ profectus eſt, ex quo cõuento vim fieri oportebat, *& infrà,* At verò hoc quidem iam vetus eſt, & maiorum exemplo multis in rebus vſitatũ, cũ ad vim faciendã veniretur, *&c. & infr.* Ipſe porrò Cæcina, cur ſe moribus deduci volebat.

2 Eſt enim turpe iudiciũ. Et factũ, *&c.*) *ſic reſtitui coniectura certiſſ. ductus. Verba autem illa ſuperiora intelligenda ſunt, tanquam ab aduerſario obiecta* κατ' ὑποφοράν. *hæc autem,* Et factum, *à Cicerone reſponſa.*

3 ideò rem indignam non iudicari) *quidam libri habent,* non vindicari: *ego nihil muto.*

4 & vis de qua iudicium eſt) *ſic eſt legendum, quãuis codices reclament.*

5 tẽporib. illis difficillimis ſolut. *à lib. man. duobus abeſt.* illis: *ego non tã de hac voce laboro, quã quòd hoc genus loquendi me offendit,* tẽporib. difficillimis ſolut. *malim.n. legi* temporib difficillimæ ſolut.

6 & ex quo maximum fructum ipſa cap.] *hæc abſunt ab vno codice manuſc.*

7 ma-

Digitized by Google

7 maturè fortuna ademit) *legendũ fortaſſe eſt*, præmaturè ei fortuna ademit.

8 atque etiam ſe ipſe inferebat, & intrudebat *in vno libro manuſc. ſcriptum reperi*, & intrò dabat, *pro* intrudebat.

9 ſimulataque ſedulitate] *in vno libro manu legitur*, ſimulatáque fidelitate: *ego nihil muto, quãquã lectionem antiquam magis probo.*

10 nullã eſſe rationem amittere occaſionẽ, &c.) *videbatur mihi legendum*, nullã eſſe rationem, cur amitteret, *&c. ſed ita locutus eſt in Lucullo.* Nec verò vllam eſſe rationẽ diſputare cũ iis, qui nihil probarent, *&c. vt quidem legitur in lib. vulg. nã mã. habent*, Nec verũ eſſe diſputare, *&c. quare cùm locus ex Lucullo nihil nos in hoc adiuuet, legendum fortaſſe ita eſt, vt paulò antè oſtendi. Immò potius dicendũ eſt, hæc pendere à ſuperioribus illis*, ſuadebant amici, cognatiq;, *&c. vt legantur hæc iam hoc modo*, nulla ratione amittere, *&c. Quod ſi probaretur, totus hic locus ſic eſſet interpungendus, & legendus:* Cũ eſſet, vt dicere inſtituerã, conſtituta auctio Romæ: ſuadebant amici, cognatiq; Ceſenniæ, id quod ipſi quoq; mulieri in mentẽ veniebat, quoniã poteſtas eſſet emẽdi fundũ illũ Fulcinianũ, qui fundo eius antiquo continens eſſet, nulla ratione amittere eiuſmodi occaſionem, *&c. Malim tamẽ huic emendationi, hãc quoq; addi, vt pro* nulla rat. amittere, *legatur*, ne vlla ratione amitteret, *&c. Vſitatiùs n. dicunt Latini*, ſuadeo tibi vt facias, *quã* ſuadeo tibi facere: *&* ſuadeo tibi nõ amittere occ.

11 mandatu Ceſenniæ) *ſic legendum, non* mandato, *vt eſt in libris impreßis.*

12 Quid ais? tuus ille fundus eſt, quem, *&c.*] *ſic iampridem emendaram in meo codice, coniectura ductus: quod idem veniſſe in mentem Hotomano poſtea cognoui. Cic. autem verba ſunt, ad Aebutium.*

13 quàm verbis denuntiabat] *ſic habet liber vnus manuſcript. alius* denuntiabatur. *vulgati* nuntiabatur: *vnde quidam putant legendum*, minabatur,

Digitized by Google

tur: *ego*, denuntiabat, *probo*.

14 atque incurſus refugit,] *legendum fortaſſe eſt* effugit.

15 atque perterrui.) *legendum fortaſſe eſt*, atqui proterrui.

16 Nam cùm dixiſſet, minùs abeſſe XL. CIↃ.] *ſic legendum eſſe licet intelligere ex oratione pro Cluentio, eo loco, quo ſexdecim iudices corruptos eſſe in iudicio Oppianici, & ſeſtertiûm* IC. C. XL. CIↃ. *corrumpendi iudicij cauſa, ad Stalenum eſſe delata, narrat: vt ſcilicet ſingulis iudicibus darentur quadraginta ſeſtertium millia. Nam, tametſi hîc de* XL. *millibus paſſuum agatur, vult tamen M. Tullius obſcurè intelligi* XL. *millia ſeſtertiûm, quæ accepit Fidiculanius Falcula in iudicio illo Oppianici, in quo iudex ſedit, paulò antè quàm damnaret.*

17 eum non affuiſſe animo, cùm ab illis, &c.] *ſic habent libri manuſcr. & item nonnulli vulgati itaq; legendum, non, vt alij deprauati,* eum non abfuiſſe an.

18 vt vis, ac deductio moribus fieret] *ſic legendum eſſe argumento ſunt illa, quæ ſuprà diximus,* vim aliquam fuiſſe, quæ fieret moribus, *ſuprà quoque non longè, vbi eſt vulgò,* & eius rei ius, actionémq; quæramus, *liber vnus manuſc. habet,* eius rei vim, *&c &* *paulò pòſt,* ad cõſtitutum diem, *repoſui, veteres libros ſecutus, pro quo libri vulgati habẽt,* ad cõſtitutã diẽ.

19 hoc genus vnum vel maximum, &c.] *particulã* vt, *quæ erat antè pronomen* hoc, *ego, ſola ratione & veritate fretus, deleui: qua ſublata, locum, qui antea erat ſubobſcurus, & non ſatis explicatus, ego planum, apertum, & facilem reddidi.*

20 quid denique? ad ius ciuile ages iniuriarum?) *ſic hunc locum reſtitui, deletis ijs, quæ ex ora libri in contextum orationis irruerant, ſententia autem nunc eſt aperta,* quid denique, *inquit,* ad ius ciuile, *i. ad ea, quæ ſunt iuris ciuilis, ſeu ad ea obtinenda, quæ beneficio iuris ciuilis, & actionum ex iure ciuili naſcentiũ, contingunt,* ages iniuriarum? *proinde quaſi dicat, nequaquam, nam qui agit, iniuriarum pœnam perſequi-*

tur:

Digitized by Google

tur: ſed non recuperat rem ſibi ereptam, aut poſſeſſionem amiſſam actione iniuriarum, quid ergo? alia actione experiendum. Sed, nequis queratur, voces aliquot à nobis hîc eſſe deletas, vulgatam lectionem repræſentabo, ad ius ciuile, aut ad actoris actionem, & ad animaduerſionem ages iniuriarum? *Quaſi quid ſibi hæc volunt,* aut ad actoris actionem, *&c. quid verò ſcriptura antiqua?* aut ad actoris notionem, *&c. Omnino facilè apparet, hæc verba eſſe aliunde profecta, & initio ab aliquo adſcripta, qui vellet declarare, actionē iniuriarum pertinere ad notionem, atque ad animaduerſionem, non ad poſſeſſionem.*

21 Iam bene agis] *vox* omnino, *non debet cum his coniungi, cùm ad ſuperiora pertineat.*

22 vi, atque armis proterritus:] *ſic potiùs legendū, quàm vt vulgo,* perterritus, *nam* proterrere, *valet, procul terrere: quod huic loco conuenit.*

23 vis armator. hom. iudicio approbata vid.] *ſic videtur Hotomano legendum, & item mihi, nam libri*
24 *vulgati ſic habent,* ius armatorum hominum iudicio approbatum vid. *planè mendosè. Quin hanc ipſam lectionem, quam repoſui, in vno libro man. & in nonnullis exemplis impreſsis reperi.*

25 quod obſtiterit arm. hom.] *nempe ille, qui ſe ita defendit:* Eieci ego te armatis hominibus, non deieci. *alioqui videtur legendum,* obſtiterim. *& infrà non multò poſt,* prohibuerim.

26 hoc, quam habet vim?] *non dubium eſt, quin poſt hæc,* hoc quam habet vim? *quippiam deſit. quid defuit quæritur. Hotom. hoc deeſſe putat:* VNDE tu illum deieciſti, eò tu illum reſtituas: *ego illo ſuprà poſitū,* EIECI ego te armatis hominibus, non deieci, *ſentētia eſt aperta, hoc nempe quod dicis,* eieci ego te, non deieci: quam habet vim? *an eam vim habet, vt illæ duæ res differre aliquid inter ſe videantur, vtrùm tum armis expellar, cùm intrauero, pedemq́ aliquò intulero, an antè quām ingrediar, mihi ab armatis hominibus occurratur, & obuiam eatur, ne poſſim intrare? proinde quaſi dicat, nihil differre debet vtrùm mihi iā ingreſſo vis afferatur, vt exeam: an ingredi volenti obſte-*

tur,ne ingrediar. Malim autē hæc verba,quæ deſiderari me ſuſpicari dixi, poni poſt hoc, *vt ita legatur*, hoc eieci te, non deieci,quam habet vim? *Præterea illa* aliquid aliqua ex parte *mihi ſuſpecta ſunt, exiſtimoq́; vel*,aliquid,*vel* aliqua ex parte *eſſe delendum. Nam tantundem valet*,aliquid differre, *quantum* aliqua ex parte differre.

26 Qui hoc ab illo differt?] *malim legi*,Quid hoc ab illo differt?

27 Quia vis Cæcinæ, &c.] *verba ſunt Aebutij reſpondentis*. Quia, *autem repoſui, admonitus à codice manuſcripto, in quo eſt*, Quid.

28 cum te obſtitiſſe & repudiaſſe] *quidam legi hîc volunt*, repuliſſe, *alij* repugnaſſe. *ego nihil auſus ſum mutare, alterutrum tamen horum reponendū cenſeo, ſed malim* repugnaſſe.

29 neminem ſtatui detruſum] *ſic emendaui, cùm mendosè legeretur in libris impreſſis*, neminem ſtatu, *coniecturam meam adiuuit vetus codex, in quo ſcriptū eſt*,ſtatin.ſtatin *enim,factū ex* ſtatui,*ſuprà autē proximè, vbi legitur* attingere, *placet mihi idem, quod Hotom. vt legatur adſtringere*:ſeu,*vt alijs videtur*,adiungere.*Omnino* attingere,*mendoſum eſſe arbitror.*

30 Lex vſum & auctoritatem fundi] *lege quæ annotauimus ad ſimilem locum in Topicis.*

31 Actio eſt in actorem præſentem,&c.] *libri veteres habent* in auctoritatem præſentem, &c.

32 propoſuerint;vt me reſtituas, ſiue tu deieceris,&c.)*præclarè à me hic locus reſtitutus eſt.ope veteris codicis,cùm in libris vulgatis verbum* reſtituas,*deſideraretur: pronomen*,me,*eſſet loco ſuo motum, & in alieno poſitum, in quo ſic legitur*:cùm ſibi hoc propoſuerint,vt me reſtituas,ſiue tu deieceris,&c.

33 quòd armatus armati iudicarentur] *ſic eſt ſine dubio legendū,hæc.n.referuntur ad illa*,Si tu ſolus cū ſcuto,&c.& *illa*,hîc autē armatū vnū fuiſſe? & *proximè ad illa*,nā tū quidē,&c.tū *autem,nēpe cùm vnus armatus fuiſſet:& ad ea,quæ ſequuntur*:quòd cū inter

Digitized by Google

interdictum eſſe de pluribus, commiſſa res eſſet ab vno: vnus homo plures eſſe homines, *&c.*

34 iniquiorque defenſio.] *legendum fortaſſe eſt,* inaniórque def.

35 Tum illud, quod dicitur,) *poſt hæc verba patet lacuna nõ magna in libris manuſcr. quam & impreſſi imitati ſunt. Eam autem his verbis expleri poſſe exiſtimat Hotom.* VTI lingua nuncupaſſit, *cui difficile eſt non aſſentiri, eſt enim probabiliſsimũ ac credibiliſsimũ, hæc ipſa verba in hoc ſpatio fuiſſe ſcripta, & à librariis ſcriptoribus, vel quòd maiuſculis literis eſſet perſcripta, vel quòd notis eſſent ſignificata eſſe prætermiſſa. Quòd autem nõnulli ita conati ſunt explere,* illud, quòd dicitur, Summo iure, *ſatius fuerat eos tacere.*

36 vnde deiectus es? *&c.*] *hæc verba proferuntur ex perſona Aebutij, cum ijs quæ ſequuntur ibi,* fateor me homines, *&c. vſque ad illa,* In illa defenſione, *&c.*

37 & interponi falſæ tabulæ) *ſic legendum cenſet Hotom. cui aſſentior: eiuſdem coniecturam in eo probo, quòd* teſtimonium, *vbi* teſtamentum *vulgò legitur infrà, non longè, reponit.*

38 ſi incertum ſit, omnia, quæcumque tua iure man.] *hunc locum ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ, à qua vulgata non admodum diſcrepat, præfiſcine, feliciter reſtitui. Nam vulgata quidem, ferri omnino non poteſt,* ſi incertam ſit, quæ cum omnino tua, *&c.*

39 finis ſoliicitudinis, ac periculi litium) *quidam legunt* à periculo litium, *ego in vno codice manuſcr. reperi* ac periculorum, *&c. hoc tantùm.*

30 reſtituere nõ debebis, *&c.*] *veſtigij antiquæ ſcripturæ inſiſtens, hunc locum in libris vulgatis lacerum, & corruptum, in integrum reſtitui, atq; emendaui, ſic enim vulgò legitur:* ita veniẽtem repuleris, fugaris, auerteris: non reſtitues: tum ſtatueritis, vim in cæde ſolùm, *&c. planè mendosè præterea eum, qui proximè ſequitur, qui haud multò minùs erat mẽdoſus, partim codicum antiquorum auctoritatem ſecutus, partim coniectura ductus propè perpurgaui: in quo, vt dicã quod ſentio, videtur mihi hoc totum,* ſed iniuriam tãtùm

tùm, eſſe ex annotatione natum, neque à Cicer. poſitum. poteſt tamen ferri, vt eſt à nobis editum, vt autẽ vulgò legitur, iniuriarũ delictũ, quod profectum eſt à ſemidoctis, immò verò, indoctis hominibus non eſt ferendum.

41 cum eum auctorem veſtræ def.] hãc nunc veram huius loci ſcripturam eſſe arbitror, quamuis olim aliter ſenſerim, & Hotomani ſententiam probarim. Dicebant enim aduerſarij ſe, auctoritate C. Aquilij fretos, ita vt defendebant, Aebutii cauſam defendere, eumq́ʒ ſuæ defenſionis auctorem laudabant: & tamen iidem, propterea quòd aliquid, quod Cæcinæ prodeſſet, reſponderat, negabant ei nimium credi oportere. Ideo autem ſuæ defenſionis auctorem C. Aquillium nominabant, quòd reſponderat, quibus quidque verbis actum, pronuntiatumq́ʒ ſit, ſpectari oportere: hoc eſt, verba ſpectanda eſſe, non res.

42 Illud autem miror, &c.] ſententia huius loci ſic reſtituti, facilis & plana eſt: oſtendit enim M. Tullius, aduerſarios pugnantia loqui cùm dicũt, C. Aquillium contra Cæcinæ, & pro Cæcina ſentire: cùm C. Aquilliũ & ſuum, & Cæcinæ auctorem appellant. Fuerant autẽ prætermiſſa verba aliquot à ſcriptore librario, quæ nos reſtituimus, veſtigia ſcripturæ veteris perſecuti, & ſenſum Ciceronis, ratione duce, conſecuti.

43 quibus quidquid verbis, &c.) verba ſunt Aquillij, quidquid autem poſitum, pro quidque, quod vſitatum eſt bonis ſcriptoribus, vt ſæpe admonuimus. Etiã hic locus magna ex parte coniectura reſtitutus eſt, non tamen ſine veterum codicum adiumento: in quorum vno bis ſcriptam reperi vocem neminem. Ex iſto genere autem conſultorum, nempe eorum, qui dicunt ſpectari oportere, quibus quidque verbis actum ſit: non quæ res agatur, id eſt quæ voluntas fuerit contrahentium, multum eſt hoc in Pandectis iuris ciuilis, videndum, quid actum ſit, ſeu, quid egerint cõtrahentes, id eſt, videndum, quæ fuerit eorum mens, quæ voluntas.

44 etiam illa materia æquitatis) Hoto. legendum exiſtimat, etiam illa me tuerer æquitate. qua de re iudicet lector. Quòd autem infrà proximè, ibi, ſem-

pérque id valuiſſe plurimùm, *nomen* ius, *in libris vulgatis ſuo loco motum indicat: nam debet ſequi, vt vult ille, voculam* id, *hoc modo*: ſempérque id ius valuiſſe plurimùm, *non locari poſt vocem* rebus, *ſuprà, ibi*, plurimis ſępe in rebus ius æqui, boníque, *&c. & in hoc ei aſſentior.*

45 nego me ex interdicto, *&c.*] *vel ſic legendum, vel* nemo me ex decreto, *&c. idemq; de ſimili loco, qui eſt pagina ſequente, ſentiendum: vulgata autem lectio*, ex edicto, *mendoſa eſt.*

46 Vnde deiectus eſt Cinna?] *ſic edendum curaui, nonnullos libros manuſc. & vulgatos emẽdatiores ſecutus: quam lectionem hiſtoria comprobat. Conſtat enim Cinnam conſulem à collega Octauio ex vrbe eiectum eſſe: vulgata autem*, Vnde deiectus eſt Cæcina? *ferri non poteſt: quod vidit & Hotomanus.*

47 Vnde deiecti Pœni? ab vrbe] *ſic hunc locum emendaui. Neque verò dubium eſt, quin ita ſit legendũ, nam quòd alij legunt*, Vnde deiectus Carbo? ab vrbe, *errant: & quod eſt grauius, id faciunt contra fidem hiſtoriæ. nunc autem ex lib.* 24. *annalium T. Liuij notum eſt, Annibalem poſt multas victorias, ad tertium ab vrbe lapidem ſupra Anienem caſtra poſuiſſe: ipſum cum duobus equitum* CIↃ. *vſque ad portam Capenam obequitaſſe, vt vrbis ſitum exploraret: inde poſtea à M. Marcello victum receſſiſſe: deinde à M. Liuio, & Claudio Nerone, Aſdrubale intercluſo, & ſuperato, omnem ſpem Italiæ obtinendæ abieciſſe, poſtremò ab ipſis Karthaginienſibus, Scipione ſecundis prœlijs & victorijs eos vrgente, & ad deſperationem agente, ex Italia reuocatũ eſſe: annoq; decimo ſexto poſtquam venerat, ex Italia diſcedentem in Africam traieciſſe. Iam verò quod vulgò legitur hîc*, Vnde deiecisti? *ferri nullo modo poteſt.*

48 vt vnde eſſet deiectus] *Aſſenſus ſum etiam hîc Hotomano, qui ita reſtituendum curauit.*

49 qui poſtulat, vt vnde deiectus eſt, eò reſtituatur, hoc etiam poſtulat, vt à quo loco, *&c.*] *Alij aliter, ego ſic hunc locum legendum eſſe contendo: cuius lectionis ſententia niſi eſſet apertiſſima, niſiq; ſeipſa tuetur,*

retur, & probaret, ego eius rationem pluribus verbis explicarem, atq; exponerem.

49 qui ſine armis, ac multitudine] *al.* qui ſine armatis, ac multitudine. *al.* qui ſine armata multitudine.

50 Ceſenniam poſſediſſe propter vſumfructum, *&c.] quis in iure ciuili Rom. mediocriter verſatus, non videt hunc locum eſse mendoſum, neq; dubium eſse, quin mortuo vſufructuario, qui rem, cuius habebat vſumfructum, viuus locauerat, heres fructuarij nihil iuris in ea re habeat, cùm ad dominum ſeu (vt appellant) proprietarium, reuerteris? Nam quod quidam dicunt, cauſæ ſeruiſſe Ciceronem: quid minùs credibile, quàm ita cauſæ ſeruiſſe, vt impudentiſſimè mentiretur? Hunc igitur locum mendoſum eſſe contendo, atque ita legendũ:* Ceſenniam poſſediſſe per colonum non negas, *cui coniecturæ argumento ſunt illa, quæ ſunt ſuprà non longè à principio in ipſa narratione:* Ceſennia fundum poſſedit, locauitque, *& quæ proximè ſequuntur,* qui colonus, *&c. ante* qui, *debet ſcribi comma: hoc pacto:* Ceſenniam poſſediſſe per colonum non negas: qui colonus habuit conductum de Ceſennia fundum. *Vnde igitur hæc verba,* propter vſumfructum, *nata ſunt? ex annotatiuncula hominis ſemidocti: quæ tandem à ſcriptore librario in contextum orationis relata ſunt, iis reiectis, quæ Ciceronis erant.*

51 Quid eſt, quod rogari ius non ſit?] *hunc locum ſic eſse reſtituendum, vincit ratio: vincunt illa, quæ antecedunt,* ſi quis ius non eſſet rogari. *ſequitur deinceps,* quod populus iubere, aut vetare nõ poſſet? *vbi repetendum è ſuperiore,* quid, *hoc modo:* quid, quod populus iub. aut vet. non poſſit? *aut ſi malis exprimendum, & reponendum, idq; mihi ita videtur.*

52 vt in ceteris, quæ rogauit] rogauit, *nempe Sylla. Nihil video in hoc loco eſse difficultatis, aut mendi: niſi fortè in voce* ceteris, *pro qua libri manuſcr. habent,* & ea teris, *ego tamen interea,* ceteris, *retineo, & probo. Verba autem illa ſuperiora,*

Perſpicis hoc nihil eſſe, *hoc ſignificant, Perſpicis ratum non futurum, neque quidquam valiturum, ſi populus iuſſerit aut me tuum ſeruum eſſe, aut te meum.*

53 Primum illud concedis, *&c. malim ſic legi,* Primùm igitur illud concedis, *&c.*

54 derelinquo iam communem cauſam] *in libris vulgatis legitur*, communem cauſam *in antiquis*, omnem cauſam. *Exiſtimat Hotoman. ante hæc verba poſt verbum* conceſſit, *aliquid deeſſe. quod item mihi videtur. Quid deſit autem, incertum. Hotomano videtur deeſſe ta e quiddam*, nunc in ciuitatis controuerſiam vocatur, *aliis tale quiddam*, ideò in ciuitatis diſcrimen venit, *in quibus ego me eſſe profiteor. Alius præterea mihi ſubeſt ſcrupulus, quòd hæc, quæ mox ſequuntur*, is homo ita ſe probatum, *&c. vſque ad*, Quapropter, *&c. videntur eſſe ponenda ante*, derelinquo iam, *&c.*

55 multò etiam minùs quæri, A. Cæcinæ fundus ſit: *&c.*] *ſic olim hunc locum reſtitueram Georgii Buchanani, Scoti, viri cùm omni doctrina præſtantis, tum poëtæ optimi, auctoritatem ſecutus:* multò etiam minus quæri, A. Cæcina fundus ſit, *&c. cuius verba edenda curaui, ſic igitur ille: In oratione pro Cæcina extrema ita vulgò legitur:* Multò etiam minùs, quæri, A. Cæcinę fundus ſit, nécne: me tamen id ipsũ docuiſſe, fundum eſſe Cæcinæ *At enim docere fũdum eſſe Cæcinæ, nõ magnopere ad præſentem quæſtionẽ pertinet: nec id Cicero vſpiam docuit: niſi fortè id docere quis volet, quod in orationis narratione paucis rem verbis attigit, vt in pauca conferam, teſtamẽto facto mulier moritur. facit heredẽ ex deunce, & ſemuncia Cæcinam, paulò verò inferiùs adeò ſe id non docuiſſe oſtendit, vt de hoc agere tanquã cõtrouerſo, & ambigui iuris loquatur, his verbis:* Atque iſte omneis introitus, quà adiri poterat, non modò in eum fundum, de quo controuerſia fuerat, ſed etiam in illum proximum, de quo nihil ambigebatur, armatos opponit. *Vides, vt de illo fundo controuerſia ſit, de altero nihil ambigatur? vbi ergo docet Cicero fundum fuiſſe Cæcinæ?*

Nam

Nam inter argumenta cauſæ nulla de hac re mẽtio eſt, vbi maximè id oportuit doceri. Tum enim res controuerſa dicetur, cùm vel argumentis, vel teſtibus, vel multis, magniſq; iudiciis probatur. Quod ſi nuſquam Cicero facit, cuius improbitatis eſt in cauſa præſertim tam multiplici, ac perplexa, id in Epilogo pro confirmato numerare, cuius nuſquam in tota cauſa facta ſit mentio? aut cuius negligentiæ eſt, quod in refutando fuit poſtremum, in tota pænè cauſa firmiſsimum, cùm cetera commemoraris, id in enumeratione præterire? Horum cùm neutrum in Ciceronem conuenire poſſit, hũc locum nimia caſtigantium audacia dicam, an inſcientia, corruptum eſſe non dubito. Ego verò cùm ad eum corrigendum nihil habeam, quod afferam, præter coniecturam, eam in medium proponam, ac ſuum exiſtimaturis iudicium relinquam, ſic igitur legendum cenſeo: Multò etiam minùs, quæri, A. Cæcina, fundus ſit, nécne: me tamẽ id ipſum docuiſſe, fundum eſſe Cæcinam. *Id vt ita eſſe exiſtimem, cùm illa, quæ ſuprà aduerſus veterem lectionem diſputata ſunt, tum etiam capitum ordo, quibus hæc cauſa continetur, facit. Primùm enim Cicero vim factam eſſe probat: deinde verbum illud, vnde, cuius interpretatione cauſa aduerſariorum maximè nitebatur, ſecum facere contendit: tertio loco, Cæcinam poſſediſſe oſtendit: quarto loco ciuem eſſe Cæcinam, ac poſſe iure ciuium Romanorum hereditates capere, neque legem Corneliam, quo minùs id faceret, impedimento eſſe probat. Quatuor hæc, quibus tota cauſa continetur, capita, in peroratione, eodem, quo dixerat, ordine enumerat. Quòd ſi ita legamus, vt habent vulgati codices, quartum quod erat in refutando caput, in Epilogo videbitur planè præteriſſe, ſin vt ego legendum puto cum cætera oratione conſtabit Epilogus. Nam cùm fundi dicatur populi (vt alibi Cicero ſcribit) ii, in quibus ius Romanum, velut in fundo, recediſſet, non poteſt dubitari, qui coloni fundi eſſent, ſiquidem ciues eſſent Ro. hoc eſt (vt Ciceronis verbis vtar) quin lege agerent, & ſuum ius perſequerentur, & omnes iure ciuili ſine cuiuſquam aut magiſtratus, aut iudicis, aut*

periti hominis, aut imperiti dubitatione, vterentur. Igitur A. Cæc. cùm colonus eſſet eius coloniæ, cuius coloni ciues eſſent: non dubium eſt, quin ſit fundus, & iure ciuili Romano vtatur, ſuumq; ius perſequi, & hereditates ciuium Romanorum capere poſſit: nec hoc ius ei quiſquã per vim auferre potuerit. Legitimus ergo Ceſenniæ hæres, vt qui optimo iure, fuit A. Cæcina. Hæc omnia Cicero vt in Epilogo breuiter complecteretur, fundum eſſe Cæcinam dixit. Quòd ſi quis pertinaciùs contrà dicat, ac veteris lectionis fidem tueri velit, quòd ſatis credat eſſe probatum, fundum eſſe Cæcinæ, cùm ſit demonſtratum, eum Ceſenniæ eſſe heredem: ex iis, quæ ſuprà diſputauimus, ſatis perſpicuum eſſe puto, alterum non ſtatim ſequi, ſi Cæcina heres ſit Ceſenniæ, ideo fundum eſſe Cæcinæ non magis, quàm Fulcinij, qui ex duabus ſextulis, aut Aebutij, qui ex vna ſextula, eiuſdem ſcriptus fuerat heres: alterum verò neceſſariò ſequi, hæredem eſſe Ceſenniæ non potuiſſe, qui fundus non eſſet. Poſtremò, ſi, vt ego cenſeo, hæc clauſula orationis vltima legetur: & ſenſus Ciceronis erit apertiſſimus, & idem ordo in Epilogo ſeruabitur, qui fuit in argumentatione & cõfirmatione, quod enim in argumentatione quarto loco poſitum erat, id in Epilogo quartum locum obtinebit. Sin vetus lectio retinebitur: neutrum meo iudicio conſtabit. Hactenus Bucananus. Ego vel ita, vt Bucananus cenſet, legendũ arbitror, vel hoc modo, quamuis à recepta ſcriptura remotius, multò minùs quæri. A Cæcina, ciuis ſit, nécne, *&c. & paucis poſt,* ciuem eſſe Cæcinam.

DIONYSII LAMBINI ANNOTATIONES IN ORATIONEM pro lege Manilia,

1 tranſmittendum putaui] *lib. ver. habent*, tramittendum putaui, *vnde libenter tribuendum fecerim, quod & Hotomano videbatur.*

2 vacuus vmquam ab iis,] *deeſt*, fuit, *vt ſic legendũ putem*, vacuus vmquam ab iis fuit, qui veſtr.

3 quan

3 quantum vos honoribus) *legendum putabam olim* , quantum vos honoris mandatum eſſe voluiſtis,*vel inuitis libris ferè omnibus,in quibus legitur*, quantum vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis:*hoc enim ſignificare Ciceronem putabam, tantã eſſe in ſe auctoritatem, quantum honorem & quot honores ſibi populus R. mandauit. Iam* mandare honorẽ,*loquendi genus eſt Latinis vſitatum : non* mandare auctoritatem. *Præterea hoc contendo* mandandum eſſe voluiſtis , *Latinè dici non poſſe. Quare vel ſic legendum,vt oſtendi: vel* mandandum eſſe putauiſtis. *Hæc igitur olim opinabar. Nunc , poſteaquam ſunt ac ex antiquiſſimo codice emendationes miſit ad me Fr. Fab. ſic legendum cenſeo , vt in illo codice ſcriptum eſt*, quantum vos,honoribus mandandis,eſſe voluiſtis,*id eſt,quantum mihi* (auctoritatis) *ſubintell. eſſe voluiſtis,in eo,quòd honores mihi mandauiſtis: vel dum honores mihi mandatis.*

4 certè & ſi quid auctoritatis in me eſt,ea apud eos vtar,qui eam mihi dederunt.] *hoc totum deſideratur in libris vulgatis : quod ego repertum in libris man.noſtris,reſtitui. Atque hoc item ſe reperiſſe in codice antiquiſſ.ſcripſit ad me Fr. Fabricius Marcodur.*

5 quibus eſt à vobis, & ipſorum & reip.] *Reiectis,& valere iuſſis omnibus omnium coniecturis,ſic eſt legendum,vt habent antiqui Nic.Clerici,Err.Memmij, Fr.Fabricij codices* : quibus eſt à vobis & ipſorum, & reip. cauſa conſulendum , *quomodo nunc edendum curaui.Iam vocem* fruſtra,*quæ fuerat poſita ante verbum* requiretis , *librorum omnium manuſcriptorum auctoritate fretus,ſuſtuli.*

6 legatos,ac literas] *ſic eſſe ſcriptum in antiquiſſimo illo cod.teſtatur Fabricius : cuius auctoritatem , & fidem quamobrem non ſequerer , cauſa nulla viſa eſt. præſertim cùm lectio vulgata,*legatos Echatanis , *ſit inepta,& abſurda.*

7 à binis hoſtium copiis] *Cum vulgata ſcriptura*, ab vnius hoſtium copiis,*ſæpe me offediſſet (quomodo n.ſi duobus in locis diſiunctiſſimè maximeq; diuerſis,*

Digitized by Google

bellum gerebatur, vnæ copiæ eſſe poterant?) initiò ſic legendum coniectura ſola ductus exiſtimaram, ab vnius hoſtis copiis, &c. Idem poſtea, cùm in vno codice vet. ſcriptum reperiſſem, à vinis hoſt. cop. continuò vidi legendum à binis hoſtium copiis: quomodo ſine vlla diſsimilitudine habet codex antiquus Fr. Fabricij.

8 vos ancipiti contentione diſtracti] liber vnus man. habet, diſtricti. & ita Fr. Fabricij cod. item manuſcripti, quare ſic legendum non vt vulgò, diſtracti.

9 ac nauiculariis] ſic habet ille, quem ſuprà laudaui, Fr. Fabricij codex. quod & antea ſola coniectura fretus, indicaram.

10 verbo viol. illi perſec.] legendum fortaſſe eſt, illi bello perſecuti ſunt.

11 gloriam relinquere] nonnulli libri veteres habent, gloriam tradere.

12 veſtrum auxilium exſpectare] quidam legi volunt, veſtr. auxilium expetere, ego nihil muto.

13 & eum propè eſſe] liber vnus man. habet, & eum propter eſſe. quod probo.

14 ſi & belli vtilitatem, & pacis dign.] belli vtilitatem, intellige res eas, quæ ad bellum gerendum, belliq; ſumtus ſufferendos ſunt vtiles. ſic Cæſar belli emolumentum dixit lib. I. de bello Gallico, vt quidem habent libri vulgati, neque exercitum ſine magno commeatu, atque emolumento in vnum locum contrahere poſſe. vbi P. Victorius tamen, emolumentum, ſcribit pro ſumtu accipi: à quo diſſenſio ſed legēdum eſſe magno commeatu, atque molimento, iampridem admonui: quod & aliis veniſſe in mentem video: & ab Errico Memmio memini me multos abhinc annos audire.

16 niſi eos, qui vobis fructui ſunt, &c.] ſic habent lib. vet. in his codex ille antiquiſſ. Fr. Fabricij, quos ſequor, quamuis lectio vulgata ſit probabilis, & ſpecioſa, qui vobis fructuoſi ſunt, &c.

17 deinde, quod nos eadem Aſ. atque idem iſte Mithr. initio belli Aſia. docuit, id quidem certè, &c.] ſic habet vetuſtiſſ. ille Fr. Fabricij codex,

Digitized by

dex, quem cur non ſequar potius quàm vulgatos, qui habent deinde quòd nos ead Aſ. atque idem iſte Mithr. initio belli Aſ docuit id, quod certè, *&c. cauſa nulla viſa eſt.*

18 atque ita reputo] *ſic habent omnes libri & impreſſi & manuſcr. præter vnum, eúmque Memmianum, in quo ſcriptum reperi in huius verbi locũ, R. P. Cl. Puteanus legendum putat,* atque id repeto.

19 ex tota Aſia direptas] *legendum fortaſſis eſt,* dereptas, dereptas *autem, i. detractas ablatas.*

20 & magnis aduentitiis auxiliis multorum regum, & nationum iuuabatur.] *hæc eſt antiqua ſcriptura, ex antiquiſſ. cod. Fabriciano deprompta. vulgata autem talis eſt,* & magnis aduentitiis multorum regum, & nationum copiis iuuab. *quæ quamuis ſit tolerabilis, ac probabilis, antiquam tamen ei antepono, vel hoc nomine, quòd eſt antiqua.*

21 quantum illud bellum factum p.] *quis non videt, hanc, quæ antiqua eſt, ſcripturam, multò vulgata eſſe meliorem, & planè veram, ac rectam? Nam eam apparet ab aliquo ſemidocto corruptam, qui hoc* quantũ factum, *non intelligeret: & pro* factum, futurum, *ſubſtituendum iudicaret. Atqui,* quantum factum, *valet, quàm magnum factum, quantopere auctum.*

22 ſed triumphis eſt erudita?) *nullus eſt in hoc loco emendãdo cuiquã iã coniecturæ locus. Hæc enim eſt vera, & germana ſcriptura ex antiquiſſ. codice eruta. Quare repudiãda vulgata,* ſed triũphis eſt traducta? *vt ſuppoſita, & adulterina. ſic autem loquitur in oratione pro Fõteio,* in extr. nõ literis homines ad rei militaris ſcientiam, ſed rebus geſtis, ac victoriis eruditos.

23 Gallorum interitione] *hæc eſt vera, & germana Ciceroniana ſcriptura, non illa, quæ vulgò reperitur,* internecione, *neq;* interemtione, *ſeu* interemptione, *neq;* intenſione. *Reperitur autem hæc etiam in codice illo Fabriciano, præter codicem Memm. & Clerican.*

24 peruenerint? Cnidum, aut Colophonem, *&c.*) *vide, obſecro te, lector, vt corrupta ſint exemplaria vetera: atque vel ex hoc loco, quanta ſpecies, quan-*

tiſque fucus ſit rerum falſarum, cognoſce. Quid hac lectione vulgata ſpecioſius? quid primo adſpectu integrius? quæ talis eſt, cùm duodecim ſecures in prædonum poteſtatem peruenerint? Quid Colophonem, *&c. vides ex* Cnidum, *factum eſſe* Quid. *Quod mendum quis Lynceus aut quis Argus cerneret, niſi libri veteres lumen præferrent?*

25 in prædonum poteſtatem fuiſſe ſciatis.) *ſic legit A. Gellius lib. 1. cap. 4. & ita ſcripſiſſe Ciceronem teſtatur: ſic habent denique noſtri libri veteres.*

26 Tantámne vnius hom.] *ſic eſſe legendum vincit cod. manuſc. antiquiſſimus, cùm libri vulgati habeant,* tantáne, *&c.*

27 incredibilem curſum natum putatis?] *cùm mendosè legatur in codicib. vulgatis partim*, initum, *partim*, inuentum *(quod proximum tamen in vno manuſc. reper.) ego vtroque damnato*, natum *repoſui.*

28 deuocauit] *ſic habet codex ille Fabr. ſæpe à me laudatus: pro quo vulgati habent*, reuocauit, *mendosè.*

29 quam hoſtes omnes omnium generũ ſanctiſſ.] *ſic habent & noſtri libri veteres* Memm. *Cleric. & Fabricianus. vulgati autem*, quam hoſtes omniũ gentium ſanctiſſ. *ſpeciosè quidem, & tolerabiliter, ſed quia aliter, quàm eſt in libris veteribus, non rectè.*

30 quin ea in re] *Quidam exiſtimant legendum*, quin ea re, *&c.*

31 ex quibus hic locus conſp. pot.] *ſic in oratione pro Mil. in proœm.* quos vndique intuenteis vnde aliqua pars fori adſpici poteſt, & huius exitum iudicij exſpectanteis videtis, *&c.*

32 niſi ad id ipſum temporis] *ſic repoſui, codicem manuſcriptum ſecutus. nam in vulgatis non eſt præpoſitio* ad, *quæ neceſſaria eſt.*

33 Quid? idem ipſe Mithridates] *lib. manuſ. habet:* Quid? idem iſte, *&c. quomodo fortaſſe legendum eſt: quaſi Mithridatē, cũ quo bellum gerendum eſt, indicet.*

34 At enim vir clariſſimus, amantiſſimus reip. veſtris benef.] *aberat vox*, amantiſſimus, *à libris vulg. quæ reperitur in libris manuſc. noſtris, & Fabric.*

&

&copulatio &c, redundabat in illis, quæ in his non compâret, neque eſſe debet.

35 rem tranſmarinam,] reiecta vulgata lectione rem maritimam, vt ſuppoſita, hanc antiquam amplexus ſum, vt veram, & rectam

36 oris Italiæ maritimis, ac portubus] liber manu. & hîc & alibi ſemper habet portibus, per i.

37 Gabinio dicam, ánne Pomp.] lego, vt habent omnes li. veteres, Gabinióne dicã, an Pompeio, &c.

38 rerúmque geſtarum omnes Cn. Pompeio] à codice man. vox vtraque, quæ eſt in vulgatis, auctor, comes, aberat. Sed Memmius & Auratus cenſent vocem alteram tantùm auctor, eſſe delendam: alteram, retinendam.

39 in ipſos vos ſpem habituros] ſic legendum, non vt vulgò, in eo ipſo. nam præterquam quod pronomen eo, non eſt in quibuſdam libris manuſcriptis, ratio & conſuetudo Latini ſermonis poſtulant, vt ita legatur quẽadmodum edendum curaui. Si enim in eo ipſo legeremus, ſignificaretur Põpeius. At ex Plutarcho notũ eſt populum reſpondiſſe, ſe ſpem habiturum in ipſo Catulo.

40 ab eodem Scipione eſſe deletas] vox Scipione, aduentitia & aliena videtur eſſe. nam cùm ſuprà dixerit, ab vno imperatore, imperator autem ille Scipio fuerit, hîc vel dicendum fuit, ab eodem imperatore, vel ſatis fuit dicere ab eodem.

41 videbat enim populum R.] ſic reſtituit Hotomanus, & rectè. Atque, vt ille hoc vidit, ſic animaduerti infrà proximè legendum, neque nos, non, vt vulgo, neque vos, &c.

42 apertas, intelligam, mihi non neceſſ.] legendum videtur apertas, mihi non neceſſarias, vobis non inutileis, intelligam me ſuſcepiſſe.

IN ORATIONEM PRO A. CLVENTIO Habito.

1 Auito] ſic eſſe legendum iampridem admonuit Cuiatius Toloſanus, iuriſconſ. doctiſſimus: quod cùm

Romæ eſſemus, mecum communicauit Petrus Faber Toloſanus ſupplicum libellorum in Regia magiſter, egóque nuper in commentarios Lucretianos retuli.

2 proſpicio, quantum, &c.) *liber man. habet* perſpicio. *ego tamen nihil muto. idem infrà, vbi vulgati habent*, conſueuiſtis, *habet* conſueſtis.

3 parum virium veritas habet) *deleta voce minus Latina* falſitas, *quæ in hūc locum irruerat, repoſui* veritas: *quæ reperitur in omnibus libris manuſcriptis: quod iampridem admonuit P. Victorius.*

4 ſi oratio labefactabit) *ſic legendum eſt: quod & libri veteres, & ratio flagitant.*

5 mors verò etiam doloris) *quidam docti legi volunt*, dolorem.

6 in omni cauſa) *libri vulgati habent*, nominis cauſa. *nos* in omni cauſa, *repoſuimus, manuſc. ſecuti: quæ lectio perſpicuè vera eſt.*

7 & nunc cùm maximè) *quidam legi volunt*, & nunc quàm maximè. *ego nihil muto.*

8 nullis auſpicibus) *ſic legendum, & ita habent duo libri man. atq; ita Hieronymus Ferrarius iampridē reſtituit, coniectura ductus. coniecturā ſuā confirmat loco illo, qui eſt li. 1. de Diui.* Nihil ferè quondā maioris rei, niſi auſpicatò, ne priuatim quidem gerebatur. quod etiā nunc nuptiarū auſpices declarāt.

9 cùm ad amici pericula) *liber manuſc. vnus habet* qui ad amici pericula, &c.

10 eſſet conflatum & perfectum.) *idem liber habet* conflatum, & profectum. *ego nihil muto.*

11 inſtituit accuſatores) inſtituit, *habent libri manuſc.* inſtituit *autē, id eſt docet. ſequitur deinde in vulgatis*, inſtituit *teſteis: id eſt armat & ornat iis rebus, quæ ad cauſam obtinendam, & ad Cluentium dānandū valēt. Sed ego puto errato librarij commiſſū eſſe, vt ita habeant libri veteres. Ita enim ſcriptū oportuit*, inſtruit accuſatores, inſtituit teſteis: *id eſt, ornat accuſatores, docet teſteis quid dicant. ſic autē loquitur infrà nō longè ab extremo:* At quæ his reb. cū inſtructū accuſatorē filio ſuo Romā ipſa miſiſſet, &c.

neque

Digitiz

12 neque reus ſperare debuerit) *iidem libri habẽt,* ſperare potuerit: *vnde mihi orta ſuſpicio eſt legendũ,* vt neque accuſator timere debuerit, neque reus ſperare potuerit.

13 Illam Oppianici domum) *ſic eſſe legendum iampridem admonuit P. Victorius, Variarum lect. li. 15. idq́; ex auctoritate codicum antiquorum: quos adiuuat locus ille infrà non longè ab extremo:* domumq́; illam ſcelere omni affluentẽ reliquiſſent. *Profert Victorius item locum ex lib. 1. de Diuinatione huic ſimilem:* ſic vt domus tota ſanguine redundaret.

14 quæ propiora) *libri manuſcr. habent,* quæ propriora, *mendosè. quidam legi volunt,* quæ propria. *ſi* propria *retinemus, legendum videtur,* propria huic cauſæ. *& ita melius quadrabit id quod ſequitur* adiunctiora.

15 plureis necaret) *libri veteres habent,* multos necaret.

16 quàm clara tum, recenti re?] *longè, opinor, concinnior eſt hæc antiqua ſcriptura, quàm vulgata,* quàm clara, cùm recens fuit?

17 In quo inter allegatos Oppianici nomen) *duæ voces, quæ ſunt in omnibus libris,* inter allegatos, *vel delendæ ſunt. ſunt enim ineptæ & ſuperuacaneæ. adde, quòd* allegare, *non eſt quod vulgus putat, nominare, commemorare, & proferre, ſed ad aliquem, alicuius rei obtinendæ cauſa priuatim mittere. M. Tull. lib. 1. accuſ.* Petit à me Robonius, & amicos allegat: facilè impetrat: *vel legendum,* inter alligatos. *per* alligatos, *autem ſignificat ἐνόχους, obnoxios & affineis culpæ. hîc operarij cùm dubitationis meæ notam adſcriptã non ſatis intellexiſſent, putarunt me hoc totum,* inter allegatos, *voluiſſe delere: quod longè aliter eſt. notam enim illam calamo tranſuerſo appoſitam mihi volebam in poſterum valere ad refricandam meæ dubitationis memoriam, vt aliquid ea de re notarem. Nunc, cùm Turnebus ſentiat eſſe legendum* inter alligatos, *nihil eſt dubitationi loci relictum.*

18 & ſæpe victorem) *ſequitur deinceps in libris vulgatis,* per quem interfecerat plurimos: *quæ verba*

ſine dubio ex ora libri in contextum orationis ab aliquo indocto librario tranſlata ſunt: cuius generis erratorum pleni ſunt libri. tale eſt illud pro Roſcio Am. inſutus in culeum, ſupplicium patricidarum. *& Philippica quadam,* à do-meſticis hoſtibus, id eſt, qui intra mœnia hoſtes ſunt.

19 qua dignitate fuerit] *libri man. habent*, qua diligentia.

20 ſed, vt quidquid ego appreh.) *nihil muto, quamuis ſciam quibuſdam placere legi*, vt quidque *errant illi. nam* quidquid, *ſæpe à veteribus pro* quidque *ponitur. quod plurib. verbis oſtẽdi in cõmẽtar. Lucretianis.*

21 ſed præuaricari accuſatori] *magna eſt hoc loco librorum varietas. alij enim habent* præuaricari accuſatori, *alij*, accuſationi, *alij* defenſioni. *quod poſtremũ fortaſſe nõ eſt reiiciendum: vt*, præuaricari defenſioni, *interpretemur, præuaricando defenſionem, & cauſam ſuſceptã prodere. Verũtamen nihil muto, &* preuaricari accuſatori, *interpretor, præuaricando, id eſt, malè defendendo, accuſatori inſeruire. Omnino hac varietas ſuſpicionem mihi commouet has voces eſſe aduẽtitias, & legendum*, ſed preuaricari videbatur; *nam tametſi præuaricatio vſitatius in accuſatore cauſam prodente locum habeat, poteſt tamen & in patrono, ſeu defenſore valere: vt, ſi quis dicat, aliquem eſſe cauſæ publicæ, quam ſuſceperit, præuaricatorem. ſic enim Cœlius ad Ciceron. lib.* 1. ne ſi quid fauore Pauli adeptus eſſet boni, ſua culpa videretur amiſiſſe, & præuaricator cauſæ publicæ exiſtimaretur.

22 quòd iam de Oppianici cauſa] *liber man. habet*, quòd iam de Oppianici perſona, cauſáque, &c.]

23 in eo loco) *legendum videtur*, in iſto loco, *nam, cùm eos alloquatur, eum locum ſignificat in quo ſunt.* in iſto loco *autem, valet, in eo loco in quo eſtis vos: ſi plures ſunt, vt hîc.*

24 vt eo auctore vteretur cupid.) *placet mihi omnino magis ſcript. vetus*, vt eo fautore vteretur cupidiore, &c. *quàm vulgata*, vt eo auctore. *&c.*

25 fame dominante,) *quidam legi volunt* fame domi

mitæ, *idq́; mihi quoque aliquando venit in mentem, ex illis verbis Plautinis, in Aſinar.* Reddam ego te ex fera, fame manſuetam. *ego tamen hîc nihil muto.*

26 miſerrimis in locis, & inaniſſimis) *concinnior omnino eſt hæc lectio, quàm vulgata,* domi ſuæ miſerrimus & inaniſſimus.

27 qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ) *nihil muto: quamuis Barnabas Briſſonius, iuriſconſul. eruditiſſimus, mihi confirmarit, ſe reperiſſe in quodam libro manuſc.* ſpegulæ *nam omnino hoc* ſpegulæ, *corruptum eſt.* ſpeculæ *verò, rectum. eſt enim* ὑποκοριστικὸν *ab integro*, ſpes, ſpecula *prima longa, parua ſpes. vtitur eodem nomine li. 2. epiſt. ad M. Cœlium*, & eò magis, quòd in communibus miſeriis hac tamen oblectabar ſpecula.

28 Iudices ſe id velle dixerunt) *in vno libro manu. non ſunt hæc,* Iudices ſe id velle.

29 propè in occulto ſtetiſſent) *liber vnus man. habet,* propter in occulto. *idemq́; paucis poſt verſibus,* verſatum eſſe in iud. men. pec. ſciebant. *vbi vulgati habent,* ſentiebant.

30 ſummam illi iudicio) *idem liber habet,* ſummam habito illo iudicio, *&c. vnde quis ſuſpicari poſſit legendum eſſe,* ſummam Auito, illo iudicio, *&c.*

31 tribunitia poteſtate perfectum eſt) *idem liber habet,* tribun. pot. effectum eſt. *idem paulò pòſt habet,* condemnationem dederat, *vbi vulgati* damnationem. *&* patimini, *vbi alij,* patiamini: *quod probo.*

32 Sapientiſſimum eſſe dicunt eum) *ex Heſiodo.* οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτῷ πάντα νοήσῃ φρασσάμενος, *&c. Quod & Sophoc. in Antigona expreſſit,* φημὶ ἔγωγε πρεσβεύειν πολὺ φιῶναι τὸν ἄνδρα πάντ' ἐπιστήμης πλέων, εἰδ' οὖ. φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν, καὶ τῶν λεγόντων εὖ καλὸν τὸ μανθάνειν. *refert Ariſtoteles lib. 1. de moribus ad Nicomach. & T. Liuius lib. 32. Annalium.*

33 ego enim me ad omnia confirmaui) *legendum fortaſſe eſt,* conformaui.

34 poſſunt illud idem iudicium nō fuiſſe) *ab eodē*

libro abeſt negatio,quam tamen retineo, vt neceſſariam.

35 non quo illi aut exlegem) *profert hunc locum Nonius Marcellus in voce* exlex.

36 quàm Stalenus,qui cauſam)*ſic reſtitui,ſcripturæ veteris veſtigia ſecutus,ſententia autem hæc eſt, non numero (inquit) abſolutionem Fidiculanij, nam quamuis abſolutus ſit,nihilominus tamen, quam Stalenus,pecuniam ob rem iudicandam accipere potuit:qui tamē Stalenus nuſquam accuſatus eſt,quòd pecuniam ob rem iudicandam accepiſſet.*

37 ſed etiam ex hominibus ipſis]*non potui veterem ſcripturam* ex hominibus ipſis, *reiecta vulgata*, ex nominibus ipſis, *non probare. Illa enim perſpicuè recta & vera eſt:altera autem acriùs cernenti & attentiùs conſideranti,falſa & mendoſa.*

38 ſi quis ignobili loco natus eſt]*quidā legi voluēt hîc*,nobili loco natus eſt:*vt opponatur illi,quod ponitur infrà*,ſiquis autem hoc vno nitatur,quòd ſit nobilis.*ſed errant. nam hîc comparat inter ſe duos ignobileis,alterum induſtrium,& virtute præditum:alterum ſola ignobilitate nitentem, nulla virtute inſtructum,aut ornatum.deinde horum vtrumque,cum nobili vitioſo,vt doceat,quod vult,hominibus nouis,ſeu ignobilibus maximos eſſe Romæ fructus.*

39 iam potuit aliquis,&c.]*liber manuſ.vnus habet,* iam potuerunt aliqui,&c.*ab eodem ſuprà abeſt verbum* condemnauit.

40 conſtituta neceſſitudo eſt] *libri manuſ. habent,* cōſtituta cōſuetudo eſt.*iidem infrà paucis pòſt verſibus,vbi eſt in vulg.*vim animi *non habent* animi.*eodē verſu,vbi libri omnes habent*,in hac, *videtur legendū*,in hoc,*vt ſubintelligatur,aut reperiatur* periculo.

41 cenſoria ſubſcr.eſſe deletas)*libri duo manuſcripti habent*,eſſe ſublatas.

42 amplexato)*non dubitanter ita reſtitui, Priſciani fidem,auctoritatemq́,ſecutus:qui teſtatur libro 8. ita à Cicerone ſcriptum eſſe. quod eo mihi ſit veriſimile, quia ſi ita legatur,oratio ſit concinnior, propter* ὁμοιοτέλευτον,amplexato,defendito.

43 Námque illud,quod afferunt, nihil eſt, ali-

Digitized by Google

quid eſſe , quod , *&c. multum debemus lib. man. quorum beneficio, hunc locum, qui erat in vulgatis mendoſiſſimus, emendare licuit. Sic enim habent vulg.* nam vt illud afferant,nihil eſt, quod de iis duobus habuerint comp. *nulla ſententia.*

44 multitudinem illam non licitum eſt contrà dicere] *hæc eſt vera & germana ſcriptura , quamuis olim ediderim paulò aliter, nempe hoc modo,* Multitudini illi non licitum eſt contrà dicere, *minùs rectè, quàm quo modo nunc ſcripſimus, veſtigia ſcripturæ veteris diligentius perſecuti. Adiuuat autem hanc ſcripturam ratio & conſuetudo Latini ſermonis. dicunt enim Latini,* contra aliquem dicere, *non* alicui cõtrà dicere, *Sic igitur hoc loco M. Tullius* , non licitũ eſt, *inquit,* dicere contra illam multitudinem , *à ſeditioſo tribuno pl. concitatam.*

45 quòd elegium recitaſti, *&c.*] *libris omnibus inuitis ita legendum,* elegium, *inquam, vel* eclogium, *non* elogium: *quamquam non omnibus libris inuitis ita repoſuimus, quia ſi non hoc loco hanc vocem ita ſcriptam reperimus, at multis aliis in locis ita ſcripta reperitur. poſtulat autem ratio & veritas , vt ita ſcribatur. eſt enim vox Græca* elegium , *à Græca* ἔλεγος, *ſeu potius* ἐλεγεῖον *eſt ipſum: qua voce vtitur & Plautus: vel ſi legamus,* eclogiũ , *vox eſt ab* ecloga *item voce Græca diminuta.* ἐκλογή, *inde* ἐκλογεῖον. elogiũ *autem neque Latina, neque Græca vox eſt, ſed barbara, & purgatis auribus reſpuenda. Nam, quod quidquam tradiderunt eſſe ductum à nomine* λόγος, *errant. Eſſet enim & Græcis* ἐλόγιον, *ſeu* ἐλογεῖον , *vſitatum: quod non eſt. Quòd ſi Græca vox non eſt, multò minus eſt Latina, vtro autem modo legi malim,* elegium, *an* eclogium, *ſtatuere non poſſum. Sunt & qui* ellogium *legi poſſe exiſtimant.*

46 homines alieniſſimos coniungeret] *libri man. habent,* adiungeret.

47 quæ ex reipſa cauſaq; ducantur] *vetus liber habet,* dicantur, *quod non eſt reiiciendum. Nam ſic propemodum infrà loquitur* , vt oratio ex re & ex cau-

ſa habita videretur.

47 homine vehementi & callido, *P. Victorius lib. Var lect. xxx c. vj. exiſtimat hîc eſſe legendum* calido, *libris omnib. reclamantibus, & ſola coniectura, ſeu potiùs opinione ductus, quoniam, inquit, qui ſunt vehemẽtes, non ſunt callidi, neque callidi, vehementes, ſed errat ille: & qui Adr. Turneb. Aduerſariorum editione parũ ſuæ exiſtimationi conſuluiſſe ſcripſit, profectò multo minorẽ ipſe ſui reprehendendi anſam hominibus præbuiſſet, ſi libros illos non effudiſſet. Sed aliàs de iis libris plura: hîc autem nihil mutandum.* Callidum *enim ſignificat Cicero eum quem Græci δεινὸν appellant. Eũdem verò poſſe eſſe callidum, & vehemẽtem, qui neſcit, diſcat vel ex Demoſthene: qui fuit idem & acerrimus & callidiſſimus. Diſcat ex Cicerone, qui Catilinaria III. dicit, Catilinam acrem fuiſſe, audacem, callidum, in ſcelere vigilantem, in perditis rebus diligentem, &c.*

48 Sed nunc tibi ita defend.) *ſic potius legi vellem,* Sed non tibi ita defendiſſe videor, vt tota in cauſa mentionem nullam, &c. *Quam eandem coniecturam cùm Memmium de hoc loco feciſſe poſtea cognouiſſem, multò magis eam amplexus ſum: ita tamen, vt eſt in vulg. olim excudendum curaui. Si cui verò hæc coniectura probaretur, legendum eſſet proximè,* nec ſecus hanc cauſam, &c *vbi libri & man. & vulgati habent,* nam ſecus, &c. *Sed in eo loco ea re diſſentiunt manuſ. ab impreſſis, quòd illi habent* defendiſſem, *cũ impreſſi habeant* defendiſſe. *Vnde ſuſpicari poſſit aliquis ita legendum.* num ſecus hanc cauſam defendiſsẽ ſi lege Auitus teneretur? *quã lectionẽ probo.*

49 à capite periculum propulſare) *liber vnus man. habet,* capitis periculum propulſare.

50 indignũm eſſe facinus) *quibuſdam videtur vox* facinus, *eſſe aduentitia, & aliena, non Ciceronis. Alij putant, hoc totum eſſe mendoſum, & legendum,* iniquum eſſe, ſi ſenator, &c. *Mihi illi priores propemodum verum dicere videntur, ex iis, quæ proinde à Cicerone reſpondentur,* vt tibi concedam, hoc eſſe indignum, &c. *ſi verò ſpectes, quæ poſt legis recitationem*

ab

Digitized by Google

ab eodem dicuntur, alteri æquè propè ad verum accedere. Sic autem ibi Cicero: iniquum tibi videtur, Atti. *&c.*

51 cur tu in iſto loco ſedeas] *P. Vict. li. xxiiij. Var. lect. c. 2. teſtatur, in antiquiſſ. libris eſſe ſcriptum,* cur tu in hoc ſexto loco ſedeas. *de qua ſcriptura iudicet lector. nam mihi quidem ſuſpecta eſt.*

52 Qui eorum quorũ) *hæc verba,* Qui eorum, *ſunt Ciceronis, legis verba iterãtis: quæ à ſcriba recitata ſunt, proinde ac ſi ita diceret Cicero:* Qui eorum, *inquit lex, ſed quæro,* Quorum? *reſpondet ipſe ſibi.* VIDELICET, *qui ſuprà ſcripti ſunt.*

53 In hanc vnam quæſtionem) *ante hæc verba leguntur in libris omnibus hæc,* quæſtus in veteres iudices. *quæ ſine dubio ex ora libri in contextum illata ſunt: adſcripſerat enim lector aliquis è regione huius loci, hæc verba,* quæſtio in veteres iudices, *nempe equites. deinde ea ſcriptor librarius huc intulit. deinde aliquis ex nomine* quæſtio *cũ quò pertineret, non videret, fecit* quæſtus, *planè indoctè & craſsè. Nã* queror in aliquẽ, *non dicunt Latini: ſed* queror de aliquo. *hoc igitur totum deleri iuſſi. infrà non longè, vbi libri vulgati habent,* equeſter ordo, *ſcriptum eſt in man* equites R. *vbi illi* includatur, *hi habent* concludantur.

54 Eſt enim ſapientis iudicis] *ſequitur deinceps in libris vulg.* meminiſſe ſe hominem, *quod totum cùm ſit ſuperuacaneum atque alienum, nec reperiatur in li. antiquis, & ab aliquo ineptè & ſtultè religioſo adſcriptum eſſe appareat, delendum curaui.*

55 cùm illam iudicandi cauſa tabell.) *vox* cauſa, *mihi ſuſpecta eſt: & item aliis, qui exiſtimant, ea deleta, ſic eſſe legendum,* cùm illam iudicandi tabellam, *&c.*

56 reputare non ſe eſſe ſolum] *ſic legendum, non vt in lib. vulg.* non ſe putare eſſe ſolum.

57 maximíque æſtimare) *ſic legendum potiùs, quàm quomodo eſt in libris nonnullis vulgatis.* maximéque æſtimare.

58 ne oppugnaretur à perdito,&c.) *mendum manifeſtum,in priore editione per imprudentiam prætermiſſum,quod hic erat in lib.vulg.nunc ſuſtuli,in quibus legitur,*vt oppugnaretur.*&c.*

59 nemo adire,nemo alloqui) *Laudaueram olim ſcripturam veterem,*nemo audire:*neque nunc eam vitupero,aut improbo:quis enim neget certare poſſe cum lectione vulgata* adire?*longéque grauius eſſe,nolle aliquē audire,quàm nolle adire? multos enim nō adimus,quos tamen non audire nolumus.Verumtamen vulgatam nūc magis probo.*

60 non eum quàm diutiſſimè , &c.) *non diſſimilia ſunt ea quæ ſcripſit Lyſias in oratione* ὑπὲρ Φανίου παρανόμων ἐπιγραφ.*apud Athen.lib.XII.non longè ab ex.nā oratio non extat.Sic igitur ille de Cneſia quodam,* τοῦτον δὲ ὑπὸ πλείστων γινωσκόμενον οἱ θεοὶ οὕτως διέθεσαν,ὡς τοὺς ἐχθροὺς αὐτὸν βούλεσθαι ζῆν μᾶλλον,ἢ τεθνάναι,*&c.ſequitur aliquanto poſt ibid.*τὸ μὲν γὰρ ἀποθανεῖν ἢ κάμνειν νομίμως, κοινὸν ἅπασιν ἡμῖν ἐστί. τὸν δ᾽ οὕτως ἔχοντα,τοσοῦτον χρόνον διατελεῖν, καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντα μὴ δύνασθαι τελευτῆσαι τὸν βίον, τούτοις μόνοις προσήκει τοῖς τὰ τοιαῦτα,ἅπερ οὗτος ἐξημαρτηκόσιν.*id eſt,ipſum autem plerique motum dij immortaleis ita affecto corpore reddiderunt,vt inimici malint eum viuere,quā mori.ſequitur,non longè.nam mori quidem,aut ægrotare humano more,nobis omnibus commune eſt: ita autem affectum tamdiu in vita manere,& quotidie morientem,vitam finire non poſſe,his ſolis conuenit , qui talia peccata,qualia iſte , peccarunt.*

61 latétiùs potuit abditum,&c.) *libri man. habēt,* latiùs petiuit aditum. *&c. quæ diſſimilitudo & diſcrepantia arguit hunc locū eſſe mendoſum.Ego me in omneis parteis verti,vt ex hac antiqua ſcriptura deprauata aliquid recti elicerē:ſed fruſtrà.ex voce* latiùs *ſuſpicabar hoc ſentire Ciceronem,*latiùs *manauit,aut manare potuit* datum in pane,quàm,*&c.ſequitur enim* celeriùs potuit,*&c.vulgatā tamen lectionē retineo.*

62 celerius potuit comeſum) *Priſcianus li.*10.*duobus locis legit* comeſtum.

63 ad

63 ad C. Quinctilium] *liber vnus manſc. habet*, ad L.Quinctium.

64 id intra parietes in domeſtico ſcelere verſetur] *videtur legendum*, id intra parietes domeſticos in domeſtico ſcelere verſetur, *vel hoc totum*, in domeſtico ſcelere, *tollendum, ſi*, intra parietes domeſticos, *repoſitum ſit*.

65 & ſeſtertiûm,& auri q.] *poſt vocem* ſeſtertiûm, *iuſſi notari ſtellulam, per quam admoneatur lector, hîc deeſſe numerum*.

66 Itáne tandem?mulier iam,*&c.*] *legendum fortaſſe eſt*, Itaque tandem mulier, *&c. deleta interrogationis nota*.

67 Saſſia dictitabat] *liber manuſc. habet* dictitauit. *& infrà, vulgati habent*, obſignatas eſſe dixi, *in illis eſt* dixit, *& inferius vbi vulgati*, aliquid adiungere dictum, *illi habent*, aliquod dictum adiungere.

68 Eſto?in tabellis nihil eſt auctoritatis) *Ioan. Paſſeratius, homo pereruditus, legendum putat*, in tabellis nonnihil eſt, *&c. cui aſſentior*.

69 quòd cùm A.Aurium Melinum) *cùm reperiſſem ſcriptum in libris manuſ.* quòd cùm à Aurium, *facilè mihi fuit conijcere, reponendum*, quòd cùm A. Aurium, *id eſt*, Aulum Aurium. *cognomen autem* Melinum *retinui, quamquam non eſt in iis, quos dixi, libris*.

70 Illud primùm queror,illud ſcelus,quód nūc, *&c.*) *cùm hæc verba*, de illo ſcelere, *quæ leguntur in libris vulgatis, poſt verbum* queror, *reperiſſem in libris manuſ. partim demerſa in litura, partim non vno modo ſcripta*, ego illud ſcelus, *repoſui, quod rectum eſſe arbitror*.

71 donis,muneribus,collocatione fil.) *ſic habent libri man. Cleri, & Memmiani: atque ita ſe reperiſſe in aliis item antiquis teſtatur P. Victorius Var. lectionum libro xij. Suprà autē, vbi in lib. vulg. legitur*: dies omneis ac nocteis tota mēte, *&c. antiqui habent*, dies omneis atq; nocteis tota mēte, *&c. Vnde ſuſpicari poſſit aliquis legendū*, dies omneis nocteiſq; totas, tota mente, *&c. vel delendum*, tota mente.

72 diſcidia videmus] *ſic habent noſtri libri veteres, & ſine dubio ſic eſt legendum, qua de voce pluribus verbis egimus in commentariis Lucretianis: vbi oſtẽdimus, auctorem Lexici veteris, Latino græci interpretari* diſſidium, *χωρισμὸν, & διάλυσιν γάμου: id eſt, ſeparationem, & diſſolutionem nuptiarum.*

EIVSDEM IN ORATIONEM DE LEGE AGRARIA IN ſenatu.

1 decemuiris condonabantur.) *Sic legendum eſſe vidit Cl. Puteanus, homo pereruditus. ſic infrà,* condonari certis hominibus omnia *Idémque me admonuit, hanc orationem ſic eſſe inſcribendam.* Oratio de lege Agraria Kalendis Ian. contra P. Rullũ, tribunũ pl. *idq́, ex A. Gell. li.* XIII. *ca.* 23. *& Cariſio li.* 1. *in voce* Imberbi: *quod ego iam in meo libro notaueram, ab ipſo M. Tullio eruditus in ep.* 1. *li.* 2. *ad Att. ibi,* vt meæ quoque eſſent orationes. quæ conſulares nominarentur: quarum vna eſt in ſenatu Kalendis Ianu. *&c.*

2 quò affectarit iter.) *Pauli Manutij coniecturam ſecutus, ſic edendum curaui: nam vulgata lectio,* quoad fecerit iter apertius, *meo indicio inepta eſt. Licet etiã legere,* affectarint, *numero multitudinis.*

3 agros Attaleẽſium) *nihil refert, vtrùm ſcribatur,* Attalienſiũ, *an* Attaleenſium. *neque me mouet, quod Græcè dicitur* Ἀττάλεια. *Nam diphtongum* ει *vertitur à Latinis vel in* i, *longum, vel in* e, *longum: vt* Ἀλεξάνδρεια, *Alexandria. ſeu Alexãdréa, κιχώρειον, cichoriũ, ſeu cichoreum. κενταύρειον, Centaurium, ſeu Centaureum, & cætera ſexcenta.*

4 in vendendis agris. eos agros, de quibus, *&c.*) *in vendendis agris, inquit M. Tullius, eos agros excipit, quibus cautũ ſit fœdere. Hæc eſt huius loci, meo quidem indicio, ſententia quæ hoc modo, atque his verbis, niſi fallor, exprimi debet:* in vendẽdis agris, agros eos, quibus cautum ſit fœdere. *Quare delendũ videtur*

Digitized by Google

de, niſi fortè dicamus, ita hunc locũ eſſe explicandũ, in vendendis agris, eos agros excipit, de quibus Hiempſali cautum ſit fœdere, quod tutius & conſideratius eſt.

5 duas cauſas in orbe terrarum repertas, quibus gr.) *Sic olim ederem*, duas cauſas in orbe terrarũ repertas, quare his agris gratis parc. *ſententia aperta duas cauſas eſſe repertas, propter quas cauſas agro Recentorico, & iis agris, qui ab Hiempſale poſſidentur, parceret. Sed Clau. Puteanus putat, nihil à recepta & vulgata ſcriptura eſſe mutandum, quoniam (inquit) hîc* cauſa, *non ſignificat id quod Græci* αἴτιον *vocant, ſed* τὸ πρᾶγμα *rem, negotium, vt cùm idẽ Cicero in prima epiſt. li. 1. epiſtolar. dicit* cauſam regiã: *&* rem Alexandrinã, cauſámque regiam: *& pro lege Manil.* cauſam reip. *& Philip.* 5. Cæſar eã cõplexus eſt cauſam, *& ſimilia. Ego omnino, quia coniecturis omnibus non ſolum meæ, ſcripturam receptam, à qua non diſcrepet antiqua, & quæ ſit tolerabilis, ſẽper anteponendam arbitror, nunc quidem hîc nihil muto, quamuis olim aliter & ſenſerim, & fecerim. Sed tamen hoc liquidò confirmabo coniecturæ meæ & rationẽ valdè eſſe probabilem, & locutionem admodum vſitatam, ac facilem & ſententiam planiſſimam.*

6 Nunc quis nam, *&c.*] *lego,* Num quiſnam tam abſtr. *id eſt, num aliquis tam abſtruſus, nummus eſt,* &c. num quiſnam *valet*, num nam aliquis.

7 ex præda, ex manubiis] *hunc locum tractat A. Gellius libro* 11. *cap.* 23. *his verbis*: Sed quæro, an M. Tullius, verborum homo diligentiſſimus, in oratione, quam dixit de lege Agraria, Kalendis Ianuariis contra Rullum, inani & illepida geminatione iunxerit manubias, & prædam, ſi duo hæc verba idem ſignificant, neque vlla re diſſident. *Quæ verba eò libentiùs protuli, quòd vna opera ex iis intelligere licet, hanc orationem ſic fuiſſe à veteribus inſcriptam,* de lege Agraria, *Kalendis Ianuariis, &c. quod & Cariſius declarat libro I. Grammatic. Inſtitut. vt me Clau. Puteanus admonuit.*

8 ſed vnus prohibetur iniuria) *ſic reſtitui libris omnibus & vul. & man. inuitis, ratione fretus. nã primùm priuatio ſupponit habitum: deinde, priuatio eſt rei bona. At, hic Glaucippus nulla affectus erat iniuriã, ſed ei lege cautum erat, ne afficeretur. quare non poteſt dici priuari iniuria, qua affectus non eſt. iniuriam autem non eſſe bonũ, conſtat. Dico igitur legendum eſſe,* ſed vnus prohibetur iniuria. *ſic autem loquuntur boni ſcriptores, prohibere aliquem domo, aditu, calamitate, iniuria, detrimento, periculo, ſeu à periculo, ab iniuria, &c. Plautus, Salluſtius, Cæſar, Cicero, &c. neque hîc me mouebant legulei quidam moroſi, & faſtidioſi, qui cùm in lingua Latina parum videant, multò minùs in Græca, vſque adeò ſunt impudentes tamen, vt audeant melioribus obſtrepere atque obgannire. Quos ego ſi ſenſero ad optima quæque irridenda ſuis ſupinis ac ſuſpẽſis naribus vt ſolent, abuti, flebunt.*

9 ex nouis vectigalibus reficiatur) *ſic legendum, vt eſt in lib. vulg.* recipiatur. *licet & legere,* redigatur, *quod & nonnullis placet.*

10 omnibus rationibus & modis] *ſic legendũ, non vt vulgò legitur,* omnibus rebus, & mod.

11 coloniæ. Quot? quorum hominum?) *ſic Lauredanus, patricius Venetus, & rectè. Nam vulgata lectio,* Quò? quorum hominum? in quæ loca? *ferri nõ poteſt, & riſi nuper quendam ludimagiſtrum, qui, vt hæc natio eſt contumax, eam tueri, Muſis & Gratiis omnibus inuitis, conabantur: quod ei malè proceſſit. nam cùm ſe expedire non poſſet, etiã à ſuis exſibilatus eſt.*

12 Quid enim cauendum eſt, &c.) *Si quis attentiùs conſideret, intelliget hîc legendum,* Quid enim nõ cauendum eſt, &c.

13 geram P.C.] *id eſt,* patres conſcripti] *ſic autem emendauit Lauredanus.*

14 liberi à delictis] *legendum arbitror,* liberi à deliciis.

EIVSDEM

Digitized by Google

EIVSDEM IN ORATIONEM DE L. AGRARIA AD POPVLVM.

1 non tabellam vindicem) *ſic Lauredanus emendat, & rectè, pro quo libri vulg. habent*, non tabellam indicem.

2 Cui errato nulla venia) errato, *quidā dictū volunt, Græcorum more, pro ἡμαρτηκότι, id eſt, pro eo, qui peccarit, quale eſt apud Terentium Hecy.* Iam ætate ea ſum, vt non ſiet peccato mihi ignoſci æquū. *Iidem tamen teſtantur in libris ſuis man. ſcriptum eſſe*, cum errato. *ego malim ſic explicare*, qui in errato nulla venia in rectè facto, *&c. vel fortaſſe ita legēdum*, cuius errato, *&c.*

3 verſatur enim magnus error.) *legendum videtur*, verſatur enim in eo magnus error.

4 extremi exitiorū ſolent eſſe exitus) *videtur eſſe delenda vox* exitiorū. *Nam* exitium *nihil aliud eſt, quàm extremus & perditus exitus; vt docet Feſtus.*

5 tamen ſiqui acutiores) *Manutius hanc lectionem retinet, & exemplis confirmat. ego tamen malim legi*, tamen etſi, qui acutiores er. *vt interdum loquebantur veteres, vel*, tametſi qui acutiores erant, *&c.*

6 omni hoc vobis aſſeueratione confirmare poſſum) *ſic legendum cenſeo, vt in omnibus libris legitur*, omni hoc vobis ratione, *&c. Sic autem loquitur lib. 3. ep. ad Attic.* Omni tibi aſſeueratione affirmo. ꝙ mihi credas velim, mihi maiori offenſioni eſſe, quā delectationi poſſeſsiūculas meas.

7 ſed quia perſæpe ſeditioſis) *lego*, ſed quia perſæpe, *&c. cùm in li. vulg. deſideretur particula* ſed.

8 Item inquit capite altero, vt comitiis, *&c.*) item, vt comitiis pont. max. *verba ſunt legis. hæc autem*, inquit, capite altero, *Ciceronis. illa autem*, eodémque modo, *aſſentior Lauredano, patricio Veneto, eſſe interpretationem vocis* item, *quæ ex margine libri*

in contextum orationis irruerit.

9 populi ad parteis daret] *Lauredanus legit*, populo ad parteis daret.

10 nullo pacto poterat, poteſtve) *ſic Muretus emẽdat hunc locum lib. variarum lect. v. c. v. cui aſſentior. Nã vul. lect.* poterat poteſtate, *ſine dubio mẽdoſa eſt.*

11 volet eos renuntiare) ſic iampridem in meo codice emendarã : *quod idẽ reperi poſtea Lauredano placere: cùm libri vulgati habeant*, volet eos denuntiare, *planè mendoſè. malim tamen* renuntiari, *in voce paſſiua, quàm renuntiare paulò poſt, mutata interpunctione, ſic lego,* Sort. tr. idẽ Rullus, homo felix educet quas volet. *Nam vulgata interpunctio vitioſa eſt, quæ talis eſt,* Sortietur tribus idem Rullus, homo felix educet quas volet.

12 In perſcriptione legis) *ſic ſcriptum eſt etiam in libris antiquis. Sed legendum videtur,* in proſcriptione. proſcribere *enim eſt in publico, ſeu publicè ſcribere. verumtamen* in præſcriptione legis, *retineo, & interpretor, in indice legis, ſeu in iis, quæ antè legis verba ſcribuntur.*

13 non reus denique) *ſic emendat Lauredanus, & rectè. Nam à lib. vulgatis aberat negatio.*

14 Timebat enim Pompeius ne ſi adeſſet, ferri non p.] *Quidam ſic legi volunt,* Timebat enim, ne, ſi Pompeius adeſſet, ferri non poſſet, *quæ ſcriptura hoc tantùm à recepta differt, quòd facilior, & planior eſt. Timebat Rullus, inquit Cicero, ne ſi Pompeius adeſſet, lex Agraria ferri non poſſet, quia Pompeius non eſſet paſſurus eam ferri.*

15 vti curiata loge magiſtratus detur, qui nullis com.) *malim ſic legi,* vt ei curiata lege magiſtratus detur, cui nullis comitiis antè ſit datus, *quo modo olim edidi. vel ſic* vt is curiata lege magiſtratus detur, qui nullis comitiis antè ſit datus.

16 qui, quod ſecundo capite ſcriptũ eſt, nõ meminit in tertio?] *ſic legendũ potiùs, quã vt vulgò,* qui quid in ſecundo capite ſcriptũ eſt, *&c. licet tamen etiam ſic legere,* qui quid in ſecundo capite ſcriptum ſit, non mem. *&c.*

17 Nam,

17 Nam, cùm centuriata lex conſulibus] *magna eſt de huius loci explicatione inter Sigonium, Gruchium, Lauredanum controuerſia, quam non eſt mei inſtituti, neque huius loci, dirimere aut componere, hoc tantùm ponam, Sigonij ſententiam mihi probabiliorem videri, quem legat lector in lib. de antiquo iure ciuium R. & Gruchium de comitijs, & Lauredanum in commentar. in hanc orationem, ad hunc locum: vbi nihil immutaui, præterquàm quòd Sigonium & Gruchium ſecutus, pro* cenſoribus, conſulibus *excudēdum curaui, præterea aduerbium* cùm, *ante vocem* centuriata, *quod à ſcriptore librario fuerat omiſſum, reſtitui, in ceteris, quæ immutat & addit Gruchius, non eſt ferendus, paulò pòſt, vbi libri vulgati habent*, curiatis ea comitiis, *quidam legi volunt*, curiatis eam comitiis, *& deinceps, vbi ijdē libri habent*, quę vos non ſinitis, *legendum*, quę vos non teneris.

18 Si hoc fieri poteſt] *placet mihi Lauredani coniectura, qui mauult hoc loco legi*, Si hoc ferri poteſt, *non diſplicet mihi tamen recepta.*

19 tantummodò ſi quis ea poteſtate, &c.] *Quidā deeſſe putant* reprehendendum *ante* exiſtimamus. *aut quippiam tale, vt ita legatur*, tantummodò, ſi quis ea poteſtate temerè eſt vſus, reprehendendum exiſtimamus *Ego nihil deeſſe puto, nam* exiſtimamus *hoc loco valet, iudicamus, cenſemus, ſtatuimus, ὑπολαμβάνομεν, κρίνομεν.*

20 hic tribunus pl. legi curiatę) *ſic legendum eſt, vt rectè conijcit Lauredanus.*

21 Iubet auſpicij deduc. colon. cauſa. &c.] *Sic legendum eſt & ita libri omnes habēt, quòd eò admonui, quod olim vox* auſpicij, *in noſtra editione omiſſa fuit.*

22 regnorum vendendorum ſummæ pot.] *ſic nunc edendū curaui, nam primum in libris manuſcr. & nonnullis vulgatis, reperi*, regnorum, vendendorum *autē, pro* vel dandorū, *aſſenſus Camerario, repoſui.*

23 quę maiores in vrbe portus periculi & perſ.) *ſic Cl. Puteanus ſacella quędam ſignificat, ac deſcribit, quæ Græci ἄσυλα nominant: ea quæ* portus periculi & perſugia *appellat. corrupta autē hîc erat*

*vulgata ſcriptura.ſic enim vulgò legitur:*quæ maidres in vrbe partim periculi perfugia eſſe vol.

23 ſed illud magis eſt credendũ,*&c.*]*fortaſſe legẽdum eſt,*magis eſt cauendũ, *ſeu* horrendũ,*niſi fortè,qui lectionem receptã retinere & tueri volent,dicent* credendum,*idem valere hoc loco, quod* ſuſpicandũ, *quod non placet quàmuis hoc verbo paulò pòſt vtitur.*

24 inuidioſum putaſſe hoc fore, ſi omnia nominaſſet?]*ita ſine dubio legendum eſt, quod vidit Cl. Puteanus:non,vt vulgò,* inuidioſum putaſſet hoc fore,*&c.ſententia autem in promtu poſita eſt. Quid dicam? quam cauſam afferam, quamobrem omnia non nominarit? dicámne,eum putaſſe inuidioſum fore,ſi omnia nominaſſet ? Paulò antè autem,*atque aditum ad cetera factũ,*edidimus, vbi li. vulgati habent* , atque aditum ad cetera iactum,*&c.*

25 Primum hoc quæro qui tandem] *libri man.habent,*Primùm hoc,quæro enim. qui tandem, *&c.*

25 qui ab illo depoſ.pecuniam nobis recup.]*ſic edendum curaui,Cl.Puteani coniecturam ſecutus.Nam vulgò legitur,* noſtris recuperarent.

26 & vtrum iudicabit?)*ita nunc edidi,longè melius, quàm vt vulgò legitur,*& verùm indicabit? *atque in eo Cl. Puteani ſecutus ſum coniecturam , niſi quòd ille vult legi* indicabit : ſed vtrum iudicabit?

27 cur non item, vt, cùm directò , & palàm regionem illam petierunt quietis nobis ?] *ſic etiã olim edidi:eorum coniectura probata, qui* directo , *pro* decreto *ſecuti veteris ſcripturæ in libris manuſcr. exſtantia veſtigia repoſuerunt,perſpicuè enim* directò,*hîc dicit,quod mox,*per curſum rectum.

28 vnáque]*hîc eſt lacuna, puto autem, poſt* vnáque, *tale quiddã deſiderari,*quantum mali exteris nationibus comparetur,conſiderare. *Lauredanus autem nihil deeſſe putat,tãtumq́; ex* vnáque,*facit* animiſq;.

29 Quanta calamitas populi] *Lauredanus admonet , eſſe reponendum,*At quanta calamitas, *&c. ex autoritate codicum manuſcript.& ita olim excudi iuſſeram, nunc mihi magis placeat vulgata.*

30 Iu

Digitized by Google

30 luctuoſam & acerbam prædicationem] *Lauredanus teſtatur, amicum quendam ſuum, virum grauem & certum, ſibi confirmaſſe, repertum à ſe in vno codice manuſc.* recitationem, *quod ait ſibi magis placere. Ego dubito, nam mouet me quod antecedit,* præconi huic ipſi, *eſt enim præconis prædicare: ſcribæ recitare. Itaq; ſi* recitationem *legeremus, vnà legẽdum quoque ſuprà videretur,* ſcribæ huic ipſi, *hoc modo,* ſcribæ huic ipſi luctuoſam & acerbam recitationem, *&c. nũc autem abſurdum eſt, præconem in contione recitare, niſi fortè quis dicat, etiam hoc munus fuiſſe præconum, in contionibus recitare, ſi quid eſſet recitandum præter legem. Nam in comitiis præcones leges ſolitos eſſe recitare conſtat. Rurſus æquè videtur abſurdum præconem in contione prædicare: præconis eſt enim in auctione, non in contione prædicare: niſi quis dicat, præconem etiam auctionem, ſeu auctionis deſcriptionem in contione ſolitum prædicare. Sed hac de re iudicent eruditi.*

31 Adſcribit eidem auctioni] *ſic eſt legendum, non vt eſt in libris vulgatis,* idem auctioni.

32 Verùm inter hos agros] *videtur hic locus mendoſus, nam non ſatis Latinè dictum videtur,* adiungit inter hos agros. *Quid ſi ſic legamus:* Verùm interim ad hos agros, *&c.*

33 ſanè vehementer gaudeo) *ſecutus ſum Lauredani coniecturam, meo iudicio, veriſſimam. Ac, ne fruſtra tempus conteram, admonitum lectorem velim, quidquid erit in hac oratione infrà emendatum ac mutatum, eius gratiam eſſe habendam Lauredano: niſi quid erit quod nominattin vel mihi, vel aliĳ adſcribatur. Infrà autem non longè: quòd ille,* antiquiſſimis, *pro* amiciſſimis *reponit, vereor, ne* amiciſſimis, *ferri poſsit. natum enim illud,* οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. antiquiſſimis *tamen, ne quid diſsimulem, mihi valde placet.*

34 ceteros, etiam ſi priuati ſint, permittere] *vel legendum* ceteri (*nam hic ordo verborum eſt,* permittere, vt ceteri, etiam ſi priuati ſint, publici iudicentur) *vel more comico, ſeu Græco potius, locutus eſt, ſic autem loquuntur illi, Plautus, Aſinar.* Verùm

meam

meam vxorem neſcis qualis ſiet, *pro* vxor mea neſcis qualis ſiet.

35 qui publicus eſſe fateatur] *nihil mutandum puto. Nam* fateatur, *hoc loco patiendi ſignificatione͂ habet, quod non eſt veteribus inuſitatum in talibus verbis.*

36 & tamen poſtea per C. Cottam) *legendum arbitror,* ei tamen poſtea per C. Cottam, *&c.*

37 horum erit iudicium] *ſic legendum potiùs arbitror, quàm vel* ſolutum, *vel* liberum, *vel* nunc, *vel, vt habent nonnulla exempla vulgata,* nullum. *Hæc enim, opinor, horum verborum ſententia eſt,* horum *ſolorum, videlicet x. virorum* erit iudicium, *id eſt, hi ſoli iudicabunt, quàm magnæ manubiæ, &c. Cl. Puteanus tame͂ ſic potiùs legendum putat,* quorum erat nullum iudicium, *&c. vnius ſcilicet literæ mutatione, hoc eſt, mutata* i, *vocali in* a, *& retenta voce* nullum, *quæ in nonnullis editionibus reperitur. Sententiam autem eſſe putat hanc*, horum, *ſcilicet, quæ ſequuntur,* quantæ manubiæ, *&c.* iudicium erat nullum, *ego neque hanc ſcripturam, neque eius ſententiam probo: na͂ ſi hoc ſentiret Cicero, ita locutus eſſet:* horu͂ erat nullum iudicium, quantæ cuiuſque manubiæ fuiſſent, quid reſiduum eſſet. *Quòd autem ait ille, in omnibus editionibus ita legi,* horum enim nullum iudicium, *&c. pace eius dixerim editionem habeo domi, anni* CIↃIↃ. LXII. *quæ habet,* horum erit illud iudicium, *&c. quæ, vt in malis tolerabilis eſt.*

37 omnibus legibus, agris publicis eſſe ded.] *id eſt, omnibus legibus, ſcilicet agrariis, priuatos poſſeſſores eſſe deductos* ex agris publicis, vt in eos coloniæ inducerentur. *Omnino malim legi,* ex agris publicis, ſeu de agr. pub. *ſi quis modò codex adiuuet.*

38 Quidnam agri? Agri verò] *ſic reſtitui. coniectura autem mea facilis & probabilis eſt: nam cùm vox* agri, *bis eſſet à Cicerone poſita, librarius ſcriptor plus ſibi tribuens, quàm ſatis erat, alteru͂ omiſit, tanquam otioſum. Iam hæc verba,* Agri verò, *à Cicerone reſpondentur, qui idem interrogarat.*

39 Inuenietur enim ratio] *libri vulgati habent,*

inie

iiietur, *planè mendoſè. P. Manutius repoſuit* inhibitur: *ego,* inuenietur. *ita autem locutus eſt M. Tull. in orat. pro Quinctio.*

40 ſuccumbenti iam atque oppreſſo Syllanis oneribus grauibus) *ſic reſtituend. ndum cenſeo, reiecta lectione vulgata.* Syllanis oneribus graui *Nã ſatis hic dictũ eſt, & dictũ quidem verbis lõgè ſignificantioribus,* ſuccumbenti atque oppreſſo. *Iam*, onus graue, *Latinè dicimus potiùs*, quàm aliquem onere grauem. M. *Tull. in Catone Maiore,* vt onus ſe Aetna grauius dicant ſuſtinere.

41 Et vos dubitatis] *totum hunc locum vſque ad,* Nam ad hanc, *&c. lego cum interrogationis nota: & negationem, quæ in alienum locum traducta fuerat, in ſuum reſtituo. ſententia autem eſt hæc, populum R. dubitare non debere, quin non vendat: id eſt, quin vẽdere non debeat, certum eſſe, populum R. vendere nõ debere.*

42 eſt & qui planè recuſet?] *quindecim iam abhinc annos: ſic habebam hunc locum coniectura emendatum in meis Aduerſariis, quæ mihi nunc magis probatur, cùm eandem in mentem veniſſe video Lauredano.*

43 multitudinem obtinebunt. iidem totam Italiam] *ſic nunc edidi, nam libri vulg. ſic habent,* maximam multitudinem, id eſt, totam Italiam, &c. *planè mendoſè.*

44 in ſingulos iugera dena deſcribat) *ſic hunc locum reſtitui ex altero huic ſimillimo infrà, ibi:* & in eo duodena deſcribit in ſingulos homines iugera, *ex quo item præterea hîc legendum. fortaſſe eſt*, in ſingulos iugera duodena.

45 à Suburana, *&c.*) *ſic legendum eſſe docuit Lauredanus, & item Manutius: non, vt vulgò,* ab Otriculana, *alioqui dicendum* Ocriculana: *idq́; , quod dico, docent Geographi.*

46 perleui ſæpe momento fort.) *fortaſſe legendum,* ei perleui ſæpe mom. fortunæ, *&c. vel,* è leui ſępe momento fortunæ.

47 quod ei tenebant,) ei, *id eſt,* ij. *Sic autem eſſe legendum, non, vt habent libri vulg.* quod & tenebant,

bant, *vincunt libri veteres, vincit & ratio quæ non minùs poteſt, & ad monuit Lauredanus.*

48 armis partas accepiſtis] *ſic ſine dubio legendum, non, vt habent libri vulgati*, armis captas.

49 belli facultatibus,] *quidam hic legi volunt*, belli difficultatibus. *Ego nihil muto, & per* belli facultates, *belli adiumenta & inſtrumenta ſignificari puto, vt infrà proximè.*

50 deſertos à plebe, atque à cultura hominum liberorum] *quidam legi volunt*, atque à cultura hominum liberos, *&c.*

51 ager Cāpanus à Stellati. Scilicet multitudo] *ſic legendum eſſe vidit Lauredanus, nam vulgati libri hîc ſunt mendoſi, qui habent*: ager Campanus, ac Stellatis. Et multitudo Quir. *Idem infrà non longè repoſuit* vexillum, *pro* exſilium, *quod ferri non poterat*: & Capuam decemuiris inferetur. *vbi vulgati habent*, Capua à decemuiris infer. *mendoſè.*

52 Karthaginienſe III.) *ſic emendat Lauredanus, planè diuinè. I I I. autem valet* tertium, *idem pari* δυστοχίᾳ *infrà, vbi vulgati libri habent*, cùm numerum colonorum, *repoſuit, cùm* ı ɔ ɔ colonorū, cùm ı ɔ ɔ *autem i.* cùm quinque millia.

53 quæ ab his prætoribus de tribunali] *legendum fortaſſis eſt*, de tribunalis, *vt repetatur* ἀπὸ κοινοῦ, *infernè* ſententia: *hoc modo*, de tribunalis ſententia, *vt mox* de conſilij ſententia prob. *paulò antè pro*, non cum bacillis, *quidam legendum putat*, nō cum batillis, *&c. adductus illis verſibus Horatianis ſat. v. lib.* 1. Fundos, Aufidio Luſco prætore, libenter Linquimus, inſani ridentes, præmia ſcribæ Prætextam, & latum clauum, prunæque batillum.

54 probatæ] *ſic annos abhinc xx. emendaram, quod & Lauredano poſtea veniſſe in mentem video, pro quo lib. vulgati habent* probatis, *planè mendoſè. idem ille tamen putat etiam legi poſſe* probantibus, *vt iungatur cum voce* conſulibus.

55 vegrandi macie torridum] vegrandi *hic eſſe legendum, iampridem indicaui, & ita edendum curaui,*

non,

non, vel grandi, *neque* vt grandi, *vt habent libri vulgati, neque vt vult quidam κακοήθης, qui poſt meam primam Ciceronis editionem, huic operi furaceis manus admouit, cenſet*, videlicet torridum, *planè ineptè*. torridum *autem Io. Paſſeratius deprauatum eſſe putat, & horridum, reponendum.*

56 ac præ illis ſemitis] *ſubeſt hîc aliquid vlceris & hoc ſenſit Cl. Puteanus. nam vt Romæ in montibus poſita, conuallibus, & cenaculis ſublata, &c. Capua planiſſimo in loco explicata aptè opponitur, ita nihil eſt, quod ſemitis illis Capuanis altera ex parte reſpondeat, deberet enim ſequi*, præ ſuis illis viis, ſemitas irridebunt. *Malim tamen legi*, ac ſemitas pro ſuis illis viis irrid.

57 nihil elata manu, *&c.*) *ex veteris ſcripturæ veſtigijs obſcuris hanc olim lectionem elici poſſe putaui*, nihil vi illata, & manu, *quam nunc minùs probo: teſtatur autem Lauredanus, ſic eſſe ſcriptum in quodam codice manuſcr.* nihil velata manu: *in alio*, vel lecta manu. *Sed (non enim poſſum manum tollere de tabula) quid ſi ita legamus*, vi, & allata manu? *Quid ſi*, vi, & facta manu? *Quid ſi hoc modo?* vi, & dilecta manu? *per* dilectam manum *autem, intelligentur milites dilecti, id eſt, vt hodie vulgò in libris legitur, delecti. Veteres enim dicebant*, dilectum militum, *non* delectum, *vt ſæpe admonuimus: & item ante nos alij. Cl. Puteanus autem exiſtimat legi poſſe*, violenta manu.

58 nunc verear, ne reſp.) *non videtur ſatis quadrare hæc antitheſis*, ego nondum veſtris armis armatus, *&c.* nunc verear, ne reſp. tantis munita, *&c. deberet enim potiùs hoc modo fieri oppoſitio, Cicero nõdum armis inſtructus, &c. Cicero magnis præſidiis munitus, &c. Itaque ſic potiùs legendum videtur*: Nunc verear, ne tantis reip. munitus præſidiis, ab iſtis vinci aut opprimi poſſim? *Quidam ſic malunt*, nũc verear, tantis munitus præſidiis, ne reſp. ab iſtis vinci, aut opprimi poſſit? *quòd minùs probo.*

59 negotium faceſſimus] *ſic emẽdauit Sigonius, cùm libri vulg. haberent*, negotium feciſſemus.

60 Nam ſi ij, qui] *ſic docti quidam legendum putant,* Nam ſi ij, qui, *&c. quemadmodum edidimus. pro quib. libri vulg. habent,* Nam & ſi ij, q. *Sed quid hoc, ad tot vulnera, quæ ſunt in hac extrema oratione, planè inſanabilia ſine codicum manuſcr. ſubſidio? ego, vt aliquid afferrem, pro* ſub ipſo otio, ſi otio ipſo, *repoſui: pro* actibus acie: *vbi tamen quidam amicus meus* aciebus *reponit: pro* reuocaui, *quod eſt in libris vulg. ſeu* rogauit, *quod in nonnullis manuſcr.* præcaui.

EIVSDEM IN ORAT. DE LEGE AGRARIA, CONTRA P. RVLLVM, tribunum ple. ad populum, II.

1 de Lege Agrar.) *hanc breuiſſ. orationem M. Tullius* ἀποσπασμάτιον *legis Agrariæ appellat ep. 1. lib. 2. epiſt. ad Atticum: quamquam duas fuiſſe pares breueis ſignificat, his verbis:* ſunt præterea duæ breues quaſi ἀποσπασμάτια legis Agrar.

2 Poſt Marium & Carbonẽ, COSS &c.) *aſſentior hîc Cl. Puteano, qui animaduertit, hoc ordine totum hunc locum legi debere,* Poſt Marium, & Carbonem COSS. quis dedit? quis aſſignauit? quis vendidit? quis conceſſit? *Credibile eſt enim, Ciceronem ſeruaſſe ordinem legis Seruiliæ, quam P. Seruilius Rullus ferebat. Nunc autem præpoſterè ſic vulgò legitur,* quis aſſignauit? quis dedit? quis conceſſit? *& præterea omiſſum eſt membrum vnum,* quis vẽdidit? *quod neceſſarium eſſe, ac talem verborum ordinem eſſe debere, declarant verba legis,* publicè data aſsignata, vendita, conceſſa.

3 ſed de generi impudentia diſp.) *ſic emendat Manutius, nam vulgò legitur,* ſed de genere impudentiæ diſp.

4 optimos & fructuoſiſsimos] *legendũ fortaſſe eſt,* agros opimos, & fructuoſos, *ſeu* fructuoſiſsimos.

5 oculos continuando] *nonnulli,* oculis continuando, *legi volunt, ego nihil muto. Nam* cõtinuare oculos, *dixit, pro contendere oculos, quoad longiſſimè contendi, ſine aſpectus interruptione, poſſunt.*

EIVS

EIVSDEM IN ORAT. PRO Rabirio Perduellionis reo.

1 in ſemihoræ curriculũ coegiſti] *liber vnus man. habet*, in ſemihoræ circulum, *quod magis probo.*

2 ac de lucis, quos] *idem liber habet*, ac delubris.

3 An de peculatu facto] *vox* facto, *videtur aduentitia, reperitur tamen in vetere cod. In eodem eſt* exprimenda, *infrà, vbi libri vulgati habent* expromenda.

4 in eadem multæ irrogatione præſcriptum) *idẽ liber ſic habet*, præſcriptum, *id eſt, antè ſcriptum: & ita legit Turnebus: & ita edi iuſſimus, nam vulgati habent*, præſcriptum.

5 Caput obnubito: arbori, &c.] *hunc locũ profert Nonius in voce* ſuſpenſum, *quæ ſit autem arbor infelix, multi docuerunt paulo poſt, vbi vulgò legitur*, eius patrui mors, *&c. vetus codex non habet* eius: *non videtur tamen ea vox ſuperuacanea: vt nec inferiùs, ibi*, eius fratris, *&c.*

6 & obnuptio capitis] *ſic putat legendum Muretus, egóq; ei aſſentior, credibile eſt enim, alterum illud, quod eſt in libris ferè omnibus* obductio, *natum eſſe ex annotatione, & interpretatione nominis* obnuptio. *Qui autem lectionem vulgatam tuentur, & mordicus retinent, facilè declarant, ſe, vt nomine appellantur, ita re eſſe barbaros & ſtolidos. Idẽ Muretus paulo pòſt, vbi libri vulgati, & man. omnes habent* conditio, *ſeu potius* condicio, *legendum exiſtimat*, condictio, condictio, *autẽ, eſt denuntiatio, à condicendo, quod denuntiare ſignificat, ego autẽ ſuprà, vbi eſt in vulg. codicibus*, & verborum acerbitates, verberũ *olim reponẽdum putatam, nunc* verborũ, *retineo. Sic ſuprà dixit*, verborum inaudita crudelitate, *verba crudelia autem & acerba ſunt hæc*: I lictor: colliga manus, *&c.*

7 omneis prætores, præter Glauc.] *ſic legendum cenſet Adr. Turnebus, & rectè: natum autem erratum eſt ex antiqua ſcriptura, quæ talis erat*, omneis pr. præter Glauciam. *nam* pr. *quod valet* prætores

omiſſum eſt ab indocto aliquo, & tamen plus nimio ſibi tribuente ſcriptore, cùm exiſtimaret redundare.

8 atque eius ætatis, quæ tum] *legendum videtur*, qui tum, *&c.* tenebant quorum equitum? *inquit:* eius *ætatis equitum*, qui tum magnā partem, *&c.*

9 ad eorum religionem] *lego* ad deorum regionem, *&c. hoc eſt ad deorum locum, & ſedem. Sic pro Cluentio*, actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedem, atque regionem.

EIVSDEM IN ORATION. PRIMAM CATILINAR.

1 num vnum d. p.l. Saturnini tr. pl.&c. Seruilij prætoris, mortem ac pœnam, dignitas eorum remorata eſt? *alij aliter: ego ſic hunc locum, à veſtigijs antiquæ ſcripturæ non longè diſcedens, reſtitui. hic quoque mendum ex ignoratione moris antiqui ſcribendi natum eſt, qui talis erat: C.* Seruilius pr. *id eſt, C.* Seruilius prætor *Ex* pr. *enim, nunc factum eſt à ſcriptoribus indoctis*, populus *R. nunc*, reſp. *nunc aliud, quod illis in mentem veniebat. Sententia plana eſt, hoc enim ſignifica: Cicero, num poſtea L. Saturninus, tribunus pl. & Q. Seruilius prætor, vno dumtaxat die tardius: ſupplicio extremo affecti, & interfecti ſunt, propterea quod erant illa dignitate præditi? proinde quaſi dicat, non, ſed eo ipſo die, quo ſenatus C. Mario, & Valerio Coſſ. mandauit, vt viderent, nequid reſp. detrimenti caperet, interfecti ſunt, & pœnas dederunt. Hæc eſt vera huius loci & lectio, & ſententia: quod qui non videt, in his literis parum videt. Admonendus autem eſt lector, in his orationibus Catil. multa ex veteribus codicibus, quos poſt primam editionem noſtrā nacti ſumus, hac editione emendaſſe, præter ea, quæ à Mureto emendata ſunt. Atque harum noſtrarum recentiorum emendationum pleraſque è regione contextus verborum Ciceronis locandas curauimus.*

2 tamquam gladium in vag. recōd.] *teſtatur Muretus*

vetus vocem gladium, *non reperiri in tribus libris manuſcr. neque nos in noſtris reperimus.*

3 ſi illuſtrantur, ſi erumpunt] *Nonius ad verbum* luſtrare, *legit hic* luſtrantur, *&* luſtrare, *interpretatur patefacere. Sed Diomedes lib. 1. cap. 4. & Cariſius lib. 2. ad particulam ſi, ita legunt, vt edidimus: & vt eſt ſcriptum in libris omnibus*, illuſtrantur, *vel certè, ne mentiar*: inluſtrantur.

4 quòd ego non modò audiam] *videtur legẽdum*, non modò non audiam, *quamuis reclament omnes libri & vulgati, & manuſcr.*

5 inter falcarios] *Priſcianus lib. 8. interpretatur, in locum vbi habitant falcarij.*

6 liberabis] *libri veteres habent*, liberaberis, *ego* liberaueris *corrigo.*

7 ſalus ſummæ reip. perici.] *vel ſic legendum, vel*, ſalus reip. periclit. *vel*, ſalus ſummæ rei pericl. *ita autem Latini loquuntur*, ſumma res, *vſitatiùs & meliùs*, quam ſumma rei: *quod poſterius tamen paſſim in codicibus, pro illo priore ſuppoſitum eſt.*

8 dedecus non hæret in fama?] *ſic reſtitui, & ita ſine dubio legendum, non, vt vulgò*, non hæret infamiæ? *planè mendoſè, & ſine vlla ſentẽtia ſuprà proximè dixit de vita*, quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt? *nunc de fama*, quod priuatarum rerum dedecus non hæret in fama?

9 domum vacuam feciſſes, *&c.*) *libri veteres habent*, vacuefeciſſes: *vnde ſuſpicor legendum*, vacefeciſſes.

10 aut nõ multò poſtea] *ſic reſtituit Muretus ex auctoritate librorum antiquorum. Nam vulgò legitur*, aut non multò pòſt commiſſa. *Et, ne tempus in ea re lectori ſignificanda conſumam, ſemel dico, omneis locos in his orationibus reſtitutos, præter eos, qui aliud nomen præſcriptum habebunt à Mureto, ex auctoritate veterum codicum eſſe reſtitutos.*

11 parua quadam declinatione, & vt aiunt, corpore effugi] *in verbo* effugi, *reperi lituram in libris veteribus. Ex qua* exiſtimabam olim & maneo in

ſententia) *legendum*, euaſi: *idq́, ex obſcuris antiquæ ſcripturæ veſtigijs, alij dicunt, ſe in libris antiquis reperiſſe* exceſſi, *pro* effugi. *quibus ego vix credo. nā, cùm ſim vſus codicibus antiquiſſ. nullum tamen huius verbi vel remiſſimum indicium animaduerti. Cætera huius loci ſic vellem legi*, parua quadam declinatione, vt aiunt corporis, *ſed monet me Virgilius, qui ſic loquitur lib. 6. Aeneid.* Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit. *Quare vel ſic legendū*, parua quadam declinatione: *&* (vt aiunt) corpore euaſi: *vel ſic* p. q. d. &, vt aiunt c. exij. *quo modo loquuntur Lucr. & Virg. Qua de re plura in commentariis Lucretianis.*

13 quod mihi patêre non ſoleat] *ſic ego hunc locū reſtitui, coniectura ductus. Nam vulgata lectio, quod mihi latêre valeat, ὑποσόλοικος eſt, nec poteſt ferri, ſic ſuprà locutus eſt,* patêre tua conſilia non ſetis? *Neque verò multo tolerabilior eſt ea, quæ reperitur in quodam codice manuſ.* quod me latere valeat, *&c. Nā* valeat, *pro* poſſit, *non eſt vſitatum Cic. hanc quoque reperi,* quod me latere queat, *quam ego puto rectam eſſe, illud autem reliquum, quod ſequitur in alijs libris,* in tempore, *non eſt in illo libro.*

14 vacua facta ſunt] *lib. veteres habent* vacuefacta ſunt, vt ſuprà.

15 atque offenſum viderem] *libros veteres habere,* atque infenſum *teſtatur Mur. ego tamen in vno hanc receptam reperi: in alio* inoffenſum. *Quapropter nihil muto, præſertim cùm* offenſus, *idem interdum valeat, quod* infenſus, *Ci. li. 1. ad At* alienatus, & offenſus animus. *Planc. ad C. li. 10. ep.* aut hominem offenſum mihi coniunctum cum rep. nō ſubleuaſſem.

16 & iamdiu te nihil iudicat] *ego ſic reſtitui, cùm ita legatur in libris pleriſq́, vulg.* & iādiu de te, *&c. Nam hic ordo, atque hæc verborum ſentētia eſt,* iamdiu iudicat, te nihil, niſi de patricidio ſuo, cogitare.

17 de te autem Catilina, cùm quieſcunt *&c.*) *hūc locum profert Diomedes lib. 1. cap. de Verbo.*

18 Vtinam tibi iſtā m. d. imm. darent] *ſic reſtituit*

P. Vi

P. Victorius. nam libri vulg. habent, donarent.

19 Sed eſt mihi tanti) *ſic legendum, deleta negatione, quæ eſt in libris vulg. vt pluribus verbis docet Muretus, ad hunc locum: qua de re nos quoque nonnulla diximus in comm. Horatianis. Quòd autem Hotomanus lectionẽ vulgatam tueri conatur: errat. Perſpicuè enim hæc Ciceronis ſententia eſt,* ſed eſt mihi tanti, *id eſt, ſed ego tanti æſtimo, te ire in exſulium, vt inuidiam poſteritatis ſubire paratus ſim, dummodo iſta calamitas ad alios non pertineat, ſed ſit propriè tua, & te vnum tangat.*

20 cùm te à conſulatu depuli] *ſic habent omnes ferè libri vulgati, niſi quòd habent,* repuli. *Sed non diſſimulabo, Diomedem libro primo, c. 4. legere, ſi quidem Diomedes eo loco emendatus eſt,* cùm à te conſulatum repuli.

21 Aut cùm bello vaſtabitur Italia, *&c.) hunc locum profert Diomedes li. 1. cap. 4. vbi de Verbo ſcribit: & item Cariſius lib. 2. c. de Coniunction.*

22 His ergo ſanctiſſimis. *&c.) Muretus teſtificatur ſcriptum eſſe in libris man.* His ego ſanctiſſimis, *&c. quo modo habent & noſtri, quos ſequor.*

23 obſidêre cum gladiis curiam] *mendosè hîc operæ olim excuderunt* obſiſtere: *quamuis ita habeant nonnulla exempla vulgata.*

24 Hiſce omnibus] *hîc item olim ab operis peccatum fuit. excuderunt enim* omnibus, *cùm legendum ſit* ominibus.

25 paricidioq; iunx.] *vel ſic legendum, non* parricidio, *quæ vox non eſt Latina: vel* patricidio.

EIVSDEM IN SECVNDAM.

1 non modò inuidia mea] *ſic legendum, non, vt eſt in libris vulgatis,* inuidiæ meæ.

2 quẽ amare in prætexta cœperat) *vocẽ* calũnia, *ſiue* kalumnia, *quæ ſupervacanea, & aliena eſt, quãquã reperitur in veteribus libris, ego funditus ſuſtuli. Si quis autẽ quærat, vnde orta ſit, orta eſt ex ora libri, ad quã aliquis è regione huius loci, in quo* M. T. *ait Togillũ, cũ eſſet puer, à Catilina fuiſſe amatũ, adſcripſerat*

calumnia: *ſignificans ſcilicet hoc eſſe oratoriè dictum potius, quàm verè. paucis pòſt verſibus antè, voces duas,* vos videtis, *quæ poſitæ ſunt poſt,* quàm nobileis? *ego veterum librorum noſtrorum auctoritate fretus, cùm Muretus ne in ſuis quidem eas reppererit, funditus deleui, omnino etiam ſine librorum veterum auctoritate, perſpicuum eſt eſſe ſuperuacaneas atque inaneis.*

3 Itaque ego illum exercitum præ Gall.) *Hunc locum ſanè feliciter reſtitui, partim coniectura ductus, partim auctoritate veterum codicum fretus. Nam Muretus quoque teſtatur, in ſuis libris non reperiri præpoſitionem* ex: *& hunc locum eruditè explicat. Itaque ei omnia aſſenſus ſum, præterquàm quòd* præ Gallicanis, *&c. legendum potiùs putaui, quàm,* & Gallicanis. *Neque verò eſt quòd mihi in hac re antiquorum lib. auctoritas opponatur. Nam in vno manuſc. eoq́; antiquiſſimo, ſcriptum reperi* pro Gallicanis. *ex qua leui immutatione facta, non dubitaui facere* præ.

4 nę illi vehementer errant] *hunc locum teſtem producit Cariſius lib. 2. c. de Coniunctione, producit & locum illum ex Roſciana.* Nę tu æruri accuſator eſſes ridiculus. *quem eundem profert & Diomedes lib. 1. c. 6. apud quos notandũ eſt* ne, *vno eodẽq́; modo ſcribi: cùm affirmationem, negationem, prohibitionem ſignificat. & tamen certum eſt non eſſe erratum typographi.*

5 ad veſperum conſequ.] *cod. Memm. & duo alij habent,* ad veſperam.

6 quis ganeo, quis nepos, *&c.) profert hunc locum Nonius ad vocem* ganeo.

7 nemo in ſcena] *ſcio in omnibus fere libris manuſcr. & lapidibus antiquis hoc nomen ſcribi cum diphth. æ. verumtamen vſum ſcribendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui, vt ait M. Tullius:*

8 comiſſationes] *nemo hodie, niſi indoctiſſimus, dubitat quin* comiſſari, *&* comiſſatio, *&* comiſſator, *Latinè dici debeat, non, vt patrum noſtrorum ætate* comeſſari, comeſſatio, comeſſator. *Qua de re ego plura in commentariis Horatianis, ad Odam primam li. 4. ibi,* Tempeſtiuiùs in domo Paulli purpureis

ales

ales olorib. Comiſſabere Maximi. *verum non diſſimulabo, hîc in nonnullis libris legi* comiſſatores.

9 quæſiui quid dubitaret eò proficiſci] *Cariſius li. 2. profert hunc locum, capite de Coniunctione, ſed paulò aliter: nempe ſic*, interrogaui, num dubitaret, *&c. quæ mendoſa eſſe exiſtimo.*

10 quem iam ingreſſum eſſe in bellum videb.) *ſic habent noſtri libri veteres, & ita ſine dubio legendum. nam, ſi legamus, vt habent lib. vulgati*, in bellum eſſe videbam, *non ſolùm periodi clauſula numero conſtabit poetico, & finis carminis heroici ſententiam definiet, & terminabit: quod eſt vitioſum, ipſo Cicerone teſte, ſed etiam verſus integer heroicus reperietur: quod eſt vitioſiſſimum, neque veriſimile à Cicerone admiſſum.*

11 Hi ſunt homines ex his coloniis, quas Feſulis Sylla conſtit.) *videtur legendum*, ex iis colonis, quos Feſulis Sylla conſtituit: quos ego vniuerſos ciuium, *&c. vel, vt Muretus exiſtimat*, ex iis coloniis, quas Sylla conſtituit: quas, *&c. deleta voce* Feſulis. *omnino vox* Feſulis, *neque in noſtris veteribus codicibus reperitur.*

12 Poſtremum autem genus eſt non ſolùm numero, *&c.*) *cùm* poſtremum, *hîc duo ſignificet, vt rectè Muretus docet, vltimum ordine, & vltimum pretio, & æſtimatione: cur non dixit Cicero*, poſtremum non ſolùm ordine, verùm etiam genere ipſo, *&c. Nã hæc nomina*, primus. ſecundus, tertius, *&c. ordinem declarant. Licet reſpondere, ordinem quidem his nominibus declarari, ſed vnà cum ordine etiam numerum. Sic loquitur Lucretius lib.* 1. Quod quaſi tertia ſit numero natura reperta. *Malim autem cetera ſic legi, detractis duabus voculis*, verùm etiam genere ipſo, atque vita proprium Catilinæ.

13 velis amictos, nõ togis) *hūc locū teſtem producit Nonius ad nomē* toga: *quod docet dictum eſſe à tegendo: ſuprà autem proximè copulationem* ac, *& vocē* tritis, *deleui, quia nõ reperi in noſtris libris antiquis, neque ſe itē reperiſſe in ſuis teſtatur Muretus. Et verò repugnãt inter ſe, tritæ tunicæ, & tunicarũ ſitus, ac luxus.*

14 ſcortorum cohortem pr.) *lege* ſcortorum , *vt habent libri vet.non* ſcortatorum.*vt vulgati. Turpius autem eſt,ſcortum eſſe,quàm ſcortatorem : arbitror tamen vtrumque nomen eſſe retinendum,& ſic legendum* ſcortatorum, & ſcortorum cohortem præt. *ſuprà enim dixit*,non ſolùm amare & amari,*&c.*

15 Iam verò vrbes coloniarum *&c.*) *Mur. cenſet legendum*,vires coloniarũ,*negatq; Latinè dici poſſe*, vrbes coloniarum, *nec* municipiorum : *à quo diſſentire in præſenti vix poſſum.* vrbes *tamen, damnare non auſim. Idem teſtificatur , in libris antiquis infrà ſcri.eſſe* cumulis,*vbi vulgati habent*,tumulis.

IN TERTIAM CATIL.

1 gladios in remp.deſtrictos) *ſic legendum cenſet Adr.Turnebus,non vulgò* diſtrictos,*& ita vbique reponendum.ſuprà autem* Romulum, *quæ vox reperitur in omnibus libris vulgatis,non eſt in noſtris man.vt neque in ſuis eſſe teſtatur Muretus.*

2 qui remanſiſſent) *cùm omnes noſtri libri veteres habeant*,qui reſtitiſſent, *& ita ſe etiam in ſuis ſcriptum reperiſſe teſtetur Muretus, quid eſt cauſæ , quare vulgatam*,qui remanſiſſent,*antiquæ anteponam,cùm illa interpretis manum oleat , hæc ſuis viribus nitatur, & ſine litura in codicibus antiquis integra appareat?* reſtare *autem,hoc loco eſt ab incœpto ſeu inſtituto itinere gradum reuocare,& reprimere,& in veſtigio manentem ſtare.quo modo ſæpe vſurpant Plautus , Terentius, Cicero,& ceteri.*

2 & C.Pomtinum,*&c.)ſic ſcribendum,non* Pontinum,*neque* Pomptinum.*Nam in hoc poſterius,eodem errore ac vitio* p,*illatum eſt.quo in* calumpnia , ſompnus,dampno,tempto, emptus ademptus , conſumptus,*& ſimilibus,quod & à Mureto iam antè animaduerſum eſt.*

3 præſidio cum gladiis miſeram)*ſic legendum , vt cenſet Muretus,auctoritate veterum codicum fretus: vt ſit*,miſeram præſidio:*& ſuprà proximè* in rep..*non vt vulgò*,in reip.præſidio,cum glad.miſ.

4 cùm vix ſe ex magno timore recreaſſet) *ſecu-*

Digitized by Google

tus ſum libros vulgatos, & lectionem receptam, tanquã probabilem, & ferendam: places mihi tamen magis antiqua, quam Muretus teſtatur ſe in manuſc. reperiſſe, cùm vix ſe ex magno timore recepiſſet. *Præterea hoc varietatis & in noſtris libris antiquis, & in iis, quibus Muretus vſus eſt, quod ita habent.* Tum ille, cùm ſe ex magno timore vix recreaſſet) *al.* recepiſſet) dixit, à P. Lentulo, *&c.*

5 quæ ſibi legati eorum præcepiſſent) *ſi hanc lectionem probabimus, quæ in omnibus libris, & man. & vulg. reperitur ſic eam interpretabimur:* vt item illi facerent, *videlicet ſenatus, & populus Gallorum:* quæ ſibi, *nempe ſenatus & populo Gallorum* legati præcepiſſent, *id eſt præſcripſiſſent, & faciendum eſſe oſtendiſſent. Sed Muretus cenſet legendum* recepiſſent, *vt ſit hic Ciceronis ſenſus*, quæ ſibi, *nempe Lentulo*, legati eorum, recepiſſent, *id eſt, ſpopondiſſent, & ſuo periculo promiſiſſent, quod valde probo.*

6 Q. Magium Chilonem) *ſecutus ſum Fr. Syluij coniecturam, quam & Muretus probat. Nam manuſcripti, & vulgati mendosè habent,* & Manlium. *Cetera, quæ hîc ſunt emendata, ſi non omnia, at plurima, M. Antonio Mureto referenda ſunt accepta, quamquam non pauca ex noſtris quoque codicibus emendauimus.*

7 Tanta pace, tanto otio, *&c.*) *id eſt, cum tanta pace, & cum tanto otio, & ſilentio: quod valet ſine bello, & negotio, & ſtrepitu, aut clamore.*

8 L. Sylla P. Sulpicium oppreſſit, C. Marium, cuſtodem huius vrbis, *&c.*) *ſcripturam ſecuti ſumus, noſtro iudicio emendatiſſimam, & nonnullorum veterum cod. auctoritate confirmatam: nonnulli tamen alij habent partim*, Sulpicium oppreſſit, eiecit ex vrbe C. Marium, *&c. Partim* P. Sulpicium oppreſſit, eiecit C. Marium, *&c. quarum ſcripturarum vtramque puto eſſe corruptam.*

9 ſi ceteris recta ſua facta) *legendum fortaſſis eſt*, ſi ceteris ſua rectè facta.

IN

Digitized by Google

1 hæc ſedes honoris, ſella curulis) *Muretus teſtatur ſe in antiquo libro longè optimo ita ſcriptum reperiſſe,*hæc ſedes honoris,id eſt,ſella curulis: *vnde ſuſpicari poßit aliquis,inquit ille,hoc totum , id eſt,* ſella curulis,*eſſe aduentitium, & ex declaratione ad oram libri adſcripta, natum. Ego quidem non ſuſpicor, ſed planè mihi perſuaſi ita eſſe.*

2 pro eo mihi, ac mereor) *legendum putant docti quidam,*mihi pro eo ac mereor.

3 Neque enim turpis mors) *Quintilianus legit,* grauis mors.

4 punctum temporis frui vita) *mendosè habent multæ editiones,*puncto temporis.*legendum enim eſt,* punctum temporis.

5 municipiis) *noſtri ferè omnes libri veteres habent,* municipibus diſt.

6 & dignas ſcel.hom.perditorum ſancit , &c.) *ſic eſt interpungendum,ac diſtinguendum , & præterea* dignas,*legendum,*s,*litera addita,non* digna.

7 hoc monitore , atque auct.) *noſtri omnes libri man.habent,* hoc auctore,& cognitore huius ſet.

8 vtilitas reip.vincat.) *M. Antonij Mureti coniecturam non potui non probare,quæ ita certa eſt , vt hæc vera ſcriptura:vulgata autem.,* vtilitas reip. vindicat,*ſeu* vendicat,*ferri non poſſe videatur.*

9 inter leuitatem concionatorum) *legendum fortaſſe eſt,*inter lenitatem:*vt intelligamus eum ſignificare,non eſſe hoc tempore lenitati locum:& lenitatem in tam atroci facinore,eſſe vituperandam,ſic infrà aliquot pòſt verſibus,*atque obtinebo , eam multò leniorẽ fuiſſe , *&c. verumtamen nihil hic mutandum cenſeo.*

10 Cethegum,& Lentulum.) *hoc totum abeſt à noſtris libris veteribus.*

11 ſepulta in patria miſ.) *ſic reſtitui , libros omneis noſtros veteres ſecutus:quæ ſcriptura,quantò ſit vulgata potior,*ſepultam patriam, *nemo non videt.*

12 ſuppliciũ de ſeruo non quàm acerbiſſimum, *&c.)ſic hunc locum emendaui, addita negatione , quæ*

Digitized by Google

deerat, idq́ ex Lactantij libro 1. de ira Dei, cap. 17. Sic autem ille, Quid ſi fiant illa, quæ à Cice. dicuntur? etenim quæro, ſi quis paterfamiliàs liberis ſuis à ſeruo interfectis, vxore occiſa, incenſa domo, ſupplicium de ſeruo numquam acerbiſſimum ſumſerit, &c. *ex* numquam *igitur, quod eſt apud Lactantium corruptum, facio,* non quàm *quæ ſine dubio vera & recta ſcript. eſt. præterea,* de ſeruo, *repoſui, vt eſt apud eundem, cùm libri omnes habeant,* de ſeruis. *Nunc huius loci ſententia ita plana & aperta eſt, vt explicatione neque mea, neque cuiuſquam egeat. Nam quòd eam Muretus ſecus explicat, non hominis ſed vitioſæ ſcripturæ culpa eſt.*

13 in carcere necatum eſſe dixit) *ita hunc locum reſtituit Sebaſt. Corradus, commentar. in Brutum, quamquam ſine auctoritate librorum manuſc. Quem ſecutus eſt Muretus: eiuſq́ coniecturam antiquorum librorum teſtimonio confirmat.*

14 Vereamini cenſeo) *fortaſſe legendum eſt,* vereamini, credo ne in h. ſ. c. t. imm. ac nef. *&c. ſine interrogatione.*

15 plenum eſt forum, plena templa circũ forũ) *ſic edidimus, libros treis veteres ſecuti: nam vulgati non habent hoc totum,* plena templa circum forum, *quæ mihi videntur eſſe germana verba Ciceronis. non celabo lectorem autem, ſuprà octodecim antè circiter verſibus vbi libri vulgati habent,* Gallos arceſſiuit, ſeruitia concitauit, Catilinam euocauit, *&c. libros noſtros man. omneis habere,* Gallos arceſſit, ſeruitia concitat, Cat. euocat, *&c.*

16 qui non hæc ſtare cup.) *ſic reſtitui, noſtrorum omniũ librorum man. auctoritate fretus, longè ſine controuerſia concinniùs, & meliùs, quàm vulgò impreſſum eſt,* qui nõ obſtare cupiant: *quam lectionem, quamuis ſit ſpecioſa, qui non videt eſſe adulterinam ab iis, qui antiquam non intellexerant, ſuppoſitam, is ſe nihil videre fateatur. porrò M. Tulliùs, cùm hæc pronuntiabat,* qui non hæc ſtare cupiat: *manu porrecta, ædificia vrbis Romæ publica, & priuata demonſtrabat.*

17 frequentia ciuium ſuſtinetur) *codex Memm. &*

alij omnes habent, ſuſtentatur.

FVLVII VRSINI IN ORATIONEM PRO P. QVINCTIO notæ. Numeri pręfixi ad ſectiones Ciceronianas reducunt.

1 Q. Hortenſij) Hortenſius *ſcribi debere, & ita ſcripſiſſe antiquos, pro* Hortenſius, *non rectè quidam opinantur: hac in primis adducti ratione, quòd ὁρτήσιος Græci ſcribant, non ὁρτήνσιος. In ænea apud me tabella eſt* Hortenſius *: & ita habent omnes veteres libri, neque aliter Latina huiuſmodi nomina proferre Græci ſolent, quàm exploſo ſemper, ν, ante σ, exempla ſunt, γαλλία ναρβωνησία, & λουγδουνησία, pro* Narbonenſis *&* Lugdunenſis : *ἱσπανία ταῤῥακωνησία, pro* Tarraconenſis : Οὐάλης, *pro* Varens : Κλήμης, *pro* Clemens. *ſexcentáque alia, quæ nullo negotio peti ex vtriuſque linguæ ſcriptoribus poſſunt.*

ibid. Ne me dicendo impediat) *vide num rectius ſit,* ne me in dicendo impediat) *vt eſt in antiquo libro manuſcripto.*

ibid. Sex. Næui) Næuius, *an* Neuius *ſcribendum ſit, video à quibuſdam dubitari: dubitandi autem nulla erit occaſio, ſi veteres lapides inſpiciantur, & numiſmata, in quibus eſt* C. NAEVIVS BALBVS, *&* L. NAEVIVS SVRDINVS.

5 No eo dico C. Aquilli] *Mihi rectius videtur, vt eſt in manuſcripto* nec eo dico C. Aquilli.

12 Fit magna mutatio loci, non ingenij] *Videtur hoc tranſlatum ex Aeſchinis oratione contra Cteſiphontem: οὐ γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξεν.*

13 Quaſi ij qui magna fide ſocietatem gererent arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent] *Octauius Pantagathus hunc locum ita legebat :* Quaſi ij qui magna fide ſocietatem gererent, ad vltimum

Digitized by Google

mum pro ſocio condemnari ſolerent. *ſed magis placet vt eſt antiquo,* arbitrium pro ſocio &c.

27 Quod ſi facere nolit, atque imbiberit eiuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere] *Pantagathus pro* imbiberit,*legebat* maluerit,*affirmabatq́, habere ſe huius lectionis auctores veteres libros,quorum ſcripturam erat ſecutus.*

30 Cuius ex edicto Prætoris Romani] *Vox* Romani,*& à veteribus aliquot libris abeſt, & mihi tollenda omnino videtur. Cùm enim* Prætor *duabus ferè literis* Pr.*in veteribus monumentis notari ſoleat, imperiti librarij duo iis nomina ſignificari arbitrati, facilè in eo lapſi ſunt, vt pro vnica voce* Prætoris, *in contextum duæ,* Prætoris *ſcilicet &* Romani *receperint.*

ibi. Sponſionem cum Sex. Næuio facere,ſi bona ſua ex edicto P.Burrieni Prætoris dies xxx.poſſeſſa eſſent] *Ita hunc locum legebat Pantagathus,& rectè (vt videtur) cum quòd ſuprà quoque idem dictum eſt neceſſariò,* Non recuſabat Quinctius quin ita ſatiſdare iuberet ſi bona poſſeſſa eſſent ex edicto, *tum quod formula ſponſionis in perſona Quinctij poſtulat* ſi:*in* Næuij *autem perſona vult* ni: *non enim vterq́, idem ſpondet.ſed contraria. ſpondet enim Quinctius.ſi iudicatum fuerit bona poſſeſſa eſſe, ſoluturum (verbi gratia) decem millia* HS: *negat autem id in quo ſpondet. Næuius verò ſpondet, ni iudicatum fuerit bona poſſeſſa eſſe, ſoluturum decem millia nummûm: affirmat autem id,in quo ſpondet.*

31 Ita in vtroque excellunt] *Sequor veteris libri ſcripturam,in quo eſt,*excedunt,*pro* excellunt, *meliore,vt puto, ſententia.*

49 Etenim mors honeſta] *Non video cur mendoſus hic locus videri quibuſdam debeat: miſeria enim eius, qui honeſtate & bonis careat, non finitur morte, ſed ſequitur eum etiam mortuum, immò in poſtrema mortuorum ſorte ponit. Illud autem* ſæpe, *refertur ad eos, qui turpes quidem ſunt, at non in egeſtate, quibus ſæpe accidit mors honeſta.*

50 Huic

50 Huic acerbiſſimum viro videntique funus ducitur) *Tranſtulit hoc à Græcis , & ab Homero in primo,apud quem eſt.*

οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.

53 Si de prædiis tuis ageretur) *Vetus liber* ſi dupondius tuus ageretur,*pro eo quod alij habent*, dupondius vnus.

ibid. Sed ne ipſe quidem te conſuluiſti (*Abeſt hoc totum à vetere libro,& rectè, vt mihi videtur infrà pro* Cōſilio dediſſes.*in eodem manuſcripto eſt*,dediſſet.

54 quærere quis procurator ſit) *Placet* ecquis procurator.

55 De me autem ita conſiderent) *Vetus liber non habet*,ita conſiderent , *& rectè , vt videtur ,ſed pro* memini *habet infrà* meminerint.

59 Inferiorē eſſe patitur)*Magis placeret*, inferior.

64 Cuius procurator non omnia iudicia acceperit,quæ quiſque in verba poſtularit) *Vetus liber* cuius procurator omnia iudicia acceperit, quæque quis in verba poſtularit.

66 Se iudicium id quod edat accipere) *Octauius Pantagathus delet*,id:*& paulò pòſt*,Tu aliquem patronum inuenies?*pro* aliquem, *legit* neminem,*ſine interrogationis nota.infrà*, volitabas , *pro* velitabatis.

69 Vt nobili ne gladiatori quidē hęreret) faueret *habet vetus liber:pro quo* cederet *legit Hotomanus.*

70 potentiſſimus erat Næuius)*Ita legendum , cùm in aliis deſit verbum* erat.

71 Præſtituendæ horæ ad arbitrium noſtrum) conſtituendæ *vetus liber*. *& paulò pòſt* , arcebitur, *pro* arceſſetur.

73 Cur ceteri ſponſores) *Placet* poſſeſſores, *vt eſt in antiquo libro,pro* ſponſores.

ibid. Tam inſignitè improbus) inſigniter , *rectius , vetus liber*.

76 Grauiſſimum debet eſſe) *Pantagathus legit*, debere eſſe.

Digitized by Google

IN ORATIONEM PRO SEX. ROSCIO.

21 Huic idem quæſtioni iudex præeſſes] eidē, pro idem legit Ant. Auguſtinus correctè, vt videtur: Cn. enim Dolabella erat Prætor vrbanus hoc anno, at M. Fannius iudicia exercebat inter ſicarios, vt antè Roſcij cauſam, alias huiuſmodi cognouerit.

23 Qui nōdum etiam omnia paterno funeri iuſta ſoluiſſet) Ita eſt in optimo, eoq; peruetuſto libro, cū in aliis deſit verbum omnia. Græcus etiam antiquus ſcriptor eodem ſenſu πάντα τὰ νομιζόμενα dixit.

26 vt mori mallet, quàm his rebus Sullā doceri] Antonius Auguſtinus pro mori, legit omnia, quomodo Cicero cùm alibi locutus eſt, tum ad Quintum Fratrem.

27 Ad Cæciliam Nepotis filiam) Ita legebat Pantagathus: & in fine orationis tollebat verba illa Balearici & ſororem, gloſſemata, vt opinor, interpretis alicuius. Exiſtimabat autem Cæciliam hanc vxorem eſſe Sullæ, ad quem confugerit Sex. Roſcius, cuius interceßione paſſus ſit Sulla fieri iudicium contra Chryſogonum, tametſi gratioſum libertum: Nepotis verò filiam eius eſſe, qui antè annos XVIII. Conſul fuit; cùm Balearicus annos ante XLIV. Conſul fuerit: vnde neceſſe eſſet, tunc vetulam fuiſſe. Plutarchus de Metella hac Sullæ vxore facit mentionem in vita Sullæ.

30 Ab inimicis bona ademta, poſſeſſa, direpta) Ant. Auguſtinus delet vocem ademta, pro qua Octauius Pantagathus reponebat empta: nam & ſuprà dixit, Bonorum emptio, flagitioſa poſſeſſio, furta, rapinæ, quæ ad reliquas fortunas referuntur, non ad prædia, neque domum.

31 Nulla res tanta exiſtat, iudices] Magis placeret, exſiſtet, ſi antiquus aliquis liber eam ſcripturam confirmaret.

33 Memoria retinet) Vetus liber tenet, quod magis placet.

Digitized by Google

omiſſum eſt ab indocto aliquo, & tamen plus nimio ſibi tribuente ſcriptore, cùm exiſtimaret redundare.

8 atque eius ætatis, quæ tum] *legendum videtur,* qui tum, *&c.*tenebant quorum equitum? *inquit:* eius *ætatis equitum,*qui tum magnā partem,*&c.*

9 ad eorum religionem] *lego* ad deorum regionem, *&c. hoc eſt ad deorum locum, & ſedem. Sic pro Cluentio,*actum eſſe præcipitem in ſceleratorum ſedem, atque regionem.

EIVSDEM IN ORATION. PRIMAM CATILINAR.

1 num vnum d. p.l. Saturnini tr. pl.&c. Seruilij prætoris, mortem ac pœnam, dignitas eorum remorata eſt? *alij aliter: ego ſic hunc locum, à veſtigijs antiquæ ſcripturæ non longè diſcedens, reſtitui. hic quoque mendum ex ignoratione moris antiqui ſcribendi natum eſt, qui talis erat: C.* Seruilius pr. *id eſt, C.* Seruilius prætor *Ex pr. enim, nunc factum eſt à ſcriptoribus indoctis*, populus *R. nunc,* reſp. *nunc aliud, quod illis in mentem veniebat. Sententia plana eſt, hoc enim ſignificat Cicero, num poſtea L. Saturninus, tribunus pl. & Q. Seruilius prætor, vno dumtaxat die tardius: ſupplicio extremo affecti, & interfecti ſunt, propterea quod erant illa dignitate præditi? proinde quaſi dicat, non, ſed eo ipſo die, quo ſenatus C. Mario, & Valerio Coſſ. mandauit, vt viderent, nequid reſp. detrimenti caperet, interfecti ſunt, & pœnas dederunt. Hæc eſt vera huius loci & lectio, & ſententia: quod qui non videt, in his literis parum videt. Admonendus autem eſt lector, in his orationibus Catil. multa ex veteribus codicibus, quos poſt primam editionem noſtrā nacti ſumus, hac editione emendaſſe, præter ea, quæ à Mureto emendata ſunt. Atque harum noſtrarum recentiorum emendationum pleraſque è regione contextus verborum Ciceronis locandas curauimus.*

2 tamquam gladium in vag. recōd.] *teſtatur Muretus*

vetus vocem gladium,*non reperiri in tribus libris manuſcr. neque nos in noſtris reperimus.*

3 ſi illuſtrantur,ſi erumpunt] *Nonius ad verbum* luſtrare, *legit hic* luſtrantur , *&* luſtrare, *interpretatur patefacere. Sed Diomedes lib. 1. cap. 4.& Cariſius lib. 2.ad particulam ſi,ita legunt,vt edidimus:& vt eſt ſcriptum in libris omnibus* , illuſtrantur , *vel certè, ne mentiar:* inluſtrantur.

4 quòd ego non modò audiam]*videtur legēdum,* non modò non audiam, *quamuis reclament omnes libri & vulgati, & manuſcr.*

5 inter falcarios] *Priſcianus lib. 8. interpretatur, in locum vbi habitant falcarij.*

6 liberabis] *libri veteres habent* , liberaberis,*ego* liberaueris *corrigo.*

7 ſalus ſummæ reip.perici.] *vel ſic legendum,vel,* ſalus reip. periclit. *vel* , ſalus ſummæ rei pericl. *ita autem Latini loquuntur,* ſumma res, *vſitatiùs & meliùs*, quam ſumma rei:*quod poſterius tamen paſſim in codicibus, pro illo priore ſuppoſitum eſt.*

8 dedecus non hæret in fama ?]*ſic reſtitui,& ita ſine dubio legendum, non, vt vulgò* , non hæret infamiæ? *planè mendosè,& ſine vlla ſentētia ſuprà proximè dixit de vita,*quæ nota domeſticæ turpitudinis non inuſta vitæ tuæ eſt ? *nunc de fama,* quod priuatarum rerum dedecus non hæret in fama?

9 domum vacuam feciſſes, *&c.) libri veteres habent,* vacuefeciſſes : *vnde ſuſpicor legendum* , vaceſeciſſes.

10 aut nō multò poſtea] *ſic reſtituit Muretus ex auctoritate librorum antiquorum. Nam vulgò legitur,*aut non multò pòſt commiſſa. *Et, ne tempus in ea re lectori ſignificanda conſumam,ſemel dico , omneis locos in his orationibus reſtitutos, præter eos, qui aliud nomen præſcriptum habebunt à Mureto , ex auctoritate veterum codicum eſſe reſtitutos.*

11 parua quadam declinatione,& vt aiunt, corpore effugi]*in verbo* effugi,*reperi lituram in libris veteribus. Ex qua* exiſtimabam olim & maneo in

Digitized by Google

ſententia)*legendum* , euaſi:*idq́, ex obſcuris antiquæ ſcripturæ veſtigijs, alij dicunt, ſe in libris antiquis reperiſſe* exceſſi, *pro* effugi. *quibus ego vix credo.nã, cùm ſim vſus codicibus antiquiſſ. nullum tamen huius verbi vel remiſſimum indicium animaduerti. Cætera huius loci ſic vellem legi* , parua quadam declinatione,vt aiunt corporis, *ſed mouet me Virgilius,qui ſic loquitur lib.6. Aeneid.* Corpore tela modò , atque oculis vigilantibus exit. *Quare vel ſic legendũ*, parua quadam declinatione:*&* (vt aiunt) corpore euaſi:*vel ſic* p. q. d. & , vt aiunt.c.exij. *quo modo loquuntur Lucr. & Virg. Qua de re plura in commentariis Lucretianis.*

13 quod mihi patêre non ſoleat] *ſic ego hunc locũ reſtitui, coniectura ductus. Nam vulgata lectio,* quod mihi latêre valeat, *ὑποσόλοικος eſt, nec poteſt ferri, ſic ſuprà locutus eſt,* patêre tua conſilia non ſetis? *Neque verò multo tolerabilior eſt ea, quæ reperitur in quodam codice manuſ.* quod me latere valeat,*&c. Nã* valeat,*pro* poſſit,*non eſt vſitatum Cic. hanc quoque reperi,*quod me latere queat,*quam ego puto rectam eſſe, illud autem reliquum, quod ſequitur in alijs libris,*in tempore,*non eſt in illo libro.*

14 vacua facta ſunt]*lib. veteres habent* vacuefacta ſunt, vt ſuprà.

15 atque offenſum viderem] *libros veteres habere,* atque infenſum *teſtatur Mur.ego tamen in vno hanc receptam reperi:in alio* inoffenſum. *Quapropter nihil muto, præſertim cùm* offenſus,*idem interdum valeat, quod* infenſus,*Ci.li.1.ad At* alienatus,& offenſus animus.*Planc. ad C.li.10.ep.*aut hominem offenſum mihi coniunctum cum rep.nõ ſubleuaſſem.

16 & iamdiu te nihil iudicat] *ego ſic reſtitui , cùm ita legatur in libris pleriſq́, vulg.*& iãdiu de te, *&c. Nam hic ordo, atque hæc verborum ſentẽtia eſt,*iamdiu iudicat,te nihil,niſi de patricidio ſuo,cogitare.

17 de te autem Catilina,cùm quieſcunt*&c.*) *hũc locum profert Diomedes lib.1.cap. de Verbo.*

18 Vtinam tibi iſtã m.d.imm.darent] *ſic reſtituit*

P.Vi

Digitized by

P. Victorius. nam libri vulg. habent, donarent.

19 Sed eſt mihi tanti) *ſic legendum, deleta negatione, quæ eſt in libris vulg. vt pluribus verbis docet Muretus, ad hunc locum: qua de re nos quoque nonnulla diximus in comm. Horatianis. Quòd autem Hotomanus lectionẽ vulgatam tueri conatur: errat. Perſpicuè enim hæc Ciceronis ſententia eſt,* ſed eſt mihi tanti, *id eſt, ſed ego tanti æſtimo, te ire in exſulium, vt inuidiam poſteritatis ſubire paratus ſim, dummodò iſta calamitas ad alios non pertineat, ſed ſit propriè tua, & te vnum tangat.*

20 cùm te à conſulatu depuli] *ſic habent omnes ferè libri vulgati, niſi quòd habent,* repuli. *Sed non diſſimulabo, Diomedem libro primo, c. 4. legere, ſi quidem Diomedes eo loco emendatus eſt,* cùm à te conſulatum repuli.

21 Aut cùm bello vaſtabitur Italia, &c.) *hunc locum profert Diomedes li. 1. cap. 4. vbi de Verbo ſcribit: & item Cariſius lib. 2. c. de Coniunction.*

22 His ergo ſanctiſſimis. &c.) *Muretus teſtificatur ſcriptum eſſe in libris man.* His ego ſanctiſſimis, &c. *quo modo habent & noſtri, quos ſequor.*

23 obſidêre cum gladiis curiam] *mendoſè hîc operæ olim excuderunt* obſiſtere: *quamuis ita habeant nonnulla exempla vulgata.*

24 Hiſce omnibus] *hîc item olim ab operis peccatum fuit. excuderunt enim* omnibus, *cùm legendum ſit* ominibus.

25 paricidioq; iunx.] *vel ſic legendum, non* parricidio, *quæ vox non eſt Latina: vel* patricidio.

EIVSDEM IN SECVNDAM.

1 non modò inuidia mea] *ſic legendum, non, vt eſt in libris vulgatis,* inuidiæ meæ.

2 quẽ amare in prætexta cœperat) *vocẽ* calũnia, *ſiue* kalumnia, *quæ ſuperuacanea, & aliena eſt, quãquã reperitur in veteribus libris, ego funditus ſuſtuli. Si quis autẽ quærat, vnde orta ſit, orta eſt ex ora libri, ad quã aliquis è regione huius loci, in quo M. T. ait Tõgillũ, cũ eſſet puer, à Catilina fuiſſe amatũ, adſcripſerat*

calumnia: *ſignificans ſcilicet hoc eſſe oratoriè dictum potius, quàm verè. paucis poſt verſibus antè, voces duas,* vos videtis, *quæ poſitæ ſunt poſt,* quàm nobileis? ego *veterum librorum noſtrorum auctoritate fretus, cùm Muretus ne in ſuis quidem eas repererit, funditus deleui, omnino etiam ſine librorum veterum auctoritate, perſpicuum eſt eſſe ſuperuacaneas atque inaneis.*

3 Itaque ego illum exercitum præ Gall.) *Hunc locum ſanè feliciter reſtitui, partim coniectura ductus, partim auctoritate veterum codicum fretus. Nam Muretus quoque teſtatur, in ſuis libris non reperiri præpoſitionem* ex: *& hunc locum eruditè explicat. Itaque ei omnia aſſenſus ſum. præterquàm quòd* præ Gallicanis, *&c. legendum potiùs putaui, quàm,* & Gallicanis. *Neque verò eſt quòd mihi in hac re antiquorum lib. auctoritas opponatur. Nam in vno manuſc. eoq; antiquiſſimo, ſcriptum reperi* pro Gallicanis. *ex quo leui immutatione facta, non dubitaui facere* præ.

4 nę illi vehementer errant] *hunc locum teſtem producit Cariſius lib. 2. c. de Coniunctione, producit & locum illum ex Roſciana.* Nę tu æruri accuſator eſſes ridiculus. *quem eundem profert & Diomedes lib. 1. c. 6. apud quos notandū eſt* ne, *vno eodēq; modo ſcribi: cùm affirmationem, negationem, prohibitionem ſignificat. & tamen certum eſt non eſſe erratum typographi.*

5 ad veſperum conſequ.] *cod. Memm. & duo alij habent,* ad veſperam.

6 quis ganeo, quis nepos, *&c.) profert hunc locum Nonius ad vocem* ganeo.

7 nemo in ſcena] *ſcio in omnibus fere libris manuſcr. & lapidibus antiquis hoc nomen ſcribi cum diphth. æ. verumtamen vſum ſcribendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui, vt ait M. Tullius:*

8 comiſſationes] *nemo hodie, niſi indoctiſſimus, dubitat quin* comiſſari, *&* comiſſatio, *&* comiſſator, *Latinè dici debeat, non, vt patrum noſtrorum ætate* comeſſari, comeſſatio, comeſſator. *Qua de re ego plura in commentariis Horatianis, ad Odam primam li. 4. ibi,* Tempeſtiuiùs in domo Paulli purpureis

ales

ales olorib. Comiſſabere Maximi. *verum non diſſimulabo, hîc in nonnullis libris legi* comiſſatores.

9 quæſiui quid dubitaret eò proficiſci] *Cariſius li. 2. profert hunc locum, capite de Coniunctione, ſed paulò aliter: nempe ſic*, interrogaui, num dubitaret, *&c. quæ mendoſa eſſe exiſtimo.*

10 quem iam ingreſſum eſſe in bellum videb.) *ſic habent noſtri libri veteres, & ita ſine dubio legendum. nam, ſi legamus, vt habent lib. vulgati,* in bellum eſſe videbam, *non ſolùm periodi clauſula numero conſtabit poetico, & finis carminis heroici ſententiam definiet, & terminabit: quod eſt vitioſum, ipſo Cicerone teſte, ſed etiam verſus integer heroicus reperietur: quod eſt vitioſiſſimum, neque veriſimile à Cicerone admiſſum.*

11 Hi ſunt homines ex his coloniis, quas Feſulis Sylla conſtit.) *videtur legendum,* ex iis colonis, quos Feſulis Sylla conſtituit: quos ego vniuerſos ciuium, *&c. vel, vt Muretus exiſtimat,* ex iis coloniis, quas Sylla conſtituit: quas, *&c. deleta voce* Feſulis. *omnino vox* Feſulis, *neque in noſtris veteribus codicibus reperitur.*

12 Poſtremum autem genus eſt non ſolùm numero, &c.) *cùm* poſtremum, *hîc duo ſignificet, vt rectè Muretus docet, vltimum ordine, & vltimum pretio, & æſtimatione: cur non dixit Cicero,* poſtremum non ſolùm ordine, verùm etiam genere ipſo, *&c. Nã hæc nomina,* primus, ſecundus, tertius, *&c. ordinem declarant. Licet reſpondere, ordinem quidem his nominibus declarari, ſed vnà cum ordine etiam numerum. Sic loquitur Lucretius lib.* 1. Quod quaſi tertia ſit numero natura reperta. *Malim autem cetera ſic legi, detractis duabus voculis,* verùm etiam genere ipſo, atque vita proprium Catilinæ.

13 velis amictos, nõ togis) *hũc locũ teſtem producit Nonius ad nomẽ* toga: *quod docet dictum eſſe à tegendo: ſuprà autem proximè copulationem* ac, *& vocẽ* tritis, *deleui, quia nõ reperi in noſtris libris antiquis, neque ſe itẽ reperiſſe in ſuis teſtatur Muretus. Et verò repugnãt inter ſe, tritæ tunicæ, & tunicarũ ſitus, ac luxus.*

14 ſcortorum cohortem pr.) *lege* ſcortorum, *vt habent libri vet. non* ſcortatorum. *vt vulgati. Turpius autem eſt, ſcortum eſſe, quàm ſcortatorem: arbitror tamen vtrumque nomen eſſe retinendum, & ſic legendum* ſcortatorum, & ſcortorum cohortem præt. *ſuprà enim dixit*, non ſolùm amare & amari, *&c.*

15 Iam verò vrbes coloniarum *&c.*) *Mur. cenſet legendum*, vires coloniarũ, *negatq́; Latinè dici poſſe*, vrbes coloniarum, *nec* municipiorum: *à quo diſſentire in præſenti vix poſſum*. vrbes *tamen, damnare non auſim. Idem teſtificatur, in libris antiquis infrà ſcri.eſſe* cumulis, *vbi vulgati habent*, tumulis.

IN TERTIAM CATIL.

1 gladios in remp. deſtrictos) *ſic legendum cenſet Adr. Turnebus, non vulgò* diſtrictos, *& ita vbique reponendum. ſuprà autem* Romulum, *quæ vox reperitur in omnibus libris vulgatis, non eſt in noſtris man. vt neque in ſuis eſſe teſtatur Muretus.*

2 qui remanſiſſent) *cùm omnes noſtri libri veteres habeant*, qui reſtitiſſent, *& ita ſe etiam in ſuis ſcriptum reperiſſe teſtetur Muretus, quid eſt cauſæ, quare vulgatam*, qui remanſiſſent, *antiquæ anteponam, cùm illa interpretis manum oleat, hæc ſuis viribus nitatur, & ſine litura in codicibus antiquis integra appareat?* reſtare *autem, hoc loco eſt ab incœpto ſeu inſtituto itinere gradum reuocare, & reprimere, & in veſtigio manentem ſtare. quo modo ſæpe vſurpant Plautus, Terentius, Cicero, & ceteri.*

2 & C. Pomtinum, *&c.*) *ſic ſcribendum, non* Pontinum, *neque* Pomptinum. *Nam in hoc poſterius, eodem errore ac vitio p, illatum eſt, quo in* calumpnia, ſompnus, dampno, tempto, emptus ademptus, conſumptus, *& ſimilibus, quod & à Mureto iam antè animaduerſum eſt.*

3 præſidio cum gladiis miſeram) *ſic legendum, vt cenſet Muretus, auctoritate veterum codicum fretus: vt ſit*, miſeram præſidio: *& ſuprà proximè* in rep. *non vt vulgò*, in reip. præſidio, cum glad. miſ.

4 cùm vix ſe ex magno timore recreaſſet) *ſecu-*

Digitized by Google

tus ſum libros vulgatos, & lectionem receptam, tanquã probabilem, & ferendam: placet mihi tamen magis antiqua, quam Muretus teſtatur ſe in manuſc. reperiſſe, cùm vix ſe ex magno timore recepiſſet. *Præterea hoc varietatis & in noſtris libris antiquis, & in iis, quibus Muretus vſus eſt, quod ita habent.* Tum ille, cùm ſe ex magno timore vix recreaſſet) *al.* recepiſſet) dixit, à P. Lentulo, *&c.*

5 quæ ſibi legati eorum præcepiſſent) *ſi hanc lectionem probabimus, quæ in omnibus libris, & man. & vulg. reperitur ſic eam interpretabimur:* vt item illi facerent, *videlicet ſenatus, & populus Gallorum:* quæ ſibi, *nempe ſenatus & populo Gallorum* legati præcepiſſent, *id eſt præſcripſiſſent, & faciendum eſſe oſtendiſſent. Sed Muretus cenſet legendum* recepiſſent, *vt ſit hic Ciceronis ſenſus,* quæ ſibi, *nempe Lentulo,* legati eorum, recepiſſent, *i eſt, ſpopondiſſent, & ſuo periculo promiſiſſent, quod valde probo.*

6 Q. Magium Chilonem) *ſecutus ſum Fr. Siluij coniecturam, quam & Muretus probat. Nàm manuſcripti, & vulgati mendosè habent,* & Manlium. *Cetera, quæ hîc ſunt emendata, ſi non omnia, at plurima, M. Antonio Mureto referenda ſunt accepta, quamquam non pauca ex noſtris quoque codicibus emendauimus.*

7 Tanta pace, tanto otio, *&c.*) *id eſt, cum tanta pace, & cum tanto otio, & ſilentio: quod valet ſine bello, & negotio, & ſtrepitu, aut clamore.*

8 L. Sylla P. Sulpicium oppreſſit, C. Marium, cuſtodem huius vrbis, *&c.*) *ſcripturam ſecuti ſumus, noſtro iudicio emendatiſſimam, & nonnullorum veterum cod. auctoritate confirmatam: nonnulli tamen alij habent partim,* Sulpicium oppreſſit, eiecit ex vrbe C. Marium, *&c. Partim* P. Sulpicium oppreſſit, eiecit C. Marium, *&c. quarum ſcripturarum vtramque puto eſſe corruptam.*

9 ſi ceteris recta ſua facta) *legendum fortaſſis eſt,* ſi ceteris ſua rectè facta.

IN

1 hæc ſedes honoris, ſella curulis) *Muretus teſtatur ſe in antiquo libro longè optimo ita ſcriptum reperiſſe,* hæc ſedes honoris, id eſt, ſella curulis: *vnde ſuſpicari poßit aliquis, inquit ille, hoc totum, id eſt,* ſella curulis, *eſſe aduentitium, & ex declaratione ad oram libri adſcripta, natum. Ego quidem non ſuſpicor, ſed planè mihi perſuaſi ita eſſe.*

2 pro eo mihi, ac mereor) *legendum putant docti quidam,* mihi pro eo ac mereor.

3 Neque enim turpis mors) *Quintilianus legit,* grauis mors.

4 punctum temporis frui vita) *mendosè habent multæ editiones,* puncto temporis. *legendum enim eſt,* punctum temporis.

5 municipiis) *noſtri ferè omnes libri veteres habent,* municipibus diſt.

6 & dignas ſcel. hom. perditorum ſancit, *&c.*) *ſic eſt interpungendum, ac diſtinguendum, & præterea* dignas, *legendum,* s, *litera addita, non* digna.

7 hoc monitore, atque auct.) *noſtri omnes libri man. habent,* hoc auctore, & cognitore huius ſet.

8 vtilitas reip. vincat.) *M. Antonij Mureti coniecturam non potui non probare, quæ ita certa eſt, vt hæc vera ſcriptura: vulgata autem,* vtilitas reip. vindicat, *ſeu* vendicat, *ferri non poſſe videatur.*

9 inter leuitatem concionatorum) *legendum fortaſſe eſt,* inter lenitatem: *vt intelligamus eum ſignificare, non eſſe hoc tempore lenitati locum: & lenitatem in tam atroci facinore, eſſe vituperandam, ſic infrà aliquot pòſt verſibus,* atque obtinebo, eam multò leniorẽ fuiſſe, *&c. verumtamen nihil hic mutandum cenſeo.*

10 Cethegum, & Lentulum.) *hoc totum abeſt à noſtris libris veteribus.*

11 ſepulta in patria miſ.) *ſic reſtitui, libros omneis noſtros veteres ſecutus: quæ ſcriptura, quantò ſit vulgata potior,* ſepultam patriam, *nemo non videt.*

12 ſuppliciũ de ſeruo non quàm acerbiſſimum, *&c.*) *ſic hunc locum emendaui, addita negatione, quæ*

Digitized by Google

deerat, idq; ex Lactantij libro 1. de ira Dei, cap. 17. Sic autem ille, Quid ſi fiant illa, quæ à Cice. dicuntur? etenim quæro, ſi quis paterfamiliàs liberis ſuis à ſeruo interfectis, vxore occiſa, inceñſa domo, ſupplicium de ſeruo numquam acerbiſſimum ſumſerit, *&c. ex* numquam *igitur, quod eſt apud Lactantium corruptum, facio,* non quàm *quæ ſine dubio vera & recta ſcript. eſt. præterea*, de ſeruo, *repoſui, vt eſt apud eundem, cùm libri omnes habeant*, de ſeruis. *Nunc huius loci ſententia ita plana & aperta eſt, vt explicatione neque mea, neque cuiuſquam egeat. Nam quòd eam Muretus ſecus explicat, non hominis ſed vitioſa ſcripturæ culpa eſt.*

13 in carcere necatum eſſe dixit) *ita hunc locum reſtituit Sebaſt. Corradus, commentar. in Brutum, quamquam ſine auctoritate librorum manuſc. Quem ſecutus eſt Muretus: eiuſq; coniecturam antiquorum librorum teſtimonio confirmat.*

14 Vereamini cenſeo) *fortaſſe legendum eſt,* vereamini, credo ne in h. ſ. c. t. imm. ac nef. *&c. ſine interrogatione.*

15 plenum eſt forum, plena templa circũ forũ) *ſic edidimus, libros treis veteres ſecuti: nam vulgati non habent hoc totum,* plena templa circum forum, *quæ mihi videntur eſſe germana verba Ciceronis. non celabo lectorem autem, ſuprà octodecim antè circiter verſibus vbi libri vulgati habent*, Gallos arceſſiuit, ſeruitia concitauit, Catilinam euocauit, *&c. libros noſtros man. omneis habere,* Gallos arceſſit, ſeruitia concitat, Cat. euocat, *&c.*

16 qui non hæc ſtare cup.) *ſic reſtitui, noſtrorum omniũ librorum man. auctoritate fretus, longè ſine controuerſia concinniùs, & meliùs, quàm vulgò impreſſum eſt,* qui nõ obſtare cupiant: *quam lectionem, quamuis ſit ſpecioſa, qui non videt eſſe adulterinam ab iis, qui antiquam non intellexerant, ſuppoſitam, is ſe nihil videre fateatur. porrò M. Tulliùs, cùm hæc pronuntiabat,* qui non hæc ſtare cupiat: *manu porrecta, ædificia vrbis Romæ publica, & priuata demonſtrabat.*

17 frequentia ciuium ſuſtinetur) *codex Memm. &*

alij omnes habent, ſuſtentatur.

FVLVII VRSINI IN ORATIONEM PRO P. QVINCTIO notæ. Numeri præfixi ad ſectiones Ciceronianas reducunt.

1 Q. Hortenſij) Hortenſius *ſcribi debere , & ita ſcripſiſſe antiquos, pro* Hortenſius *, non rectè quidam opinantur: hac in primis adducti ratione , quòd ὁρτήσιος Græci ſcribant , non ὁρτήνσιος. In ænea apud me tabella eſt* Hortenſius *: & ita habent omnes veteres libri , neque aliter Latina huiuſmodi nomina proferre Græci ſolent , quàm exploſo ſemper, v, ante x, exempla ſunt, γαλλία ναρβωνησία , & λουγδουνησία , pro* Narbonenſis *&* Lugdunenſis *: ἱσπανία ταῤῥακωνησία , pro* Tarraconenſis : Οὐάλης *, pro* Varens : Κλήμης *, pro* Clemens. *ſexcentáque alia, quæ nullo negotio peti ex vtriuſque linguæ ſcriptoribus poſſunt.*

ibid. Ne me dicendo impediat) *vide num rectius ſit,* ne me in dicendo impediat) *vt eſt in antiquo libro manuſcripto.*

ibid. Sex. Næui) Næuius, *an* Neuius *ſcribendum ſit, video à quibuſdam dubitari: dubitandi autem nulla erit occaſio, ſi veteres lapides inſpiciantur , & numiſmata, in quibus eſt* C. NAEVIVS BALBVS , *&* L. NAEVIVS SVRDINVS.

5 No eo dico C. Aquilli] *Mihi rectius videtur , vt eſt in manuſcripto* nec eo dico C. Aquilli.

12 Fit magna mutatio loci, non ingenij] *Videtur hoc tranſlatum ex Aeſchinis oratione contra Cteſiphontem: οὐ γὰρ τὸν τρόπον , ἀλλὰ τὸν τόπον μόνον μετήλλαξεν.*

13 Quaſi ij qui magna fide ſocietatem gererent arbitrium pro ſocio condemnari ſolerent] *Octauius Pantagathus hunc locum ita legebat :* Quaſi ij qui magna fide ſocietatem gererent , ad vltimum

mum pro ſocio condemnari ſolerent. *ſed magis placet vt eſt antiquo*, arbitrium pro ſocio &c.

27 Quod ſi facere nolit, atque imbiberit eiuſmodi rationibus illum ad ſuas conditiones perducere] *Pantagathus pro* imbiberit, *legebat* maluerit, *affirmabatq́; habere ſe huius lectionis auctores veteres libros, quorum ſcripturam erat ſecutus.*

30 Cuius ex edicto Prætoris Romani] *Vox* Romani, *& à veteribus aliquot libris abeſt, & mihi tollenda omnino videtur. Cùm enim* Prætor *duabus ferè literis* Pr. *in veteribus monumentis notari ſoleat, imperiti librarij duo iis nomina ſignificari arbitrati, facilè in eo lapſi ſunt, vt pro vnica voce* Prætoris, *in contextum duæ,* Prætoris *ſcilicet &* Romani *receperint.*

ibi. Sponſionem cum Sex. Næuio facere, ſi bona ſua ex edicto P. Burrieni Prætoris dies xxx. poſſeſſa eſſent] *Ita hunc locum legebat Pantagathus, & rectè (vt videtur) cùm quòd ſuprà quoque idem dictum eſt neceſſariò,* Non recuſabat Quinctius quin ita ſatiſdare iuberet ſi bona poſſeſſa eſſent ex edicto, *tum quod formula ſponſionis in perſona Quinctij poſtulat* ſi: *in* Næuij *autem perſona vult* ni: *non enim vterq; idem ſpondet, ſed contraria. ſpondet enim Quinctius, ſi iudicatum fuerit bona poſſeſſa eſſe, ſoluturum (verbi gratia) decem millia* HS: *negat autem id in quo ſpondet. Næuius verò ſpondet, ni iudicatum fuerit bona poſſeſſa eſſe, ſoluturum decem millia nummûm: affirmat autem id, in quo ſpondet.*

31 Ita in vtroque excellunt] *Sequor veteris libri ſcripturam, in quo eſt,* excedunt, *pro* excellunt, *meliore, vt puto, ſententia.*

49 Etenim mors honeſta] *Non video cur mendoſus hic locus videri quibuſdam debeat: miſeria enim eius, qui honeſtate & bonis careat, non finitur morte, ſed ſequitur eum etiam mortuum, immò in poſtrema mortuorum ſorte ponit. Illud autem* ſæpe, *refertur ad eos, qui turpes quidem ſunt, at non in egeſtate, quibus ſæpe accidit mors honeſta.*

50 Huic

50 Huic acerbiſſimum viro videntique funus ducitur) *Tranſtulit hoc à Græcis , & ab Homero in primo, apud quem eſt.*

οὔτις ἐμεῦ ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο.

53 Si de prædiis tuis ageretur) *Vetus liber* ſi dupondius tuus ageretur, *pro eo quod alij habent,* dupondius vnus.

ibid. Sed ne ipſe quidem te conſuluiſti (*Abeſt hoc totum à vetere libro, & rectè, vt mihi videtur infrà pro* Cōſilio dediſſes. *in eodem manuſcripto eſt,* dediſſet.

54 quærere quis procurator ſit) *Placet* ecquis procurator.

55 De me autem ita conſiderent) *Vetus liber non habet,* ita conſiderent , *& rectè , vt videtur , ſed pro* memini *habet infrà* meminerint.

59 Inferiorē eſſe patitur) *Magis placeret,* inferior.

64 Cuius procurator non omnia iudicia acceperit, quæ quiſque in verba poſtularit) *Vetus liber* cuius procurator omnia iudicia acceperit, quæque quis in verba poſtularit.

66 Se iudicium id quod edat accipere) *Octauius Pantagathus delet,* id: *& paulò pòſt,* Tu aliquem patronum inuenies? *pro* aliquem, *legit* neminem, *ſine interrogationis nota. infrà,* volitabas , *pro* velitabatis.

69 Vt nōbili ne gladiatori quidē hęreret) faueret *habet vetus liber: pro quo* cederet *legit Hotomanus.*

70 potentiſſimus erat Nænius) *Ita legendum , cùm in aliis deſit verbum* erat.

71 Præſtituendæ horæ ad arbitrium noſtrum) conſtituendæ *vetus liber, & paulò pòſt* , arcebitur, *pro* arceſſetur.

73 Cur ceteri ſponſores) *Placet* poſſeſſores, *vt eſt in antiquo libro, pro* ſponſores.

ibid. Tam inſignitè improbus) inſigniter , *rectius , vetus liber.*

76 Grauiſſimum debet eſſe) *Pantagathus legit,* debere eſſe.

IN

IN ORATIONEM PRO SEX. ROSCIO.

21 Huic idem quæſtioni iudex præeſſes] eidē, pro idem *legit Ant. Auguſtinus & rectè, vt videtur*: Cn. *enim Dolabella erat Prætor vrbanus hoc anno, at M. Fannius iudicia exercebat inter ſicarios, vt antè Roſcij cauſam, alias huiuſmodi cognouerit.*

23 Qui nōdum etiam omnia paterno funeri iuſta ſoluiſſet) *Ita eſt in optimo, eoq; peruetuſto libro, cū in aliis deſit verbum* omnia. *Græcus etiam antiquus ſcriptor eodem ſenſu* πάντα τὰ νόμιμα *dixit.*

26 vt mori mallet, quàm his rebus Sullā doceri) *Antonius Auguſtinus pro* mori, *legit* omnia, *quomodo Cicero cùm alibi locutus eſt, tum ad Quintum Fratrem.*

27 Ad Cæciliam Nepotis filiam) *Ita legebat Pantagathus: & in fine orationis tollebat verba illa* Balearici & ſororem, *gloſſemata, vt opinor, interpretis alicuius. Exiſtimabat autem* Cæciliam *hanc vxorem eſſe Sullæ, ad quem confugerit.* Sex. Roſcius, *cuius interceßione paſſus ſit Sulla fieri iudicium contra Chryſogonum, tametſi gratioſum libertum:* Nepotis *verò filiam eius eſſe, qui antè annos* XVIII. *Conſul fuit; cùm Balearicus annos ante* XLIV *Conſul fuerit: vnde neceſſe eſſet, tunc vetulam fuiſſe. Plutarchus de Metella hac Sullæ vxore facit mentionem in vita Sullæ.*

30 Ab inimicis bona ademta, poſſeſſa, direpta) *Ant. Auguſtinus delet vocem* ademta, *pro qua Octauius Pantagathus reponebat* empta: *nam & ſuprà dixit,* Bonorum emptio, flagitioſa poſſeſſio, furta, rapinæ, *quæ ad reliquas fortunas referuntur, non ad prædia, neque domum.*

31 Nulla res tanta exiſtat, iudices] *Magis placeret,* exſiſtet, *ſi antiquus aliquis liber eam ſcripturam confirmaret.*

33 Memoria retinet) *Vetus liber* tenet, *quod magis placet.*

Digitized by Google

33 Quos quia ſeruare per compoſitionem volebat] *Vide num melius ſit*, qui quos ſeruare, *&c.*

39 Annos natus magis quadraginta) maior, *pro* magis *habet antiquus liber, & paulò poſt*: Quæ vita maximè diſiuncta eſt, *cùm in aliis deſit verbum* eſt, *ad ſententiam neceſſarium.*

44 Tamen hæc attenta vita & ruſticana) *Pro* attenta, *amicus meus homo doctus, ex veſtigiis veteris ſcripturæ legebat* arta.

51 Cùm ruri aſſiduus ſemper vixerit) qui ruri aſſiduus &c. *quod magis placet. paulò poſt vetus liber pro* rure vocaturus, *habet* reuocaturus.

55 Et legem Memmiam putares aliquid valere oportere.) *Ant. Auguſtinus vetuſtorum codicum, & Pand. Flor. ſecutus ſcripturam*, Remiam, *pro* Memmiam *emendauit: quã lectionem Gabrieli quoque Faerno placuiſſe ex eius annotatione ad oram libri cognoui.* Ego Remiæ *gentis præterquam apud Tacitum in lib. 11. mentionem non inueni.* Reniæ *extat memoria in antiquis denariis.*

64 T. Clœlium quendam Terracinenſem] *Quidã emendant* Tarracinnenſem, *ſed malè: eſt enim* Terracenenſem *ſcriptum in vetuſtiſsimo libro, eamq; ſcripturam confirmat antiquus lapis, in quo* TERRACENA *inciſum eſt, pro* Tarracina.

ibi. Quid poſtea? erat ſanè ſuſpicioſum, neutrum ſenſiſſe quemquam) *Variè legitur hic locus in manuſcr. in quorum vno eſt*, quid poterat enim tã ſuſpicioſum eſſe, aut neutrum ſenſiſſe, aut auſum, &c. *in altero*, quod poterat ſatis eſſe ſuſpicioſũ, aut neutrũm &c.

73 Ita quæro abs te, C. Eruci, quomodo, & ſic tecum agam. *Meliùs, vt opinor, eſt in antiquo libro*, Itaque abs te C. Eruci, quæro, & ſic tecum agam.

80 Interim mihi videris) interdum *vetus liber habet: & infrà*, perſequar, *pro* proſequar.

89 Auaritiam præters] præ te fers *eſt in manuſ. & ita videtur melius.*

90 Curtios, Marios, denique Mamercos) *Veteres*

ves libri pro Mamercos *partim habent* Mammeos, *partim verò* Memmeos. *vt dubitandum non ſit quin* Memmios *legi debeat. qua quidem lectione nihil poteſt huic loco aptius excogitari: fuerunt enim Memmij accuſatores illis temporibus clari, de quibus ita ſcriptũ eſt in Bruto:* Tum etiam C. & L. Memmij fuerunt oratores mediocres, accuſatores acres, atque acerbi. itaque in iudicium capitis multos vocauerunt: pro reis non ſæpe dixerunt.

104 Neque enim accuſatore muto] inuito *emendabat Faernus pro* muto, *& ita eſt in veteribus aliquot libris.*

111 Hiſce aliqua fretum hora ſemper omnes aditus ad Sullam intercludere) *Ita legit hunc locum Victorius. At Manutius habet* fretus , *nihilo meliore ſententia. Pantagathus pro* fretus , *reponebat* fretis, *optima, vt ei videbatur, ſententia.*

113 Iudicúmque infamia reuocatur] infame *olim Faernus, à quo emendationem accepit Lambinus. ſed videndum num melius ſic,* iudiciſque infamiam.

120 Vos dominos eſſe dicitis) *Vetus liber* dominũ *habet pro* dominos.

130 qui neque apud aduerſarios occiſus eſt) *Deeſt* qui neque proſcriptus, neque apud, &c.

150 Quæ hoc tempore in rep. verſata eſt) *In libro man. pro* verſata, *ſcriptum eſt* graſſata: *quæ ſcriptura vehementer mihi placet.*

IN ORATIONEM PRO Q. ROSCIO.

1 Malitiam naturę crederetur, is ſcilicet) *Locum ſine dubio mendoſum reſtitui poſſe exiſtimat. Anton. Aug. ſi interpũctionis nota ponatur poſt verbũ* naturę, *& pro* crederetur , *legatur* credetur , *quæ lectio mihi quidẽ non multùm ſatiſfacit, nec. n. operã ponẽdã cẽſeo in loco planè trunco reſtituẽdo, qui adhuc reſtitutus*

maneat truncus. videtur autem ſenſus huius loci fuiſſe, quid alicui crederetur ſuas tabulas fideles affirmanti, in quo nullam naturæ malitiam antè perſpexiſſemus &c. qui conatur &c. Duriuſcula verò erit lectio, ſi ſcilicet. tertio loco ponatur: & credetur, *pro* crederetur, *minimè neceſſarium contra veteres cod. præſertim.*

ibi. Qui per tabulas homines citi pecuniam expenſam tulerunt) *Ita legit Victorius, Manutius verò,* homines honeſti, *quod nimis abeſt à primo Anton. Auguſt. putat legendum* tabulis hominis ſciti. *quæ tamen lectio nec ipſi penitus ſatisfacit, & iure quidem: nam non eſt neceſſe mutare* per tabulas *in* tabulis, *& proprietas* ſciti *hîc non habet locum. Quid ſi legatur* hominis acciti? *quòd aliquando qui alteri pecuniam numerarent, ipſi manu ſua in tabulas illam expenſam non ferrent, ſed alium accirent, qui eam expenſam ferret. Pantagathus pro* citi, *legebat* alieni, *nimis longè à vulgata ſcriptura.*

2 Quominus ſecundum illum iudicetis) *Vetus liber habet* ſecundum illas, *vt ad* tabulas *referatur.*

3 Paulò ante à M Perpenna P. Saturi tabulas poſcebamus tuas, nunc C. Fanni Chærea ſolius flagitamus) *Ita hunc locum legebat Pantagathus: in vetere autem libro ſcriptum eſt,* Paulò antè M. Perpernæ P. Saturi tabulas poſcebamus, nunc tuas C Fanni, &c

5 Nimiùm citò ait me indignari de tabulis) indagare, *pro* indignari *ſcriptum eſt in antiquo, & infra,* Non modo ex tuis tabulis:

7 Hæc ſunt deiecta) *Vide num melius ſit,* cõiecta, *vt eſt in vetere libro.*

12 Dari repromittíue, ſi pateret) dari repromittíue tibi petieris. *Pantag.*

13 Adnumeraſſe ſe te negat) *Ita legit Manutius, pro* adulteraſſe. *ſiue ea ſit antiqua lectio. ſiue (vt magis credo) coniectura Ant. Augu.* adnotaſſe. *Pantagathus* aduerſaria ſcripſiſſe: *quæ lectio elicitur ex ſuperioribus, & ex triplici genere memoriæ, aduerſariorũ, codicum, & ſtipulationum. In veteris autem libri margine*

Digitized by Google

gine manu docti, vt videtur, viri notatum eſt, dediſſe.

15 Perinde dicemus] *Pantagathus tollit aduerbiũ* perinde, *quod eſt ſecundo loco poſitum.*

19 Aliquem timidum dementem] clementem *eſt in manuſ. pro* dementem, *quod non ita placet.*

25 Cur non arbitrum pro ſocio) *Vetus liber* cur non ad arbitrum, &c.

26 Quòd temerè commiſiſti in iudicium vt denunciaret, rogaſti vt ignoſcẽret: te affuturũ negaſti: debere tibi &c. *Ita Pantagathus legebat hunc locum.*

32 Si ſit hoc verò) ſi ſit hoc verum, *ſcriptum eſt in vetere libro.*

36 Teſtem ſuſcitabo) *Magis placet* excitabo, *vt eſt in manuſcripto.*

39 Namque ſi ille perſequi voluit, non quod in ſe fuit, iudicauit Roſcium ſuas non ſocietatis lites redemiſſe?) *Ita Pantagathus legebat.*

43 T. Manlij, C. Lucij, Ocreæ duorum Senatorũ] *Ant. Auguſtinus ſuſpicatur.* Ocric. *legendum eſſe, pro* Ocreæ, *vt ſit nomen Tribus Ocriculanæ, in qua Luſcius cenſeretur. huius autem ſcripturæ in veteribus aliquot libris veſtigia adhuc remanent non obſcura, in quibus* Ocric *ſcriptum cùm olim fuiſſet*, *mox* Ocriæ, *id in* Ocreæ *mutatum poſtremò fuit*: *cuius quidem cognominis memoria nuſquam, quod ſciam, extat, cùm Auriculanæ Tribus mentio in veteribus monumentis frequens reperiatur*, Sex. Põpeius Sex. F. Ocric. ciuica. Q. Claudius Q. F. Ocric. Victor. D. Iunius Q. F. Ocric. Pollux minor. M. Seruilius M. F. Ocricul. Seuerus.

46 Si diceret iuratus] dixiſſet, *vetus liber.*

ibi. Non enim ex pactione verborum) *Puto melius legi in antiquo.* non enim ex peractione verborũ.

52 Quo nihil captioſius neque indignius poſſet dici) *Suprà dixit,* O ſocietatem captioſam, & indignam. *vbi* iniquam *legit Lambinus pro* indignã: *Itaque vel hîc etiam* iniquius, *pro* indignius *legen-*

dum eſt, vel ſuprà nihil mutandum.

53 Quod tum exactum eſſet) *Pantagathus*, id cùm redactum eſſet.

IN DIVINATIONEM IN C. VERREM.

1 Si quis veſtrûm, iudices] *Videtur adumbraſſe initium orationis Aeſchinis contra Timarchum, quod eſt:* οὐδένα πώποτε τῶν πολιτῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε γραφὴν γραψάμενος, οὔτ᾽ ἐν εὐθύναις λυπήσας, &c.

9 Ad eam partem acceſſiſſe Reip. ſubleuandæ) *Mihi magis placeret* ſubleuandam, *ſi antiqui alicuius libri auctoritas accederet.*

13 Quòd omnino Marcellorum nomini tota illa prouincia adiūcta ſit) *Quidam pro* adiuncta, *legunt* addicta, *ſiue* aduincta. *Marcellos fuiſſe Siciliæ patronos teſtantur veteres eius familiæ denarij, in quibus cū alia eius prouinciæ ſymbola impreſſa ſunt, tum ſpica, & tria crura, à quibus Sicilia Trinacria appellata fuit.*

16 Quamuis vt hoc mallent) hi *pro* hoc, *quidā legunt, ſed male, vt opinor: nam* ſuſcipere *eſſet alioqui abſolutum: nunc habet* hoc, *videlicet onus præſidij & officij, neque hic neceſſarius eſt rectus caſus, qui ſi addēdus eſſet, non* hi, *ſed* illi, *dixiſſet, vt ſuprà bis.*

45 Quam omni ratione iactaturus) oratione *habet vetus liber, ſed magis placet* ratione.

49 Et Cæcilius tum denique ſe aliquid futurum putet) *Quidam pro* aliquid, *repoſuerunt* aliquem, *at ipſe Cicero contra eos facit ſuprà*, vt tu tandem aliquid eſſe videare.

50 Columna Menia) Mænia *ſcribendum eſt ex veterum lapidum & denariorum auctoritate, in quibus eſt huius familiæ nomen inſcriptum. In veteribus libris eſt,* ad columnam Mæniam, *quod mihi magis placet.*

56 Vt hoc quæſtori Cæcilio viro optimo, & homini æquiſſimo nuntiatum eſt) *Placet Ant. Aug.*

con

coniectura, qui legit Q. Cæcilio. *ſæpe enim* Q. *in* Quæſtorẽ: P. *in* Pretorem, C. *in* Conſulem *mutare librarij ſolent.*

59 Quid ſi ne iniuriæ quidẽ) *Magis placeret* quod *pro* quid, *deleta interrogationis nota, quæ eſt ad verbum* remanet.

63 Neque Cn. Pompeio in T. Albucium) T. Aebutium *legendum eſſe veteres & libri, & lapides admonent, in quibus eius familiæ nomen inciſum eſt.*

Cui quæſtor fuerã) *Cùm in manuſcripto ſit*, cui cùm quæſtor fueram. *coniecturam facio legendũ eſſe*, quoiue Quæſtor fueram.

66 Quæ in amicitiam populi Romani ditionémque eſſent) veniſſent, *habet vetus liber, & rectè, pro* eſſent. *hæc enim formula reperitur in antiquis etiam monumentis. Videtur autem ſcribendum* dicionem *ex auctoritate vetuſtiſsimæ tabulæ æneæ, in qua inciſum eſt*, QVOIVE. IN ARBITRATV. DICIONE. POTESTATE. AMICITIA. POPVLI. ROMAN.

IN PROOEMIVM ACCVSATIONIS IN C. VERREM, SEV ACCVSATIONUM LIB. II.

4 M'. Glabrioni Pr.) *In veteribus libris eſt*, M. Glabrioni: *quam ſcripturam penitus reijcerem, niſi in vetuſtis denariis* M. ACILIVS. M. F. *inſcriptum reperiretur: vt Marci aliquando prænomine Aciliam familiã vſam fuiſſe intelligere inde poſsimus.*

11 Cui legatus, & pro Quæſtore fuiſſet) *Magis lucet, vt eſt in vetuſtiſsimo libro, ſine coniunctionis nota*, cui legatus pro Quæſtore fuiſſet. *ſic enim antiquis denariis huiuſmodi tituli, ſine aliqua copula inſcripti leguntur*, LEG. PRO Q. & LEG. PROPR. *in eodẽ autem lib. man. bis, addita eſt particula* tum. *quæ in vulg. deeſt.* Depeculatus eſt tũ cùm in Cn. Dolabellã, &c. Et inſtaurauit Quæſtoriũ tum cùm in eum &c.

22 Ex his quaſi x. Fiſcos ad Senatorem illum re-

relictos eſſe) delatos eſſe *ſcriptum eſt in vetuſtiſſimo libro: quæ tamen lectio non placet. Cornelius Fronto Grammaticus in exemplis elocutionum citat Ciceronis locum in particula* ad, *quam docet poni pro iuxta vel circa;* Sed grauius (*inquit*) his aſſertur exemplum prima actione in Verr. quaſi decē Fiſcos ad Senatorem relictos ex his, *quid ſi* relatos *legamus.*

29 Accedet nobis etiam illud) *Deeſt particula* ſed, *quæ in manuſ. reperitur, neceſſaria, vt videtur ad huius loci ſententiam, vt ſit.* ſed accedet.

30 Q. Cornificium) Q. Cornificius *inciſum eſt in veteribus denariis, & Κορνουφίκιος item apud Appianum & Dionem: ita etiam hîc ſcribendum eſſe opinor.*

40 Nunc autem homines in ſpeculis ſunt) *Videtur hic locus tranſlatus ex illo Dinarchi* ὁρᾶτε γὰρ, ὦ Ἀθηναῖοι ὅτι παρὰ μὲν ὑμῖν Δημοσθένης νυνὶ κρίνεται παρὰ δὲ τοῖς ἄλλοις, ὑμεῖς: οἱ γὰρ σκοποῦσι τίνα ποτὲ γνώμην ἕξετε περὶ τῶν τῇ πατρίδι συμφερόντων, καὶ πότερον τὰς ἰδίας τούτων δωροδοκίας καὶ πονηρίας ἀναδέχεσθε εἰς ὑμᾶς αὐτοὺς, ἢ φανερὸν πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσετε, ὅτι μισεῖτε τοὺς κατὰ τῆς πολιτείας δῶρα λαμβάνοντας.

IN LIBRVM III. ACCVSATIONIS IN C. VERREM.

Variè Ciceronis Verrinas orationes inſcribunt Grammatici, & variè in veteribus etiam libris inſcriptæ reperiuntur. hanc autem orationem Primus accuſationis liber *inſcribi debere ex ipſius Ciceronis verbis intelligere poſſumus: quæ ſunt in Oratore ad Brutum.* Adhibenda eſt (*inquit*) numeroſa oratio, ſi aut laudandum eſt aliquid ornatius, vt nos in accuſationis ſecundo de Siciliæ laudibus diximus: aut in Senatu de cōſulatu meo, aut exponenda narratio, quæ pl⁹ dignitatis deſiderat, quā doloris, vt in quarto accuſationis de Ennēſi Cerere, de

de Segeſtana Diana, de Syracuſarũ ſitu diximus, &c. *Prima igitur oratio, quæ* Diuinatio *dicitur, nihil ad Verris cauſam pertinet, ſed cum Cæcilio contendit Cicero vter melior futurus ſit Verris accuſator, ipſéne, an Cæcilius. Secunda, præparatio quædam eſt ad iudicium & teſtium interrogationem. In tertia demũ incipit Verrem accuſare, qui primus liber accuſationis a Cicerone quidem dicitur, à Grammaticis verò* Prætura vrbana *inſcribitur, cùm ſecundus* Sicilienſis; *tertius* Frumentaria; *quartus* De ſignis, *quintus* De ſuppliciis, *inſcribantur.*

15 Iam illo tempore oſtendi) tantum illo tempore. &c. *ſcriptum eſt in vetere libro, vnde coniicio legi debere,* iam illo tempore.

27 Verres ſimul ac tetigit prouinciam ſtatim Meſſanam literas dedit] Meſſana *habet Manutius, & ita olim Ant. Auguſtinus emendarat: adeuntibus enim ex Italia Siciliam, Meſſana primùm vt attingatur, neceſſe eſt; vnde Haleſam Verres literas dedit.*

31 Vt res in illud tẽpus reiiceretur.) *Quidã* aliud *legunt pro* illud, *quod nõ placet: reſpicit enim ad Hortenſij conſulatum, in quod tempus differri iudiciũ Verres cupiebat.*

36 Quibus data eſſent deſcribere) *Vetus liber habet* perſcribere, *quod magis placet.*

37 Eo Sullanus repentè factus eſt) factus es *legit Ant. Auguſt. & ſupra pro* HS. mille ſexcenta, *vt eſt in vulgatis editionibus, emendat* HS. decies sexcẽta &c. *quæ quidem emendatio, cùm vulgata lectio ferri poſſit, non eſt neceſſaria: tantundem enim ſignificant mille ſexcenta, & decies ſexcenta: atque vtrũque ineſt.*

50 Quam clara apud omnes) *Pro* omnes *eſt in veteribus libris* deos, *ex quo factum eſt à quibuſdã,* eos, *ſed magis placet, vt legatur* omnes.

51 Quam horis tuis) *abeſt à vetere libro vox* tuis.

63 Comitéſque eius item apud ceteros hoſpites collocantur] apud certos hoſpites, *magis placet, vt eſt in vetere libro.*

79 Teſtimonium C. Verris in Artemidorum non

multò poſt in domum,] *Ant. Auguſtinus cũ* Philodamum *pro* domum *reponit, propius quidem accedit ſed non planè intrat. nam quis iſte eſt Artemidorus nuſquam antea in hac cauſa nominatus? itaque rectè Pantagathus duo putabat eſſe Verris teſtimonia, alterum in ipſum patremfamilias Philodamum, alterum in reliquam domum, atque ita legendum eſſe,* Teſtimonium C. Verris in Philodamum, non multò pòſt in domum.

92 Cùm ad HS. vicies quinquies) *Placeret* tricies *pro* vicies, *ſi antiqua lectio eſſet.*

ibi. Deinde in codicis extrema cera) *Vetus liber,* deinde codicis ad extremam ceram: *quæ lectio melior videtur.*

100 Hinc ratio cum Q. & Cn. Poſtumiis Curtiis multis nominibus, quorum in tabulis iſte habet nullum) *Ant. Auguſtinus pro* nullũ, *legit* millies: *ſed præterquam quòd hac ſumma eſt immanis, etiam illud contra facit, quòd* nullum *refertur ad* nomina, *vt ſit, iſte nomen nullum habet. hîc libenter legerẽ,* Poſtumis Curtiis, *vt alibi eſt apud Cic. ne altero Poſtumo.*

110 Atque hos ſi in poſterum) *Placet* Atqui, *vt eſt in man. & ingrà.* Sed tantum vituperari poſſet, *pro* ſed tum vituperari poſſet, *quod eſt in vulg.*

115 Ita de hæreditate certaret) *Scribendum ex antiquo,* & ita de hæreditate certatur.

121 Vt audiſtis) *Vetus li. habet,* id ꝙ ſæpe audiſtis.

125 C. Sulpicius Olympus fuit) *In vetere libro ſcriptum eſt,* C. Sulpici Olympius fuit, *& ita locutus eſt in ep.* XVII. *li. ad Att. placet autẽ* Olympus, *quia id cognomen in antiquis etiam lapidibus inuenitur.*

126 Debere eum aiebat ſuam quoque rationem docere) ſui *quidam legunt.*

130 L. Sulla Qu. Metello Coſs.] *Vetus liber pro* Cos. *habet* cenſ. *quod placet.*

132 L. Rabonio ædem Caſtoris) *Priſcianus citat hunc locum, ſed* Habonium *appellat, pro* Rabonium, *errore non puto librariorum, ſed antiqua*

ſcri-

ſcribendi ratione, quæ in vetuſto quodam lapide inciſum reperitur. Opeiiſque incroandi : *&* Rufus oper. *&* T. Fl. Arcreſilaus, *pro* inchoandi, huius, *&* Archeſilaus.

136 Non cuiuſquam auctoritas pro pretio) *Videtur legendum* præ pretio.

142 Et ſi non putas cautum] *Vetus liber*, & ſi non putas, cauero.

143 Lex opere faciundo, quę? Pupilli Iunij dic dic quæſo clarius) *Ita habet Manutius, & Victorius: ſed vterque malè. Ant. Auguſtinus optimè, ſiue ea coniectura ſit, ſiue antiqua lectio.* Lex operi faciundo pupilli Iunij. quæ? dic dic quæſo clariùs : *Confirmatur hæc lectio antiqua inſcriptione Neapolitana, quæ totum hunc locum mirifice illuſtrat.* Lex parieti faciundo, &c. *vnde apparet* operi *legendum eſſe, non* opere. *in fine tabulæ inciſum eſt:* Hoc. opus. omne facito arbitratu duo vir. & duum viratium, qui. in. conſilio eſſe. ſolent. Puteolis. dum. ni. minus. viginti. adſient. cum. ea. res. conſuletur. quod. eorum viginti. iurati. probauerint. probum. eſto. quod. ieis. improbarint improbũ. eſto. dies. operis k. Nouemb. primeis. dies. pequun. pars. dimidia. dabitur. vbi. prædia. ſatis. ſubſignata. erunt. altera pars. dimidia. ſoluetur. opere. effecto probatóque, &c. *ſuprà*, Bonis prædibus prædiiſque vendundis. *Pantagathus legit* cauendi *pro* vendundis. *dixit enim paulo pòſt*: Probatio futura eſt tua qui locas: prædibus & prædiis populo cautum eſt.

ib. Corriguntur leges cenſorię quod enim video in multis) *Mihi magis placet, vt eſt in antiquo,* corrigũtur leges cẽſoriæ. quid enim? video in multis.

149 Quòd tum codicem obſignaſſent) *Vetus liber melius habet,* quòd eum codicem obſignaſſem.

150 Qui de ſua pecunia H S. DIX. millia numerauit. *Ita Victorius : at Manutius* DXL. millia: *quam ſcripturam Lambinus retinuit. Ego Ant. Auguſtini coniecturam probo, qui* CDL. millia *legendum putat: ſequitur enim*, de H S. D I X. millibus remiſit D.

Bruto HS. CX. millia. *Paulò pòſt legerem*, quod iam iſte facere non poterat opere addicto, *nam infrà habet*, certè facere non potuiſſet *pro* ferre.

152 Paulò tamen obſoletius veſtitum videret) *Vetuſtiſſimus, atque idem optimus liber pro* paulò *habet* aliquando, *ſiue illud* aliquanto *ſit* t*in* d. *à librariis, vt ſæpe fit, mutato.*

155 Atque etiam iudicium] *Vetus liber* atqui. *paulo pòſt, pro* re *Priſcianus legit*, re vera.

158 Q. Curtium] *Hic fortaſſe* Q. Curtius *eſt, qui cum* M. Silano *&* Cn. Domitio, *quorum in ſequenti libro meminit, monetæ cudendæ curator ærea numiſmata & argentea; quæ cum ipſius nomine circumferuntur, ſignauit.*

ibid. Cuius mihi copiam quàm largiſſimè factam oportebat] *Vetus liber*, cuius mihi poteſtatem quàm largiſſimam fieri oportebat: *&*, quos iſte annuerat, *pro*, cùm is annuerat.

IN LIBRVM IIII.

2 Quæ ſemel in amicitiam noſtram veniſſent) *Gabriel Faernus pro* veniſſent, *legebat* rediiſſent, *nullis veteribus libris auctoribus, ſed coniectura tãtùm ductus, intelligendum autem, vt opinor, de ſeptemdecim illis ciuitatibus, de quibus in lib.* VII. Nos, *inquit*, in ſeptemdecim populis Siciliæ non eramus: nos ſemper in omnibus Punicis Sicilienſibúſq; bellis amicitiam fidemque populi R. ſecuti ſumus.

5 Itaque ille M. Cato ſapiens cellam penariam reip. noſtræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam appellauit) *Polybius de Sicilia*, καλοῦσι δ' αὐτὴν ταμεῖον τῆς ῥώμης, &c. *& Strabo lib.* VI. καὶ δὴ καὶ καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς ῥώμης, κομίζεται γὰρ τὰ γιγνόμενα πάντα, πλὴν ὀλίγων τῶν αὐτόθι ἀναλισκομένων δεῦρο, ταῦτα δ' ἐστὶν οὐχ οἱ καρποὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοσκήματα, καὶ δέρματα καὶ ἔρια, καὶ τὰ τοιαῦτα.

8 Sed ſic à maioribus ſuis acceperant] *Ita legendum videtur, cùm in vulgatis deſit* ſed.

23 Caleni] Kaleni *ſcriptum eſt in vetere libro, & in argenteo etiam denario: eſt autem* Kalenus *Fuſiæ familiæ*

miliæ cognomen.

27 Nam ſi hanc defenſionem probabitis] probatis, *vetus liber, & paulò infrà,* Nemo vnquam reus tam nocens adducetur, *pro eo quod eſt in vulgatis,* nemo vnquam tam reus, tam nocens.

31 Si verò illud quoque accedet] *Vetus liber rectius,* quid verò, ſi illud quoque accedet.

ib. Si non accipit, quod te debere dicis, accuſes: ſi petit, ducas]. *Amicus meus legebat,* ſi nō accipis, quod tibi debere dicis, accuſes: ſi patitur, ducas. *Tolerabilior autem Manutij lectio videtur,* ſi petiit: *nam illo modo, nemo vnquam duceretur: nemo enim pateretur ſe duci, niſi fortè ita exponat. patitur ſcilicet iudicium.* Petitur *verò, vt legit Victorius, ſine certa perſona, hoc loco non bene habet.*

32 Domi certet ſuis legibus) *Hæc formula ita in vetere apud me Senatusconſulto Græcè ſcripto expreſſa eſt:* ἐάν τε ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσιν κατὰ τοὺς ἰδίους νόμους βούλονται κρίνεσθαι.

33 Iſte omnibus iudiciis diem diſtulit) *Pro* diſtulit *Faernus legebat* diffidit, *quam ego veram huius loci lectionem puto.*

51 Cum recentibus beneficiis M. Marcelli] *videtur legendum* C. Marcelli *ex loco ſimili.*

Nunquam Prætorem tā palæſtricum vidiſtis] *Manuſcriptus liber habet,* palæſtritam: *ſed magis placet* Palæſtricum *quàm* palæſtritam: *nam illud hic communius, neque nūc* Prætorem palæſtritam *dicit,*
54 *ſed ſæpe quæſtum facientem ex palæſtra. In eodem manuſcripto,* quod præſens eſſet *ſcriptum eſt, pro* cùm præſenſiſſet: *& infra* ni reſtituebatur, *pro* non reſtituebantur.

61 Vbi videt eſſe aliquid, quòd amici abſentem Epicratem nollent defendere.] *Puto legendum,* quòd amici abſente Epicrate, *non vt quidam,* in quo amici abſentem Epicratem, *emendarunt.*

63 Vt non tam ſuam præturam gerere) *Melius in antiquo,* vt non tam ipſe præturam, &c.

Sua

67 Sua auctoritate præbuiſſet) *Vetus liber* poſſediſſet *habet, pro* præbuiſſet, *quomodo alibi locutus eſt.*

72 Reſpondet ab quos? ad me, inquit, ſi tibi idoneus) *Sequor veteris libri ſcripturam, in quo eſt,* Reſpondet abiiſſe iudices, an non inquit tibi idoneus, &c.

87 In his mira pulchritudine ipſa Himera, in muliebrem figuram, habitúmque formata, ex oppidi nomine, & fluminis] *In Himeræorum numiſmatibus, quæ ſunt apud me, hoc ipſum Himeræ ſignum cum inſcriptione* IMEPA *expreſſum eſt, & Thermarum etiam monumentum, de quibus meminit Polybius lib. 1. quamuis corruptè in vulg.* θερμῶν ἡμεραίων *legatur, pro* ἱμεραίων, *& Thermos dulces malè interpretatus Perottus fuerit.*

100 Etiam in concione Trib. pl. de cauſſa Sthenij M. Palikanum eſſe queſtum) *Hic eſt* M. Lollius Palikanus, *quo Trib. pleb. auctore Tribunitia poteſtas à Sulla populo adempta, per Cn. Pompeium conſulem reſtituta eſt. In argenteo autem denario (in quo Roſtra populi Romani ad hanc rem indicandam, quòd in eis conciones ad populum à Tribunis haberentur, impreſſa ſunt)* Palikani *nomen per* k, *inſcriptum eſt.*

118 Fecit etiam nuper homo clariſſimus Cn. Domitius, qui M. Silanum conſularem virum accuſauit) Cn. *hic* Domitius cum M. Silano, *&* Q. Curtio, *præfectus monetæ cudendæ in æreo numiſmate deſcriptus eſt.*

145 Syracuſana ciuitas (vt eam potiſſimùm nominem) dedit ipſi ſtatuam] *Ita eſt in vulgatis libris, & rectè, vt puto, pro* iſti *(quomodo quidam legunt) ob adiunctas perſonas patris, & filij: nam alioqui neceſſe erat illorum* iſti, *infrà,* Ipſius & patris & filij.

148 Nihil ergo inquit] *Vetus liber,* nihil egero inquit.

154 Sed etiam Sotera] Soter *habent aliquot veteres libri, quorum ego ſcripturam non ſequor, non enim* σωτὴρ, *ſed* σωτῆρι *in huius ſtatuæ baſi inſcriptum fuiſſe*

ex

Digitized by Google

ex vſitata illa veterum inſcriptionum formula, intelligere poſſumus.

168 A communi Siciliæ) Siciliæ *ne, an* Sicilia *ſcribendum ſit, video à quibuſdam adhuc dubitari, qui* communi Sicilia *retinent, vt ſit communiter ab omnibus Siciliæ populis, eſt autem* commune Siciliæ *familiaris dicendi modus Græcis, à quibus Latini traxerunt, vt pro κοινὸν Ἀσίας,* commune Aſiæ, *in Auguſti denariis inſcripſerint: & pro κοινὸν Λυκίων,* commune Lyciorum *in vetere quodam lapide, κοινὸν Κυπρίων & κοινὸν Βιθυνείας reperitur in æreis Traiani & Hadriani numiſmatibus. Quod autem ſcriptū eſt in ſuperiore Verrina,* commune miliadum, *& in hoc ipſo libro,* in cōmune Siciliæ cōferrent, *facit vt hæc lectio quaſi neceſſaria ſit, deq; ea dubitari nullo modo poſſit.*

167 Eripiunt tibi iſtam orationem contemnēdorum Siculorum atque aratorū ſtatuæ illæ equeſtres) *Pro verbo* contemnendorum *quod eſt in omnibus vulgatis, legitur in manuſcripto,* negotiatorum.

IN LIBRVM V.

2 Qui non ſolùm Reipub. ciuem improbum remouet) *Magis placet,* à Rep. ciuem improbum, *etſi omnes libri habent* Reip.

23 Aut gurges vitiorum) ac gurges *eſt in vetere libro, rectius: & paulò pòſt*, ſi plus abſtulerit, *pro eo quod eſt in vulgatis*, ſi plura ſuſtulerit.

34 Quod vltrò etiam illuſos ſe & irriſos ab iudicio diſceſſuros videbantur) *Pro* irriſos, *vt eſt à quibuſdam emendatum, placet vt reponatur* irritos, *quomodo prius legebatur: nam* illuſos *&* irriſos *idem ferè eſt, præterea* irritos *refertur ad fruſtrationem iudicij, non ad ludibrium: nam de perſonis dici, teſtimonio eſt Tibullus illo verſu.*

Venit & à templis irrita turba domum.

34 Quis hūc audet dicere aratoribus infeſtū aut inimicum fuiſſe?) *Non dubito quin pro* inimicū, *ſit legendum,* iniquum, *quomodo legebat etiam Faernus.*

35 Arator

35 Arator enim tuos iſtos recuperatores nũquid volet?) *Magis placet, vt eſt in antiquo libro* nũquam volet, *ſine interrogationis nota.*

47 Aſſorinus Macharenſis] Imacharenſis nõ Macharenſis *ſcribendum eſt hîc, & infrà, ſi Ptolemæo, & Plinij alphabeto Sicilienſi credẽdum eſt, qui in litera* I, *ponit hanc ciuitatem, non in* M, *vt quidam emendarunt.*

52 Tot honeſtiſſimos) *Deeſt vox* homines *poſt* tot, *quæ eſt in manuſcripto: infrà etiam* præclara hominum honeſtiſſimorum *legendum eſt, cùm in vulgatis deſit vox,* hominum.

77 Adiicitur medimnum] *Cornelius Fronto Grãmaticus in exemplis elocutionũ, adducit in voce* Dimidio, *Cicer. verba, ex libro, quem Tiro in lucem edidit, vt ſcribit Quinctilianus lib. x. inſcriptum* Cõmentaria cauſarum; *ex quibus totus hic de Herbitenſium decumis locus corrigi poteſt. ſunt autem hæc.* De decumis Herbitenſium per triennium cùm primo anno venditas dicat tritici modiûm XLIIII. ſecundo tritici modiûm XXV. millibus DCCC. anno tertio ſupraiaciente Aeſchrione venditas dicunt medimnûm VIIII. mill. centũ, id eſt modiũ XLVIII. millib. DC dupla ſumma annui proximi. addicitur medimnûm VIII. millibus C. dimidio ferè pluris quàm ſuperiore anno. *Ex huius autem loci collatione Ciceronis verba , quæ non bene à quibuſdam emendata ſunt, ita reſtitui poterunt.* Primo anno venierũt eius agri decumæ tritici modiûm XLIII. *paulò poſt:* anno ſecundo cùm emiſſet Apronius decumas tritici modiûm XXV. DCCC. *& poſt,* modiûm XXVI. *infrà*, addicitur medimnûm VIII. C. dimidio ferè pluris quàm ſuperiore anno, &c. iubet in tabulas pro medimnûm VIII. C. referri.

79 At hoc agebat in cubiculo iudices) *Melius* atqui, *pro* at, *vt eſt in manuſcripto.*

90 P. Næuio] Næuio *ſcribi debere ex veterum & lapidum & numiſmatum auctoritate ſuprà docuimus: & infra ſcribendum iiſdem auctoribus* Brochus: *quod eſt* Furiæ *gentis cognomen in antiquis etiam denariis.*

95 Quo

95 Quo tandem modo ferendum) *Rectius habet antiquus liber*, quo tandem modo vobis nō modò ferendum, &c.

106 Nihil de inſolentia] *In vetere libro additum eſt*, nihil de permiſſa ab iſto licentia, *poſt verbum* inſolentia.

117 C. Norbani decumæ venditæ) *C. hic* Norbanus, *qui prætor Siciliam prouinciam obtinuit, in aureo nūmo deſcriptus eſt cū titulo* C. NORBANVS PR. S. C. *Ab eodem cuſus argenteus etiam denarius reperitur, in cuius altera parte, ad indicandam Sicilienſem hanc Præturam*, faſces, ſpica, & nauis prora *ſignata ſunt*.

119 Item populus Romanus] *Vetus liber*, ita populus Romanus.

122 Hæc omnia doceo ciuitatum & priuatis primariorum virorum teſtimoniis) *Videtur aliquid deeſſe ad ſententiæ ornatum, quod ex vetere libro addi poteſt, ſi legatur*: Hæc omnia doceo literis publicis honeſtiſſimarum ciuitatum, & priuatis, &c.

126 Iugulatum non ſentis] *Vetus liber*, iugulatum eſſe non ſentis.

145 Licet Hercules (inquit) omnes omnia dicāt] *Vetus liber habet*, omnes omnia dicant in illo, *ſiue, vt emendauit An. Auguſtinus*, in illum: *ſed puto inepti alicuius gloſſema fuiſſe, quod ab imperito librario fuerit in contextum receptum.*

152 Cùm omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo pāchreſto medicamento amicos redemiſſet) *Non dubito quin pro* Panchreſto, *legendum ſit* panchriſto, *cuius ſcripturæ veſtigia in veteri quodam libro adhuc remanent in litura. pecuniam enim appellat per translationem, medicamentum illud, quo Verres vtebatur tanquam antidoto quodā ad omnia parato: quòque iuncto, hoc eſt, qua numerata pecunia, omnes difficultates ſe euaſurum confidebat, Aptè autem* pāchriſtum *accommodauit ad* medicamentum, *vt quoniam translato verbo ſemel vſus eſſet, in tranſlatione permaneret, & ex ea magis iocaretur. Eadem tranſlatione ſuprà quoque vſus eſt, cùm de eodem Verre dixit,*

Verùm palæſtritas ita defēdebat, vt ab illis ipſe vnctior diſcederet. Φάρμακον ἔγχριστον, *hoc eſt medicamentum quod inunctum prodeſſet, dicit Theocritus in Cyclope.*

οὐδὲν ποττὸν ἔρωτα πεφύκει φάρμακον ἄλλο.

Νικία, οὔτ' ἔγχριστον ἐμοὶ δοκεῖ, οὔτ' ἐπίπαστον.

paulo pòſt pro, Aditum eſt ad Metellum, *legitur in vetere libro*, aditus eſt Metellus, *de Pāchreſto videndus Plinius.*

167 Cùm eſſet magiſter ſcripturæ eius ſocietatis] *Ita legitur in manuſcripto, ſine coniunctionis nota, quæ eſt in vulgatis.*

ibi. Literæ miſſæ L. Vectij, L. Seruili) Vettij *ex argentei denarij auctoritate ſcribēdum eſt: atque hic* Veltius, *vel ſuprà Lucius, vel hìc Publius prænominandus eſt, pro* C. Antiſtitis *ſuſpicor legendum eſſe* C. Antiſtij. *hæc licèt leuia ſint, miror tamen fuiſſe ab aliis animaduerſa.*

178 Quod multis eſt teſtimoniis expoſitum] *Vetus liber*, quod multorum eſt teſtimoniis, &c.

179 A quo HS. XVIII.) *Placet magis* XII.

18, Vide, quære, circumſpice) *In Vetere libro*, vndique circumſpice *ſcriptum eſt: vt* vide, quære, *ex vnico verbo* vndique *ſcribendum eſſe videatur.*

221 At hoc parū eſt) *Vetus liber*, adhuc parum eſt.

222 Quid agis Hortenſi? cōſul es deſignatus, prouinciam ſortitus es) *Placet Ant. Auguſtini coniectura, qui pro* ſortitus, *legendum putat* ſortiturus.

IN LIBRVM VI.

Nihil apud ciuem Romanum: nihil denique iſtum quod oculos animúmque accenderit) *Ita videtur hic locus legendus. nec aſſentior iis, qui* denique *tollunt, &* ve *pro* que *reponunt. Nam* denique *loco ſuo poſitum eſt: &* que *quàm* ve *longè melius. nā quæ accendunt oculos, omnia animum quoque accēdūt: at non omnia quæ animum, oculos quoque accendunt.*

7 Tot homines cuiuſque modi] *Ita eſt in vulgatis & manuſcriptis libris, & melius, quàm vt quidam emēdarat*, cuicuimodi: *non enim eadem eſt vis illius*

lius & huius verbi: illud amplectitur omne genus hominum hoc quoduis genus ex omnibus generibus.

ib. Ad hereditatem ſacrorum non quærebat meretricis heredem) *Ant. Auguſtinus, pro* hereditatem *legendum putat* heredem.

21 Lycij illā Græcij homines) Lucij *videtur ſcribendum ex auctoritate vetuſti lapidis, qui effoſſus eſt ad radices rupis Tarpeiæ.*

24 Quam non auſus eſt vſquam defigere) *Placet Ant. Auguſtino vt pro* eſt *legatur* eſſet: *quam ego lectionem probo, quòd magis ad Tullianum dicendi genus accedere videatur, modò id apud illum perpetuum ſit,* quam non auſus eſſet niſi communicaſſet.

26 Item incolis veſtris) *Vetus liber,* itémque incolis veſtris, & *infra,* ſi H.S.D. *pro* H.S.VI.mill.D.

32 Boëti manu factam] *Scribe* Boëthi, *de quo meminit Plinius lib.* XXXIII. *ca.* XII. *& lib.* XXXIV. *cap.* VIII. *& Pauſanias rerum Eliacarum lib.* I.

43 Eſt tanti cedo tabulas) *Vetus liber,* excant cedo tabulas.

48 Dum ego hoc crimen) crimina *habet vetus lib. & infra,* Epolemo Gelaſtino *pro* Calatino.

50 Dionyſiarchum ad ſe proagorum, hoc eſt. ſummum magiſtrum, ad ſe vocari iubet) *Quidam putant verba illa* ſummum magiſtratum, *interpretis alicuius tranſlationem eſſe, quos non ſequor. In ænea apud me tabella, in qua Agrigentinorum decretum quoddam inciſum eſt,* PROAGORVS *hîc ita deſcribitur:* Ἐπὶ ἱεροθύτα Νυμφοδώρου τοῦ φίλωνος, παραπροστάτας βουλᾶς, προεδρεύοντας τᾶς φυλᾶς τῶν ὑλλέων. προαγορεοῦντος διοκλέους τοῦ διοκλέους, γραμματεύοντος Ἀνδρεανίωνος τοῦ Ἀλεξάνδρου.

52 Et ferri ſine thecis vaſa) *Placet* efferri è gynæceis vaſa.

54 Palam artifices omnes) *Vetus liber habet,* aurifices, *pro* artifices.

58 Caſu ſignum iſte animaduertit in cretula:

placuit ei:exquiſiuit vnde eſſet epiſtola] *Vetus liber*,caſu ſignum iſte animaduertit in cerula: placuit ei:quæſiuit vnde eſſet epiſtola.

59 Pelori Archonides) *Scribendum* Elori,*quod oppidum eſt in eo litore,quod eſt inter Syracuſas & Pachynum. Idem mendum irrepſit in Liuij librũ* XXIV. *vt annotauit Ant. Aug.*

90 Sed tantũ vos certiores facio)ſed tamen vos certiores facio *eſt in antiquo,& ita videtur legendũ.*

61 Sed regnum Aegypti quod ad ſe & ad Selenẽ matrem ſuam pertinere arbitrabantur, hi ipſi poſtquam temporibus Reip.excluſi) *Ita legitur hic locus in manuſcripto,& rectius,vt videtur,quam in vulgatis.*

62 De his decumis)*Vetus liber*, de ſuis decumis.

64 Et in exteris nationibus)*Placet, vt eſt in antiquo* quod in exteras nationes.

69 Vt Capitolium quomodo magnificẽtius eſt reſtitutum]quemadmodum,*pro* quomodo *melius habet manuſcr.liber.*

71 Pergæ Dianã) *In æreo apud me numiſmate* ΠΕΡΓΑΙΩΝ, *impreſſa eſt in vna parte Dianæ imago,in altera Victoriæ ſignum,cui adſcriptum eſt*, ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ ΠΕΡΓΑΙΑΣ.

73 Gellenſibus] Gelenſibus *vnico* l,*ſcribendũ eſt, auctoribus antiquis horum populorum numiſmatibus, in quibus eſt*, ΓΕΛΑΙ.

74 In ſuis antiquis ſedibus) *In vetere libro coniunctionis nota additur,quæ in vulgatis deeſt*, & in ſuis, &c. *Paulò poſt pro* prius, *ſcriptum eſt* antiquius.

77 Nunc ex vrbe ſociorum Prætor eiuſdem populi] *Scribendum ex antiquo*, nunc ex vrbe ſociorum populi Romani, eiuſdem Prætor populi.

79 Qui laudem honoremque familiæ veſtræ) *Vetus liber habet*, qui laudem honorémque tuum, familiæque tuæ.

80 Quid aut his reſpondere honeſtè potes , aut illi facere] *Deeſt* tu , *quod habet manuſcriptus , in quo legitur*,quid aut tu his reſpondere.

Digitized by Google

81 Ne iſta præclara nobilitas] *Videtur legendum, vt eſt in antiquo*, dũmodò iſta præclara nobilitas.

82 Monumentáque ſuarum rerum nunc maximè inſtituat] *Ita vetus liber, in aliis deeſt* nunc.

91 Eos enim teſtes deduxi] *Vetus liber,* adduxi. *& infra* Nuper illum ipſum eſſe pollicitum, *cùm in aliis deſit* ipſum.

96 Chryſas eſt amnis qui per Aſſorinorum agros fluit) *Ex auctoritate veteris, quod eſt apud me, numiſmatis, ſcribendum eſt* Cryſas *ſine aſpiratione. In eius autem numiſmatis vna parte imberbis iuuenis caput redimitum, prolixa cæſarie, quale Apollinis, impreſſum eſt cum titulo* Aſſoru *pro* Aſſori, *vt* Menandru, *pro* Menandri, *herois (vt opinor) eius à quo Aſſorina ciuitas, quòd ab eo condita fuerit, nomen accepit: in altera parte hoc ipſum quod deſcribit* Cicero Cryſæ *fluuij ſimulacrum inciſum eſt, dextra manu vrceolum retinens, ſiniſtra copiæ cornu, adſcripto nomine* Cryſas, *ſine aſpiratione.*

100 Quæ eſſet antea non obſcura] *In manuſcripto eſt,* quæ eſſet iam antea non obſcura.

102 Ex quibus eligam] *Vetus liber,* ex quibus vnam eligam &c.

107 Etenim propter eſt ſpelunca] *Deeſt,* eam, *vt ſit,* Etenim propter eam eſt ſpelunca, *& ita habet manuſcriptus.*

108 Ex ampliſſimo collegio decemuirali] *Videtur legendum,* quindecem virali.

124 Perfectiores nullas vmquam vllo tempore fuiſſe] vllo in templo *habet vetus liber, pro* vllo tẽpore, *quod placet, & paulò pòſt* in hoc nomine, *pro eo quod eſt in vulgatis,* in hoc non minimè.

131 Eúmque cùm audiſſet interfectum] *Vetus liber,* quem cùm audiſſet interfectum.

ibi. Iam illa quia leuiora] quæ leuiora *placet, vt eſt in antiqui.*

132 Quid vndique ablatum ſit oſtendunt] *Ita habent omnes manuſcripti & vulgati libri. Anton. Auguſtinus legit.* Quid vndique ablatum ſit: *quæ le-*

ctio cùm magis propria, tum elegantior videtur, vt vndeque ſint *duo verba, non vnum: itaque miror non ei veniſſe in mentem, vt hoc eodem in loco legeret:* Vt antè demonſtrabat quid vbique eſſet: *vt* vbique *ſint duo etiam verba. libet autem hîc adſcribere Plinij verba ex libro* XXXIV. *c.* VII. *quòd in eis ſigni cuiuſdam mentio ſit, quod à Cicerone numeratur inter ea quæ a Verre ablata fuiſſe dicit, nec tamen in hoc de ſignis libro reperitur.* Signis (*inquit*) quæ vocantur Corinthia, plerique in tantum capiuntur, vt ſecum circumferant, ſicut Hortenſius orator Sphingem Verri reo ablatam. propter quam Cicero illo iudicio in altercatione neganti ei ſe ænigmata intelligere, reſpondit debere, quoniam Sphingem domi haberet.

142 Si quando taceant omnes, tunc ſortitò coguntur dicere) *Vetus liber*, ſin aliquando taceant omnes, tunc ſortitione coguntur dicere.

IN LIBRVM VII.

1 Atque à belli periculis tutam eſſe ſeruatam) *Magis placet ſi* totam *pro* tutam *legatur, quando Faernus coniectura ductus, legi debere exiſtimabat.*

7 Vetus eſt quod dicam, & propter ſeueritatem &c.) *Mihi videtur in manuſcripto rectius eſſe*, Verum eſt quod dicam, ſed propter ſeueritatem &c.

15 In Leonte Magarenſi) *Puto melius eſſe in antiquo*, Leonida Imacharenſi.

27 Neque ab aliquo aſtro notabat) *In vetere libro poſt hæc verba additum eſt*, Nec enim egrediebatur tecto, vt vel ventos ſentire, vel cernere ſidera poſſet. *ſed puto gloſſema alicuius eſſe.*

ibi. In qua puluinus erat pellucidus Melitenſi roſa fartus) *Henrici Memmij clariſſimi viri coniectura de* Melitenſis, *vt Lambinus refert, voce ad* puluinum *propter Melitenſe linum quod celebre tunc erat, referenda, non ad* roſam, *aduerſatur Cornelij Frontonis auctoritas, qui* Melitenſi roſa, *perſpicuè legit (licet in vno* ma

manuſcripto ſit Mileſia,*pro* Melitenſi) *vt credendum omnino ſit, Melitenſem quoque roſam in deliciis tunc fuiſſe,vt Pæſtana fuit.*

31 Lucum illum litoris) *Faernus pro* lucum, *emendauit* locum, *quam poſtea lectionem in veteribus quoque libris inueniri Lambinus indicauit.*

44 Sumptu publico) *In manuſcripto additum eſt,* tuo nomine publicè ſciente tota Sicilia.

52 Mamertinis,qui erant) *In antiquo legitur,* ſed Mamertinis &c.

64 Homines maritimi Syracuſis) *In vetere libro ſcriptum eſt,*erant homines Mamertini Syracuſis: *quæ lectio placet.*

70 Cùm tanto plures adducti eſſent) cum altero tanto plures adducti eſſent, *vetus liber.*

74 In iudicio coactus)*Vetus liber,*in iudicium.

82 Quid ciuitates quæ in amicitia fidéque populi Romani perpetuò manſerant) *His ſimilia ſunt, quæ in vetere ſenatuſconſulto apud me Græcè ſcripto in ænea tabella inciſa ſunt:* ἐάν τε ὅπη πόλεως ἐλευθέρας τῆς διατελοῦς ἐν τῇ φιλίᾳ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων μεμενηκυιῶν.

89 Pelorum verſus,vt ipſe Cleomenes, ita ceteri nauigant:*& pòſt,*interea Cleomenes iam ad Pelori litus peruenerat:*item,* Appulſis ad Pelorum nauib.Cleomenē perſecuti ſunt *& paulò pòſt*, vnam & illam ſolam noctem prædones ad Pelorū cōmorati, accedere incipiunt ad Syracuſas) *ſuper horum locorum emendatione, ita olim ſcripſit ad me Antonius Auguſtinus:*Cùm inSicilia eſſem,turpiter erratum eſſe in hoc Pelori nomine didici. Nam cùm ad Pachynū eſſet Cleomenes, & Syracuſas prædones fugiens veniret,nō potuit eadem nocte terra Syracuſas peruenire. ſed ſcribendum eſt,Elorū,pro Peloro, quod eſt oppidū in eo litore,ꝙ eſt inter Syracuſas & Pachynum.

106 Cùm hæc fierent)*Vet.lib.*cùm hæc ita fierent.

115 Sed ſecum ipſe certat,id agit] *Videtur rectiùs, vt eſt in antiquo,*ſed cùm ſecum ipſe certet,id,&c.

Digitized by Google

125 Patimur enim iam multos annos, & Silemus) *Abeſt à veteribus aliquot libris vox* annos, *vnde conii ciebat Ant. Auguſtinus legendum eſſe*, inultos, *pro* multos. *quæ mihi lectio argutior ſanè videtur, quàm ea, quæ in vulgatis libris inuenitur: vtri tamen accedam hæreo.*

127 Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam domum) *Ant. Auguſtinus legit* ex litibus æſtimatis tuis non pecuniam domum, *felici, vt mihi videtur, coniectura.*

130 Perpetuo ſociis atque amicis Syracuſanum] *Vetus liber* præfectum ſociis atque amicis Syracuſanũ: *& infra habet*, quod de his ſuppliciũ &c.

156 Hæc negotij gerendi ſpes] ſpecies, *pro* ſpes, *ſcriptum eſt in antiquo, & ita legendum videtur.*

160 Qui Panormi negotiaretur] *Addendum verbum* adeſſe, *ex manuſcripto: vt ſit*, adeſſe qui Panormi &c.

175 Si quis tantulum de recta regione deflexerit] *Ant. Auguſtinus pro* regione *exiſtimat legendũ eſſe* religione *vel* ratione. *Ego vulgatam lectionem retineo,* regione, *nam hoc verbo complectitur fidem, religionem, rationem ſupradictas.*

179 Hominis ſapientiſſimi] *In manuſcripto poſt hæc verba additum eſt*, & vigilantiſſimi.

180 Poſteáque Pompeius humili atque obſcuro loco natus] *Q. Pompeium Rufum intelligit, qui conſul fuit anno* DCXII. *cum Cn. Seruilio Cæpione, quem hominem nouum appellat in Fonteiana, his verbis*, Cn. & Q. Cæpionibus L. & Q. Metellis teſtibus in Q. Pompeium hominem nouum non crediderunt, *& pro L. Muræna*, Nec mihi vnquam minus in Q. Pompeio nouo homine, & fortiſſimo viro virtutis eſſe viſum eſt, quàm in homine nobiliſſimo M. Aemilio &c. *Itaque dubitandum non eſt, quin pro*, poſteáque Pompeius *ſit legendum*, poſtea Q. Pompeius: *quam lectionem miror cur reiecerit Lambinus, præſertim cùm veterum quoque codicum auctoritate confirmetur.*

ibid.

Digitized by Google

ibi. Maximiſque ſuis periculis ac doloribus] *Ita eſt in veteribus libris & fortaſſe non male: quamuis recentior lectio laboribus, nititur exemplo ſuperiore, & inferiore. Antiqua lectio defendi poteſt cum varietatis ornamento, tum quod in periculis ineſt metus, & cum metu labor mali vitandi: in malo autem ipſo ineſt dolor, quem non ſemper vitare poſſint ambitioſi.*

ibi. Hæc eadem eſt noſtræ rationis regio & via) *Ita legitur in vulgatis, & magis placet, quàm vt eſt ab amico meo emendatum,* regia via: *Nam* regio *refertur ad ſtudium ambitus:* via *ad labores, diligentiam, & virtutem:* Regia *autem* via *ſignificat publicam, qui ſenſus hîc nihil facit: hæc enim* via *non eſt publica, ſed communis ſolum nouis hominibus, neque mihi certum eſt Ciceronem vti* regia via.

188 Mihique poſthac bonos potius defendere liceat) *In margine libri emendati à viro doctiſsimo, pro verbo* defendere, *notatum eſt,* laudare, *ad ſententiam aptè: ſed nimis longè à vulgata ſcriptura.*

IN ORATIONEM PRO M. FONTEIO.

2 Prouinciæ Galliæ M. Fonteius præfuit] *Fonteiam gentem tribus tantũ prænominibus, Publio, Caio, & Manio vſum fuiſſe, ſatis conſtat ex antiquorum numiſmatum auctoritate, in quibus* M'. C. *&* P. Fonteij *deſcripti ſunt. Sæpe autem librarij in eo errarunt, vt omiſſa virgula, quæ* M'. *literæ obducta, Manium ſignificabat, pro Manio prænomine, Marcum ſcripſerint, quòd cum in Acilia gente perſæpe accidit, tũ in Aquillia, quæ hoc prænomine frequentius vſæ ſunt, quibus rationibus facilè adducor, vt credam, hîc quoque erratum eſſe in Fonteij prænomine, & pro Marco, Manium Fonteium hunc qui prætor Galliam obtinuit, prænominandum eſſe.*

3 Qui erant hoſtes, ſubegit: qui proximi fuerant) *videtur legendum*, qui proximè fuerant: *& ita vidi notatum in libro manuſcripto.*

8 Itaque præfuerunt, imperauerunt pro dignitate ſua quod viſum eſt, & probauerunt) *Pertinent hæc ad antiquam illam, qua vtebantur in publicis operibus, inſcriptionum formulam* : Coërauerunt, eidémque probauerunt.

9 Atque in his locis ſe Croduni & Vulchalone ab his portorium eſſe exactum) *Legendum opinor*, Atque in his locis ab his portorium eſſe exactũ &c. *verba autem illa*, ſe Croduni & Vulchalone, *gloſſema alicuius eſſe exiſtimo, qui voluerit declarare quæ eſſent ea loca. itaque voci* Croduni *inhæſit particula* ſe, *quæ erat* sc. *hoc eſt*, ſcilicet. *paulò ſuprà, quidam pro* Numium, *reponunt* Munium: *quod non placet.* Numium *eſt in antiquo libro Vaticano, & Numiæ gentis mentio eſt in vetuſtiſsimo lapide Reatino. Octauius Pantagathus totum hunc locum ita legebat*; Crodimi M. Porcium & Numium ternos victoriatos Narbone. Serueium (*ſiue* Serenum, *de quo in Or. pro Cn. Plancio*) binos victoriatos Maſſiliæ, atque in his locis, Crodimi ſcilicet & Narbone &c. Eleſiodolis T. Annium ſenos denarios ab his qui ad hoſtem portarent, exegiſſe. *Vidi qui Pantagathi lectionem probarent, deleto tamen verbo* Victoriatos, *quod eſt ſecundo loco poſitum, & gloſſula illa, quam ſuprà dixi ab imperito librario in ſeriem receptam*, Crodimi ſcilicet & Narbone.

10 Impoſitum fructibus noſtris vectigal) *Octau. Pantagathus* fratribus noſtris *ex hiſtoria.*

ibi. Sed ego ita exiſtimo quo maius crimen ſit id, quod oſtendetur eſſe falſum) *Ita legebat Pantagathus, cuius emendationi ſuffragatur liber etiam Vaticanus.*

11 At hoc Galli negant. at ratio rerum & vis argumentorum coarguit) *Ita Faernus corruptæ ſcripturæ Vaticani libri ſecutus veſtigia ingenioſè hunc locum emendauit, cùm antea legeretur*, Actio rerum & vis argumentorum coargui poteſt. *quæ tamen lectio quamuis non ſit cum ea comparanda, quam repoſuit Faernus, poteſt tamen aliquo modo defendi, nam*

falſæ

falſæ negationi Gallorum opponit actionem ipſam rerum, & vim argumentorum, quæ negari non poſſunt. Non habebat enim contrarios hoſtes, quos produceret, ſed actionem ipſam negotiorum publicorum, quam fateri cogebantur, tametſi impudenter negabant: & vim argumentorum quoque afferebat, quam refutare nequibant. Victorius habet, At Galli hoc non negant: actio rerum & ius argumentorum coargui poteſt. *Planè illud* ius *deterius eſt quàm* vis: *ceteroqui placet lectio cum illa interrogatione*, Quid enim negent? cùm actio rerum & vis argumentorum coargui non poſſit. *Pantagathus legebat* actio eorum, *pro* actio rerum.

13 Nimirum illud in quo ea quæ dicuntur à teſtibus cōiectura & cogitatione traduntur) *Pantagathus legebat* coniecturæ & cogitationi.

20 Atque ille Iuppiter, cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum fidem eſſe voluerunt) *Placet vt pro* ſanctam *legatur* vinctam, *vt eſt in optimo libro Vaticano: intelligit enim Iouem, qui à Græcis, quòd iureiurando præſit, ὅρκιος appellatur.*

26 M. Pletorius) M. Plætorius *ſcribendum eſt auctoribus antiquis numiſmatibus in quibus hic ipſe, vt opinor*, M. PLAETORIVS, *qui M' Fonteium accuſauit, deſcriptus eſt, adſcripto adoptionis cognomine*, CAESTIANVS.

31 Qui nunc ſunt exercitus) exercitatus *habent veteres libri manuſcripti.*

37 De veſtro iudicio commoneri) *Niſi Vaticani codicis auctoritas obſtaret, in quo eſt* commoneri, *libenter vulgatam retinerem lectionem*, commoueri, *hoc eſt indignari, & iraſci Deos, qui omnem in vos poteſtatem habent: non enim commonentur dij, ſed homines, qui errant.*

38 Tendit ad vos virgo Veſtalis manus) *Sequor Faerni lectionem, qui* tendit *legit pro* tendet: *vt habēt Victorius & Manutius, neſcio quid ſecuti: neque enim illud puto dicendum, perorante adhuc Cicerone non tendiſſe, ſed poſteaquam perorauit.*

IN

[redacted]

IN ORATIONEM PRO A. CAECINNA.

7 Sic maximè & maturiſſimè iudicanda eſt] *Octauius Pantagathus eorum coniecturam non probabat, qui pro,* ſic maximè, ocyſſimè *vel* velociſſimè *legẽdum putant. nam* ocyſſimè *contra ſignificat, quã* maturiſſimè: *cauſa enim periculi exiſtimationis omnes alias anteire debet, & perquam maturè (non ocyſſimè vt quidam volunt) iudicari: quod autem tardiſſimè iudicetur, peccatur contra maturitatem iudicandi, quemadmodum etiam peccaretur, ſi ocyſſimè iudicaretur.*

19 Et cùm ipſe ſextulam ſuam] *Pro* ipſe *legebat Pantagathus,* iſtam.

24 P. Vetilius] *Legendum opinor* Vettilius: *vt enim à Manio, Manilius, & à Lucio Lucius, ita à* Vettio, Vettilius.

27 P. Ceſennius auctor fundi] auctionator *Pantagatus, pro* auctor.

39 Vt illa res aliquid aliqua ex parte] *Pantagathus,* in ipſa re aliquid cum aliqua ex parte.

48 Cùm te obſtitiſſe, & repudiaſſe dicis] *Pantagathus* repuliſſe *legebat, pro* repudiaſſe: *& optimè, vt videtur, mihi tamen* repugnaſſe *magis placeret.*

59 Vim enim multitudinis reſtitui voluerunt] reſpici voluerunt, *Pantagathus.*

65 Tum illud quod dicitur irrident] *Scio aliter ab aliis hanc lacunam repletam eſſe. Ant. Auguſtinus pro* ſic venire, *vt eſt in aliquibus libris, corrigebat,* ſic inuenire *ex loco inferiori, in quo eſt:* Sed ego inuenio in interdicto verbum vnum. *Sed ille locus proprius eſt huius cauſæ, hic communis omnium. Quare Oct. Pantagathus ita legendum putabat:* Tum illud, quod dicitur, ſummo iure irrident. *nam paulò antè dixit,* Et vt dici ſolet ſummo iure contenditur: *vt idem ſit hîc,* quod dicitur, *& ſuprà,* vt dici ſolet. *Etiam in hoc inferiori.* Sed ego inuenio in interdicto verbum vnum vbi deliteſcam, *omnia dicuntur εἰρωνικῶς, hîc ſeriò agitur.*

66 Fra

66 Fater hoc interdicto Prætoris vindicari) violari *legebat Pantagathus pro* vindicari.

76 Niſi cruor appareat) *Octauius Pantagathus locũ mala interpunctione ſubobſcurum reſtitui poſſe exiſtimabat, ſi ita interpungeretur:* Tum ſtatueritis vim in cæde ſolùm, non etiam in animo: niſi cruor appareat, vim non eſſe factam: iniuriarum delictum eſſe, qui prohibitus ſit: niſi ex eo loco, vbi veſtigium impreſſerit, deiici neminem poſſe: iuris retinere ſententiam & æquitatem plurimum valere oportere, verbóne ac litera ius omne torqueri, vos ſtatuite recuperatores, vtrum vtilius eſſe videatur.

80 Cùm exemplis vterer multis: etiam illa me tuerer æquitate) *Pantagathus legebat,* cùm exemplis vterer multis ex omni memoria antiquitatis.

87 Vnde deiectus Carbo) vnde deiecti Samnites, *Pantagathus.*

92 Ad duas diſſimiles res duo deuincta interdicta ſunt) adiuncta, *pro* deuincta, *placet vt legatur.*

100. Et à populo Romano hæreditates capere potuiſſe) *Anton. Auguſtinus teſtatur ſe in vetere codice ſcriptum inueniſſe* A C. R. hæreditates capere potuiſſe, *quod maximè probat, & interpretatur* A ciuibus Romanis. *Vulgata quoque lectio defendi poteſt, & ex ea hic ſenſus elici à populo Romano, hoc eſt, à quouis ciue populi Romani. Paulò ſuprà in veterib. libris erat,* Quibus lege aut ratione ciuitas aut libertas erepta ſit: *pro* ratione *repoſitum eſt à Victorio & Manutio* Romana: *ſed magis placet Ant. Auguſtini coniectura, qui pro* ratione, *emendat* rogatione: *quamuis idem ferè ſit.*

IN ORATIONEM PRO LEGE MANILIA.

2 Quantum vos honoribus mandandum eſſe voluiſtis] *In manuſcripto eſt* mandandi. *vnde conicio legendum eſſe,* mandandis.

5 Huic

5 Huic qui ſuccurrit non ſatis eſſe paratum) *Ita habet Manutius, & rectè ad bellum referendo, non ad Lucullum: nam eorum coniectura qui* ſucceſſerit *legunt, commoda quidem eſt: ſed illa commodior. Nam ſi Lucullo ſuccedendum eſſet in pacata prouincia, ineptè adderetur,* Non ſatis eſſe paratum. *Octa. Pātagathus totum hunc locum ita legendum putabat,* Huic qui ſuccurrerit non ſatis eſſe paratum, ad tantū bellum adminiſtrandum, vnum ab omnibus ſociis & ciuibus Imperatorem depoſci, atque expeti, *vt,* ad id bellum *inculcatum ſit ab inepto librario.*

9 Vſque in Hiſpaniam legatos Ecbatanis miſit] *Amicus meus antiquæ ſcripturæ ſecutus veſtigia, pro* Ecbatanis *reponebat,* ex Albanis: *quæ lectio confirmatur etiam hiſtoria. Videndus Plutarchus in Pompeio.*

12 Ariobarzanes rex ſocius populi Ro. atque amicus] *In argenteo Ariobarzanis numiſmate inſcriptum eſt* ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥΣ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ ΕΥΣΕΒΟΥΣ: *quæ quidem inſcriptio Ciceronis locum mirificè illuſtrat.*

13 Tamen pecora relinquuntur) *Seruius citat hunc locum in lib. III. Georg. &* pecua *legit, pro* pecora: *quæ vox in antiquis monumentis reperitur.*

16 Propè adſint) *Veteres libri* abſint: *quæ lectio ferri poteſt, frequenſq; eſt Tullio,* Propius abeſſe: *ac neſcio an malim* abſint, quàm adſint, *quod rarius eſt.*

30 Huius virtute & conſilio] *Pro* conſilio *ſcriptū eſt* ſubſidio *in veteribus quibuſdam libris, quæ lectio videtur melior. Nam* Sulla *vt fatebatur de ſubſidio, ita non conceſſiſſet de conſilio.*

37 Propter cupiditatem prouinciæ magiſtratib. diuiſerit) magiſtris *Faernus pro* magiſtratibus, *quam lectionem retinuit Ant. etiam Aug.*

42 Et quiſquam dubitabit quin huic tantum bellum hoc tranſmittendum ſit) *Ita eſt in vulgatis libris, neque malè: à Lucullo tranſmittendum ad Pompeium. Amici mei lectio, qui* committendum *reponebat, haberet locum, ſi ageretur de fide*

Im-

Imperatoris, non de felicitate potiſſimùm. non negarim tamen etiam de felicitate committi , *poſſe , at illud magis proprium, quòd Lucullus ob aduerſam fortunam reuocatus eſſet.*

ibi. Ad omnia veſtræ memoriæ bella) noſtræ, *pro* veſtræ *magis placet, vt eſt in antiquo.*

58 C. Falcidius, Q. Metellus, Q. Cœlius Latinienſis) *Vetuſti codices habent* Laterienſis, *vnde conici poteſt legendum eſſe,* Laterenſis, *quod eſt Iuuentiæ quoque familiæ cognomen. Apud Euſebiũ mentio eſt C. Falcidij Trib. Plebis, qui legem Falcidiam tulit, Hirtio & Panſa conſulibus, qui huius filius poteſt eſſe.*

67 Videbat enim populus Romanus non locupletari quotannis pecunia publica præter paucos) *Ant. Auguſtinus ex veteris libri auctoritate delet* non , *& ex coniectura* præter , *ſed non admodum ſatisfaciebat Pantagatho, qui putabat legi debere* non locupletari quotannis pecunia publica Prætores paucos: *Idemq; putabat ab eo loco,* atque in hoc bello, *vſque ad,* veniſſe gaudeant (*quæ omnia non ſine cauſa in Victoriano codice incluſa ſunt duobus ſemicirculis*) *eſſe additamentum (& ineptum quidem) ex aliqua declamatione omnino præter ordinem orationis, & diſtributionem.*

IN ORATIONEM PRO A. CLVENTIO.

1 Habito) *Non video cur* Habitus *cognomen in* Auitus *mutandum ſit, antiquis præſertim libris repugnantibus, & vetuſtiſſimo lapide, in quo inciſum eſt,* AVR. ABITVS, MIL. COH. X. PR. *vt aſpiratio tantum ſit ex eo cognomine tollenda, nihilq; præterea aliud mutandum.* Cluentius *autem pro* Cluuentius, *vt eſt in antiqua inſcriptione, ſcribebant antiqui, vt* fluius *pro* fluuius , Cluius *pro* Cluuius , & vas *pro* vuas , *vnde* vaſa *ab imperitis librariis ſcriptum inuenitur pro* vas , *cùm apud Ciceronem in Oeconomico, tum apud Suetonium in Rhemnio Palemone, vbi*

vbi legendum eſt: Vitē eius manu inſtitutā CCCLX. vas edidiſſe, *ex Plinio lib.* XIV. *c.* IV. *&* *Columell. lib.* III. *c.* III.

5 Et parum virium falſitas habet) *Prò* falſitas, *quidam Faerni coniecturam ſecuti, emendarunt* veritas, *quæ lectio non admodum ſatisfacit: nec enim video, cur Faernus veterum ſcripturam librorum improbare debuerit, niſi fortè in cœtibus latronum & piratarum, & aleatorum, & lupanarium, & inſtitorum volebat Tullium dicere hic* Veritatem parum firmamēti habere *(præteritis hominum honeſtis cœtibus) aut non videbat falſitatem cuiuſcumque rei, in quouis alio hominū cœtu comparari cum falſitate inuidiæ in iudiciis: aut contendebat* falſitas, *non eſſe Latinum: quaſi locus hic tam perſpicuus ſatis auctoritatis non habeat, adiuncta præſertim fide tam multorum codicū, & neceſſitate huius loci ſententiæ, & abſurditate contrariæ. Neque eſt, quòd nitantur illis verbis qui Faerni lectionem tueri volunt,* Dominetur in concionibus, valeat in opinionibus, ac ſermonibus imperitorū: *nā neque perpetuum hoc eſt in illis, neque diu, atque ad extremum valet falſitas, cùm contrauenerint grauiſſimi veritatis patroni: ſed ſi quis aditus eſt aperiendus falſitati, in his temerariis ac leuibus cœtibus aperiatur.*

6 Ne ipſi, quæ contraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubiiciatis) *Videtur adumbraſſe Andocidis illa ex oratione* περὶ μυστηρίων, τὰ δὲ ὑμῶν *(inquit)* δέομαι μετὰ εὐνοίας μου τὴν ἀκρόασιν τῆς ἀπολογίας ποιήσασθαι, καὶ μήτε μοι αὐτοὺς ἐξεταστὰς ἡμῶν τε ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα, μήτε ῥήματα θηρεύειν.

14 Lectum illum genialem) *Suſpicor legendum eſſe* genitalem *pro* genialem, *quomodo Horatiū quoque verſum corrigendum opinor in epiſt.* I. *lib. ad Mæc.* Lectus genitalis in aula eſt, *pro* genialis. *Dici autem* Lectum genitalem, *puto, procreandis gignendiſque hominibus dicatum. Huiuſmodi quidam lectus ſiue ara potius illa ſit in denario Criſpinæ, quæ Imper. Commodi vxor fuit, impreſſus eſt cum inſcriptione* DIS GENITALIBVS, *quibus*

facer

ſacea eſſet lectus ipſe, quaſi gignendarum rerum omniũ auctoribus. Itaque videndum num etiam Feſtus ſit ex devarij auctoritate emẽdandus, qui GENIALES DEOS *dictos ſcribit, aquam, terram, ignem, aerem, quæ ſunt ſemina rerum, ab aliis Græcorum* ϛοιχεῖα, *ab aliis* γίνεθλα, *ſiue* σπέρματα *vocata. duodecim quoq; ſigna, Lunam & Solem, inter hos duos computata, dictoſq;* Geniales, *à gerendo, quia plurimum poſſe putabantur:* Lectumque Genialem, *qui nuptiis ſterneretur in honorem* Genij, *vnde appellatur: ipſumq;* Genium *dictum, quod vim obtineret rerum omnium gerendarum. atque ab Aufuſtio deorum filium appellari, & parentem hominum, ex quo homines gignuntur. Diſſentit autem Feſtus, vt apparet, à denario in* GENITALIVM *nominis origine, qui ab Homero* ἀειγενέται, *vt quidã volunt, appellantur, & ab Auſonio in periocha libri* IV. *Iliadis his verſibus deſcribuntur:*

Iupiter interea cum diis genitalibus vnà
Concilium cogit ſuperûm de rebus Achiuis.

27 Pappia natus) *Scribendum* Papia. *notum eſt antè* Papiã *gentis nomen eſſe Lanuuio municipio oriũdæ.*

36 Fuit Aiulus quidam Larinas) Auillia *gens reperitur, ſi rectè memini, in veteribus monumentis:* Aiulia *nuſquam, quod ſciam, niſi apud Ciceronem in hac ipſa pro Cluentio. Itaque libenter pro* Aiulius, *legerem* Auillius.

61 Si igitur ipſum Oppianicum bis ſuis iudiciis condemnatum abſoluiſſent) *Pantagathus pro* bis ſuis iudiciis, *legebat,* his præiudiciis, *& paulò poſt, pro* negare inquam in eo loco: *eſt in antiquo,* negare inquam meo loco.

72 Hic ipſe planus) *Pantagathus* hic ille planus.

75 Sed ſpectabant] exſpectabant *Pantagathus pro* ſed ſpectabant.

86 Iam id quoq;] *Pantagathus;* nam id quoque.

92 Aut ſi in legem aliquando non iurauerat) *Pro* aliquando *legebat Pantagathus* iudicando.

97 Quod in eodem genere) *Placet,* quom in eodẽ genere, *& ita habet manuſcr.*

Digitized by Google

117 In hac mihi concedat, vt tãtùm mihi ſumam, quantum ſine huius periculo] *Pro* hac, *legebat Pantagathus* hoc, *&* *pro* huius, eius.

126 M. Plætorium, C. Flaminium æd. cur.] *In argẽteis denariis Plætoria familiæ, deſcriptus eſt* M. *hic* PLAETORIVS, *adſcripto titulo* AED. CVR.

124 Sin autem ſortiri ad pœnam, atque hominum delectum fortunæ iudicio committere] *Ita hunc locum emendauit amicus meus. Victorius autem, & Manutius habent* delictum *pro* delectũ, *nec malè, vt videtur: ſuprà enim dixit,* Vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur. *& iterum,* Ne autem nimium multi pœnam capitis ſubirent, idcirco illa ſortitio comparata eſt. *& iterum,* Aut ſtatuis, qui in eadem culpa ſit, non eadem pœna affici oportere. *Verba ipſa non admittunt* delectum. *nam dux militaris fortunæ indicio, id eſt, ſortitioni, committit militum delectum, quod Cenſori imitandum nõ fuit in notatione cenſoria, neque delectu, neque ſortitione neque ad hoc facit quod ſuprà dixit,* Non conuenire cenſores hoc facere in delectu dignitatis. *nam hæc eſt vna particula muneris Cenſorij, pro dignitate hominum dare illis ordinem, locum, & gradum in ciuitate, quòd ridiculum eſſet ſortitione facere.*

130 Incognita cauſa probatum illud erat, multitudini illicitum erat contradicere] *Placet Ant. Auguſtini coniectura, qui hunc locum ex interpunctione ita emendat,* Incognita cauſa probatum illud erat multitudini : nemini licitum erat contradicere. *quamuis antiqua etiam lectio ferri poßit,* multitudinem illicitum eſt contradicere. *vt ſic dicere contra multitudinem, pro* eſt, *Pantagathus legebat* eſſe.

131 L. Popillium] *Videtur ſcribendum* P. Popilliũ.

140 Qui cùm L. Plancium defenderet accuſante M. Bruto) *Vel hîc corrigendum,* Cn. Plancum, *vel in* 1. *de Oratore* L. Planciũ. *ita enim de Craſſo in eo libro ſcriptum eſt :* Quid in omni oratione Craſſus

vel

Digitized by Google

vel apud centumuiros contra Scęuolam, vel cõtra accuſatorẽ Brutũ, cũ pro Cn. Plãco diceret.

153 Niſi vti qui rem iudicaſſent] *Pantagathus ex manuſcripti libri lectione* niſi vtique rem, *emendabat*, vt, ſi iniquè rem, *vel* ij ſi iniquè rem, &c.

180 Aduncam ex omni parte) *Pantagathus*, aduncam exteriori parte.

197 Pari dignitate Theano, Apulo atque Luceria] *Ita Victorius: Manutius verò & Lãbinus*, Theano, Apulóque atque Nuceria. *Anton. Auguſtin.* Theano Apulo atque Nuceria. *Ego puto vtrumque* Theanum, Apulum *&* Sidicinum *ſcribi ſine* h. Apuliam *&* Apulum *modo ſimplici* p (*vt apud Horatium ſemel reperi*) altricis extra limen Apuliæ. *modò duplici* pp, *vt plerumque Luceriam eſſe* Appulã *ſcio, non longè à Larino, & Teano: duas Nucerias memini, alteram in Vmbria, alteram in Cãpania: ita ergo legerem*, Pari dignitate Theano Appulóque atq; Luceria: *Nam illud* que *iungit Theanum cum Marruntinis, & Ferentanis, ſiue, vt alij, Erentanis.*

198 Qui negotia, qui res pecuniarias habent) *Placet vt* pecuarias *ſcribatur pro* pecuniarias: *nam tota illa regio rem pecuariam exercet.*

210 Sin autem id] *Pantagathus optimè* ſi id quod, *emendauit.*

IN RVLLVM I.

Iubent venire agro Attalenſiũ & Olympenorum] *Non video quid Lambinum impulerit, vt* Attaleenſium, *ſiue* Attalienſium, *ſcribendum hoc loco aſfirmarit. ab* Ἀττάλεια *enim ciuis* Ἀτταλεὺς *deducitur, quemadmodum ab* Ἀλεξάνδρεια Ἀλεξανδρεὺς: *& in æreis numiſmatibus non eſt* Ἀτταλεέων *&*, Ἀλεξανδρεέων, *ſed* Ἀτταλέων, *&* Ἀλεξανδρέων.

IN RVLLVM II.

26 Nam centuriata lex cenſoribus ferebatur,

cùm curiata ceteris patriciis] *Oct. Pantagathus retinebat hanc ſcripturam, reiecta Grucchij lectione, qui* conſulibus *pro* cenſoribus *legit. rectè autem, vt opinor: nam huic magiſtratui, qui diuturnior eſt, & totius dignitatis in ciuitate arbiter ac pecuniæ, bis comitia centuriata habebantur: ceteris patriciis magiſtratibus conſulatui. Præturæ, Aedilitati priora centuriata, altera Curiata. deſiit deinde Aedilitas, puto dari centuriatis comitiis, poſtea enim tributis dari ſolere cœpit, ſi rectè memini. Atque ita legendus eſt hic locus, in quo non de prioribus comitiis agit, ſed de alteris in patriciis magiſtratibus creandis.* Nam centuriata Lex cenſoribus ferebatur, cùm curiata ceteris patriciis magiſtratibus, cũ iterũ de eiſdem iudicabatur: *numquã enim neque Conſulatum, neque Præturã, neque Cenſuram prioribus comitiis curiatis mandari legimus. Sed vt aliquando totam Pantagathi de hoc loco opinionem exponam, priùs Ciceronis verba, vt ipſe legebat, deſcribam: deinde, vt explicabat, ſubiungam:* Maiores de omnibus magiſtratibus bis vos ſententiã ferre voluerunt. nam centuriata lex Cenſoribus ferebatur cùm curiata ceteris patriciis magiſtratibus, cùm iterum de eiſdem iudicabatur: vt eſſet reprehendendi poteſtas, ſi populũ beneficij ſui pœniteret: nunc, quia prima illa comitia tenetis cẽturiata & tributa curiata tantùm auſpiciorũ cauſa remanſerunt. Hic autem tribunus Pl. quia videbat poteſtatem neminem iniuſſu populi aut plebis poſſe habere, curiatis eam comitiis, quam vos non ſciuiſtis, cõfirmauit; tributa, quæ veſtra erant, ſuſtulit. ita cùm maiores binis comitiis voluerint, vos de ſingulis magiſtratibus iudicare, hic homo popularis ne vnam quidem populo comitiorum poteſtatem reliquit. *Hæc igitur Ciceronis verba, ita à ſe emendata, Pantagathus ſic exponebat, vt affirmaret apud Maiores binis comitiis omnes patricios creari magiſtratus, prioribus deſignari, alteris confirmari: priora eſſe centuriata in patriciis, tributa in plebeiis: altera in cenſoribus eſſe centuriata, in*

in ceteris tam patriciis quàm plebeiis fuiſſe curiata. Apud minores mutatam eſſe rationem: nam prioribus comitiis cùm deſignari, tum confirmari omnem magiſtratum poſterioribus curiatis, non confirmari, ſed ornari, atque ipſa comitia curiata non eandem habere vim, quã apud maiores habuiſſent, tunc n. omnes XXX. *Curiæ conueniebant, confirmandi, aut reprehendendi cauſa: nũc pro triginta Curiis,* XXX. *Lictores, hocq́; auſpiciorum, non confirmandi aut reprehendendi cauſa. Auſpicia verò Pantagathus interpretabatur ita: cùm auſpicato apud Maiores ſancitum fuerit altera comitia magiſtratuum debere haberi curiata, nefas fuiſſe ea tollere: manſerunt igitur ſecundo loco, vt prius, ſed ſpecie lictorum, pro Curiis, neque reprehendẽdi, aut confirmandi cauſa, ſed ornandi mandandive imperij. inquit igitur,* Quia prima illa centuriata tributáve tenetis, *i. rata habetis, neque ea reprehenditis per altera curiata, hæc altera ne fruſtra haberentur, cùm prima vim omnem deſignandi & confirmandi haberent, auſpiciorum cauſa remanſerunt in vſu, non confirmandi, ſed mandandi imperij.* Rullus *itaque cùm videret ſuos Decemuiros iniuſſu populi, aut ſine plebiſcito creatos (nouem enim tribus non habent vim totius populi iubentis aut plebis ſciſcentis) confirmauit eos alteris comitiis curiatis, vt confirmatione ſaltem poteſtatem haberent, qui mutilis illis comitiis tributis* XVII. *Tribuum, illam habere non poterant: atque in hac Decemuirali poteſtate ſancienda prætermiſit priora comitia tributa, quæ in vſu ſunt, adhibuit poſteriora curiata, ad confirmandum quæ in hoc vſu non ſunt: quod enim prius ſcitum non eſt, per* XXXV. *Tribus confirmari non poteſt per* XXX. *Lictores comitiis curiatis, quorum nullus nunc eſt vſus ad confirmandum: qui ſi eſſet, non tamen poſſent confirmare, quod prius ſcitum non eſſet. Ita Pantagathus hunc locum legebat, exponebátque, atque ita legendum exponendumq́; eſſe, ſponſione cuiuſuis ſummæ contendebat.*

Curiatis ea comitiis, quæ vos non finitis cõfirmauit] *Quidam legunt* initis *pro* finitis, *quod* 27

quidem verum eſt, ſed nihil ad rem: nam hîc agit de poteſtate Decemuirali, quã negat prius ſcitam tributis comitiis, atq; ita cõfirmari potuiſſe minimè cõcedit. Lege igitur auctore Pãtagatho, Curiatis eã comitiis, quã vos non ſciuiſtis, confirmauit.

30 Tantummodò ſiquis ea poteſtate temerè eſt vſus exiſtimamus) *Pantagathus pro* exiſtimamus, *quod verbum non video quem hic ſenſum habeat, emẽdauit:* exæſtuamus, *optima ſententia.*

32 Scribis librariis) *Libenter legerem ſine interpunctione* ſcribis librariis, *quomodo in antiquis monumentis notatum animaduerti.*

ibid. Præterea mulis tabernaculis centuriis) *Et hunc quoque locum feliciter emendauit Pantagathus, qui legebat,* Pręterea mulis cãteriis tabernaculis.

ibid. Ianitores ex equeſtri loco ducentos) *Ita habent vulgati omnes libri, & malè: an equites munus ſeruile, libertinúmve obirent? An. Auguſtinus rectiſſimè ex inferioribus locis* finitores *emendauit, quorum officium & honeſtum erat, & Decemuiris agris dandis attribuendíſque pernecessarium.*

36 Quæ maiores in vrbe paſſim periculi perfugia) *Pro* paſſim *erat* partim *in vulgatis, ex quo fecerat Pantagathus* parati.

43 Cur non item vt cum directo) *Pantagathus rectiſſimè,* cur non iterum cum directo.

44 Atque illud circumſpicite veſtris mentibus vnaque legatos noſtros) *Amicus meus homo doctiſſimus putabat locum hunc, vt apparet, mutilum, reſtitui in integrum poſſe, ſi legeretur,* namque *pro* vnáque, *vel* nam quum: *ſed cùm videamus Tullium eſſe in curſu enumerandi ea, quæ populi Rom publica facta ſunt, ſ. Sulla Q. Pompeio Cos. poſteáve vel iure belli, vel hereditate, neque numerationem peregiſſe (etenim in Africa, Hiſpania, Gallia aliquid inueniſſet quod enumeraret, & vt enumeravit omnia, non ita tranſiſſet nullo apparatu, nullis interpoſitis querelis ab enumeratione ad inſolentiam, cum Decemuirorum, tum legatorum*

libero

liberorum) fateamur neceſſe eſt hîc multa deeſſe: tranſit enim poſtea ad vectigalia populi R.

52 Cum ſuis formoſis finitoribus auctionãtem) *Faernus legebat* famoſis *pro* formoſis *coniectura tãtum ductus, nullo vetere libro (quod ſciam) auctore.*

65 Quãtum intereſt vtrum in Maſſici radices an in Italiaam alióve deducamini] *Ant. Auguſtinus pro* Italiam *reponit* Liguriam, *ſiue vt habet etiã Lãbinus,* Apuliam, *quod non ineptum eſt, ob illud* alióve, *& ob diſſimileis agros: ſed neſcio quid ſalis habere videtur illud* Italiam, *ob infinita loca vt ſi quis diceret, eamus ad Paris, aut Romam: qui enim acquieſceret priri itineri, non etiam alteri vellet acquieſcere.*

72 Eſt planè rectius & quo in genere) *Locum ſine dubio mendoſum Pantagathus vetere ſcriptura paululum immutata, ita reſtituebat,* An eſt locus, qui coloniam poſtulet, vel planè recuſet? quo in genere &c. *paulò pòſt,* at multitudo, Quirites, quæritur, *videtur legendum pro ,* & multitudo, Quirites, quæritur.

85 Tunc illud exilium Campanæ coloniæ) *Acutè quidam* vexillum, *pro* exilium *repoſuerunt, ſed hiſtoria repugnat, quæ videtur eos latuiſſe, cùm ſit apud Liuium* XXXVI.

86 Imminere ita fructuoſiſſimis inſulis populi Rom. videbatur) *Ita habet Manutius* Italiæ *verò pro* ita *correxit Anton. Auguſtinus: cuius coniectura valdè quidem placet, ſed non planè implet, neque animum, neque aures. nam non imminet Italia, ſed inſulis, quæ inter ipſam Africam & Italiam ſunt: ſed vt velit etiam Italiæ imminere, potius inſula, dein Italia fuit nominanda. Vellem illud* ita *eſſe aduerbium aliud: nã vt explicet* ſuccincta & armata, *ſatis frigidum eſt. Pantagathus legebat,* Imminere in fructuoſiſſimis inſulis populi Rom. videbatur: *quæ lectio valdè placet.*

88 Molem contra veterem Rempublicam comparant) *Pro* veterem *in libro manuſ. eſt,* noſtram.

 Nam

Digitized by Google

89 Nam poſt Q.Fuluium,Q.Fabium Cos.) *Pantagathus* Q.Fuluium,Ap.Claudium Cos.

91 Et qui magiſtratum Capuæ,& Leocranti ceperunt] *Ita eſt in vulg. Anton. Auguſt. longè melius*, Capuæ coloniæ creati, *ſed videndum ne abundet* coloniæ. *ex æquet autem*, Capuæ ab eo creati.

92 Si à nobis conſulibus de conſilij ſententia probatis) probata *Pantagathus, & rectè infrà, pro* vt grandi macie torridum, *opinor legendum* vegrandi facie torridum.

IN ORATIONEM PRO C. RABIRIO.

7 Niſi fortè de locis religioſis,ac de lucis,quos ab hoc violatos eſſe dixiſti) *Ita Manutius, neque malè. At Victorius, & eum ſecutus Lambinus, habet* delubris: *quibus vt lentius aſſentiar, facit illud* quos: *& quod, & ſi luci quidem ſint loca religioſa, non tamē ita planè, vt delubra.*

16 Carnifex verò & obductio capitis] obnuptio. *Pantagathus, quomodo poſtea emendauit Muretus.*

19 Interfectum iure concedas neceſſe eſt : Fit S. C. vt C.Marius) *Pantagathus nihil hîc putabat deeſſe.*

20 Adhibent omnes Tribunos pl. præter Saturninum, præter Glauciam) *Ita Manutius edidit, & Victorius, vt potuerunt ex fide corruptorum codicum: at Turnebus optimè, & Ant. Auguſt.* omnes Prætores præter Glauciam *correxerunt. Atque hæc lectio Octauio quoque Pantagatho in mentem venit ex eo loco, qui eſt in 1. in Catilinam* : Num vnum diem poſtea L.Saturninum tribunum pl. & C.Seruilium Prætorem pœna remorata eſt.

ibid. Pôſt cunctus ſenatus) *Pantagathus*, Poſt eos cunctus ſenatus.

IN CATILINAM I.

3 Quodque Seruilius Ahala Sp.Melium] *Scribendum eſt*, quod C.Seruilius &c.Caij *enim prænomine affectus fuit Seruilius is, qui Sp. Melium regnum affectantem interfecit.*

8 In M.Leccæ domum) *Scribendum* M. Læcæ *ex auctoritate argentei denarij, in quo* M. *hic* PORCIVS LAECA *deſcriptus eſt.*

12 Id quod primum atque huius imperij] *Manuſcripti codicis lectio magis placet*, id quod eſſe primum & quod huius imperij &c. *poteſt etiam legi*, *id quod primum* & quod huius,&c.

13 Quod priuatarum lerum dedecus non hæret infamiæ) *Ita habet Manutianus liber, & Victorianus: quod & ſi fieri poteſt, Ant.tamẽ Auguſtini lectio magis placet*, in fama, *quam lectionem retinuit Lambinus.*

15 Sed fortunam reip.obſtitiſſe) P.R. *eſt in veterib. libris pro* Reip. *quam ego veram huius loci lectionem puto: ſic enim alibi Cicero locutus eſt. & in argenteo denario* Q.SICINII *Fortunæ, vt opinor, imagini titulus adſcriptus eſt* FORT.P.R. *hoc eſt (vt ego interpretor)* Fortuna populi Romani.

ibi. Quoties Conſulem interficere voluiſti, quot) *Ita habent vulgati codices: manuſcriptus autem, qui apud me eſt, longè melius* interficere voluiſti: vel conatus es. *plus enim eſt conari, quàm velle.*

33 Et omnes inimicos bonorum) homines bonorum inimicos *ſcriptum eſt in vetuſtiſſimo meo libro, melius quàm in vulg.*

IN CATILINAM II.

2 Iacet ille nunc proſtratus Quirites) *Ita eſt in vulgatis libris: manuſcriptus autem aliquanto melius habet* proſtratúſque eſt. *plus enim eſt proſtratum eſſe, quàm iacere.*

4 Tongillum mihi eduxit quem amare in prætexta calumnia cœperat) *Quidam emendarunt*, quem amare prætextatum in Gallia cœperat. *ſed*

prior lectio ferri poteſt, hoc ſenſu: quod Tongilium (*non* Tongillum) *ſiue* Longinum (*qui à Salluſtio inter coniuratos nominatur) Catilina adhuc prætextatum ſimularit ſe amare, cùm illum non amaret, ſed alteri ſubijceret. quæ ſequuntur ita legebat Pantagathus veteris ſcripturæ veſtigia ſecutus:* Publicium, Minatiũ, quos viros? quàm valentes? quàm nobiles? quorum æs alienum contractum in popinam, nullũ Reipublicæ motum afferre poterat, itaque, &c. *eduxit enim ignobiles, ſenes, egenos: reliquit nobiles, valentes diuites.*

19 Alterum genus eſt eorum) *Locus ex oratione Aeſchinis in Cteſiphontem,* τούτῳ πάρεισιν ἐκ τριῶν εἰδῶν συνήγοροι. οἱ μὲν ταῖς καθ' ἡμέραν δαπάναις ἀνηλωκότες τὰς πατρῴας οὐσίας, οἱ δὲ ταῖς ἡλικίαις, καὶ τοῖς ἑαυτῶν σώμασιν οὐ καλῶς κεχρημένοι, καὶ δεδιότες οὐ περὶ τιμάρχου, ἀλλὰ περὶ ἑαυτῶν. καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων μή ποτε εἰς κρίσιν ἐξετασθῶσιν, ἕτεροι δὲ ἐκ τῶν ἀκολάστων, καὶ τῶν τοιούτοις κεχρημένων ἀφθόνως, &c.

IN CATILINAM III.

3 Vos qui ignoratis & exſpectatis, ſcire poſſitis) *In quibuſdam codicibus ſcriptum eſt,* vos qui ignoratis exactis, *vel* exactè ſcire poſſitis, *quod minus placet: nam multi ignorant, neque tamen exſpectant: & illud* exactè *contrarium eſt* τῷ breuiter: *nam quæ breuiter narrantur, ſummatim, non exactè narrantur.*

12 Vulturcius verò ſubitò proferri literas, atque aperiri iubet) *Sic eſt legendum, non vt quidam emẽdarunt* Vulturcium verò ſubitò proferre literas atque aperire iuſſi. *nam coniuratorum ſingulorũ literas ab Allobrogibus & Vulturcio, Prætoribus Flacco & Pomptinio traditis eſſe ſupra dixit: neque tradẽdarum tempus fuit protrahendum, idq; in primis mandatis Ciceronis conſulis debuit eſſe, ne eas ad celandum indicium, Galli & Vulturcius perderẽt, qui literis traditis faciliores ad indicandum fuerunt. Iterum ſuprà dixit:* Tabellas proferri iuſſimus, *non à Gallis & Vul-*

Vulturcio ſed à Prætoribus. Nos linum incidimus, legimus *Non igitur iuſsit Vulturcium eas aperire aut legere: ſed Vulturcius contra negantem Lentulum ſibi literas ad Catilinam dediſſe, iuſsit literas aperiri, & legi maluiſſet* Pantagathus *pro* iubet, *aut* petit, *aut* poſtulat: *ſed cùm memini* iubeo Chremetem ſaluere, *facilè patior* iubet Vulturcius *autem pro* Vulturcius *ſcriptum in vetuſtiſsimo libro reperitur*; *vt* Volteius & Volcanus, *pro* Vulteius & Vulcan⁹.

IN CATILINAM IV.

13 Cuius aui iuſſu conſularem interfectum] *An. Auguſt. legit*, cuius auunculum interfectum: & *paulò poſt retinet* necatum, *pro* necandum, *vt quidã habent Nam M. Fuluius ſocius furoris C. Gracchi, & ipſe iuſſu conſulis L. Opimij interfectus eſt, & eius filius impubes adhuc legatus miſſus à patre ad Conſulẽ. Hoc loco docemur P. huius Lentuli Suræ Prætoris II. & conſularis coniurati matrem fuiſſe Fuluiam.*

23 Non minore labore tueor, quàm comparo) *Hoc ex Demoſthene traxit, qui* χαλεπώτερον *dicit eſſe* τὸ φυλάττειν τοῦ κτήσασθαι τἀγαθά.

FINIS.

TREIS NAVAGERII PATRICII VENETI, EPISTOLAS quarum prima ad Leonem X. Pontif. Max. ſecunda ad P. Bembum: tertia, ad Iac. Sadoletum ſcripta eſt, quia doctorum virorum iudicio, à quo meum non diſcrepat, ſunt perelegantes, cùm propter nouam hanc librorum diuiſionem, ſingulis voluminibus præmitti vel ſubiungi non poſſent, nos in calce huius voluminis collocauimus.

LEONI X. PONTIFICI MAXIMO ANDREAS NAVGERIVS.

MAGNA quædam res eſt, & vt nihil fortaſſe præſtantius, ita longè difficilius quiddam, quàm homines opinantur, eloquentia excellere. Vni eſt id homini à natura datum, vt ea, quæ mente concipimus, communicare inter nos, ac dicendo animi ſenſa eloqui poſſumus. hac vna re maximè à ceteris nos animantibus natura ſeiunxit. hæc iam inde ab initio humani generis egregias nobis ſemper vtilitates attulit. atque hæc cùm æquè omnibus conceſſa ſit, vnum quempiam è multis eſſe, quem magna ceteri cum admiratione dicentem audiant, cui maximis ita plerumque de rebus aſſentiantur, vt illi potiùs, quàm ſibi ipſis, credendum putent: qui lacrymas, qui riſus, cùm velit, moueat, atque omneis adeò animorum motus, quaſi habenis quibuſdam regat: qui denique ita loquatur, vt tantum propè reliquæ hominum

num multitudini præſtare videatur, quantũ homines ipſi beſtiis antecellunt: profectò id fieri neceſſe eſt, quòd is & longè præſtantiora quędam, quàm alij omnes, cogitatione, atque animo complectatur, & ea, quæ cogitarit, admirabili, ac diuina quadam dicendi ratione explicare, ac proferre poſſit. At hoc, ſi quis id rectè cõſideret, eiuſmodi eſt, vt eo omnia, quæ in hominum cognitionem cadere poſſunt comprehendãtur. Quid enim illi, qui & res omneis, de quibus poſſit accidere vt aliquãdo loquendum ſit, optimè omnium teneat (quod ei, qui perfectè eloquens eſſe voluerit, neceſſarium eſt) & ornatiſſimis, ac grauiſſimis ëas verbis illuſtrare, atque omni lumine orationis queat, deeſſe dicendum eſt? id verò quod arduum, ac magnum ſit, vel ex eo facillime cognoſci poteſt, quod, cũ nemo ferè vmquã fuerit, qui non hanc ſibi eloquentiæ gloriam ſummopere appetendam duxerit: permulti verò accerrimo ingenio homines nihil aliud ſummo ſtudio tota vita egerint: perpauci tamen tot ætatibus inuenti ſunt, qui ita probati ſint, vt non multa illis deeſſe viderẽtur. Et certè ſingulas quaſque arteis egregiè aliquem nouiſſe permagnum eſt: nedum vt plurimæ ab vno quopiam comprehẽdi poſſint. Sed, vt ea quis etiam ingenij felicitate fuerit, vt omnium ſit maximarum rerum ſcientiam conſecutus: tum verò quoties illi dicendũ ſit, ſuo quidque loco collocare, quantæ prudentiæ eſt? Iam res ipſas eo orationis genere, iis verbis ornare, eáque ipſa verba tam compoſitè, tam concinnè, tam aptè inter ſe connectere, vt nihil illuſtrius, nihil auditu iucundius eſſe poſſit: id verò lõgè omnium difficillimum haberi debet. Profectò cùm multa etiam in oratore alia requirãtur, ab hac vna re tamen eloquentiæ inditum nomen eſt. Quid de actione dicam? huic primas, huic ſecundas, huic tertias tribuiſſe Demoſthenes

ſthenes dicitur, hac vna ſi careat, vt cetera illi omnia cumulatiſſimè conceſſa ſint, nihil eſt, quod magnũ ab ſe quippiam effici poſſe orator putet. At eiuſmodi ea eſt, vt ſi cui à natura negata ſit, paruum ſit, & exile quiddam, quod ab ab arte tradatur. Sed & multò minus memoria aut procreari, aut inſeri arte vlla poteſt ratio certè quædam, qua ea adiuuetur, reperta eſt: ſed hæc nulla ſit, niſi idipſum prius naturæ bonum in ingeniis noſtris exſtiterit, at hæc in oratore quaſi fundamentũ quoddam eſt: quo ſublato cetera omnia collabi neceſſe ſit. Quamobrẽ cùm ex his eloquentia rebus conſtet: quas partim maximo viri ingenio ſumma ſibi induſtria, ac labore parare tamẽ poſſunt, partim, niſi à natura cõtigerint, nulla ipſi nobis fingere ratione poſſumus: nihil dicendi laude difficilius, nihil perfecto oratore inuẽtu rarius exiſtimandũ eſt. Sed, quò plures huic laudi propoſitæ difficultates ſunt, eò magis, & vt eam adipiſcantur eniti omnes decet, &, ſi quis adeptus fuerit, admirabilior, & quaſi quidam inter homines deus haberi debet. Quid enim ex omnibus humanis rebus ad deorum propiùs poteſtatem accedit, quàm poſſe & inimicos cùm velis, lædere, & amicis adiumento eſſe, & repugnanteis tuam in ſentẽtiam adducere, & conſentienteis confirmare, conſolari, hortari ad miſericordiam, ad odium, ad quemcumque animi motum, quos volueris, vel inuitos impellere? hæc ea nimirũ ſunt, quæ non fieri humana vi, ſed diuinum eſſe quiddam homines arbitrentur. Atque in hac quidem re ſunt, qui omnium maximè Græcos homines admirẽtur, ac longè illos noſtrorum ingeniis anteponant. Et profectò, quod in omni ei ſtudiorũ genere non minus contigit, ſummorum ſemper oratorum copia Græcia redũdauit. Et Romanis quamquam multos fuiſſe legimus, qui plurimũ dicẽdo potuerint, qui nihil non eloquentia aſ-
ſecu

ſecuti ſint : & complures ex his tamen ni-
hil omnino literis mandauerunt, & eorũ, qui
aliquid ſcripſerunt, præter vnius Ciceronis,ni-
hil cuiuſquam exſtat, quod proferre poſſimus.
Sed in tanto hoc tamen eloquentiæ naufragio,
magnæ ob id ſaltem diis immortalibus à nobis
gratiæ haberi debent,quòd hũc potiſſimùm ſu-
pereſſe voluerunt.Tantum enim vno ego in Ci-
cerone ponẽdum arbitror,vt huius vnius dicẽdi
facultate,non æquatam modò cum Græcorum
omnium eloquentia Latinæ orationis copiam,
ſed & longè factam ſuperiorẽ putem. Tria ſunt
quæ ab optimo effici oratore debent:docẽdus,
delectandus, permouendus auditor. Hinc tria
etiam nata ſunt dicendi genera,tenue,medium,
graue, ad docendum tenue accommodatũ eſt:
medio delectatio paritur : permouemur graui.
Qui vnum aliquod horum genus aſſequi potue-
runt,magni habiti oratores ſũt:qui omnia, ma-
ximi. Ac fuerunt quidem è Græcis aliqui, qui
ſubtili quodam & ſententiarum, & verborum
genere,eo acumine, atque elegantia dicerẽt, vt
nihil illis limatius,nihil enucleatiꝰ eſſe poſſet.
Expolitum alij,ac ſuaue dicẽdi genus ſecuti, &
audientium animos maximè delectarunt, & ce-
lebre ſibi inter oratores nomen peperere. vbe-
riores nonnulli,& ampliore quadam orationis
vſi dignitate,cùm magnã vim hominum mẽti-
bus admouerent,magnam ipſi eloquentiæ glo-
riam conſecuti ſunt. Cùm verò non eodẽ modo
omnia dicẽda ſint,ſed vniuſcuiuſque rei ſit cer-
ta & propria quaſi quædam vox:qui idem, cùm
res poſceret, ſubmiſsè humilia,media tempera-
tè,amplè grandia poſſet dicere, nemo fortaſſe
ex his præter Demoſthenem inuentus eſt.At,ni-
ſi his omnibus generibus, ita oratio diſtincta
ſit,vt id ſemper, quod maximè deceat,cõſerue-
tur:nõ eſt,quòd exactã ſe quiſquã & abſolutam
elo

eloquentiam adeptum arbitretur. His ita omnibus generibus noſter præſtitit, vt ne ex iis quidem, qui in ſingulis floruerunt, in eo ipſo genere ſit illi aliquis conferendus. nemo hoc in paruis preſsior, in temperatis ornatior, in magnis ſublimior: nemo iudicem acutiùs docuit, delectauit iucundiùs, incitauit ardentiùs. Quę vt in Demoſthene etiam paria fuerint, ſunt tamen qui exiſtiment longè illius orationem iucundiùs his ſalibus, quibus maximè abundat Cicero, potuiſſe condiri: ſunt qui commiſerationes deſiderent: quibus ille, vt Athenienſium lege ſi vti prohibitus, magnum tamen quiddam eſt, quod ille deſit. Qua in re ita omnibus præſtare Cicero exiſtimatus eſt, vt in iis etiam cauſis, quas vnà cum illo Q. Hortenſius, aut alij ea " poteſtate ſummi oratores agerent, extremus tamen perorandi locus, eorum ipſorum conceſſu huic ſemper relinqueretur. Iam in epiſtolis, cùm amborum exſtent, tantus in noſtro lepos, tanta vrbanitas, ea ſuauitas, is candor, tam purus ſermo, ea, cùm de rep. loquitur, grauitas, vt mirum ſit, quãto interuallo vincamus. Quid? vbertas ingenij, plurimarum ac præclariſſimarũ rerum cognitio conferri poteſt? illius Græco tantum ſermone complureis modo rationes, & epiſtolas quaſdam legimus. hic & Græcè homo Romanus eo ornatu plura ſcripſit, tam præclarè nonnumquam cùm res tulit, locutus dicitur, vt ipſi etiam Græci, huiuſce facultatis peritiſſimi homines, non minùs ſuæ illi linguæ elegantiam concederent, quàm hanc etiam ſibi laudẽ eripi modeſtè ferrent: & omnibus Latinæ eloquentiæ partibus vnus ſatisfecit. neque vllum non poſteris monumentorum genus reliquit. Orationes in omni genere plurimas, magna epiſtolarum volumina edidit. Sed & à Muſis etiam nõ alienus fuit: quin & Latinos omnes, qui ante ſe fuerant, poetas facillimè ſuperauit: & multò

etiam

etiam fortaſſe progredi longiùs potuit, niſi maioris cuiuſdam gloriæ ad ſe illum ſplendor rapuiſſet. Adhæc, ne ea, quæ magno ſibi ipſe labore, atque acerrimo ſtudio peperiſſet, inuidere iuuentuti videretur, de arte etiam dicendi ſibi ſcribendum exiſtimauit: quibus in libris cùm peruulgata Rhetorũ præcepta negligens, aliud quoddam ad eloquentiam eſſe iter diceret, vel ex eo id verum eſſe, quòd ab ſe diceretur, oſtendit, quòd de iis ipſis rebus (quod nulli vmquam dicendi magiſtri potuiſſent) elegãtiſſimè locutus eſt, & in eloquẽtiæ præceptis tradendis nullam non eloquentiæ vim adhibuit. Neque verò his finibus abundandis ingenij flumen tenuit, ſed longè effuſus latiùs, in omneis propè philoſophiæ ſinus delatus, & in auitam tandẽ poſſeſſionem, ex qua eam nullo iure deiectam eſſe, ſæpiſſime conqueſtus fuerat, eloquentiam reſtituit, atque ex anguſtis extractam finibus, paterno in regno collocauit: & id eſſe propriũ oratoris docuit, de vnaquaq; re propoſita poſſe & ornatè, & aptè dicere. Sed nulla profectò ex re magis cognoſci præſtantia oratorum poteſt, quàm ex eo quod ab iis dicendo efficitur, ac rectè mihi id quidem dictum videtur, vt in fidibus ex eo qui reddatur, ſono, illius, qui pulſet, ſcientiam perſpici, ſic eloquẽtiæ vim, ex his maximè motibus, qui in audiẽtium animis cernuntur, intelligi. Neque verò dici poteſt, non multa Demoſthenem effeciſſe dicendo. amens ſim, ſi è maximis, atque omnium illi ſummorum hominum conſenſu tributis laudibus, quidquã coner detrahere: cùm præſertim ipſe etiam illũ Cicero longè omnibus anteponat, & quoties dicturus eſſet, è tota Græcia ad eum audiendum ſolitos fieri concurſus affirmet: ſed tamen cùm maximè floreret Demoſthenes, & prælatum etiam illi Demadem legimus: & Phocionis ſeu quædam acerrima dicẽdi vis, ſeu populo

cognita vitæ integritas, ita eum ſæpe peruertit, vt ipſe etiam ſuorum illum verborum ſecurim ſit ſolitus appellare. Ciceronis ætate, quamquã nulla vmquam aut plures, aut præſtantiores oratores tulit, neque pari tamen dicendi facultate, quiſquam inuentus eſt, neque tam probata vitæ ſanctitas in vllo fuit: vt ea magis, quã illius oratione, homines mouerentur. Huius accuſationis impetu perterritus, à Verris patrocinio, cùm & eum maximè defenſum vellet, & nihil eſſet, quod non aſſequi dicẽdo poſſe crederetur, Hortenſius deſtitit. hic grauiſſimam illam M. Catonis auctoritatem, & dicendi ſeueritatem, quo nemo omni virtute præſtãtior vmquam fuit, ſi quando ſibi obſtitit, orationis copia, & feſtiua quadã comitate ſemper eluſit: ac, ne omnia conquirere ambitioſiùs videar, vt toties permotos iudices, toties ſenatũ, toties populum, prætermittam, vt oppreſſam Catilinæ audaciam, vniuerſam in Antonij odium concitatam ciuitatem ſileã: quãta vis illius orationis fuerit, quàm facilè ad ea, quæ vellet, homines attraxerit, vel id vnũ nobis eſſe argumento poteſt, quòd cùm præclaro illo ſtatim ab ſe inito conſulatu, lege Agraria ab ſeditioſis tribunis pleb. propoſita, magnos in rep. concitari motus intueretur: & in cõtionem tribunos vocare, & ipſo etiam diſceptatore populo, cuius obſiſtere commodis putabatur, vti non dubitauit: atque hic ita locutus eſt, ita eorum, quæ ad pertractãdos hominum animos neceſſaria eſſent, nihil prætermiſit, vt nemo vmquam tanta populi voluntate populare quidquam ſuaſerit, quanta hic maximè omnium gratam, ac iucundam populo legem euertit. Non immeritò igitur & cùm viueret, regnare in iudiciis dictus eſt, & poſt mortem ad hodiernum diem ſic apud omnéis genteis illius nomen viget, ſic in dies augeſcit, vt nulla id vmquã obliuio obſcuratura, nulla eius

laudibus allatura finem æternitas videatur. hic ipſam illam abſolutæ eloquentiæ ſpeciē, quam ſuo ipſe in Oratore quærit, quam vix animo intuemur, quā in nullo Antonius viderat, oratorum omnium vnus expreſſit: huic quò ſimilior aliquis, eò eloquētior haberi debet: huius ſcriptis ne cogitare quidem ornatiora poſſumus. vtinam quæ eorum multa aut iniuria temporis, aut aſſidua tot ſæpe bellis Italiæ vaſtatione perierunt, ea peruenire omnia ad manus noſtras potuiſſent. longè opulentior Romana lingua, longè inſtructior Latinæ eloquentiæ ſupellex eſſet. Sed, vt multa intercepta ſint, bene id cecidit, quòd ex iis, quas ſcripſit, orationibus, in quibus omnis dicendi vis, omnis eloquentiæ ornatus explicatur, paucas admodum deſideramus: quamquā & in his id queri poſſumus, quòd, quas non Antonij proſcriptio, non belli furor, non tot annorum ſpatium eripere nobis potuit, has ita proximorum ſæculorum * inſcitia, quaſi rubigo quædam, fœdauit, vt in ſuum eas nitorem reſtituere immenſi cuiuſdam operis eſſe videatur. Nos quidem, quantum in nobis fuit, quantum vetera nobis exemplaria adiumento eſſe potuerunt, quam potuimus opem afferre conati ſumus: neque quidquam à nobis fieri potuiſſe exiſtimauimus, quod magis iis, qui eloquentiæ ſtudio tenentur, prodeſſet, quàm ſi ipſę hæ Ciceronis Orationes, hoc eſt ipſius fontes eloquentiæ, vnde haurire abundè poſſent, perpurgati à nobis eſſent. Qua in re tantum tamen abeſt, vt nihil prætermiſſum eſſe affirmare velimus, vt iacta tantùm fundamenta à nobis eſſe, opus ipſum, ſi multi hoc exemplo pari in id ſtudio, ac labore incubuerint, tum demum poſſe fortaſſe aliquando perfici exiſtimemus. Atque has nos quidē orationes, ob id pręcipuè, Leo Pōtif. Maximè, vt alia prætermittā oīa, ſub tuo nomine exire voluimus: quòd te quamuis in

* al. inſcientia.

ea amplitudine collocatum, vt nemo mortaliũ propius Deum attingat, maximis ſemper occupationibus diſtineri neceſſe ſit: & his tamen maximè delectari, & numquam intermittere literarum ſtudia audimus: neque quemquam à te pluris fieri, quàm qui alioqui optimarum artiũ genere ceteris antecellat. Et huius quidẽ rei id iam inde ab initio ampliſſimæ huius dignitatis tuæ indicio omnibus eſſe potuit, quòd Petrum Bembum, & Iacobum Sadoletũ, viros, vti ſumma inter ſe beneuolentia coniunctiſſimos, ita tum moribus, tum omni literarum genere, & quàm ſimillimos & noſtræ ætatis omnium ornatiſſimos, à ſecretis habere voluiſti. Iam tum magna mihi oblata ſpes eſt, fore, vt omnes tuo auxilio bonæ artes reuiuiſcerent, cùm tibi eos, qui in his excellerent, adiungendos, atque omni dignitate honeſtandos putares. Sed non hoc vno nobis tuus hac in re animus perſpectus eſt: permultis ſe ille aliis quotidie ſignis oſtendit: & præclariſſimorum ſemper ingeniorum parens plurimos tibi Roma omni doctrina pręſtanteis viros ſufficit, & iis non inferiores ex omnibus eò terris, vt in communem quandam nationum omnium, ac totius terrarum orbis patriam, permulti confluunt. quippe eo iam inde ab initio nata fatò Roma eſt, vt, quod vbique terrarum egregij exortum eſſet, vna ſuſciperet. hos tu omneis ita amplecteris, ita omni beneuolentia proſequeris, vt cum nullo hominum genere libentiùs viuas, nulli ad te aditus faciliores ſint, nulli tua magis liberalitas pateat. Ex his ego, & plurimis illis, quæ in te elucent, virtutibus, in eam opinionem adductus ſum, vt ob id à Deo te optimo maximo & terris datum, & toti Chriſtianæ reipub. præpoſitum arbitrer: vt tuis ſis, cuius ductu in antiquã illam tum imperij, tum omnium & virtutum, & bonarum artium amplitudinem Roma reſtituatur:

tur:

Digitized by Google

tur. Sed agendam id profectò ex his tibi priùs eſt, quo vrgemur magis: cui niſi occurſum fuerit, magnæ eſſe nobis calamitati poteſt. Nimia iam audacia Chriſtiani in nos nominis hoſtes efferuntur: nimis proteruè nobis inſultant, dū multos iam annos omneis eorum iniurias tolleramus, in maximum contemptum venimus, neque quidquam eſt, quod ſibi in nos licere non putent. Quas illi per hoſce annos regiones, quos agros non ſæpius deuaſtarunt? quos non finus penetrarunt? quibus ex oris prædam non abegerunt? quam nobis ignominiam non inuſſerunt? quin etiam (fœdum, dij immortales, facinus) florentiſſimam illam, & literarum, & virtutum omnium parentem, Græciam, nobis tacentibus, atque adeò propè tradentibus, immaniſſimæ gentes occuparunt, nos ſocios, atque amiciſſimos nobis reges ante oculos propè noſtros opprimi, ac regnis exui paſſi ſumus, noſtra tum ſcilicet res non agebatur: nihil eorum ad nos calamitas pertinebat: ſatis erat ſuos quemque fineis tueri: nihil præterea curandum erat. Nimirum noſtra hac negligentia id factum eſt, vt magnæ illis breui tempore vires additæ, magna nobis auxilia detracta ſint, neque ſuis illi viribus, ſed noſtra ſocordia creuerunt. Nos, nos, inquam, in nos eos aluimus: nos ita auximus, vt multa iam ab illis meritò, niſi prouiſum fuerit, timeri poſſint. Sed prouidendum profectò eſt: neque quidquam iam, quod turpe nobis futurum ſit, ferre debemus. tuúmque adeò hoc eſſe munus, hoc tibi onus incumbere omnes exiſtimant, neque tamen (quamquam ne hoc quidem præter te alius quiſquam potuit) à te id ſolùm poſtulatur, vt à finibus eos noſtris auertas: vt exſultanteis, ac temere in nos irruenteis reprimas, maius quiddam eſt, quod tuæ à te magnitudini deberi videatur. niſi vltrò illato illis bello &

omnis antè ſuſcepta nobis labes eorum ſanguine eluatur, & illi penitus ne ſe aliquando in noſtram perniciem efferre poſſint, exſcindantur: ſatisfieri tantæ de te omniũ exſpectationi nullo pacto poteſt. neque verò factu id difficillimũ futurum eſt, ſi te auctore ſublatis, ſi, quæ intercedunt, ſimultatibus, Chriſtiani inter ſe reges conſpirauerint, & in communem hoſtem cõmuni conſenſu ſuſcipiendum ſibi bellum eſſe exiſtimarint. Quid enim his viribus opponi poterit? verendum, credo, nobis erit, ne paucis illis peditũ cohortibus, ne inermibus illis, vt innumerabiles ſint, equitibus hoſtiũ, tot (vt alios omittam) inuictæ Hiſpanorum, tot Heluetiorum legiones inſtructiſſimus illi Gallorũ, ille Italorũ equitatus pares eſſe non poſſint. te primũ quidem impetum, ne clamorem illi quidem noſtri exercitus ferre poterunt. Agis tu quidem dies noctesq; vnum hoc omnium maximè: neque quidquam omittis, quod ad conciliandos inter ſe, atque in hoſtem inflammandos Chriſtianorum animos fieri oporteat: atque eò iam tuis monitis, & hortatibus adducta res eſt, vt potentiſſimi iam reges veterũ iniuriarum obliti, & amicitiam ineant, & ad colloquia veniant: vt & communibus vna de rebus conſilia capiant, & quæ ad Chriſtianæ reip. ſalutem, ac dignitatem pertinere viſa fuerint, conſtituãtur. Sed & * reliquũ tamen quiddam adhuc eſt, quod tibi agendũ ſit: quæ propè omnes iam præ ſe ferunt. ea, quanta fieri celeritate poterit, maturanda ſunt. neſcio quis iamdiu Chriſtianorũ menteis topor inuaſit: qui, vt optimè tua auctoritate animati ſint, diutiùs tamen procraſtinantur, quàm opus ſit: ac multas quotidie bene gerendæ rei opportunitates prætermittũt: hũc dum tollas ſegnitiem, nulla ſit res, quæ ab eo te, quod tam pręclarè cœpiſti, deterrere poſſit. hoc

*al. reliqui.

Digitized by Google

hoc vnũ cùm effeceris,tũ denique,quod tamdiu machinaris,quod tanto opere moliris,quod tecum ſemper cogitas,effeceris.Erit,erit profectò *dies illa,cũ te lõgiſſimè prolatis finibus, deuictis omnibus, quæ Chriſtiano vmquam nomini infenſæ fuerint,nationib⁹, cũ inſigni laurea redeuntem intueri liceat:cùm tota te Italia,totus terrarum orbis, vt quendam ad leuanda noſtra incommoda è cælo delapſum Deum veneretur: cùm tibi obuiam cunctis ex oppidis omnium generum, omnium ætatum multitudo ſe omnis effundat:tibi patriam,tibi penates, tibi ſalutem ac vitam denique,depulſo crudeliſſimorum hoſtium metu, acceptam referat:cùm ipſi etiam ſe tibi agri noua quadam rerum omnium vbertate lætiores oſtendant: tum tu, maximis omnium plauſibus regum medius Romam inuectus,pulcherrimum, ac iuſtiſſimum triumphum ages:tum demũ pace terris omnibus per te parta frui nobis licebit:tum deniq; omni & bello, & belli timore ſublatò,alumnæ pacis, atque otij literæ vberrimo ſe prouentu efferent: tum plurima inter hoſtium ſpolia tot, illa à veteribus illis Græcis monumenta ſcriptis tradita, quæ nunc in miſera & diuturna hac Græciæ ſeruitute oppreſſa deliteſcunt, per te ex tenebris extracta circumſpicientur. quin & Latina fortaſſe pleraque belli hinc impetus nobis ablata recipientur, aut certè pacatis iam rebus alicunde emergent, atque ex omnibus ad te partibus deferentur, cùm & alia plurima, & Ciceronis fortaſſe tum ea, quæ deſiderantur, in lucem prodibunt: tum hæc, quæ manca & mutilata legimus, integra & emendata reperientur. neque verò in antiquorum ſcriptis emendandis diutius teneri quemquam neceſſe erit: ſed in maxima optimorum librorum copia, maximo ac tutiſſimo otio exſiſtent fortaſſe, qui maiora conentur:

* al. dies ille.

& ipſam etiam antiquitatem prouocare ſcriptis audeant: profectò aut numquam poſthac futurum eſt, aut tua id hæc ætas videbit. Interea hos labores noſtros, qui tam corruptis veterum libris & neceſſariò ſuſcipiendi, & maximè vtiles habendi ſunt, ne contemne: & ea, quæ vt futura credamus, maximam tu ipſe nobis ſpem attuliſti, quæ ſemper meditaris, quæ animo ſemper agitas, quæ immortalem tibi apud omneis genteis gloriam paritura ſunt, quæ profectò tibi debentur, vt, nulla interpoſita mora, quàm celerrimè fiant, appropera.

***

PETRO BEMBO ANDREAS NAVGERIVS.

CVM multæ, ac variæ, Bembe, artes ſunt, quibus maximam inter mortaleis gloriam conſequi poſſumus: tum duæ præcipuè in ampliſſimo & dignitatis, & laudis gradu locare homines conſueuerunt, Res militaris, & Eloquentia. Hæc cùm eiuſmodi ſint, vt nulla ſit ars alia, quæ plura in communem omnium vtilitatem afferat, neque quidquam ab hominibus geri poſſit, quod non harum præſidio egeat, & ſub earum quaſi tutela contineatur: quippe illa bellum adminiſtratur, hęc pacis moderatrix eſt: in quarum rerum altera ciuitates ſemper eſſe neceſſe ſit, nullum gloriæ, nullum honoris præmium eſt, quod non illis meritò tribuendum putetur. Sed, quoniam ita natura comparatum eſt, vt longè acriùs nos ea perturbent, quæ moleſta ſunt, quàm iucunda delectent: quòd ea incommoda, quæ plurima inferre bellum ſolet, Imperatoris ſcientia propulſantur: tum (id quod primum ab hominibus ducitur) imperij ſæpe fines proferuntur: ipſius denique pacis commodis, tum demum, cùm bellum ſublatum eſt, perfrui poſſumus: hinc factum eſt, vt à pleriſque longè imperatoria laus, eloquentiæ præferretur. Neque verò in vllam mihi nunc partem diſputandum eſt: hoc tantùm dixerim: ſi quis has ipſas per ſe arteis conſideret, non eſſe, cur tam facilè inferior Imperatore orator haberi debeat. Quid ille, vt præclarè omnia, quæ ei cognoſcẽda ſunt, teneat, ſine peditatu, ſine equitibus, ſine reliquo belli apparatu, facere vmquam poterit? Quid, niſi fortuna affuerit, in cuius manu, cùm humana omnia, tum præcipuè

belli euentus eſſe exiſtimatur. Hic nullius præterea opera, aut auxilio indiget: ſolus ſibi ipſe ſufficit: ſolus ipſe ſine vllo comitatu, quod in ipſa arte eſt, præſtare, ac ſuum tueri munus poteſt. Quid, quòd ſine dicendi vi ne ipſe quidem Imperator ſatis inſtructus haberi debet? conſolandi ſæpe milites, reprimendi, animandi in hoſtes ſunt: ea plerúmque incidunt tempora, vt vna hęc ars maximè omnium neceſſaria in caſtris ſit: huic vni magni ſæpe exercit⁹ profligati, magnæ partæ victoriæ debeantur. Sed hæc omnis hoc tempore diſputatio omittatur: atq; id modò mihi ſatis ſit: in pacatis ciuitatibus nulla re magis homines, quàm eloquentia, ceteris anteferri. Hoc, vt vetuſtiora omnia prætermittam, nónne in noſtra maximè rep. intueri poſſumus? in qua cùm omnibus bonis artibus ſit ſuus ſemper honos habitus: nulli tamen ampliora, quàm eloquentiæ præmia conſtituta ſunt. Quàm multi patrum memoria, quàm multi noſtra, ob hanc vnam ad ſummos honorum gradus euecti ſunt? neque id merito. Cùm enim omnia maiorũ noſtrorum inſtituta, quibus hæc vrbs adminiſtratur, nihil propè aliud, quàm pacem ſpectent: quiſnam potiùs ad huiuſmodi reip. gubernacula admittendus ſit, quàm is, qui pacis artibus eruditur, quem ſibi illi propoſuerunt, tenere curſum poſſit? Vnus profectò orator eſt qui omnia, quæ ad conſeruandum hunc reip. ſtatum neceſſaria ſunt, complectatur. Hic improbos eiicit, tuetur bonos, alienam à reip. commodis, & dignitate ſententiam refellit: quæ vtilia ſimul, & decôra exiſtimat, perſuadere conatur: virtutes laudando, quaſi exempla quædam, quæ imitari debeant, ciuibus proponit: vitia improbando, quid fugiendum maximè, ac vitandum ſit, oſtendit. denique quaſi in ſpecula quadam poſitus, omnia circumſpicit, ac nullam reip. partem prætermittit. Non eſt, igitur, quòd miremur,

ſi

Digitized by Google

ſi eam artem, quæ omnium maximè hominum commodis, ac ſaluti conſulit, maximè homines admirantur: & qui ea præſtat, præſtare ceteris, & vnum plurimum poſſe volunt. Sed quamquam maxima in hac rep. propoſita ſunt eloquentiæ præmia, & hac multi via ingreſſi, ad ſummos ſæpe honores peruenerunt: non eſt adhuc tamen is noſtra in ciuitate orator auditus, qui perfectè eloquens dici poſſet. Quod nulla arte adhibita, ingenij vi, & exercitatione, atque vſu quodam effici potuit, id noſtri homines cõſecuti ſunt: ornatior ille ex eruditione cultus, & ea, quę maximè oratorem inſtruunt, pręcepta, defuerunt. ſed neque id quod omniũ maximum exiſtimandum eſt, è probatiſſimis quempiam ſibi vmquam illi, quem imitarentur, propoſuerũt. Talem neminem cùm audirent, ne ex veteribus quidem aliquem, quòd alia eos lingua locutos videbant, magnopere quærendum eſſe iudicauerunt. Qua in re tantum abeſt, vt ego illis aſſentiar, vt id etiam* cenſeam, alia numquam ratione ſummam illam eloquentiæ gloriam acquiri poſſe. Ac Latina nos quidem lingua iampridem loqui deſtitimus: & hæc, qua nunc vtimur, recentior, multos iã annos tota Italia ſucceſſit. Sed & ex illa tamen transferri in hãc permulta poſſunt: neque vllus elegantis orationis ornatus reperiri poteſt, quem ipſa hæc non recipiat. adhibẽdas modò Latinis ſcriptoribus noſtri homines ſibi aureis, atque animum exiſtimẽt. Hinc rerum cognitionem: hinc ea, quæ neceſſaria ad dicendum præcepta ſunt: hinc verborum ornamenta hauriant: hinc demum ſibi aliquem deligant, cuius ſimiles velint eſſe, non eſt, quòd deſperem, ſi ad naturæ vim, & frequentem dicendi vſum, hæc etiam acceſſerint: fore vt aliquando noſtra etiam in ciuitate ſummus orator audiri poſſit. Ne Romæ quidem, quæ hãc maximè laude floruit, id priùs cõtigit,

* al. ſentiam.

quàm

quàm eloquentiæ ſtudioſi Græcorum hominum ſibi ſcripta euoluenda,& quæ ab illis eſſent tradita percipienda penitus eſſe putauerunt. Tum denique ita verbis, ita ſententiis, ita omni dicendi copia, omni ornatus genere Romana ſe oratio locupletauit: vt ipſius etiam harum rerum & inuentricis,& perfectricis Græciæ felicitati breui tempore ſe adæquarit.Idem nunc nobis faciendum eſt,vt à Græcis illi, ſi à Latinis noſtri,ſi eſſe aliquid volunt, multa transferant neceſſe eſt. Cùm omnes antiqui ſcriptores perlegendi,tum præcipuè Ciceronis ſcripta, & ex his Orationes maximè ſemper in manibus habendæ ſunt. Nullus neque in iudiciis, neque in conſultationibus incidere locus poteſt, cuius non plurima hinc exempla tanquam è theſauro quodam, depromi poſſint. Sunt quidem & alij, qui egregiè ſcripſerint: nec quiſquam omnino è veteribus illis eſt, quem ego non plurimum profuturum arbitrer.Sed vnam fortaſſe illi aliquã eloquentiæ partem abſoluerint: huic vni ita omnes illius opes conceſſæ ſunt, vt eas noſtri oratores ſi adepti fuerint,nihil ſit quod ſibi præterea deſiderandum putent. Ita enim locutus eſt,vt Ciceronis vox,ipſius vox eſſe eloquẽtiæ videatur. Quamobrem, cùm huius Orationes,quas,vt pleraque omnia, vetuſtas penè delerat, mea nunc opera longè emendatiores factæ, & faciliùs intelligi, & libentiùs legi poſſint:non Latinæ ſolùm linguæ profuiſſe, ſed & meis etiam ciuibus, qui dicendi facultate hominum ſibi ſtudia conciliare,atq; in rep.principes eſſe voluerint,ſi ſibi has legendas duxerint, quo maius quiddam, quàm ceteri adhuc omnes conſecuti ſunt,adipiſcantur,non parum opis attuliſſe videri debeo. Quia in re, ſi excellenti eloquentia homines præter ceteros reip. vtiles habendi ſunt:nonnihil ipſi etiam reip.profuiſſe exiſtimandus ſum. Harum ego Orationum cùm
pri

Digitized by Google

primum nuper Leoni X. Pontifici Maximo volumen miſerim: cui hoc alterum à me potiùs, quàm tibi, Bembe, mittendum fuit? Si amicus quærendus, quem mihi ego te amiciorem putē? qui nouum aliquod quotidie tuæ in me beneuolentiæ ſignum oſtendas: neque vmquam bene de me mereri deſinas: vt tuus ſcilicet ille in me animus, qui mihiquidem eſt perſpectiſſimus, perſpectior in dies tamen & mihi, & ceteris omnibus eſſe poſſit. Si is, cui plurimum deberem, ea ſunt tua in me merita, vt ego ne ad* habēdas quidem tibi gratias parem me eſſe ſentiam: & ea idcirco non commemorem, ne, cùm & plurima, & maxima à me dicta fuerint, & plura tamen, & maiora præterita eſſe videantur. Quid, quod Ciceronis ſcripta nemini aptiùs mitti potuerunt, quàm ei, qui ita illa ſequitur, vt aſſequatur? Tibi quidem & felix, & ad omnes æquè res accōmodatum ingenium eſt: ſed neſcio quo pacto tamen hac vna in re maximè elucet, quòd, quēcumque dignum iudicaueris, quem tibi proponendum putes, præclarè tuis ſcriptis ſemper effinxeris. Quis ſoluta vmquam oratione ipſum hunc Ciceronem, tam vberem, tam vnum ex omnibus omni re abſolutum oratorem, feliciùs reddidit? Quis verſibus ad diuinam illam Maronis vim, & maieſtatem propius acceſſit? Magnū quiddam, hac præſertim tempeſtate, feciſſe videri ſolēt, qui in horum altero ita elaborarint, vt non omnem ſaltem operam luſiſſe exiſtimētur: tu, qui in vtroque excellis: quibus, quanta admiratione dignus es? Quid? noſtra hac lingua, quam non ſecus nunc, ac veterem quondam illam Latini, ſibi Hetruſci vindicant, nónne hoc tibi idem contigit? cuius omnem ita elegantiam aſſecutus es, vt, cùm & multa iam à pleriſque eo ſermone ſcripta ſint, quæ nonnulli vel Latinis etiam æquanda cenſeant, neque eorum tu cuiquam vllo in genere cedere videaris: longè

* al. agendas.

longè tamen maius quiddam,quàm ad hanc diē effectum ſit, de te ſibi homines polliceantur. Hanc adeò tua illa ſcripta, quæ partim maxima cum tua laude in manibus hominū iamdiu verſantur,partim egregiè inchoata, apud te adhuc ſunt: expectationem excitarunt. Tu profectò is eras, qui eam gloriam, quam deſiderari adhuc diximus,in noſtram remp.inferre poſſes,ſed alia te ab hac cura negotia auerterunt.AbLeone X. Pōtifice Maximo, accitus, qui illi à ſecretis eſſes,à nobis abſtractus es:&earum,quibus orbis regitur, curarum particeps ita maximis ſemper rebus deſtineris,vt ne ea quidem,quæ tam præclarè cœperas, adhuc ſcripta perfici potuerint. Sed dabitur profectò id aliquando, quod & tu tātopere exoptas, otium: dabitur tempus id, quo totum te ad literarum ſtudia referre poſſis: quod tibi omne in optimis artibus ſumma cum tranquillitate animi tuo arbitratu conſumendum ſit. Tum certè id in te videbimus, quod plerumque in agris fieri conſueuit: qui, intermiſſo cultu,maiore quadam vbertate quaſi referre gratiam quietis ſolent. Tum tu, quamquam Latinæ linguæ ſplendor ob oculos maximè tuos obuerſabitur,hanc tamen noſtram ne contemnito: ſed & illi etiam cogitationū tuarum aliquid * impertire. Vetus illa tam multos in omni genere illuſtreis ſcriptores habet, vt neque vllius iam ingenio fieri poſſit ornatior: & tu illis fortaſſe par, ſuperior quidem certè nullo modo eſſe poſſis. hæc ab nullo ita culta adhuc eſt,vt non facillimum tibi ipſi præſertim ſit,lōgo interuallo omnibus anteferri, ac principem tibi locum ſine vlla controuerſia vindicare, & certè, quòd à partibus nobis noſtris eſt tradita,quòd ea loqui contigit, id à nobis illi quaſi deberi videtur,vt omnium maximè,quantum fieri à nobis poteſt, & vberem eſſe, & ornatam velimus. In hanc tu rem ſi animum intende

* al.impertito.

tende

tenderis,breui tempore futurum video, vt ſicut à Latinis quondam illi ipſi, quos ſibi popoſuerant,Græci de poſſeſſione eloquentiæ deturbati ſunt:& ſic nos neque verborum copia,neque vllo orationis ornatu à Latinis vincamur. Hoc aut tu , aut nemo hac tempeſtate facere alius poteſt. Quamobrem ad eam tu quidem te gloriam præpara:à nobis hæc,quantacumque ſunt, quoniam maiora non poſſumus,ita accipito, vt maxima tamen exiſtimes : quoniam maxima eorum ſunt , quæ ab ingenio meo prouenire poſſunt.

IACOBO SADOLETO, ANDREAS NAVGERIUS.

SAEPE ego mecum, Sadolete, cùm à natura editas, tum ab hominibus inuentas res, animo reputans, eundem in omnibus certa quadam ratione ſeruari ordinem, ac progreſſum animaduerto. Primò quidem paruo quodã à principio ortum omnes trahunt: tum deinde augeſcẽtes, eò paulatim per gradus quaſi quoſdam perueniunt, quod vniuſcuiuſq; natura perfectiſſimum eſt: tum verò, poſtquàm id adeptæ fuerint, referri rurſum, ac ſeneſcere incipiunt, atque ita ſenſim minui, vt poſtremò ad interitũ etiam dilabantur. Id & in natis è terra ſtirpibus, & in omni animantium genere, intueri licet: quæ vt imbecilla primò in lucem exierunt, hinc vireis in dies ſumant, mox, quæ acquiſierint, paulatim deperdant, ac conficiantur denique neceſſe eſt. Neque verò fieri potuit, vt non eandem hanc conditionem omnes item artes, omnia opera, omnia inuenta hominum ſequerentur: ſed & hæc cùm ab ortu adoleuerint, eadem poſtea vetuſtate tandem extabeſcunt. Tulit hanc ſcilicet legem natura, quæ nulla vnquam vi abrogari poſſet, ſed vna ſine vlla exceptione inferiora hæc omnia neceſſitate quadam immutabili cõtineret. Ac, ne multis ego exemplis conquirendis longiùs in re manifeſta immorer, quàm neceſſe eſt: vel ex ipſa id eloquentia, cuius cauſa hæc à nobis dicta ſunt, cognoſci poteſt. Hæc (vt Græcos omittam quibus tamen hoc idem eueniſſe reperietur) cùm primùm Romæ exorta eſt, per parua quædam incre-

menta

menta longo tempore paulatim ſe ad ſummum euexit, cũ rudis antea, & propè infamis eſſet. primus Cato ei multùm addidit: longius Galba Porcinna, Carbo, Gracchi prouexerũt: Græcorũ eam gloriæ Antonius, Craſſius, Hortenſius ęquauerunt. Ita ſumma demum illi manus ab Cicerone impoſita eſt, vt nihil præterea cuiuſquam neque ingenio, neque induſtria, neque vllo doctrinæ genere addi poſſet. Ab eo ruere, & ferri in peius cœpit: ac primò quidem ſublata è ciuitate pax, & ea, cum qua ſimul creuerat, exſtincta libertas eſt. Nam cùm bellis cuncta ciuilibus diutiùs agitata eſſent, eorum denique is finis fuit, vt oppreſſa tandẽ poſt multas ciuium cladeis reſp. in vnius poteſtatem conceſſerit. Tum verò, cùm omnia ex vnius nutu penderent, nulla maiorũ more iudicia exercerentur. nullæ in ſenatu ſententiæ, aut eæ certè non liberè dicerẽtur, nullæ ad populum conciones haberentur, ſed omne penitus ſublatum eloquentiæ theatrum eſſet, aliis quibuſdam artibus, & his prauis plerumq; ac flagitioſis ſumma omnia homines conſequerentur: ſimul præclariſſimæ artis reſtingui in dies ſtudiũ, ſimul ea euaneſcere paulatim cœpit. Pòſt verò cùm illa omnium populorum victrix, ac totius terrarum orbis imperio diu potita, eò tandem (vt humanarũ rerũ vices ſunt) redacta gens eſſet, vt nulli nõ nationi cõtemtui, ac prędæ eſſet, ac nouæ quotidie, & eę ab omni humanitate alienæ gentes, vel ab extremis etiam orbis finibus, Italiam deuaſtarent: exſtincto Latinæ linguæ vſu, deleto pænè Romano nomine, factũ eſt, vt è tot cladibus vix vmbra quædam ad nos eloquentiæ peruenerit. Sed & hæc etiam pæne è manibus nuper elapſa, pænè omnis funditus exſtincta eſt. Quã enim poſt tot incommoda recreari iam aliquantum decuit, eã noua quædã calamitas excepit. Exorta opinio eſt, & ea per plurimorũ iam animos per-

naſerat, vt nemo ſatis eruditus nemo ſatis vllo doctrinæ genere excultus iudicaretur, qui cognitis, & vſitatis verbis vteretur. Hi demũ præclarè locuti hi omni laude, omni admiratione digni præter ceteros putabãtur, qui ita aliquid ſcripſerant, vt vix id percipi ab vllo poſſet. Imperiti quidam & nullo vſu, nullo ingenio homines, cùm ea plerumque plurimi fieri vulgi iudicio viderent, quæ ab omnibus ignorarentur, nec ſibi aliud ad commendationem hominum pateſieri iter animaduerterent: eo ſe poſſe per tenebras peruenire arbitrati ſunt, quo pauci luce potuiſſent. Quod cùm primò illis in maxima Latinæ linguæ, atque omnium bonarum artium * inſcitia rectè ceſſiſſent, tum non paucis eos ſecuti, eò tandem rẽ adduxerant, vt breui tempore veterem illam dicendi gloriam hac caligine obrui atque aboleri penitùs neceſſe eſſet. Nullas hi non vetuſtatis latebras perſcrutabãtur. hinc verba vel ipſi etiam Romulo, & priſcis illis Latinis iam tum obſoleta, & deſita proferebant. Quin, vt obſcuriora ea eſſent, quæ dicerent, Græca etiam ſæpe pleraque, ſæpe barbara congerebant: digni, qui eo naturæ munere, quo tam malè abutebantur omnino carerent. Cùm enim ob id nobis ſermo datus ſit, vt hoc ea, quę animo occultantur depromi poſſint: quid fieri alienius poteſt, quàm ita quemquam loqui, vt nihilo magis intelligatur, quàm ſi omnino nihil loqueretur? Nulla vmquã res magis omnem euertere eloquentiam potuit. quippe & labefactatæ iam, ac propè dirutæ inciderat: & ſublata verborum elegantia, ipſum etiã illius ſolum, ac fundamenta eruebantur. Quid, quòd inſolentibus, & ſordidis illis verbis hæ ſententiæ ſuberant, vt rectè hoc ſaltem feciſſe videri queant, quod tam abiectas res, tã ſedulò, tantis verborũ tenebris occultarint? Sed bene id profectò cecidit, quòd nõ melior huic, quàm ceteris rebus

* al. inſcientia.

cc a-

Digitized by

condicio data eſt. Cùm latè ſerperet, ac nō paruam iā Italiæ partem occupaſſet atq; vbique iā ſe terrarū diffunderet medio in curſu concidit Nōnulli his ſcilicet ſe viri doctiſſimi, vt infeſtiſſimis Latini nominis hoſtib. obiecerunt, quorū ope factū eſt, vt fœda illa barbarie profligata, ab propinquo iam interitu eloquentia vindicata ſit. Et initium quidem bene gerendæ rei ab Romanis ortum eſt: vna Roma, quaſi tutiſſima arx quædam fuit, à qua ſemper hæc labes reiecta ſit, quò nullo vmquam conatu irruperit. hîc, tanquam pro aris, ac focis, ſumma vi certatum eſt, vt cùm cætera à maioribus tradita, amiſſa eſſēt, hæc ſaltem parentum laus retineretur. Repreſſo igitur fœdiſſimorum hoſtiū impetu facilior de illis victoria facta eſt. Ac ne omnes à me hi, quorum egregia in hac re opera exſtitit, cōmmemorentur tu certè præter ceteros acerrimè illos ſemper inſectatus es: tu afflictā ſemper eloquentiāprotexiſti, tu tuis ſcriptis, quorū nemo nō maximā elegantiā admiratur, quæ illius quę Latinæ linguæ vox eſſet oſtendiſti. Factum eſt igitur, vt nemo iam tota Italia ſit, qui obſcurū id, & incultum dicendi genus non magnopere contemnat: qui non vnū ſibi maximè Ciceronē, tū vt quiſque Ciceroni ſimillimus eſt, & ſæpiſſimè perlegendos, & omni ſtudio ſequendos putet. Quin & Tranſalpinæ etiam nationes iam ſe nobis coniunxerunt: nec minùs ab his feliciter arma pro Latino nomine ſumta ſunt. Ne omnes ex his recenſeam, atque ipſi tantum à me duces nominentur: Budæus, & Longolius propinqua è Gallia, è Germania Eraſmus, ita rem gerūt, ita longius quotidie Romanæ linguæ fineis proferunt: ea, extrema etiam è Britannia, tum à Reginaldo Polo, & nobiliſſimo iuuene, & qui generis ſui nobilitatem hac maximè laude commendari poſſe exiſtimarit, tum à pluri-mis item aliis eruditiſſimis viris opera nauatur,

vt,ſi id deſperandum ſit, poſſe aliquando eloquentiam in antiquam illam,ex qua deiecta eſt, reſtitui digitatem id certè affirmari poſſit, eam linguã,quæ quondam tum cùm maximè floruit, Italiæ tantũ finibus,aut paulò certè latioribus continebatur,nũc breui tempore in nullas non totius orbis parteis peruenturã.Neq; tamẽ ceſſandum eſt:ſed,ſi vſquam latet,& vbique locorum perquirenda,& omni ratione eiicienda penitus hæc peſtis eſt.Ego quidem,quantũ in me viriũm eſt,id omne in hanc rem confero,& cùm maiora non audeam,id ſaltem innitor, vt Ciceronis ſcripta,quæ iniuria quadam,ac vetuſtate deformata circumferũtur,ex antiquis exemplaribus meo labore ſuæ dignitati reddantur, & emendatiora in lucem prodeant. Atque alia quidem aliàs,nunc eius orationes damus.Quarum cùm iam duo volumina,alterum Leoni X. alterũ Petro Bembo miſſum ſit,tertium hoc,Sadolete,ſub tuo nomine in manus hominũ perueniet. Rectè tu mihi Bembo adiungi viſus es: ambo eiuſdem Pontificis à ſecretis eſtis: ambo & literis, & omni morum elegantia præſtãtiſſimi:quin eo etiam inter vos amore deuincti, vt exemplo eſſe poſſitis,nullũ eſſe ad confirmãdam amicitiã arctius vinculũ,quã morũ ſimilitudinem,ac ſtudiorũ ſocietatem.Sed & ego tãti te facio,vt egregias tuas virtutes neq; admirari,neque de iis quoties aliqua offertur occaſio prædicare vmquam deſinam. Id adeò cùm mea ipſe ſponte libens facio,tũ eo libentiùs etiam, quòd nihil arbitror poſſe à me Bembo gratius accidere.Multæ mihi cũ illo,ac magnæ neceſſitudinis cauſæ intercedũt:coniunxit patria cõmunis,vtriuſque noſtrũm parens:mea quædam præſtantis ingenij admiratio,& non alienus illius à me animus coniũctiores fecit: auctam in dies beneuolentiam aſsidua familiaritas cõfirmauit:plurimis illius in me meritis hæc omnia

cumu

cumulata ſunt. Quamobrem, vt nihil me a liud ad id impellat, qui poſſum non ſumma te beneuolentia proſequi, cuius ſumma cum amiciſſimo mihi viro coniunctione nihil ſit illuſtrius? Cùm verò animi ad id tui etiam accedant ornamenta, quæ vel ignotos etiam vt amemus cogere conſueuerunt, quam tandem meam in te eſſe voluntatem decet? eam ſcilicet, quæ & amiciſsimo, & omni laude præſtantiſsimo viro debetur. Accipe igitur paruum hoc mei in te amoris pignus: neque eum tamen ex hoc metiri velis, ſed ex eo potiùs: quod profectus à Leone Pont. Max. cui literarum amantiſſimo, omnia literarum monimenta deberi videntur, & à Petro Bembo, cui ego omnia debeo, neminem habui, quem tibi præferendum putarim.

FINIS.

Digitized by Google

01 1463429

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google